


[illegible]

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPREITATONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

VOLVMEN OCTAVVM

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. MDCCLXXXVIII.

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVII.

I.

Crescit profecto apud me certe [1] tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantoque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturae ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio. Nunc vero deorum fuisse eam apparet, aut certe [2] diuinum, etiam quum homo inueniret: eamdemque omnium parentem et genuisse haec, et ostendisse, nullo vitae miraculo maiore, si verum fateri volumus. Scythicam herbam a [3] Maeotis paludibus, et euphorbiam e monte Atlante vltraque Herculis columnas: [4] et *a.* ipso rerum naturae defectu, parte alia Britannicam ex

1. *tractu Ch.* 2. *diuinam Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. H. etc. Maeotidis. Gr. et H.* 4. *et ipsum rer. nat. defectum. V. ab ipso. Alii.*

a. *Et ipso*) Et vbi ipsa rerum, natura deficit. H.

ex Oceani insulis extra terras positis, itemque Aethiopidem ab exusto sideribus axe: alias praeterea aliunde vltro citroque humanae saluti in [1] toto orbe portari, immensa Romanae pacis maiestate, non homines modo [2] diuersis inter se terris gentibusque, verum etiam [3] montes et excedentia [4] in nubes iuga, partusque eorum et herbas quoque inuicem ostentante. Aeternum, quaeso, Deorum sit munus istud. Adeo Romanos, velut alteram lucem, dedisse rebus humanis videntur.

II. (II) Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit satis [5] venerari, quum constet omnium venenorum ocyssimum esse *b.* aconitum: et *c.* tactis quoque *d.* genitalibus feminini sexus animalium, eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, *e.* quo interemptas [6] dormientes a *f.* Calpurnio Bestia

1. *totum orbem. V.* 2. *diuersos. V.* 3. *montis exced. Ch.* 4. *in nubibus iuga, pastusque pecorum, M.* 5. *venerari. Constat. Ch.* 6. *dormientes, in Ch. d.*

b. *Aconitum*) In insula Ceo Menander scribit lege sancitum fuisse, ne turpiter viuerent, qui bene viuere non possent: nempe, vt effoeti capularesque senes aconito vitam finirent, ne reliquis alimentum deesset. Rhod. cap. 26. XVIII. *Dalec.*

c. *Et tactis*) Hoc ante iam attigit XXV. 75. Appellationis θηλυφόνε causa haec est, vt mox dicetur. Tradit hoc idem Theophr. Hist. IX. 19. H.

d. *Genitalibus*) Vel aliis corporis partibus accipiendo veneno opportunis. Cicero Scauro: *Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam obleuit.* Rhod. cap. 13. XXIII. Vide supra cap. 10. lib. XXV. Praesertim autem mulierum genitalibus eo tactis quum menses fluunt, infert mortem. Nam gladio ejus succo tincto, e corpore si sanguis elicitur, lethale vulnus est. D.

e. *Quo interemtas dormientes, a Calpurnio.*) Quinque nostri vna cum Chifletiano expunctum eunt τὸ *dormientes.* Neque id sensus requirit. Anceps autem, quod sequitur: *Hinc illa atrox peroratio, eius in digito mortuas.* Neque sic scripti. Andeg.

ſtia vxores *g.* M. Caecilius accuſator obiecit. *h.* Hinc illa atrox [1] peroratio eius [2] in *i.* digitum *k.*

 Ortum

1. *peroratio eius. In digito eas mor. V. peroratio, eius in digito mortuas. Fabulae narrauere a ſpumis Gr. et Al.* 2. *Sic et. Ch.*

deg. *in digito mortuorum.* Acad. Gud. Men. *in digito mortuum.* E Chiflet. tantum notant, *in digitum.* Pintianus ex apographo ſuo, *in digitum. Ortum fabulae.* Salmaſius ad Solin. p 886. parte huius correctionis lucrifacta, *en digitum. ortum fabulae narrauere ſpumis.* Qui etiam commemorat et ſpernit Andreae Strani, *in digito mortem.* Voſſianus: *in digitum mortum.* Manus ſecunda aliorum V ſuperpoſuerat. Cogitabam: *Hinc illa atrox peroratio eius in digitum maritum. Fabulae narrauere e ſpumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule; ideoque apud Heracleam Ponticam, vbi monſtratur is ad inferos aditus, gigni. Digitum maritum* dixere Plinius et Caecilius, maritalis officii iocique ſpecie patricidam. De hac voce lectiſſima congeſſit Heinſius ad Claudianum et Ouidium. Nam illud *ortum* (quamuis id quoque deſiderarint, qui *natum tradidere* aut *narrauere natum* ſubiecerunt) plane ſuperuacuum eſt, quum τὸ *gigni*, et τοῖς *e ſpumis Cerberi et* τοῖς *apud Heracleam Ponticam* reſpondeat: quae non eſt auferenda Plinio ſuauitas. Quod ſi cui primo aſpectu videatur prius illud poſcere *genitum eſſe*, meminerit Liuii lib. I. *Siluius deinde regnat, caſu quodam in ſiluis natus. et Aeneam Siluium creat.* Iuuat praepoſitio E, quam ſanciunt Chiflet. Voſſianuſque et primae editiones, amatam illi verbo. Gron.

Dormientes) Habent hanc vocem codd. R. 1. 2. A ceteris pleriſque abeſt. H.

f. Calpurnio Beſtia) Socius hic fuit coniurationis Catilinianae. Meminit eius Salluſtius. H.

g. M. Caecilius) M. Caecilius Rufus orator, a Plinio iam memoratus VII. 50. H.

h. Hinc illa atrox peroratio in digito eas mortuas Fabulae narrauere e ſpuma Cerberi canis etc.] Lego, *Hinc illa atrox peroratio eius in digitum. Ortum fabulae narrauere, etc.* ex noſtro apographo. *Pint. Hinc illa atrox, etc.*] Legend. *Inde atrox peroratio ejus; En digitum! ortum fabula narrauere ſpumis Cerberi canis extrahente Hercule.* Vide *Salmaſ.* pag. 188. a. b.

Ortum fabulae [1] narrauere, [2] e spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam, vbi monstratur is *l.* ad inferos aditus, gigni. Hoc quoque tamen *m.* in vsus humanae salutis vertere: scorpionum ictibus aduersari, experiendo datum in vino calido. Ea est natura vt hominem occidat, *n.* nisi inuenerit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento. Sola haec pugna est, quum venenum

1. *natum tradidere. V.* 2 *a Gr.*

i. In) In eum Calpurnii digitum, quo vxorum suarum τὰ αἰδοῖα tetigerat, et sic interemerat. Vide N. et Em. N. I. (hic pos.) *Hinc*) Haec sincerissima est, quam repraesentamus, scriptura R. cod. 2. et Chifl. et eius quem Pintianus vidit, totidem plane verbis apicibusque. In libris vulgatis, *peroratio eius in digito mortuas. Fabulae.* etc. R. I. *in digito mortuum fabulae.* Salm. in Solin. p. 886. et 188. sic excogitabat: *peroratio eius. En digitum!* Vtrum igitur ab oratore demonstrari tum volebat digitum, quum haec diceret, suumne, an rei? Quo vero gestu motuque dexterae rei digitum potius quam integram manum signaret? Gronouius subtilius aliquanto quam verius, *peroratio eius in digitum maritum. Fabulae,* etc. vt digitus maritus a Plinio appelletur, maritalis officii jocique specie parricida. Pudet his spurcitiis chartam inquinare. E digitis interim eum, qui medius est, *impudicum* alii, cum Martiale: cum Persio alii *infamem* vocant: vt eum qui ei proximus est a pollice, *salutarem.* Pollux L. II. καταπύγωνα, *cinaedum.* H.

k. Ortum) Nempe venenum. Hanc fabulam et Dion. Perieg. refert in descr. orb. v. 788. et Nicander in Alexiph. statim initio. H.

l. Ad) Plin. VI. I. *Portus Acone, veneno aconito dirus: specus Acherusia:* Fodinae metallicae os, opinor: quum Cerberus non alius fuisse videatur, quam subterraneus locus, vbi triplex metallum, ex quo pecunia conficitur: vti ex Homeri Odyssea coniicimus. H.

m. In vsus humanae salutis vertere.) Lycoctoni duo genera, non pardalianchis. *Dalec.*

n. Nisi inuenerit quod in homine perimat.) Mallem leges ordine permutato: *Nisi inuene-*

nenum in visceribus [1] reperit: mirumque, exitialia per se ambo quum sint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo supersit. Imo vero etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt, demonstrando quomodo venenata quoque ipsa sanarentur. *o.* Torpescunt scorpiones [2] aconiti tactu, stupentque pallentes, et vinci se confitentur. *p.* Auxiliatur [3] his elleborum album, tactu resoluente: ceditque aconitum *q.* duobus [4] malis, suo et omnium. [5] *r.* Quae si quis vllo forte ab homine excogitari potuisse credit, ingrate Deorum munera intelligit. [6] *f.* Tangunt carnes aconito, [7] necantque gustatu earum pantheras: nisi hoc fieret, repleturas *t* illos situs. *v.*

 Ob

1. repererit V. 2. *aconi. Cb.* 3. *Sic ex MSS. H. et Cb. eis Gr. et H.* 4. *modis. Dal.* 5. *Sic ex MSS. H. si quis illa certe ab M. quod si quis illa forte Gr. et Al.* 6. *Tingunt. V.* 7. *negantque viuere gustatu. M.*

inueneris in homine quod perimat. Pintian.

o. Torpescunt) Et hoc superius indicatum L. XXV. 75. Adnotauit etiam Diosc. IV. 77. H.

p. Auxiliatur) Plin. XXV. 75. H.

q. Duobus) Elleboro et scorpioni: est enim elleborum aconiti peculiare malum: scorpio, commune omnium. H.

r. Quod si quis illa forte ab homine) Voss. et Pintian: *Quae si quis vlla.* Lege: *Quae si quis vllo forte ab homine excogitari potuisse credit, ingrate deorum munera intelligit.* Vossiani alteri duo, Acad. et Gud. *tactu resoluente ceditque, si quis illa certe ab homine.* media desunt. *Gron.*

f. Carnes aconito.) Imo vero tritum aconitum cum carne tusa miscent, inde globulos formantes, quos deuorandos feris objiciant. ἐντίθενται κρεαδίοις, inquit Dioscorides. *Dalec.*

Tangunt) Transscripsit haec Solinus a Plinio. c. 17. p. 37. sq. Refert quoque Diosc. IV. 77. H.

t. Illos) Illas regiones. H.

v. Ob) Solin. l. c. Nicand. in Alexiph. p. 131. iisdem fere verbis. Παρδαλιαγχές igitur, ἀπὸ τοῦ παρδάλεις ἄγχειν, quod pantheras enecet, aconitum appellauere. H.

Ob id quidam pardalianches appellauere. At *x.* illas statim liberari morte, excrementorum hominis gustu, demonstratum. Quod certe casu repertum quis [1] dubitet? et quoties fiat etiam nunc vt nouum nasci? *y.* quoniam feris ratio et vsus inter se tradi non possit. (III.) Hic ergo [2] casus, hic est ille, qui plurima in vita inuenit Deus. Hoc habet nomen, per [3] quem intelligitur eadem et parens rerum omnium et magistra natura, vtraque coniectura pari, siue ista quotidie feras inuenire, siue semper scire iudicemus. Pudendumque rursus, omnia animalia, quae sint salutaria ipsis, nosse, praeter hominem. Sed maiores *z.* oculorum quoque medicamentis aconitum misceri, saluberrime [4] promulgauere: aperta professione, malum quidem nullum esse sine aliquo bono. Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, monstrare quale sit aconitum, vel deprehendendi gratia. *a.* Folia habet cyclamini aut [5] cucumeris, non plura quatuor

1. *dubitat.* Ch. 2. *casus, qui plurima in vita inuenit, Dei nomen habet, per quem.* V. 3. *quod.* M. 4. *promulgauere.* Ch. 5. *cichori.* Theoph.

x. *At*) Solin. l. c. Vide quae in eam rem diximus L. VIII. 41. H.

y. *Quoniam*) Quoniam ferae rationem et vsum earum rerum, quas agunt, tradere inuicem aliae aliis non possunt. Hic homini illi vehementer succenseo, qui capiti tertio, quod sequitur, hunc titulum velut argumentum praefixerat: *Quod omnium rerum conditor sit Deus*: quum Plinius hoc loco, vt passim, ἀθεΐζων, non alium agnoscat Deum, praeter Naturam rerum. H.

z. *Oculorum*) Diosc. IV. 77 de aconito: Μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς ἀνωδύνοις δυνάμεσι. *Miscetur et oculorum medicamentis doloris leuandi vi praeditis.* H.

a. *Folia*) Totidem notis ac verbis delineatur a Diosc. l. c. et auctore libri de simpl. med. ad Patern. Opp. Galeni T. XIII. p. 985. Pingitur a Dodonaeo p. 434. Gallis, *Aconit.* Genera amplius sedecim ab eodem picta vidimus in horto Regio. H.

tuor, ab radice *b.* leniter hirſuta. Radicem modicam *c.* cammaro ſimilem marino. *d.* Quare quidam [1] cammaron appellauere, alii thelyphonon, *e.* ex qua diximus cauſa. *f.* Radix incuruatur [2] paulum ſcorpionum modo, quare et ſcorpion aliqui [3] appellauere. *g.* Nec defuere, qui *h.* myoctonon appellare mallent, quoniam procul et e longinquo odore mures necat. *i.* Naſcitur in nudis cautibus,

 quas

1. *cammoron. Dioſc.* 2. *caudae. Dioſc.* 3. *vocauere. Ch.*

b. Leniter hirſuta) Subaſpera ὑποτραχέα. Plinius legiſſe videtur, ὑποδασέα. D.

Leniter) Tenui lanugine pubeſcentia: quod et nos tractando nouimus. H.

c. Cammaro ſimilem) Idem cenſet et Galenus in linguis. Verum ſi ita eſſet, κάμμαρον legendum fuerit et non κάμμορον. Ego potius κάμμορον dictum puto, quaſi κακόμορον, vt et apud Homerum, perniciofum. D.

Radicem) Scorpioni caudae, ῥίζα ὁμοία σκορπίου οὐρᾷ, dixit Dioſc. l. c. Plinius magis caute, a re potius nota, cammaro ſcilicet, ſiue cancro, potius quam a ſcorpione ignota, ſimilitudinem traxit. H.

d. Quare) Galenus vnus, et Erotianus, qui κάμμαρον vocitarint: ceteri κάμμορον dicunt. Dioſc. IV. 77. Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχές, οἱ δὲ κάμμορον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηριοφόνον. Nicand. in Alexiph. p. 131. Πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμορον. Κάμμορον quaſi κατάμορον, *mortiferum*: vel vt ait Schol. Nicand. p. 53. κακῷ μόρῳ ἀναιροῦν; At Galen. in Expl. voc. Hipp. p. 92. T. II. Κάμμαρον, τό τε τῇ σμικρᾷ καρίδι ἐοικὸς ζῷον, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τοῦτο τῶν ῥιζῶν ὁμοιότητος τὸ ἀκόνιτον. Erotianus in Onom. voc. Hipp. T. II. Opp. Galeni, p. 122. Διοσκουρίδης... Φησί τι ἀκόνιτον εἰρῆσθαι ὑπό τινων κάμμαρον, ὡς θηλυφόνον. H.

e. Ex qua) Paulo ante, *quod tactis genitalibus feminini ſexus animalium, eodem die inferat mortem.* H.

f. Radix) Dioſc. et Galen. proxime citati. H.

g. Nec) Dioſc. et Nicand. ll. cc. H.

h. Myoctonon) Μυοφόνον Dioſcor. D.

i. In nudis cautibus, etc.) Theophraſtus cap. 16. lib. IX. hiſt. ab Aconis vico Peryandinorum, vbi plurimum naſcitur, nomen id impoſitum putat, κόνις puluis: ἀκόνοι ſaxa

quas aconas nominant. Et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne puluere quidem nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii quoniam vis eadem in morte esset, quae cotibus [1] ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur.

III. (IV.) *k.* Aethiopis folia habet phlomo similia, [2] magna et multa, et hirsuta ab radice. *l.* Caulem quadrangulum, scabrum, similem [3] arctio, multis concauum alis: semen eruo simile, candidum, geminum: radices numerosas, longas, plenas,

1. *in ferri acie deterenda. Ch.* 2. *magna, hirsuta, et multa ab radice, Diosc.* 3. *Sic et Diosc. et Ch. arcio Gr. et Al.*

saxa ne puluere quidem tecta, ἀκόναι cotes. D.

Nascitur) Nicand. in Alexiph. p. 131. Ἐν δ' ἀκοναίοις Θηλείην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις. Hoc est, Gorraeo interprete, *Duris in cautibus, altos Per montes nascuntur, et hinc aconita vocamus.* Nicandrum sequitur Ouid. Metam. VII. v. 419. Aconitum illi dici voluere, quod in locis nasceretur quae ne puluerem quidem nutriendae plantae suppeditarent: Ἀκόνιτον Graeci dicunt, quod sine puluere est. Hesychius: Ἀκονιτί... χωρὶς κόνεως. Alii ἀπὸ τῶν ἀκονῶν deducunt, quae vox cautes sonat. Alii, ut Theopompus Chius, L. XXXVIII. historiae suae apud Athen. III. p. 85. ab Aconis, qui locus est Heracleae Ponticae proximus, ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν. Diximus de eo in Geographicis. H.

k. Aethiopis) Totidem verbis ea a Diosc. IV. 150 describitur: Αἰθιοπὶς καὶ αὐτὴ παραπλησία φλόμῳ ἔχει τὰ φύλλα, δασέα δὲ λίαν, καὶ πυκνὰ, κύκλῳ περὶ τὴν πυθμένα τῆς ῥίζης, etc. *Aethiopis etiam folia habet verbasco similia, perquam hirsuta, densaque, circa imam radicem orbem efficientia,* etc. Vidimus in horto Regio, qualis a Dodonaeo pingitur. p. 148. H.

l. Caulem) Vide N. et Em. N. II. (hic coll.) *Caulem)* In libris omnibus hactenus editis, *similem arcio*, hoc est, persolatae, quod est longe falsissimum. Mss. R. Colb. Ch. *Arctio*, quos sequuti sumus:

nas, molles, glutinoſas guſtu. Siccae nigreſcunt, [1] duranturque, vt cornua videri poſſint. *m.* Praeter Aethiopiam naſcuntur, et in Ida monte Troadis, et in Meſſenia. Colliguntur autumno, ſiccantur in Sole [2] aliquot diebus, ne ſitum ſentiant. Medentur *n.* vuluis potae in vino albo, iſchiadicis, pleuriticis, faucibus ſcabris, decoctae potu dantur. Sed quae ex Aethiopia [3] venit, eximia eſt, atque illico prodeſt.

IV. Ageraton *o.* ferulacea eſt, duorum *p.* palmorum altitudine, origano ſimilis, [4] flore *q.* bullis aureis.

1. indureſcuntque. Cb. 2. aliquibus. Cb. 3. veniunt eximie, atque illico proſunt. V. Corn. 4. floris. V.

mus: inprimis Dioſcoride ita ſuadente, ac totidem verbis Aethiopidem deſcribente, IV. p. 105. Καυλὸν τετράγωνον, καὶ τραχὺν, ἐοικότα μελιτταίνῃ ἢ ἀρκτίῳ, μασχάλας ἀνιέντα πολλάς, etc. H.

Semen) In ſingulis conceptaculis ſunt bina ſemina, inquit Dioſc. l. c. Καρπὸν δὲ περὶ μέγεθος ὀρόβου σὺν δύο ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ H.

m. Praeter Aethiopiam naſcuntur, etc.) Ex etymo dictionis Plinius id putauit cap. 1. huius lib. Nemo tamen veterum ab eo tractu ſic dictam fuiſſe prodidit. Dal.

Praeter) In Aethiopia naſci Aethiopidem ex Democrito ſuperius indicauit, L. XXIV. 102. ſed dotis illam ſingularis, et faciei forte diuerſae: eiuſdemque ſolum nominis. H.

n. Medentur) Dioſc. l. c. Ταύτης ἡ ῥίζα ἑψομένη καὶ πινομένη βοηθεῖ ἰσχιάδι, πλευρίτιδι, αἵματος πτύσει, καὶ ἀρτηρίας τραχύτητι, etc. H.

o Ageraton) Dioſc. IV. 59. Ἀγήρατον etc. iiſdem enim deſignatur notis, vt et ab Oribaſio XI. f. 186. Nunc in officinis Eupatorium Meſues, et herba Iulia appellatur. Pingitur a Ioh. Bauhino, T. III. L. XXVI. p. 146. et a Matthiolo p. 1050. qualem vidimus in horto Regio. H.

p. Duorum) Sic Oribaſius, ex quo Dioſcor. corrigas, qui σπιθαμώδη tantum dicit. H.

q. Flore) Dioſc. Σκιάδιον ἔχων, ἐφ᾽ οὗ ἄνθος πομφολυγῶδες, χρυσοειδές. *Vmbellam gerit, in qua flos quaſi aureis bullis emicat.* H.

aureis. Huius *r.* vstae nidor vrinam ciet, [1] vuluasque purgat, tanto *s.* magis insidentibus. [2] Causa *t.* nominis, quoniam diutissime non marcescit.

V. Aloe *v.* scillae similitudinem habet, [3] maior, et pinguioribus foliis, ex *x.* obliquo striata. Caulis *y.* eius tener est, rubens medius, non dissimilis [4] antherico: [5] radice vna, [6] ceu palo, in terram

1. *Sic ex MSS. H. et Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. Causa nominis non haec, sed quoniam Gr. et Al.* 3. *maioribus et V.* 4. *antherici Ch.* 5. *Radix. V.* 6. *seu Gr.*

r. Huius vstae nidor vrinam ciet) Quidam sic legunt: *Huius vstae nidor vrinam ciet, vuluamque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis haec quoniam diutissime.* Dal.

Huius) Diosc. l. c. H.

s. Tanto) Multo magis, si feminae in eius decocto insideant. H.

t. Causa nominis non haec, sed quoniam diutissime non marcescit) Legendum videtur. *Causa nominis, quoniam diutissime non marcescit.* cetera superfluere reor. Pint.

Causa) Ἀγήρατον, quasi non senescens. Diosc. Ὠνόμασαι δὲ ἀγήρατον, διὰ τὸ ἐπὶ πολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι, *quoniam flos diutissime in sua coloris specie conseruatur.* H

v. Aloe scillae similitudinem habet) Aloë folium habet scillae simile, crassum, pingue, nonnihil latum, nec prorsus teres, retrorsum pandum: folia ex obliquo vtrinque spinas gignunt, raras, eminentes, retusas. Dioscor. Dal.

Aloe) Diosc. III. 25. Ἀλόη φύλλον ἔχει σκίλλῃ παραπλήσιον, etc. Sunt enim reliqua similia. Officinis, Aloe vulgaris: aloe in Socotora insula, P. II. Ind. Orient. c. 6. Gallis, *Aloes* et *Perroquet*, quod folia habet psittaci pennis similia. Floruit in horto Regio a. 1663. sq. Pingitur a I. Bauhino, T. III. p. 696. qualem vidimus. Item a Lobelio in Obss. p. 202. In Stoechadibus insulis luxuriose prodire, et a vulgo sempervivam Marinam vocari, tritamque imponi omnigenis hulceribus, vulneribusque prodidit P. Quiqueranus de laud. Prou. II. f. 59. H.

x. Ex) Foliorum lateribus ex obliquo lancinatis, ac velut striatis. H.

y. Caulis) Ad verbum Diosc.

ram demissa: [1] graui odore, gustu amara. Laudatissima z. ex India affertur, sed nascitur et in Asia: non tamen ea vtuntur, nisi ad vulnera recentibus foliis: mirifice enim conglutinat, vel *a.* succo. Ob *b.* id in turbinibus cadorum eam serunt, vt aizoum maius. Quidam et caulem ante maturitatem seminis incidunt succi gratia, aliqui et folia. Inuenitur et per se lacryma adhaerens. Ergo pauimensandum, vbi sata sit, censent, vt lacryma non abtorbeatur. Fuere, *c.* qui traderent in Iudaea super [2] Hierosolyma metallicam eius naturam: sed *d.* nulla magis improba est, neque alia nigrior est, aut humidior. Erit *e.* ergo optima pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, ac iocineris modo coacta, facile liquescens. Improbanda nigra et dura, arenosa

[2] quo-

1. *grauis.* Cb. 2. *Hierosolymam.* Gr.

Diosc. l. c. et Oribas. IX. f. 188. H.

z. *Laudatissima)* Totidem verbis Diosc. et Oribas. ll. cc. H.

a. Vel succo) Si trita illinatur, non autem eliciendo succo vtilis. Dioscor. Dal.

Vel) Si vel expresso e foliis tritis succo illinatur, λεία καταπλασσομένη, inquit Diosc. l. c. H.

b. Ob) In cadis seu vasculis in turbinem ima parte desinentibus. H.

c. Fuere, qui traderent, etc.) Niger herbarius satis celebris id scriptis suis prodiderat, vel potius nugatus erat, auctore Dioscor. in praefat. Dal.

Fuere) Fossilem in Iudaea aloen reperiri a Sextio Nigro proditum auctor est Diosc. in praef. p. 2. Auctor libri simpl. med. T. XIII. Opp. Galeni p. 984. *Aliqui dicunt,* inquit, *de petris eam collectam in Iudaea et Asia, atque in India.* H.

d. Sed nulla magis improba est, neque alia nigrior est) Haec verba non sapiunt Plinium; ob id, etsi sola coniectura ductus, non verebor aperire quod sentio: certiorem lectionem esse: *Sed nota magis in herba est: nam metallica nigrior est.* P.

e. Erit) Quae reliqua deinceps sectione de aloe memorantur, ea totidem fere verbis habet Diosc. l. c. H.

[1] quoque, quae et gustu intelligitur. Gummi adulteratur, et acacia. Natura *f.* eius spissare, densare, et [2] leniter calfacere: [3] vsus in multis, sed *g.* principalis aluum soluere, quum paene sola medicamentorum, quae id praestant, confirmet etiam stomachum, adeo non infestet vlla vi contraria. Bibitur drachma: ad *h.* stomachi vero dissolutionem, in duobus cyathis aquae tepidae vel frigidae, cochlearis *i.* mensura, bis terue in die ex interuallis, vt res exigit. Purgationis [4] etiam caussa plurimum tribus drachmis. Efficacior si pota ea sumatur cibus.

1. *quoque. Quod et gustu intelligitur, gummi. V.* 2. *leuiter. Gr. et Al.* 3 *vsus multus. M.* 4. *autem. Ch.*

f. Natura) Hoc est, adstringere. Diosc. Δύναμιν δὲ ἔχει ϛυπτικὴν, ξηραντικὴν, πυκνωτικὴν τῶν σωμάτων, κοιλίας τε λυτικὴν, καὶ ϛομάχου ἀποκαθαρτικήν etc. H.

g. Sed principalis aluum soluere) Vetus codex non *principalis* habet, sed *principis.* videtur legendum, *princeps,* seu *praecipuus.* Pint.

Sed) Cels. II. 18. *Deiectionem antiqui variis medicamentis, crebroque alui ductione in omnibus fere morbis moliebantur. Sed medicamenta stomachum fere laedunt: ideoque omnibus catharticis aloe miscenda est.* Scrib. Larg. Comp. 173. *Bene purgat et haec compositio. Aloes, victoriati pondus: Colophoniae* (hoc est scammoniae) *victoriati pondus: vna teruntur: adiicitur mellis quod satis est ad colligenda ea. Datur ex aquae calidae vel frigidae cyathis quatuor. Hoc medicamentum stomachum non corrumpit.* H.

h. Ad) Hoc est, ad subuersionem stomachi, quam Diosc. ἀνατροπὴν ϛομάχου vocat, quum scilicet in vomitiones effunditur. Sic intellexit scilicet Marc. Emp. L. de med. c. 17. p. 125. *His,* inquit, *qui cibum non continent, aloes minimum, cum frigida aqua potui datum, plurimum prodest.* Cels. IV. 5. *Vulgatissimum vero, pessimumque stomachi vitium est resolutio: id est, quum cibi non tenax est: soletque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi,* etc. H.

i. Cochlearis mensura) Binorum cochlearium. Diosc. Dal.

bus: Capillum *k.* fluentem continet cum vino auſtero, [1] capite *l.* in Sole contra capillum peruncto. Dolorem *m* capitis ſedat temporibus et fronti impoſita ex aceto et roſaceo, dilutiorque *n.* infuſa. Oculorum vitia omnia ſanari ea conuenit: priuatim prurigines et ſcabiem genarum: item inſignita *o.* ac liuida, illita cum melle, maxime Pontico. Tonſillas, *p.* gingiuas, et omnia oris hulcera. Sanguinis *q.* exſcreationes, ſi modicae ſint, [2] drachma ex aqua: ſi minus, ex aceto pota. Vulnerum *r.* quoque ſanguinem, et vndecumque fluentem ſiſtit per ſe, vel ex aceto. Alias *ſ.* etiam eſt [3] vulneribus vtiliſſima, ad cicatricem perducens. Eadem *t.* inſpergitur exhulceratis genitalibus virorum, condylomatis, rimiſque ſedis alias ex vino, alias ex paſſo, alias ſicca per ſe, vt exigit mitiganda curatio,

1. *capitis contra ſolem capillo perunćto. Ch.* 2. *Sic ex MSS. H. et M. drachmae pondere ex a. Gr. et Al.* 3. *vlceribus. Dioſc.*

k. Capillum) Dioſc. l. c. H.

l. Capite in Sole contra capillum perunćto) Lege, *pilum*, non *capillum*, ex vetuſto exemplari. Pint.

m. Dolorem) Dioſc. l. c. H.

n. Dilutiorque infuſa) Liquidior, ex alto inſtillata κατὰ τὴν ἐμβροχήν. Dal.

Dilutiorque) Ex alto inſtillata. H.

o. Inſignita ac liuida) Τὰ ὑπώπια, genarum ſuggillationes. Dal.

Oculorum) Dioſc. l. c. ψωροφθαλμίας τε καὶ κανθῶν κνησμοὺς παρηγορεῖ. *Scabras lippitudines, ſeu ſcabritiem palpebrarum, angulorumque in oculis pruriginem mitigat.* H.

Item) Hoc e.., ſugillata, partes percuſſionibus contuſas inſigniter, liuidaſque. Dioſc. Τὰ πελιώματα καὶ ὑπώπια σὺν μέλιτι. Eodem ſenſu *inſignitas iniurias* Gellius vocat, X. 3. *plagas, verbera, vibices,* aliaſque *carnificinas.* H.

p. Tonſillas) Dioſc. l. c. H.

q. Sanguinis) Dioſc. l. c. H.

r. Vulnerum) Dioſc. l. c. H.

ſ. Alias) Dioſc. l. c. et Galen. de fac. ſimpl. med. VI. p. 153. H.

t. Eadem) Dioſc. l. c. Marc. Emp. c. 33. p. 230. H.

tio, aut coercenda. Haemorrhoidum *v.* quoque abundantiam leniter sistit. Dysenteriae infunditur. Et si difficilius concoquantur cibi, bibitur a coena modico interuallo. Et in regio morbo tribus obolis ex aqua. Deuorantur *x.* et pilulae cum [1] melle decocto, aut resina terebinthina, ad purganda interiora. Digitorum [2] pterygia tollit. Oculorum

1. *mellis decocto Gr. et vulgg.* 2. *pterida. Ch.*

v. Haemorrhoidum) Diosc. l. c. non istud modo, sed et cetera medicamenta totidem verbis definit. H.

x. Deuorantur pilulae cum mellis decocto) Quid sit *mellis decoctum*, non percipio: quare libentius legerim, *melle decocto*, quam *mellis decocto*, auctoribus Dioscoride libro tertio, & Serapione. Fauent et exemplaria Toletanum et Caesaraugustanum. Proximas XXV. annotationes in medica Plinii nostri materia acceptas refer humane lector, Christophoro Oroscio praeclaro philosopho ac medico: qui vt in omni genere disciplinarum summus, praeterque Graece etiam eruditissimus, adiuuare non minus studia nostra voluit, quam de suis aliquot ante annos quam optime mereri, compositis in Paulum et Aetium eximios medicos doctissimis annotationibus, vt inhumane faciat Janus Cornarius, illustris alioqui in literis vir et magni nominis, qui eas suggillat tanquam parum necessarias: et leuissima quaeque consectantes. Nam sint ne quales Cornarius praedicat, at longe secus atque ab eo dicitur, necessariae et rerum magni momenti, nemo potest magis idoneus testis esse quam fuit ipse Cornarius. Qui quum sit tantus vir ac plane omni laude maior, cuncta fere quae in priore eius Montanique editione Oroscius annotauerat, in posteriore ad illarum praescriptum formulamue resarsit atque emendauit. Quod tamen nemini mirum videri debet: nec enim omnia, ut summus Poeta ait, possunt omnes, et quaedam aleae sunt non minus quam doctrinae, vt necesse sit, qui felici aliqua sorte antiquiora et emendatiora nactus sit exemplaria, plura praestet et certiora, quam qui in corrosa, hiantia, ac mutilata incidit, cuiusmodi fere esse solent quae tot seculorum edacitati erepta ad tempora vsque nostra descenderunt. Pint.

Cum) Ita MSS. R. et Colb. non *cum mellis decocto*. Diosc.

lorum medicamentis lauatur, vt quod ſit arenoſiſſimum ſubſidat. Aut torretur in teſta, pennaque ſubinde verſatur, vt poſſit aequaliter torreri.

VI. Alcea *y*. folia habet ſimilia verbenacae, [1] quae *z*. ariſtereon cognominatur, caules [2] tres aut quatuor, foliorum plenos, florem roſae, radices albas, cum plurimum ſex, cubitales, [3] obliquas. *a*. Naſcitur in pingui ſolo, nec ſicco. Uſus *b*. radicis ex vino vel ex aqua dyſentericis, aluo citae: et ruptis conuulſis.

VII. Alypon *c*. cauliculus eſt molli capite, non [4] diſſimilis betae, acre [5] guſtatu ac lentum, mor-

1. Sic et M. quae ariſteron. Ch. qui et periſtercon Gr. et Al. 2. quinque aut ſex Dioſc. 3. latas, πλατείας *Dioſc. Plin. legit,* πλαγίας. *4. diſſimile. Ch. 5. guſtu. Ch.*

Dioſc. l. c. μετὰ μέλιτος ἑφθοῦ, *cum melle decocto.* H.

y. Alcea) Dioſc. III. 164. totidem plane verbis: Ἀλκέα καὶ αὕτη εἶδος ἐστιν ἀγρίας μαλάχης, ἔχουσα φύλλα ἐπεσχισμένα πρὸς τὰ τῆς ἱερᾶς βοτάνης, etc. Vulgaris alcea pingitur a Lobeli in Obſſ. p. 374. Vidimus in horto Regio. In Italia Dalmatiaque, paſſim reperiri ait Anguillara par. XII. p. 223. carere autem vulgari nomine. H.

z. Quae) Sic MSS. omnes, R. Colb. Chifl. Etſi in editis, *periſtereon*. Nam et ἀριστερεῶνα dictam eſſe verbenacam, ex Pauſania monet Euſtath. in Odyſſ. χ. ſub fin. p. 1935. v. 5. neque modo hoc loco Plinii codices, ſed et L. XXV. 59. *ariſtereon* prae ſe ferunt. Quod et Apul. ſequutus c. 3. *Graeci,* inquit, *hieran botanen, ... alii ariſtereon.* H.

a. Obliquas) Sic recte Plinius πλαγίας ex ſcriptore aliquo tranſtulit: etſi πλατείας ſcripſit Dioſcorides. Verius multo Plinius, vti vel ipſa plantae effigies comprobat. H.

b. Uſus) Sic Dioſc. l. c. et eum ſequutus Aegineta. H.

c. Alypon cauliculus, etc.) Alypon ſurculoſa herba eſt, ſubrubra, gracilibus ramulis, folio tenui, flore molli et leui plena: radice betae, tenui, acri ſucco referta: ſemine epithymi. *Dioſ. Dal.*

Alypon) Non ita adumbratura Dioſc. IV. 180. Ἄλυπον

mordensque vehementer et accendens. Aluum soluit in aqua mulsa, addito sale modico. Minima potio duarum drachmarum, media quatuor, maxima sex: *d.* ea purgatione quibus datur e gallinaceo iure.

VIII. Alsine, *e.* quam quidam [1] myosoton appellant, nascitur in lucis, vnde *f.* et alsine dicta est. Incipit a media hieme, arescit aestate media: quum prorepit, musculorum aures imitatur foliis. Sed *g.* aliam docebimus esse, quae iustius myosotis vocetur. Haec *h.* eadem erat quae helxine, nisi *i.* minor [2] minusque hirsuta esset. Nascitur in hortis, et

1. *myosotin. V. myosota. Diosc. muris aures.* 2. *nihilque. Diosc.*

πον, nec quidquam fere praeter cognationem nominis, vimque aluum soluendi, commune inter se habent. Nullam vero plantam nostra nouit aetas, quae cum alterutro, siue Plinii, siue Dioscoridis alypo congruat. H.

d. Ea purgatione quibus dature e iure gallinaceo) Commodius, vt puto, legetur, *Ea purgatio est quibusdam e gallinaceo iure* Pint.

Ea) Commodius ita legi Pintianus censebat: *Ea purgatio est quibusdam e gallinaceo iure*: eadem sententia. H.

e. Alsine) Diosc. IV. 89. Ἀλσίνη, οἱ δὲ μυὲς ὦτα, ἀπὸ τοῦ ἔχειν φύλλα ὅμοια μυὸς ὠτίοις. ἀλσίνη δὲ διὰ τὸ σκιεροὺς καὶ ἀλσώδεις φιλεῖν τόπους. Est alsine minima Dodonaei, p. 30. plebi dicta Morsus Gallinae, quod ea sit gallinis et auiculis pabulo grata, Gallis, *du Mouron.* In horto Regio. Italis, *Centocchi, Pauerino, Galinella,* apud Anguillara, par. XIV. p. 275. H.

f. Vnde) Ἄλσος Graecis, nemus, lucus, saltus, hortus. H.

g. Sed) Infra s. 80. H.

h. Haec eadem quae erat Helxine) In archetypo nostro, *Haec eadem erat quae Alsine*: et paulo post eadem menda. Pint.

Haec) Diosc. l. c. Πόα ἐστὶν ὅμοια ἑλξίνῃ, ταπεινοτέρα δὲ καὶ οὐ δασεῖα. Sic et Oribas. XI. p. 188. et Galen. de fac. simpl. med. VI. p. 154. H.

i. Minor) Hic locus ostendit, Plinium apud Dioscoridem, siue Andream, siue Crate-

et maxime in parietibus. Quum *k.* teritur, odorem cucumeris reddit. Vſus *l.* eius ad collectiones inflammationeſque: [1] et in eadem omnia quae *m.* helxine, ſed infirmius. Epiphoris *n.* peculiariter imponitur: item verendis, hulceribuſque cum farina hordeacea. Succus *o.* eius auribus infunditur.

IX. Androſaces *p.* herba eſt [2] alba *q.*, amara, ſine foliis, *r.* folliculos [3] in cirris habens, et in his ſemen: naſcitur in maritimis [4] Syriae maxime. Datur *ſ.* hydropicis drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua, vel aceto, vel vino. Vehementer enim vrinas ciet. Datur et podagricis illiniturque. Idem [5] effectus et ſeminis.

X.

1. *quin ad eadem omnia. M. quin emendat omnia. V.* 2. λεπτόκαρφος, *tenuibus iuncis, Dioſc. Plin. legit* λευκόκαρφος. 3. *incuruos. M. in capite. Dioſc.* 4. *Iſtriae maxime. M. Hiſtriae maxime. Cb.* 5. *ſic ex Mſs. H. et Cb. ſemini Gr. et Al.*

Crateuam pro μακροφυλλότερα, legiſſe μικροφυλλότερα. Dal.

k. Quum) Dioſc. et Orib. ll. cc. H.

l. Vſus) Totidem haec verbis Dioſc. l. c. H.

m. Helxine) Nihil Dioſcorides. Haec paene omnia ſumpta ſunt e c. de helxine. *Dal.* Lege *Alſine*, non *Helxine*, vt iam monui, ex noſtro apographo. Pint.

n. Epiphoris) Hoc eſt, oculorum inflammationibus. Dioſc. Ἁρμόζει πρὸς φλεγμονὰς ὀφθαλμῶν, κατὰ ἀλφίτων καταπλασσομένη. H.

o. Succus) Dioſc. l. c. H.

p. Androſaces) Totidem verbis Dioſc. III. 150. Ἀνδρόσακες γίνεται μὲν ἐν Συρίᾳ ἐν παραθαλασσίοις τόποις, etc. Sunt enim reliqua ſimilia. *Androſaces Cotyledon marinum herba folioſum* a Lobelio appellatur in Aduu. p. 165. a quo delineatur, quale in horto regio vidimus. H.

q. Alba, amara, ſine foliis) Plinius fortaſſis pro λεπτόκαρφος, tenuibus iuncis, legit λευκόκαρφος. Dal.

r. Folliculos) In cacumine ac ſummitate tenuium cirrorum, ſiue cauliculorum, folliculum gerit, quo ſemen continetur. Dioſc. l. c. Λεπτόκαρπος, ἄφυλλος, θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα περιεκτικὸν σπέρματος. H.

ſ. Datur) Dioſc. l. c. haec omnia pariter medicamenta refert. H.

X. Androsaemon *t.* siue (vt alii appellauere) *v.* ascyron, non absimile est hyperico, *x.* de qua diximus, cauliculis maioribus, densioribusque, et magis rubentibus. Folia *y.* alba rutae figura: semen papaueris nigri [1] Comae *z.* tritae sanguineo succo manant. Odor *a.* eis resinosus. Gignitur [2] in vineis. Fere medio autumno [3] effoditur, suspenditurque. Usus ad purgandam aluum tusae cum semine, potaeque matutino, vel a coena, duabus drachmis in aqua mulsa, vel vino, vel aqua pura, totius potionis sextario. Trahit *b.* bilem: prodest *c.* [4] ischiadi maxime. Sed postera die capparis radicem resinae permixtam deuorare oportet drachmae pondere, iterumque quatridui interuallo eadem facere: a *d.* purgatione autem ipsa robustiores vinum bibere, infirmiores aquam. Imponitur et podagris, *e.* et ambustis, et vulneribus, [5] cohibens *f.* sanguinem.

(XI.)

1. Folia trita vinoso succo manant. Diosc. 2. in vineis fere. Medio. M. 3. effunditur. Ch. 4. Ischiadicis. Gr. 5. cohibet. V.

t. Androsaemon) Diosc. III. 173. Ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ Διονυσιάδα, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἄσκυρον καλοῦσι, etc. Addit esse diuersum ab altero ascyro, de quo dicemus et nos s. 20. et ab hyperico quod nec Plinius ipse diffitetur, quum haud penitus esse ei absimile pronunciat. Vidimus in horto Regio, quale a Dodonaeo adumbratur, p. 27. H.

v. Ascyron) Hoc ab androsaemo distinguit Diosc. D.

x. De qua) L. sup. s. 53. H.

y. Folia alba rutae figura) Androsaemi. Diosc. D.

Folia) Eadem habet Dios. l. c. H.

z. Comae) Coma in herbis dicitur, quidquid hilari venustate crinium modo summa ramorum vel cauliculorum exornat, vt frondes, quum foliatum est cacumen, saepe et corymbi, et flores sua venere comant. H.

a. Odor) Dios. l. c. Ἀνατριφθεῖσα δὲ ἡ κόμη ῥητινώδη ὀσμὴν ἀποδίδωσι. H.

b. Trahit) Diosc. l. c. H.

c. Prodest) Diosc. l. c. H.

d. A purgatione) Aquae tantum Diosc. meminit, l. c. H.

XI. Ambrosia *g.* vagi nominis est, et circa alias herbas [1] fluctuati: [2] vnam *h.* habet certam, densam, ramosam, tenuem, trium fere palmorum, ter-

B 2 tia

1. fluctuantis. V. 2. Fruticem vnum habet densum, ramosum... radice breuiorem, foliis rutae. Circa imum caulem in ramulis semen est. Gr.

e. Et) Diosc. Il. c. Καὶ πυρίκαυςα δὲ ἡ πόα καταπλασθεῖσα ἴαται καὶ αἷμα ἐπέχει. Sic etiam Galen. de fac. simpl. m. VI. p. 156. H.

f. Cobibens sanguinem) In Diosc. Cod. vet. νομὰς ἐπέχει. D.

g. Ambrosia) Permulta herbarum genera vagari id nomen ait, neque esse vnius singularis proprium ac peculiare. Sane et botrys, de qua dicetur f. 31. ambrosia appellatur, et lilium ipsum a Corinthiis, teste Nicandro in Glossis, apud Athen. XV. p. 681. Haec quam modo Plinius tractandam suscepit, κατ' ἐξοχὴν ambrosia nuncupatur. H.

h. Fruticem vnum habet, densum, ramosum) Quomodo habet *fruticem*, etc. si nondum constat, quae sit ambrosia? Voss. *fluctuati vnam habet certam densam ramosam tenuem.* Super primam literam *ε onam* est *V.* Recte, vt puto. *Ambrosia vagi nominis est et circa varias herbas fluctuati. vnam habet* (nempe herbam hoc vocabulum) *certam, densam, ramosam.* Quatuor alii: *circa alias herbas fruticum vnam habet densam ramosam tenuem.* Nec vero *fluctuati* mutandum in *fluctuantis.* Vide IV. Obseru. 6. Gr.

Vnam) Haec Diosc. ambrosia est III. 129. Ἀμβροσία, οἱ δὲ βότρυς, οἱ δὲ βότρυς ἀρτεμισία etc. Sunt enim reliqua paria. Ambrosia altera Matthioli, p. 852. Ambrosia tenuifolia Lobelii in Obss. p. 442. abrotonum campestre dictum. Vidimus in horto Regio. Vide N. et Em. N. III. (hic consp.) *Ambrosia)* Interpolatorum audacia, an inscientia, sic ad hunc diem in libris vulgatis legitur: *circa alias herbas fluctuati: Fruticem vnum habet densum, ramosum... foliis rutae. Circa imum caulem in ramulis*, etc. Voce una scilicet extrita, adiecta altera, interpunctione vitiata. Nos verba scriptoris integra, certamque sententiam, nec impeditam, ex codd. R. et Colb. fide repraesentamus. Accedit et Diosc. cuius haec sunt Plinianis omnino paria: III. 129. Φύλλα ἔχει περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ ὡς πηγάνου. Τὰ δὲ καυλία περίπλεα σπερματίων, ἐοικότων βοτρυδίοις, etc. H.

tia *i.* parte [1] radice breuiore, foliis [2] rutae circa imum caulem. In ramulis ſemen eſt vuis dependentibus, odore vinoſo: qua *k.* de cauſa botrys a quibuſdam vocatur, ab aliis artemiſia. Coronantur *l.* illa Cappadoces. Vſus *m.* eius ad ea quae [3] diſcuti opus ſit.

XII. Anonin *n.* quidam ononida malunt vocare, ramoſam, ſimilem feno Graeco, niſi fruticoſior hirſutiorque eſſet, odore [4] iucunda, poſt *o.* ver ſpinoſa.

1. radicem. V. 2. rutae circa imum caulem. In ramulis. Dioſc. 3. reprimi. Dioſc. 4. ſic ex Mss. H. et Ch. iucundo Gr. et Al.

i. Tertia) Radix igitur duûm palmorum eſt, nam caulis ternûm. Et vero Dioſc. ἡ δὲ ῥίζα, διςπίθαμος, qui prius caulem τρισπίθαμον dixit. H.

k. Qua) Βότρυς vuam apud Graecos ſonat. Et in Ambroſia ſunt racemoſi fructus qui cohaerent, conuoluunturque in vuarum modum. H.

l. Coronantur) Dioſc. l. c. Καταπλέκεται δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς ςεφάνοις; *nectitur in coronas apud Cappadoces.* H.

m. Vſus) Vis eius reprimere, repellere, illituque adſtringere humores, qui in aliquam partem incumbunt. Δύναμιν δὲ ἔχει ςαλτικὴν τῶν ἐπιφερομένων, καὶ ἀποκρουςικὴν, καταπλασσομένη ςύφουσα. H.

n. Anonin) Dioſc. III, 21. Ἀνωνὶς, οἱ δὲ ὀνωνίδα καλοῦσιν, etc. Egimus de ea XXI, 58. H.

o. Poſt ver ſpinoſa) Theophraſto c. 5. lib. VI. hiſt. Anonis: ἄρχεται τῆς βλαςήσεως θέρους, τελειοῦται δὲ μετοπώρου. Lego, *iucundo, ſpinoſam. Eſtur etiam muria poſt ver condita, etc.* nempe quo tempore adhuc tenella eſt aptaque conditurae. Quidam ſic deſtinguere malunt, *hirſutiorque eſſet ac ſpinoſa, odore iucundo. Eſtur etiam, etc.* Matthiolus Plinium reprehendit, quod haec ſcripſerit contra Theophraſti ſententiam, et auctoritatem D.

Poſt ver) Igitur aeſtate: id quod experientia ipſa docet. Spinas aeſtate, autumno ſemen perfectum gerit. Eſt et alia non ſpinoſa, pariter fruticoſa, in Delphinatu ac ſuperiore Prouincia frequens. Deſcribitur a Dodonaeo, p. 57. H.

p. Eſtur) Condiri muria, dum adhuc tenella eſt, antequam ſpinas proferat, atque

spinosa. Estur *p.* etiam muria condita. Recens *q.* vero margines hulcerum erodit. Radix decoquitur in posca dolori dentium. Eadem [1] cum melle pota, calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias.

XIII. Anagyros, quam aliqui [2] acopon vocant, fruticosa est, grauis odore, flore *r.* oleris: semen *s.* in corniculis non breuibus gignit, simile renibus, quod durescit [3] per *t.* messes. Folia

 collectio-

1. *cum vino. Diosc.* 2. *acorion. M.* 3. *vua maturescente. Diosc.*

que ita esse in cibis iucundam, auctor est Diosc. l. c. Ἀλμεύεται δὲ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι, καὶ ἐστιν ἡδίςη. Sic et Oribasius. H.

q. Recens) Diosc. l. c. et istud, et reliqua quae subsequuntur medicamenta totidem ferme verbis tradit. H.

Anagyros) Diosc. III. 167. Ἀνάγυριν, οἱ δὲ ἄκοπον καλοῦσι. Iisdem deinde notis, quibus a Plinio, describitur. Pingitur a Lobelio in Obs. p. 505. qualem in horto regio vidimus. Gallis, *Bois puant.* Italis, *Fava lupina,* teste Anguillara, par. 4. p. 81. Ex ea odoris grauitate petita paroemia, Ἀνάγυρον κινεῖν, apud Zenobium Cent. 2. n. 55. cui ista affinis, *Camarinam mouere.* Ab vico Atticae Anagyro, vbi planta ea plurimum nascebatur, nomen accepisse, idem auctor affirmat. H.

Oleris) Brassicae, κατ' ἐξοχὴν. Varro cap. 16. I. de re rust, quod vsque eo est contrarium naturae, vt arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, vt introrsum in fundum se reclinent, vt vitis adsita ad olus facere solet. Vide Ful. Vrsin. ad d. l. Varr. Dal.

r. Flore) Hoc est, flore simili brassicae. Sic enim κατ' ἐξοχὴν brassica olus vocatur. Sic Varro de R. R. I, 18. *Quod vsque eo contrarium est naturae, vt arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, vt introrsum in fundum se reclinent, vt vitis adsita ad olus facere solet,* etc. De vitis inimicitia cum brassica alibi diximus. Diosc. l. c. de anagyri: ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. Et Oribasii interpres, *flores brassicae similes.* Plinius ipse XXIX, 25. *cum olere marino* dixit pro marina brassica. H.

s. Semen) Ἐν κερατίοις μακροῖς. Diosc. H.

t. Per) Diosc. Περὶ τὸν τῆς ςαφυλῆς πεπασμὸν, *maturescente vua,* paruo discrimine.

collectionibus *v.* imponuntur, difficulterque *x.* parientibus adalligantur, ita vt a partu ſtatim auferantur. Quod *y.* [1] ſi emortuus haereat, et ſecundae menſeſque morentur, [2] drachma *z.* bibuntur in paſſo folia. Sic *a.* et ſuſpirioſis dantur: et in vino vetere *b.* ad phalangiorum morſus. Radix *c.* diſcutiendis concoquendiſque adhibetur. Semen *d.* commanducatum [3] vomitiones facit.

XIV.

1. *ſi foetus mortuus haereat, aut ſec. V.* 2. *drachmae pondere bibuntur Gr. et Al.* 3. *manducatum Ch.*

mine. Parum enim intereſt, vtrum per meſſes, an matureſcente vua id contingere quis aſſeueret. H.

v. Folia) Tumores, οἰδήματα, his impoſitis reprimi ſcribit Dioſc. l. c. H.

x. Difficulterque) Haec totidem verbis Dioſc. l. c. H.

y. Quod) Subintellige *partus*, hoc eſt, fetus, ex antecedentibus. Haec rurſum ad verbum quoque Dioſc. l. c. H.

z. Drachma) Sic MSS. omnes. Familiaris Plinio, ſcriptoribuſque vetuſtis loquutio, pro *drachmae pondere.* H.

a. Sic et) Dioſc. l. c. ſuſpirioſis drachmae pondere in paſſo praebet. H.

b. Ad phalangiorum morſus) Πρὸς κεφαλαλγίαν, Dioſcor. Plinius legit, πρὸς φαλάγγια. Dal.

Ad) Vide N. et Em. N. IV. (hic poſ.) *Et in*) Apud Dioſc. in libris vulgatis ita hodie legitur, III, 167. de anagyri. Πρὸς δὲ κεφαλαλγίαν σὺν οἴνῳ. *Prodeſt ad dolorem capitis cum vino.* Caue porro credas cum Dalecampio, ceteriſque, feſtinatione legenti nimia hallucinatum Plinium, πρὸς τὰ φαλάγγια temere ſcripſiſſe: quum πρὸς κεφαλαλγίαν ſcribere debuiſſet: nam ex Plinio potius Dioſcoridem emendandum Dioſcorides ipſe admonet, qui medicamenta priorum librorum alio ordine in libris Εὐποριστῶν retexens, vbi de morbis capitis agit, anagyris mentionem nullam facit: vbi, de phalangiis principatum eidem adſcribit II, 121. Ἰδίως δὲ πρὸς φαλαγγιά, ὀνογύρου <δ'. Eſt autem ὀνόγυρος eadem quae ἀνάγυρος apud Nicandrum in Theriacis; vt obſeruat Conſtantinus in Lexico. H.

c. Radix) Ad verbum Dioſc. l. c. H.

d. Semen) Quae eo nomine cenſenda herba ſit, adhuc inter herbarios lis eſt. Nos inter peregrinas ducimus. H.

XIV. [1] Anonymos *e.* non inueniendo nomen inuenit. Affertur [2] e Scythia, celebrata Hicesio, non paruae auctoritatis Medico: item [3] Aristogitoni: in vulneribus praeclara, ex aqua tusa et imposita: pota vero, mammis praecordiisque percussis: item sanguinem exscreantibus. [4] Putauere et bibendam vulneratis. Fabulosa arbitror, quae adiiciuntur: recente *f.* ea, si vratur, ferrum aut aes *g.* ferruminari.

XV. (V.) Aparinen *h.* aliqui [5] omphacocarpon, alii philantropon vocant, ramosam, hirsutam, quinis senisue in orbem circa ramos foliis [6] per interualla. Semen *i.* rotundum, durum, concauum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis pratisue, asperitate *k.* etiam vestium tenaci. Efficax *l.* contra serpentes, semine poto ex vino drachma: et contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia imposita: succus *m.* auribus infunditur.

 XVI.

1. vomitiones vehementes facit Diosc. 2. et scytice Ch. 3. aristogiton Ch. 4. Putauere. Ch. 5. omphalocarpon. V. et Diosc. 6. ex interuallis. M. V.

e. Anonymus non inueniendo etc.) Quidam esse volunt bulgam officinarum, alii consolidam mediam. Vtraque sane planta vulneribus sanandis efficacissima est. Huius mentio fit supra cap. 8. lib. XXV. Dal.

f. Recente ea si vratur ferrum aut aes ferruminari) in vetusto codice, *Recentem eam si uratur in ferrum aes ferruginari.* Pint.

g. Ferruminari) Inde coniectura sumitur, symphyti siue consolidae genus esse. *Dalec.*

h. Aparinen) Eadem asperugo dicitur et Φιλάνθρωπος, qua de egimus XXIV, 116. Diosc. III, 104. Ἀπαρίνη, οἱ δὲ ὀμφαλόκαρπον, οἱ δὲ Φιλάνθρωπον καλοῦσιν etc. Galen. quoque de fac. simp. m. VI, p. 153. Ἀπαρίνη... οἱ δὲ ὀμφακόκαρπον. Sic etiam Aegineta VI, 3. H.

i. Semen) Diosc. l. c. H.

k. Asperitate) Folia asperiora vestibus adhaerescunt: Προσέχεται δὲ καὶ ἱματίοις ἡ πόα, inquit Diosc. l. c. Inde nomen. *Asperugo.* H.

l. Efficax) Diosc. l. c. H.

m. Succus) Diosc. l. c. H.

XVI. Arction *n.* aliqui [1] arcturum vocant: ſimilis eſt verbaſco foliis, niſi quod hirſutiora ſunt: caule longo, molli, ſemine cumini. Naſcitur in petroſis, radice tenera, alba, dulcique. Decoquitur in vino ad dentium [2] dolorem, ita vt contineatur ore [3] decoctum. Bibitur propter iſchiada et ſtranguriam: [4] e vino ambuſtis *o.* imponitur, et pernionibus. Fouentur eadem cum radice ſemine trito in vino.

XVII. Aſplenum *p.* ſunt qui hemionion vocant, foliis *q.* trientalibus multis, radice *r.* limoſa, ca-

1. *potius arcturum. Ch.* 2. *dolores. Ch.* 3. *decoctum quod bibitur et propter V.* 4. *ex Ch.*

n. Arction) Quae de arctii facie ac dotibus, tota hac ſectione narrantur, ea totidem verbis habet Dioſc. IV, 106. Ἄρκτιον, οἱ δὲ ἀρκτοῦρον, etc. Galen. item de fac. ſimpl. med. VI. p. 159. Pingitur a Dodonaeo p. 149. ex codic. Caeſareo: ſed plantam ipſam vſurpare oculis, quae hanc referret effigiem, adhuc non licuit: ſibi perinde ignotam fatetur Anguillara, par. XIV. p. 281. H.

o. Imponitur, et pernionibus.) Imponitur. Fouentur perniones eiuſdem radice cum ſemine decocta in vino. *Dioſcorid.* quamquam is et perniones et ambuſta foueri praecipiat. Dal.

p. Aſplenum) Dioſc. III, 151. Ἄσπληνον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, etc. Sunt enim reliqua quae de illius facie ac viribus a Plinio referuntur, paria ferme cum iis, quae Dioſc. habet l. c. In officinis *Ceterach* nominatur, et *Citrarch*, teſte Anguillara, Par. XIII. p. 237. Pingitur a Dodonaeo p. 465. quale in horto regio vidimus. Hemionion dici, quod mulae ἡμίονοι ea maxime delectentur, ait Theophr. Hiſt. IX, 19. *Calcifragam*, quod calculoſis proſit, Scrib. Larg. comp. 150. H.

q. Foliis) Quae tertiam pedis partem, ſeu pollices quatuor, longitudine adaequent. H.

r. Radice limoſa.) Folia polypodii ſeu filiculae modo diuiduntur, ſubter flaua, hirſutaque, ſuperne viridia. *Dioſcor.* Hunc locum Plinius omnino corrupit. Dal.

cauernoſa, ſicut filicis, candida, hirſuta: nec *s.* caulem, nec florem, nec ſemen habet. Naſcitur *t.* [1] in petris, parietibuſque opacis, humidis: laudatiſſima in Creta. Huius *v.* foliorum [2] in aceto [3] decocto per *x.* dies [4] XL. poto lienem abſumi aiunt: [5] et *y.* illinuntur autem: eadem ſedante ſingultus. Non *z.* danda feminis, quoniam ſterilitatem facit.

B 5 XVIII.

1. *in parietibus opacis M.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. foliorum iure in aceto Gr. et Al.* 3. *decoctae V. decoctorum V. Alii* 4. *XXX M. et Ch.* 5. *illinuntur eadem, ſedantque ſingultus V. et illin. eadem ſedant et ſingul. Alii V. et linuntur. Ch.*

s. Nec) Dioſc. l. c. *H.*

t. Naſcitur) Dioſc. et Theophr. ll. cc. *H.*

v. Huius foliorum iure in aceto decocto per dies XL. poto.) *To iure* nec in Voſſ. neque in Chiflet. eſt Men *vis* And. Acad. et Gud. *ius.* Dein primus *decocta.* Item *per dies XXX.* Chiflet. et omnes denique *potu. melior* Voſſ. Scribendum videtur. *Huius foliorum in aceto decoctae per dies XXX. potu lienem abſumi aiunt.* Sed *quadraginta* ex Dioſcor. Hermolaus. Gr.

Huius) Totidem verbis Dioſc. l. c. Et idcirco ἄσπληνον nuncupatur. H.

x. Per) Sic libri editi omnes. At MSS. *per dies XXX.* Dioſcorides libris vulgatis fauet. *H.*

y. Et illinuntur) Vide. N. et Em. N. V. (hic coll.) *Huius*) Sic libri omnes editi et MSS. Interpolat autem hanc ſcripturam in Elzeuiriana editione Laetus, in hunc modum: *Lienem abſumi aiunt: et illinuntur autem eadem, ſedantque ſingultus*: vt ad ſingultus illini tantum credas. Quod ſcriptoris quidem ſententiae pleniſſime aduerſatur, ac Dioſcoridis, qui plane ſimilia tradit, III. 151. Δύναμιν δὲ ἔχε τὰ φύλλα σὺν ὄξει καὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ', σπλῆνα τήκειν Δεῖ δὲ καταπλάσσειν καὶ τὸν σπλῆνα τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ. Βοηθεῖ καὶ ϛραγγουρίᾳ καὶ λυγμῷ. etc. H.

z. Non) Dioſc. l. c. et Theophr. IX. 19. H.

XVIII. Afclepias *a.* folia ederae habet, ramos longos, radices numerofas, tenues, odoratas: floris virus graue, femen [1] fecuridacae. Nafcitur in montibus. Radices torminibus medentur, et contra ferpentium ictus, non folum potu, fed etiam [2] illitu.

XIX. After *b.* ab aliquis bubonion *c.* appellatur, quoniam *d.* inguinum praefentaneum remedium eft. Cauliculus *e.* foliis oblongis duobus aut tribus: in cacumine capitula ftellae modo radiata. Bibitur *f.* et aduerfus ferpentes. Sed *g.* ad inguinum medicinam, finiftra manu decerpi iubent, et

1. *fecuriarum Ch.* 2. *illitum Ch.*

a. Afclepias) De huius forma ac viribus totidem verba ac placita leges apud Diofc. III. 106. Ἀσκληπιὰς etc. Ab ederae folio nomen habet κίσσον et κισσόφυλλον, in Noth. Diofc. p. 456. Vincetoxicum a Matthiolo appellatur, a quo et fcite effigiatur, p. 809. qualem in horto regio vidimus: item a Dodonaeo, p. 402. *H.*

b. After) Apul. c. 60. *Graecorum aliqui afterion, alii afterifcon, alii aftera Atticon, quidam bubonion, alii hyophthalmum vocarunt, Latini inguinalem.* Nempe βουβὼν inguinem et tumorem inguinis fonat. Diofc. IV, 120. Ἀςὴρ Ἀττικός In Noth. p. 470. οἱ δὲ ἀςερίσκος, οἱ ἀςέριον, οἱ δὲ βουβώνιον, οἱ δὲ ὑόφθαλμον, Ῥωμαῖοι ἐγγίναλις. Genera amplius vicena vidimus in horto regio: praecipua delineantur a Clufio hift. rar. pl. IV, p. 13. fqq. *H.*

c. Bubonion appellatur) Alia haec quam inguinaria defcripta, cap. 9, lib. XXVI. Plinius multa et infignia tacet, quae a Diofcoride de hac planta traduntur. Dal.

d. Quoniam) Florem recentem, atque adeo humidum inguinum inflammationi vtiliter adhiberi docet Diofc. l. c. *H.*

e. Cauliculus) Sic fere Diofc. l. c. *H.*

f. Bibitur) Suffiri ad fugandos ferpentes Crateuas ait in Diofc. Noth. p. 470. *H.*

g. Sed.) Diofc. l. c. *H.*

et iuxta cinctus [1] alligari. Prodeſt et coxendicis dolori adalligata.

XX. Aſcyron *h.* [2] et aſcyroides, ſimilia ſunt inter ſe, et hyperico: ſed [3] maiores habet ramos, quod aſcyroides vocatur, [4] ferulaceos *i.*, omnino rubentes: capitulis paruis, luteis. Semen *k.* in calyculis puſillum, nigrum[, reſinoſum. Comae *l.* tritae velut *m.* cruentant. Qua de cauſa quidam hanc androſaemon vocauere. Vſus *n.* ſeminis ad iſchiadicos, poti duabus drachmis in hydromelitis ſextario. Aluum *o.* ſoluit, bilem detrahit. Illinitur *p.* et ambuſtis.

XXI. Alphaca [5] *q.* tenuia admodum folia [6] habet: puſillo altior lenticula eſt. Si-

1. *adalligari Ch.* 2. *ſiue aſcyr. hyperici genus eſt, maiores, etc. Dioſc.* 3. *ſed deleci. Gr.* 4. *furculoſos. Dioſc.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch.* 6. *habet puſilla altior. M.*

h. Aſcyron) Aſcyron, inquit, de quo ſ. 10. dictum, et aſcyroides, de quo nunc inſtituitur oratio, ſimilia ſunt inter ſe, et hyperici, de quo XXVI, 35. Aſcyroides a Dioſc. III, 172. iiſdem adumbratur notis, quibus nunc a Plinio. Ἄσκυρον οἱ δὲ ἀσκυροειδὲς, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, καὶ τοῦτο εἶδός ἐστιν ὑπερικοῦ, μεγέθει διαφέρον, κλωσὶ μεῖζον etc. A Matthiolo pingitur in Dioſc. III, 637. In horto regio vidimus. Vide Anguillaram etiam, Par. XIII, p. 243. H.

i. Ferulaceos, omnino rubentes) Voſſ. *omnia rubentes.* vt lib. XXIV, 8. *alia ſimilis.* Tertullianus *cultum omnia candidatum.* Gr.

k. Semen) Dioſc. l. c. et Oribaſ. L. XI. f. 191. H.

l. Comae) Veluti cruorem reddunt. Fructus attritu, inquit Dioſc. l. c. digiti cruentantur: Καρπὸν δὲ . . . καὶ ἐν τῷ παρατριβῆναι οἱονεὶ αἱμάσσοντα τοὺς δακτύλους, ὡς διὰ τοῦτο ἀνδρόσαιμον καλεῖσθαι. H.

m. Velut cruentant) Hoc eſt, cruorem reddunt. *Gelen.*

n. Vſus) Dioſcoridi, καρποῦ. H.

o. Aluum) Dioſc. l. c. H.

p. Illinitur) Dioſc. l. c. H.

q. Aphaca) Sic MSS. omnes hoc loco, etſi in indice

Siliquas *r.* maiores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora, et [1] madidiora [2] lenticula. Nascitur in aruis. Natura *s.* [3] ei ad spissandum efficacior, quam lenti: reliquo vsu eosdem effectus [4] habet. Stomachi *t.* aluique fluxiones sistit semen decoctum.

XXII. Alcibion *v.* [5] qualis esset herba, apud auctores non reperi. Sed radicem eius et folia trita, ad serpentis morsum imponi *x.* et [6] bibi: folia,

1. *sic ex Mss. H. madidiora, et minora lenticula Gr. et Al.* 2. *et minora in M. d.* 3. *ei, in M. d.* 4. *reliquos vsus eosdem habet Ch.* 5. *qualis esset herba in M. d.* 6. *sic ex Mss. H. et bibi iubent Gr. et vulgg.*

dice varient, ut monuimus. Alia haec Theophrastea aphace, de qua XXI, 52. Describitur totidem fere verbis a Diosc. II, 178. Pingitur a Dodonaeo, p. 635. Nondum occurrit nobis. H.

r. Siliquas) Diosc. l. c. H.

s. Natura) Ad adstringendum. Diosc. l. c. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ σπερμάτια ϛυπτικήν, etc. H.

t. Stomachi) Diosc. l. c. totidem verbis. H.

v. Alcibion) Supra cap. 21, lib. XXII. onocheiles secundum Anchusae genus Alcibiadion vocatur, vt et Dioscorid. Echion. Dioscoridi vocatur et doris et alcibiadion. Nicandro vero alcibium, in Theriacis: ἐσθλὴν δ' ἀλκιβίȣ ἔχίȣ περιφράζει ῥίζαν. At mirum est, quod iam ait Plinius, apud auctores non reperiri qualis sit herba, quum eadem de foliis et radice tradat, quae Dioscorides de altera anchusa et echio. *Dal.*

Alcibion) Aliud esse hoc alcibion ab eo quo de egimus XXII, 24. et ab echio, de quo XXV, 58. Nicander admonet, qui quum in Theriac. p. 39. de vtroque isto posteriore egisset, idem mox p. 47. Plinianum illud, nomine tantum appellato, facie non declarata, diuersum esse pronunciat: Ἄλλην δ' Ἀλκιβίοιο φερώνυμον αἵρεο ποίην. Vbi Schol. p. 31. Ἄλλην δ' Ἀλκιβίοιο, τουτέϛιν ἄλλην βοτάνην, ἄλλο εἶδος, ἄλλο ἀλκίβιον. H.

x. Imponi et bibi iubent folia.) Τὸ iubent nostri quinque omnes ignorant. Iure. intelligitur enim *apud auctores repperi.* Gr.

folia, quantum manus capiat, trita cum vini meri cyathis tribus, aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem menſura.

XXIII. Alectorolophos *y.*, quae apud nos [1] criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtae, plura, caulem tenuem, ſemen nigrum in ſiliquis. Vtilis tuſſientibus cocta cum faba freſa, melle addito: et caligini oculorum. Solidum ſemen [2] coniicitur in oculum, nec turbat, ſed in ſe caliginem contrahit. Mutat colorem, ſed ex nigro albicare incipit et intumeſcit, ac per ſe exit.

XXIV. (VI.) Alum *z.* nos vocamus, Graeci ſymphyton petraeum, ſimile cunilae bubulae, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, ſurculoſum *a.*, odoratum, guſtu dulce,

1. *criſta galli dicitur. V.* 2. *iniicitur M.*

y. Alectorolophos quae apud nos Criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtae plura.) In antiquo exemplari *Alectorolophos* vna ſyllaba minus legitur: rectius puto, etſi ſecus ſentit in Corollario Hermolaus. Item placet magis legatur permutatis dictionibus: *Alectrolophos quae apud nos Criſta gallinacei dicitur, folia habet ſimilia criſtae plura*: et paulo poſt, *et ex nigro*, non, *ſed ex nigro*. Pintian. *Alectrolophos*) Quorundam opinione alliaria: aliorum vero cauda lupi: aliorum gallithricum, cuius ſemen eodem effectu, et eadem cauſa vulgus etiam oculis iniicit, praeſertim quum culex illapſus eſt. *Dal.*

Alectorolophos) Ἀλεκτορόλοφος, hoc eſt, criſta galli. Pingitur a Dodonaeo, p. 546. Vbique notiſſima: *Creſta di Gallo.* Italis quoque, teſte Anguillara, Par. XII, p. 219. H.

z. Alum) Nos inquit, Romani; Graeci aliter. Nos autem id nomen a Gallis accepimus. Diximus de herba ea XXVI, 26. *Halus*, inquit *ipſe*, *quam Galli ſic vocant*, ... *ſimilis eſt cunilae bubulae*, etc. Iiſdem plane verbis a Dioſc. deſcribitur IV, 9. H.

a. Surculoſum) Hoc eſt, lignoſum: ξυλῶδες. Dioſc. l. c. H.

dulce, saliuam ciens, radice longa rutila. Nascitur *b.* in petris, ideo petraeum cognominatum: vtilissimum lateribus, [1] renibus *c.*, [2] torminibus, pectori, pulmonibus *d.*, sanguinem reiicientibus, faucibus *e.* asperis. Bibitur radix trita, et in vino decocta, et aliquando superlinitur. Quin *f.* et commanducata sitim sedat, praecipueque pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur, [3] et contusis: lenit interanea. *h.* Aluum *i.* sistit cocta in cinere, detractisque folliculis trita cum piperis nouem granis, et ex aqua pota. Vulneribus *k.* sanan-

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. lateribus; lienbus, renibus. Gr. et Al.* 2. *torminibus, pectoribus. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. et conuulsis, lieni, interaneis Gr. et Al.*

b. Nascitur) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

c. Renibus) Diosc. l. c. Galen. de fac. simpl. med. VIII, p. 233. et Marc. Emp. c. 26. p. 176. H.

d. Pulmonibus) Scrib. Larg. comp. 83. *Ad sanguinis eruptionem, siue ex arteriis, siue a pulmone, vel pectore ea fuerit; bene facit Symphyti radix, quam quidam inulam rusticam vocant, quidam autem Alum Gallicum dicunt,* etc. Sic et Marc. Emp. c. XVII, p. 124. Diosc. IV, 9. decoctum ait in aqua mulsa, et potum, quae pulmoni haereant, excrementa repurgare. H.

e. Faucibus) Galen. l. c. H.

f. Quin) Diosc. l. c. H.

g. Conuulsis, lieni, interaneis.) Quomodo imponitur *interaneis*? Lege cum Vossiano: *Luxatis quoque imponitur et contusis: lenit interanea: aluum sistit cocta,* etc. *Contusis* et Chiflet. Pintiani quoque codex *lenit*, unde ille facit *leuiter*. Gr.

Et conuulsis linei interaneis) *Contusis*, non *conuulsis*, in nostro apographo: *et lenit*, non *lieni*, ut forte *leuiter* legi possit pro *lenit*. Pint.

h. Interaneis) In scrotum delabentibus: enterocelis. Dioscor. *Dalec.*

i. Aluum) Diosc. l. c. H.

k. Vulneribus) Plin. Val. III, 22. Apul. c. 59. t. 4. Diosc. Κολλᾷ καὶ νεότρωτα. . . . καὶ τὰ κρέα δὲ συμπήττει ἑψόμενον σὺν αὐτοῖς. Galenus denique l. c. H.

nandis tanta praestantia est, vt carnes quoque dum coquuntur, conglutinet addita: vnde *l.* et Graeci nomen imposuere. Ossibus quoque fractis medetur.

XXV. (VII.) Alga [1] rufa *m.*, et scorpionum ictibus.

XXVI. Actaea *n.* graui foliorum odore, caulibus [2] asperis geniculatis, semine nigro, vt ederae, baccis mollibus, nascitur in opacis et asperis, aquosisque. Datur acetabulo pleno interioribus *o.* feminarum morbis.

XXVII. Ampelos *p.* agria vocatur herba, foliis duris ciner acei coloris, [3] qualem in satis diximus, viticulis *q.* longis, callosis, [4] rubentibus, quali-

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. rubra Gr. et Al.* 2. *angulosis. V.* 3. *de qua nos satis. V.* 4. *rubentibus. Flos qualis eius quem Iouis flammam. V.*

l. Vnde) Σύμφυτον quia consolidat: vnde et consolida appellata. Eadem conferua, a conferruminando: hoc est, conglutinando. Ferruminare enim est metalla coniungere et conglutinare. H.

m. Rubra) Cretica tinctoria, quae purpurae colore inficit. Vide cap. 25, lib. XIII. et cap. 6, lib. XXXII. et cap. sequens. D.

Alga) Φῦκος φοινίσσον, de quo XXVI, 66. H.

n. Actaea) Videtur esse ea, quam Christophorianam appellat Lobelius, a quo scite delineatur in Obss. p. 389. Alii aconitum racemosum vocant. Vidimus in horto regio. H.

o. Interioribus feminarum morbis) Vteri doloribus et suffocationi: mensibus prouocandis. Dal.

p. Ampelos) In volumine de medicinis, e rebus iis quae feruntur: nempe L. XXIII, 14. H.

q. Viticulis longis) Sarmentis longis, duris, rimoso cortice vestitis, flore capillaceo; fructu exiguis vuis simili, post maturitatem rubente: grauius figura rotundis. Diosc. κόκκους. Plinius ad punici semina retulit oscitanter, et alias totam historiam corrupit. Dal.

qualiter *r.* flos, [1] quem Iouis flammam appellauimus *s.* in violis: fert semen Punici mali simile acinis. Radix *t.* eius decocta in aquae cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, aluum soluit leniter, ideoque hydropicis datur. Vuluae [2] vitia et cutis in facie mulierum emendat. Ischiadicos quoque [3] vti hac herba prodest, tusa cum foliis, et illita cum succo suo.

XXVIII. Absinthii *v.* genera sunt plura: Santonicum *x.* appellatur a Galliae [4] ciuitate: Pon-

1. *quam Iou. fl. appellamus.* Ch. 2. *vuae vitia cutis, etc. emendant.* Diosc. *Varos et cutis vitia in facie V.* 3. *heuri. M. Fortassis, exuri, vri V. et Ch.* 4. *regione.* Diosc.

r. Qualiter flos) Ex omnibus plantis, quae ad vicina scandunt, tres nouimus, quarum caeruleus, siue purpureus, Iouis flori, nempe aquilegiae, colore similis sit: primam quidem, quam granum Nili vocant: alteram, quam dulcamaram: tertiam, quam pro clematide secunda pinxit Dodonaeus, et quam pothou caeruleum esse quidam putant. Quae de vite siluestri tradit hic Plinius, magis conuenire videntur dulcamarae, quam salicastrum supra vocauit cap. I, XXIII. et viti siluestri similem esse dixit: eosdemque effectus habere. *Dalec.*

s. Apellauimus) L. XXI, 38. H.

t. Radix) Haec ipse totidem verbis XXIII, 14. ceteraque fere medicamenta, quae nunc iterum haud valde magno operae pretio reuocat. H.

v. Absinthii) Vulgo cognitum *ἀψίνθιον*, *de l'absinthe.* Absinthium Ponticum, seu Romanum officinarum, Dodonaeo latifolium dicitur, p. 23. Vulgare Lobelio in Obss. p. 443. H.

x. Santonicum) Diosc. III, 28. Ἐςὶ δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου, γεννώμενον ἐν τῇ κατὰ τὰς Ἄλπεις Γαλατίᾳ πλεῖςον· ὃ ἐπιχωρίως Σαντόνιον καλοῦσιν, ἐπωνύμως τῇ γεννώσῃ αὐτὸ Σαντονίδι χώρᾳ. Galen. de simpl. med. fac. VI, 1. p. 147. Τὸ μὲν Σαντονικὸν, ἀπὸ Σαντονείας χώρας ἐν ᾗ φύεται. Marc. Emp. c. 28, p. 198. *Santonica herba, quae absinthium dicitur.* Santonica herba, Scribonio c. 141.

Ponticum *y.* a Ponto, vbi pecora pinguefcunt illo, et ob *z.* id fine felle reperiuntur: neque *a.* aliud praeftantius: [1] multoque Italicum amarius, fed medulla Pontici dulcis. De vfu *b.* eius conuenit dicere, herbae facillimae, atque inter paucas vtiliffimae, praeterea facris populi Romani celebratae peculiariter. Siquidem Latinarum *c.* feriis quadrigae certant in Capitolio, victorque abfinthium *d.* bibit:

1. Sic ex Mss. H. multumque. M. multoque. Italicum amarius Gr. et Al.

c. 141. Santonica virga Martiali L. IX, ep. 95. *Santonica medicata dedit mihi pocula virga*, etc. Defcribitur a Lobelio in Obff. p. 436. quale vidimus in horto regio. H.

y. Ponticum a Ponto) Apud Plautum in Trinummo, *SYC. Omnium primum per Pontum aduecti ad Arabiam terram fumus. CH. Ebo, an Arabia etiam eft in Ponto? SYC. eft: non illa vbi thus gignitur: Sed vbi abfinthium fit, atque cunicula gallinacea.* Dal.

Ponticum) De eo multa Diofc. III, 26. H.

z. Et ob) Vide quae diximus XI, 75. H.

a. Neque) Diofc. l. c. Gratum effe ftomacho ait Galenus, l. c. Santonicum, ob amarorem, eidem infenfum. H.

b. De vfu eius conuenit dicere herbae facillimae) Voffianus iubet deleri Tὸ *dicere.* Neque eft, cur ei aduerfemur. Gron.

c. Latinarum feriis) Quibus in Albano monte Romanis fimul et Latinis vifceratio dabatur. Vide Alex. ab Alex. cap. 7, lib. V. Dal.

Latinarum) Subintellige, fupplicationum, aut religionum, Liuius V. 93. *Iam Ludi Latinaeque inftaurata erant.* L. XXII, p. 208. *Latinis feriis actis, facrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis.* Peragi confueuere eae Aprili menfe. Aliquando et Iuniis calendis, tefte Liuio XLII. p. 540. Et a. d. tertium Nonas Maii, eodem auctore, XLI, p. 526. Vide XXXIV, 18. H.

d. Abfinthium bibit) Potionis τῆς ἐξ ἀψινθίς meminit Varro in Quinquatribus, *Abfinthium vti bibam graue et caftoreum, leuemque*

bibit: credo *e.*, sanitatem [1] praemio dari honorifice arbitratis maioribus. Stomachum corroborat, et ob hoc sapor *f.* eius in vina *g.* transfertur, vt diximus. Bibitur et decoctum aqua, ac postea nocte et die refrigeratum sub dio, decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in caelestis aquae sextariis tribus: oportet et salem addi. [2] Vetustissime in vsu est. Bibitur *h.* et madefacti dilutum: ita enim [3] appelletur hoc genus. Diluti ratio, vt (quisquis fuerit modus aquae) tegatur per triduum. Tritum raro in vsu est, sicut et succus [4] expressi. Exprimitur autem, quum primum semen turgescit, madefactum aqua triduo recens, aut siccum septem diebus. Deinde coctum in aeneo vase ad tertias, x. heminis in aquae sextariis XLV. iterumque percolatum [5] lente coquitur ad crassitudinem mellis, qualiter ex minore centaureo quaeritur succus. Sed *i.* hic [6] absinthii inutilis

1. in praemio Ch. 2. Vetus sine vsu est Ch. 3. Sic et Ch. appellatur Gr. et Al. 4. expressus Ch. 5. Sic ex Mss. H. et V. percolatum herba lente Gr. et Al. 6. absinthii, vox superuacua est.

que robur, (minuam vires corporis) apud Nonium. D.

e. Credo) Corporis bonam valetudinem praestare vinum absinthites, veteres crediderunt, inquit Diosc. III, 26. Προπίνουσιν ἐξ αὐτοῦ.. ὑγείας ποιητικὸν εἶναι νομίζοντες. H.

f. Sapor) Facto ex eo vino, quod absinthites vocatur, ut diximus, XIV, 19. H.

g. In vina transfertur) Vino ex eo facto, quod absinthites vocant. Dal.

h. Bibitur) Τὸ ἀπόβρεγμα ἀψινθίου, Diosc. III, 26. Dilutum in quo absinthium maduit. H.

i. Sed) Sed hic absinthii expressi succus, inutilis stomacho capitique est: quum sit ille antea explicatus decocti absinthii vsus saluberrimus. Vide N. et Em. N. VI. (hic pos.) *Sed)* Vocem hanc absinthii, quam libri omnes editi et manu exarati agnoscunt, superuacuam esse Dalecampius pronuntiat. Ioh. Latius in editione El-

utilis ſtomacho capitique eſt, quum ſit ille [1] decocti ſaluberrimus. Namque *k.* adſtringit *l.* ſtomachum bilemque detrahit, vrinam *m.* ciet, aluum emollit, et in dolore ſanat: ventris *n.* animalia pellit, malaciam ſtomachi *o.* et [2] inflationes diſcutit cum [3] ſili et nardo Gallico, [4] aceto exiguo addito. Faſtidia *p.* [5] abſterget: concoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta, et pipere, et ſale. Antiqui purgationis cauſa [6] dabant, cum marinae aquae [7] veteris ſextario, ſeminis ſex [8] drachmis, cum tribus ſalis, et mellis cyatho. Effi-

1. *decoctus. M.* 2. *inflammationes. Ch.* 3. *ſale M.* 4. *aceti. Ch.* 5. *abſtergit. Alii.* 6. *databant. Ch.* 7. *veteris in M. d.* 8. *drachmis. V.*

Elzevir. permutat vocis illius ſedem, ac poſt *decocti* reponit: alias perverti loci ſententiam clamat. Ambo haud ſane ſatis feliciter. Geminum abſinthii ſuccum Plinius fecerit: alterum decocti aqua his verbis: *Bibitur et decoctum aqua, ac poſtea die ac nocte refrigeratum, etc.* Alterum expreſſi, quod in vſu rarius: *Exprimitur autem, quum primum ſemen turgeſcit, etc.* Illum decocti ſuccum ſaluberrimum eſſe in praeſenti monet: iſtum expreſſi, inutilem. Sic vbi dilutum decoctumque abſinthii Dioſcorides approbauit, expreſſi ſuccum idem improbat, III, 16. Ἔοικε δὲ, inquit, καὶ τὰ τοῦ χυλίσματος ἔργα ποίειν τὰ αὐτά. Πλὴν εἰς τὰς πόσεις οὐ δοκιμάζομεν αὐτὸ κακοςόμαχον, καὶ κεφαλαλγὲς ὄν. *Exiſtimatur expreſſi ſuccus eoſdem praeſtare effectus. Attamen potionibus improbatur, quod ſtomacho eſt inimicus, doloremque capitis ciet.* H.

k. Namque) Dioſc. III, 26. Galen. de fac. ſimpl. med. VI, p. 161. Marc. Emp. c. 30. p. 214. H.

l. Stomachum bilemque detrahit) Stomachique bilem detrahit. Dioſcorid. bilem purgat, quae ſtomacho et ventri inhaeſit. Dal.

m. Vrinam) Dioſc. l. c. H.

n. Ventris) Marc. Emp. c. 28. p. 189. H.

o. Et inflationes) Dioſc. l. c. καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ ἁρμόζει, καὶ κοιλίας καὶ ςομάχου ἀλγήματα, πινόμενον μετὰ σεσέλεως ἢ νάρδου Κελτικῆς. H.

p. Faſtidia) Dioſc. l. c. H.

Efficacius purgat duplicato ſale. Diligenter autem teri debet, propter difficultatem. Quidam et in polenta dedere ſupra dictum pondus, addito pulegio: [1] alii *q. r.* pueris folia in fico ſicca, [2] vt amaritudinem fallerent. Thoracem purgat cum iride ſumptum. In *s.* regio morbo crudum bibitur cum [3] apio, aut adianto. Aduerſus [4] inflationes, calidum paulatim ſorbetur ex aqua: iocineris *t.* cauſa cum

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. alii contra paralyſin, alii pueris etc. Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. vt ſic V. Fico, ſic vt Gr. et Al.* 3. *Sic V. et Ch. opio Gr. et Al.* 4. *inflammationes, caldum Ch.*

q. Alii contra paralyſin, alii pueris folia in fico, ſic vt amaritudinem fallerent) Dele tria prima verba, ex antiquo codice, nec refragrante Dioſcoride. et *ſicca* non *ſic*, ibidem. *Pint.*

r. Alii pueris folia in fico ſic vt amaritudinem) Nonnulli, *vt ſic*, faciunt. Quatuor membranae, *fico ſiccat amaritudinem.* Praecipuus vere: *Alii pueris in fico ſicca, vt amaritudinem fallerent.* Notum illud Lucretii: *Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flauoque liquore.* Eam vicem hic praeſtant Caricae. Lib. XV, 18. *ſiccandi haec in ſole aptiſſima.* lib. eodem cap. 29. *Detrahitur haec* (cutis) *virentibus, vt putamen; eadem in ſiccis maxime placet.* lib. XX, 15. *Decoquitur alias in mulſa aqua aut fico ſicca.* lib. XXIII, 7. *Siccae fici ſtomachum laedunt, gutturi et faucibus magnifice utiles.* Idem Pintianus. Gr.

Alii) Fici ſiccae mentio alibi frequens, Notum illud Lucretii, *Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes. Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flauoque liquore H.*

s. In) Sic R. 2. et Ch. cum Colb. 1. In R. 1. *cum adipe.* In editis, *cum opio.* Vtrumque perperam. Arquatis ſimpliciter prodeſſe ſcribit Dioſc. l. c. H.

t. Iocineris) Celſus IV, 8. de iocineris morbo: *Neque alienum eſt, abſinthium contritum ex melle et pipere, eiuſque catapotium quotidie deuorare. H.*

cum Gallico nardo: lienis *v.*, cum aceto, aut pulte, aut fico sumitur. Aduersatur *x.* fungis ex aceto: item *y.* visco: cicutae *z.* ex vino: et muris aranei morsibus, draconi marino, scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris *a.* cum passo imponitur, sugillatis *b.* cum melle. Aures *c.* [1] decoctum eius vaporis suffitu sanat: aut *d.* si [2] manent sanie, cum melle tritum. Vrinam ac menses cient tres quatuorue ramuli, cum Gallici nardi radice vna, cyathis aquae VI. Menses priuatim cum

1. *decoctae eius vapor. Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. manat Gr. et Al.*

v. Lienis) Diosc. l. c. H.

x. Aduersatur) Apul. c. 100. t. 1. *Ad periculum fungorum: Herbae absinthii succum ex aceto bibat. Hoc Serotinus vir centenarius euasit, quum esset a fungis tentatus.* Sic et Diosc. l. c. H.

y. Visco) Τῇ ἰξίᾳ, venenato chamaeleontis succo. *Dalec.*

Item) Diosc. Πρὸς ἰξίαν. Hoc est aduersus chamaeleonis succum, quem ixiam appellarunt, tracto nomine a visco, quoniam ad eius radices viscum alicubi reperitur. Scrib. Larg. comp. 191. *Ixia, quam quidam chamaeleonta vocant, ... Pota mentem abalienat ... Adiuuantur autem laesi ab ea absinthio poto cum vino.* H.

z. Cicutae) Diosc. l. c. H.

a. Epiphoris) Decoctum vna cum passo dolentibus oculis adhiberi ait Diosc. l. c. H.

b. Sugillatis) *Ad liuores tollendos*, inquit Apul. cap. 100. t. 2. *herbam absinthium in aqua et aceto decoctam, et inductam panno, impone: si corpus tenerum fuerit, ex melle imposito.* Diosc. item l. c. Πρὸς δὲ ὑπώπια σὺν μέλιτι. H.

c. Aures) Dioscor. l. c. Καὶ ὁ ὑπατιυμὸς δὲ αὐτοῦ τοῦ ἀφεψήματος, πρὸς ὠταλγίαν. *Quin et aurium dolores decoctum vaporis suffitu compescit.* Fumus e decocto eius exceptus. In Ch. codice *decoctae eius vapor.* H.

d. Aut si manat sanies, cum melle tritum) Gud. et Voss. duo: *manet sanies.* Opt. *Aures decoctae eius vapor* (sic et Chiflet.) *suffitu sanat: si manent sanie, cum melle tritum.* Sic Tacito II, annal XXIII. *aluei manantes per latera.* Vbi vide quae diximus. Gr.

cum melle sumptum, et in vellere appositum. 1 Anginis *e.* subuenit cum melle et nitro. Epinyctidas *f.* ex aqua sanat: vulnera recentia, priusquam aqua tangantur, impositum: praeterea capitis hulcera. Peculiariter *g.* ilibus imponitur, cum [2] Cypria *h.* cera, aut cum fico. Sanat et pruritus. Non est dandum in febri. [3] Nauseam *i.* maris arcet in nauigationibus potum: inguinum *k.* tumorem in ventrali habitum. Somnos allicit olfactum, aut inscio sub capite positum. Vestibus *l.* [4] insertum tineas arcet. Culices *m.* [5] ex oleo perunctis abigit: et fumo, si vratur. Atramentum *n.* libra-

1. *anginae. Ch.* 2. *cerato Cyprino. Diosc.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. nauseas maris Gr. et Al.* 4. *inspersum. Diosc.* 5. *ex aceto perunctus. Ch.*

e. Anginis) Diosc. l. c. H.

f. Epinyctidas) Diosc. l. c. H.

g. Peculiariter) Diosc. l. c. Καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ὑποχόνδρια, καὶ ἧπαρ, καὶ στόμαχον ἐπαλγῆ καὶ χρονίως πάσχοντα, συνεκλεαινόμενον κηρωτῇ Κυπρίνῃ. H.

h. Cypria) Hoc est, cerato Cyprio: nam ceram pro cerato omnes medici antiqui dicunt. H.

i. Nauseam) Schola Salernitana, *de absinthio. Nausea non poterit quenquam vexare marina, Antea commixtam vino qui sumserit istam. H.*

k. Inguinum tumorem in ventrali habitum) *Ventralia* non *ventrali*, in apographo nostro. vt fortasse scribi potius sit, *in ventralia abditum.* Pint.

Inguinum) Vide quae diximus, XXVI, 59. Quid ventrale sit, diximus VIII, 73. H.

l. Vestibus) Sic Diosc. l. c. cuius sententiam quum non satis perceperint Saracenus et Dalecampius, *inspersum* hoc loco emendant; ad absinthites vinum, non ad ipsum absinthium rati id pertinere. H.

m. Culices) Diosc. l. c. Schola Salern. *Serpentes nidore fugat.* Serpentes de insectis dici, de culicibus, de pediculis, similibusque, monuimus VII, 52. H.

n. Atramentum) Diosc. l. c. Τὸ δὲ μέλαν ᾧ γράφομεν,

librarium ex diluto eius temperatum, literas a [1] musculis tuetur. Capillum denigrat absinthii cinis, vnguento [2] rosaceoque permixtus.

XXIX. Est et *o.* absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant probatissimum in *p.* Taposiri Aegypti. Huius *q.* ramum. Isiaci *r.* praeferre

C 4

1. *muscis. Ch.* 2. *rosaceo. V.*

μεν, τῷ ἀποβρέγματι αὐτοῦ βραχὲν, ἄβρωτα μυσὶ τηρεῖ τὰ γράμματα. H.

o. Est et) Haec totidem fere verbis Diosc. V, 27. Ἀψίνθιον θαλάσσιον, τινὲς δὲ καὶ Σερίφιον καλοῦσι, etc. Adde his quae dicenda sunt de eo XXXII. 31. H.

p. Taposiri) Thaphosiri. Stephanus. Sic ea dicta quod Osiridis sepulchrum ibi esset, quasi Osiridos τάφος. *Dal.* *In)* Diosc. l. c. Ἐν Ταφουσίρει τῆς Αἰγύπτου. Alia tamen est Stephano. Ταπόσειρις, πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Αἱ ταφόσιρις, πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται Ὄσιρις τεθάφθαι. Vtraque Straboni Ταόπσειρις scribitur XVII. H.

q. Huius ramum Isiaci praeferre, etc.) Pro oliuae ramo Diosc. quae in Aegypto viuere non potest: quamuis Theophrastus libris de causis olearum quoddam genus Aegyptium vocet. Ceterum in agro Cyrenensi Aegypto contermino id prouenit. Pint.

r. Isiaci) Ἰσιακοὶ, Isidis sacris initiati. Id pro ramo oleae praeferre solemne habent, inquit Diosc. l. c. Est ex aere minimo nummus perrarus, olim apud D. *Foucault*, nunc in Cimelio Seren. Ducis Parmensis, cum hac superscriptione: D. N. IVLIANVS NOB. CAES. *Dominus Noster Iulianus Nobilissimus Caesar:* capite nudo)(ISIS FARIA. Caue hic Isin cogites; nulla hic est: sed Solis caput iuuenile. Neque Pharus hic Alexandrina est: nam cur ab ea, quae tenuis fuit colonia Caesaris Dictatoris, nomen haberet numen Aegyptium, potius quam ab aliquo nobili oppido? Legendum omnino est: *Inuicte Sol, Iulianum Sospitem Fac, Auitae Religionis Inuictum Assertorem.* Precatio haec Ethnicorum fuit, pro salute Iuliani Caesaris. Confer nummum Aureliani Augusti, cuius est epigraphe, SOL DOMINVS IMPERI ROMANI:

ferre solemne habent. Angustius *s.* priore, minusque amarum, stomacho inimicum, aluum mollit, pellitque animalia interaneorum. Bibitur cum oleo et sale, aut in *t.* farinae trimestris sorbitione dilutum. Coquitur, quantum manus capiat, in aquae sextario ad dimidias.

XXX. (VIII.) Balloten *v.* alio nomine [1] porrum nigrum Graeci vocant, herbam fruticosam, angu-

1. *sic et Ch. melamprasium Gr. et Al.*

NI: aliosque complures inscriptos, SOLI INVICTO. ISIS FARIA alibi nusquam in nummis antiquis occurrit, nisi sub Iuliano. Sed in his quos exhibet V. Cl. Du Cangius, in Familiis Byzantinis, pro Iuliani vultu, varia effigies Religionis, vanae scilicet superstitionis, est: cum ea superscriptione, ISIS FARIA. In parte auersa, VOTA PVBLICA. Hinc falsi arguas inscriptionem, quae apud Gruterum est, EICIΔI ΦAPIA fictam vtique ex nummis istis praue intellectis. H.

s. Angustius) Diosc. l. c. H.

t. In farinae trimestris sorbitione, etc.) Σὺν ἑψήματι, ἢ φακῇ. Dioscorid. cum sapa, aut lenticula Plinius, quia ἕψημα etiam pultem aqua decoctam significat, *sorbitionem farinae trimestris* vertit. Ego magis sapam intelligo, quae sua dulcedine amarorem absinthii, et ingratum saporem obscurat et temperat. D.

In farinae) In oryza, siue ptisana, alicaue ex farina seminis trimestris. Quid his nominibus intelligendum sit, suis locis docuimus. H.

v. Balloten) Hoc illud marrubium nigrum est, de quo diximus XX, 89. Vide N. et Em. N. VII. (hic coll.) *Balloten)* Sic MSS. omnes, R. Colb. Ch. aliique, tum hoc loco, tum in Indice, in quo diserte scribitur, *Ballotes, siue porrum nigrum.* Libri hactenus editi, *Balloten alio nomine melamprasion Graeci vocant*, ex interpolatorum scilicet officina: et quod intelligerent balloten esse reapse marrubium nigrum, et quod scriptum scirent a Dioscorid. III, 117. Βαλλώτη, ἢ μέλαν πράσιον, etc. Perinde ac si quum Graecos appellat, Dioscoridem Plinius designaret. Quum

angulosis *x.* caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, maioribus quam *y.* [1] porri, et nigrioribus, graueolentibus. Vis *yy.* eius efficax aduersus canis morsus, ex sale foliis tritis [2] impositae: item ad condylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat et sordida hulcera cum melle.

XXXI. Botrys *z.* fruticosa herba est, luteis ramulis. Semen *a.* circa [3] totos nascitur: folia cichorio similia. Inuenitur in torrentium ripis.

 Mede-

1. *marrhubii* πρασίȣ *non* πράσȣ. 2. *sic ex Mss. H. et Ch. imposita. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. circa totam. Gr. et Al.*

Quum sciamus et apud Diosc. ipsum in Noth. p. 457. et apud Apulei. c. 4. marrubium istud Νόσπασον, etsi mendose, pro κυνόσπασον, quod porrum caninum sonat, appellari. Nec tamen inficias ierim, id quod vidit iamdudum Ruellius de nat. Stirp. III, 58. p. 552. deceptum Plinium esse affinitate nominum, quum foliis quam porri maioribus balloten dixit, πράσον videlicet, pro πράσιον legentem: quando folia ei porracea non sunt, sed marrubii, aut apiastri. Quae Salmasius hoc loco aduersus Plinium coniicit, in praefaccepit ea a Nic. Leoniceno, cui facere satis conatus est olim Pandulphus Collinutius in defensione Plinii, p. 206. H.

x. Angulosis) Hoc est, quadrangulis. Καυλοὺς ἀνίησι τετραγώνους, Diosc. l. c. H.

y. Quam) Rectius diceret, quam marrubii, vti demonstrat ipsa herbae facies, nosque amplius declaraturi sumus in N. et Em. cit. Diosc. certe l. c. Φύλλα δὲ πρασίῳ ὅμοια, μείζονα δὲ etc. Sic etiam Oribas. L. XI, p. 192. H.

yy. Vis) Vsus omnino illius eosdem refert Diosc. l. c. H.

z. Botrys) Totidem verbis Diosc. III, 130. Βότρυς πόα ἐςὶν ὅλη μηλίνη, *Tota lutea, etc.* Pingitur a Lobelio in Obss. 113. et a Dodonaeo, p. 34. Gallis, *Piment.* Vidimus in horto regio. Totidem, vt dixi, verbis a Diosc. tum eius facies, tum vires describuntur. H.

a. Semen circa totam nascitur) Verior nostri apographi

Medetur orthopnoicis. [1] Hoc *b.* Cappadoces ambrosiam vocant, alii artemisiam.

XXXII. Brabyla *c.* spissandi vim [2] habet, cotonei mali modo: nec amplius [3] de ea tradunt auctores.

XXXIII. [4] Bryon *d.* marinum, herba sine dubitatione est, lactucae foliis similis, rugosa veluti con-

1. hanc. V. 2. habent. Alii. 3. de iis. Alii 4. sic ex Mss. H. et Ch. Bryon, marina herba Gr. et Al.

phi lectio, *Semen circa totas nascitur.* Dioscorides, *Semen totis ramulis adnascitur.* Pint.

Semen) Dioscorid. Τὸ δὲ σπέρμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε, *circa totos ramulos nascitur.* H.

b. Hoc) Diosc. l. c. Καὶ ταύτην ἀμβροσίαν Καππαδόκαι καλοῦσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν. H.

c. Brabyla) Brabyla memorata Galeno cap. 38, lib. II. de alimentis, et lib. VI. κατὰ τόπους in medicamentis stomaticis, fructus pruni silvestris, spinosae, siue spodiadis, vulgo *Prunelles*, ἀγριοκοκκύμηλον vero fructus pruni silvestris non spinosae, maturescens sero admodum, nempe Augusto et Septembri. Interpres Theocriti communia pruna siue Damascena interpretatur Eidyl. 7. hoc versu: - - - τοί δ' ἐκέχυντο. Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε. Et Eidyllio II. Ὅσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μᾶλον βραβύλοιο ἅδιον. Seleucus apud Athenaeum ἦλα βραβύλα, μάδρυα κοκκύμηλα eadem esse tradit, dicique ἦλα, quasi μῆλα: μάδρυα quasi μαλόδρυα, βράβυλα, quasi τηνὶ βορὰν ἐκβάλλοντα, nempe εὐκοίλια. Barbylos Constantino lib. X. γεωπονικῆς, arbos ex osse persici nata: res a brabylo diuersa *Dalec.*

Brabyla) Hoc est, adstringendi. Sed βράβυλα apud Graecos veteres aliud nihil esse inuenio, quam κοκκύμηλα et Δαμασκηνά, pruna videlicet, et vt quidam volunt, silvestria. Vidit hoc Rob. Constantinus in Lexico: videre et alii, quorum e fontibus areolas suas irrigat Salmas. in praef. ad Plinium. Tamen Hesych. Βράβυλον est κακοῦ φυτοῦ εἶδος. Sed quale illud sit, non indicat. H.

d. Bryon) Bryon Theophrasto nulla herba marina pri-

contracta, siue caule, ab *e.* ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in scopulis maxime, testisque terra comprehensis. Praecipua *f.* siccandi ei spissandique vis, et collectiones omnes inflammationesque [1] cohibendi, praecipue podagrae, et quidquid refrigerare *g.* [2] opus sit.

XXXIV. Bupleuri *h.* semen ad ictus serpentium dari reperio, fouerique plagas decocta ea herba, adiectis foliis mori aut origani.

XXXV. Catanancen *i.* Thessalam herbam, qualis sit, a nobis describi superuacuum, quum sit

1. *inhibendi.* Ch. 2. *possit.* Ch.

priuatim traditur, sed inter genera τȣ̃ βρύȣ θαλαττίȣ, τȣ̃ Φύκȣς, lactucaceum hoc is describit. Vide c. 7. lib. IV, histor. et supra cap. vlt. lib. XIII, et 6. XXXII, et 10. XXVIII et praecedens.

Bryon) Haec descriptio ad verbum a Theophrasto traditur, Hist. IV, 7. nec multum abludit Dioscoridea delineatio IV, 99. Βρύον θαλάσσιον, Φύεται ἐπὶ λίθων καὶ ὀςράκων etc. *Muscus marinus in saxis testisque nascitur, etc.* De eo rursum inferius, XXXII, 36. H.

e. Ab ima radice exeuntibus foliis) Ab vna radice, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς. Theophrast. cap. 7. lib. IV. D.

Ab) Hoc est, ab vno initio, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, inquit Theophr. magis accurate: neque enim proprie radix ei musco inest. H.

f. Praecipua) Adstringendi. Στυπτικόν. Diosc. l. c. qui easdem ei deinde vires ac facultates, quas Plinius, adiudicat, totidem verbis. Galenus de fac. simpl. med. VII, p. 166. vim quoque refrigerandi ei adiicit, ἐμψύχει. H.

g. Refrigerare opus sit) Στύψεως δεομένα. Plinius legit ψύξεως. Haec ex cap. Dioscor. de musco marino, quo tantum agitur de alga feniculacea, vulgo corallina, non autem de hac lactucacea. *Dalec.*

h. Bupleuri) Diximus de eo XXII, 35. Vide Nicandr. in Ther. p. 43. H.

i. Catanancen) Κατανάγκη, Diosc. IV, 134. H.

ſit vſus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re eſt dixiſſe ad tegendas Magicas vanitates, electam ad hunc vſum coniectura, quoniam *k.* areſcens contraheret ſe ad ſpeciem vnguium milui exanimati. Eadem *l.* ex cauſa [1] et *m.* cemos ſilebitur a nobis.

XXXVI. [2] Calſa *n.* duorum generum eſt. Vna

1. *eccomos ſilebitur nobis. Ch.* 2. *ſic ex Mss. H. et Ch. Calix. Dioſc. Calla Gr. et Al.*

k. Quoniam areſcens) Quod qui ea vtuntur, amatas mulieres rapiant, etiam inuitas, et veluti contractis vnguibus retineant. *Dalec.*

Quoniam) Dioſc. totidem verbis: Κάμπτεται δὲ ξηραινόμενος ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἰκτίνου ὄνυξιν ὁμοιοῦται νεκροῦ. Sunt qui ob hanc cauſam coronopum ſeu pedem milluinum hanc eſſe exiſtiment, de qua nos egimus XXI, 59. Ignotam ſibi eſſe Anguillara confitetur, Par. XIV, p. 289. H.

l. Eadem) Quoniam ad amatoria tantum vtilis exiſtimatur: quod et Dioſcor. prodidit. Cemos enim Pliniana videtur eſſe Dioſc. Leontopodion: quum in Nothis occurrat inter ceteras eius herbae appellationes, p. 471. Λεοντοπόδιον, οἱ δὲ ζωόνυχον, οἱ δὲ ἀετώνυχον, οἱ δὲ κῆμος, etc. Nempe Piloſella minor, *Piloſelle*, a Dodonaeo delineata p. 68. H.

m. Cemos) Κημὸς, capiſtrum, fraenum, lupatum. Quidam caſſutham noſtram eſſe putant: alii leontopodion ad amatoria vtile. Marcellus apud Dioſcoridem ſcribit in optimis Graecis codicibus, quos in poteſtate habuit, et in Lat. ſcripto literis Longobardis, capiti de Leontopodio praefixum titulum fuiſſe de *Cemo*: vt inde conſtet cemon Plinii eſſe Dioſcoridis leontopodion Plinii *Cetero leontopodium Plinii* multum diſcrepare a leontopodio Dioſc., quod oſtendunt vtriusque vires collatae. *D.*

n. Calla duorum) etc. Lego, *Calix duorum generum eſt etc.* Calica Plinius alicubi legerat arin, ſiue ariſaron vocari: et quoniam anchuſa quoque calix dicitur, calicis duo genera Plinius ſtatuit. Calicem ariſaron vocatum fuiſſe arbitror, quod eius fructus calice conuoluatur membranoſo. *Dalec.*

Vna *o.* similis aro. Nascitur in arationibus. Colligitur antequam *p.* inarescat, vsusque eosdem habet, quos *p.* [1] arum. Bibitur quoque radix huius ad exinaniendas aluos, mensesque mulierum: item [2] caulis cum foliis in leguminibus decoctus, sanat tenesmon.

XXXVII. Alterum *q.* genus eius quidam anchusam vocant, alii *r.* [3] rhinochisiam. Folia *s.* lactucae longiora, plumosa *t.*, radice rubra, quae *v.* ignes sacros cum flore *x.* polentae sanat impo-

1. *arsa. Cb.* 2. *sic ex Mss. H. et Cb. caules... sanant. Gr. et Al.* 3. *fortassis, vt apud Dioscoridem* *ἀνόκλειαν.*

Calsa) Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice: non *Calla*, vt vulgo editi. H.

o. Vna) Nec similem modo, sed et geminam prorsus et eamdem puto. De aro diximus XXIV, 92. H.

p. Antequam inarescat) In aro, vt tempestiue colligatur, signum maturitatis est ab imo folium inarescens cap. 5. vlt. lib. XIX. *D.*

p. Quos) MSS. omnes, *quos arsa.* Forte, *quos aris*, vel, *quos arisarum*, de quo XXIV, 94. H.

q. Alterum) Anchusa haec prior Dioscoridis cap. IV, 23. qua de iam antea egimus, XXII, 23. H.

r. Alii) Sic index. Ar. R. 1. hoc loco, *rhinoclinosiam.* R. 2. *rinodiam.* Forte *onocleam* rectius legas ex Dioscoride l. c. Ἄγχουσα, ἣν ἔνιοι κάλυκα, οἱ δὲ ὀνοκλείαν καλοῦσι, etc. H.

s. Folia) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

t. Plumosa) Hirsuta, δασέα. Diosc. H.

v. Quae) Diosc. l. c. Ἐρυσιπέλατα δὲ σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθεῖσα θεραπεύει. H.

x. Flore polentae etc.) Constantinus legendum putat apud Dioscoridem, vnde haec sumpta sunt, ἄνθη μήλινα, id est, flores, vt interpretatur, ex viridi cereos. Oribasii tamen descriptio cum litera Dioscoridis consentit, nec apud herbariorum veterum quempiam extat in eius historia, quam integram proponit Dioscorides, mutandum quidquam esse. *Dal.*

impoſita: iocineris autem vitia, in vino albo pota.

XXXVIII. Circaea *y.* [1] ſtrychno ſatiuo ſimilis eſt, flore nigro, puſillo, paruo ſemine, vt milii, naſcente in quibuſdam [2] corniculis, radice ſemipedali, triplici [3] ferme, aut quadruplici, alba, odorata, guſtus calidi. Naſcitur *z.* in apricis ſaxis. Diluitur *a.* in vino, bibiturque ad dolorem vuluae et vitia. Macerari oportet in ſextariis tribus quadrantem radicis tuſae, [4] noctem et diem. Trahit eadem [5] potio et ſecundas: ſemine *b*, lac [6] minuitur, in vino aut mulſa aqua poto.

XXXIX. Cirſion *c.* cauliculus eſt tener duûm cubitorum, triangulo ſimilis, [7] foliis ſpinoſis circumdatus. Spinae molles ſunt. Folia *d.* bouis linguae

1. *trychno. Ch.* 2. *veluti corn. Dioſc.* 3. *fere. Ch.* 4. *nocte et die. Ch.* 5. *potione ſecundas. V.* 6. *movet. V.* 7. *foliis in extremo ſpin. Dioſc.*

y. Circaea) Dioſc. III, 134. Κιρκαία, οἱ δὲ διρκαίαν καλοῦσι· τὰ μὲν φύλλα ἔχει ϛρύχνῳ ὅμοια κηπαίῳ etc. Sunt enim reliqua paene paria: quae tranſſcripſit et Oribaſ. XI, p. 201. Circaeam Lutetianam appellat Lobelius in Obſſ. p. 137. ab eoque ibi delineatur, qualem Lutetiae in horto regio vidimus. H.

z. Naſcitur) Dioſc. l. c. H.

a. Diluitur) Dioſc. l. c. H.

Semine lac minuitur) Dioſcoridi, γάλα ἀποσπᾷ, conſert ad lactis generationem, lacte mammas implet. D.

b. Semine) Verba Graeci ſcriptoris repraeſentaſſe nobis Dioſcorides videtur l. c. in hunc modum: Ὁ δὲ καρπὸς γάλα κατασπᾷ ἐν ῥοφήμασι λαμβανόμενος. Gal. de ſac. ſimpl. med. VII. p. 190. hanc vocem κατασπᾷ ſic interpretatur, vt lac attrahere, ſeu lactis vbertatem praeſtare id ſemen dicat. Plinius contra, quod verius puto, attrahi, vorari, abſumi, minui, intellexit. H.

c. Cirſion) Dioſc. IV. 119. totidem verbis: Κίρσιον καυλός ἐϛιν ἁπαλὸς, etc. Eſt Cirſium Anglicum Lobelii in Obſſ. p. 314. Vidimus in horto regio. H.

d. Folia) Dioſc. τὰ δὲ φύλλα βουγλώσσῳ ἐμφερῆ, *bugloſſo ſimilia*, quae herba nomen

guae similia, [1] minora, subcandida, et in cacumine capitula [2] purpurea, quae soluuntur in lanugines. Hanc *e.* herbam radicemue eius adalligatam, dolores varicum sanare *f.* tradunt

XL. Crataeogonon *g.* [3] spicae tritici simile est, multis calamis ex vna radice emicantibus: multorumque geniculorum. Nascitur *h.* in opacis, semine milii, vehementer aspero gustu: quod *i.* si bibant ex vino ante coenam, tribus obolis in cyathis aquae totidem, mulier ac vir, ante conceptum [4] diebus XL. virilis sexus partum futurum aiunt. Est *k.* et alia [5] crataeogonos, quae thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus. Sunt qui florem crataeogoni bibentes mulieres intra XL. diem concipere tradant. Eadem *l.* sanant

1. longiora, modice hirsuta. Diosc. 2. *in summo purpurea. Diosc.* 3. *melampyro. V. Diosc.* 4. *et coitum, ter in die. Diosc.* 5. *crataegnos. Ch. et sic vbique mox.*

nomen habet a similitudine foliorum cum bouis lingua. H.

e. Hanc) Hoc Andreas medicus prodidit apud Apuleium c. 68. et apud Diosc. l. c. Ταύτης τὴν ῥίζαν Ἀνδρέας ἀναγράφει ὑπὲρ τὸν ἀλγοῦντα τόπον ἀναδουμένην, παύειν κιρσῶν πόνοις. Graecis κιρσοὶ varices sunt: inde herbae nomen. H.

f. Tradunt) Andreas tradit. Diosc. D.

g. Crataeogenon) Diosc. III. 139. Κραταιόγονον etc. in MSS. *crataegonon*: Et Hesychius: Κραταίγονον, βοτάνη. Ita creditur appellari quod genitalem vim moueat, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν ἐν τῇ γονῇ. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 22. Alii Melampyrum luteum latifolium vocant. Vidimus in horto regio H.

h. Nascitur) Diosc. l. c. H.

i. Quod) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

k. Crataeogonos) Vulgo Persicaria. Melampyros Diosc. cap. de crataeogono. Alia est thelygonos supra cap. 15, vlt. lib. XXVII. D.

Est) Θηλυγόνος dicta, quod θηλοτοκεῖν faciat, hoc est feminei sexus partum facere existimetur. H.

l. Eadem sanant hulcera) Haec omnia quae apud Di-

oscor-

ſanant hulcera vetera nigra cum melle: [1] explent ſinus hulcerum, et atropha carnoſiora faciunt: purulenta expurgant: panos diſcutiunt: podagras collectioneſque omnes leniunt, peculiariter mammarum. Theophraſtus *m.* arboris genus intelligi [2] voluit [3] crataegon ſiue, crataegona, quam *n.* Itali aquifoliam vocant.

XLI.

1. et explent. Ch. 2. voluit crataegum. V. haec vltima omnia in M. d. 3. Sic ex MSS. H. et Ch. crataeogonon, ſiue crataegona Gr. et Al.

oſcoridem legi et extare notauimus cap. 2 de orchi, reperiuntur ſcripta cap. 10. lib. XXVI. Dal.

m. Arboris genus intelligi) Fallitur Plinius. Aquifolia Latinorum, Graecorum agria eſt; crataegus vero Theophraſti, quem inepte *crataeogenon* ſiue *crateaegona* vocat, herbariorum noſtri ſaeculi torminalis ſorbus. Vide ſupra cap. 20. lib. XV. Dal.

Theophraſtus) Vide Hiſt. III 15. Vide N. et Em N. VIII. (hic poſ.) *Theophraſtus*) Prius legebatur, *crataeogonon ſiue crataeogona.* Ex Theophraſto Heſychioque locum ſanauimus: aliud enim, vtroque illo auctore, crataeogonon eſt, aliud crataegus. Ille Hiſt III. 15. Κράταιγος δ' ἐςὶν, inquit. ἡ δὲ κραταιγόνα καλοῦσιν· ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ τεταvὸν, etc. Iſte, Κραταίγονον, βοτάνη, μεθ' ἧς πλέκουσι. Κραταιγὸς, δένδρον. H.

n. Itali) Sic ii aquifoliam appellarunt (ſi tamen appellarunt) vt cum aquifolia altera, de qua diximus L. XVI. cui armata aculeis folia tribuuntur, nihil commune haberet, praeter nomen. Eſt enim haec ſorbus terminalis Plinii, de qua XV. 23. In Theophraſti codice ſic hodie legitur l. c. Διόπερ οἷον ἀγρία δόξειεν ἂν εἶναι. *Quare aquifolia videri poſſit.* Eſt enim ἀγρία *aquifolia*, vt diximus XVI. 12. Verum ἀγρία ibi pro ſilueſtri meſpilo accipiendam eſſe, vel ipſam vocem μεσπίλη ſubſtituendam eſſe monet Athen. II. 56. Διόπερ inquit ex Theophr. ἀγρία μεσπίλη δόξειε μᾶλλον εἶναι. Quod de crataego ſiue torminali ſorbo eſt ſane veriſſimum. At ea cum ἀγρία, ſeu aquifolia, affinitatem habet omnino nullam.

XLI. Crocodilion *o.* [1] chamaeleonis herbae nigrae figuram habet, radice longa, aequaliter crassa, odoris asperi. Nascitur in sabuletis. Pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumque, atque ita lienem consumere dicitur.

XLII. Cynosorchin *p.* aliqui orchin vocant, foliis oleae, mollibus, ternis per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici *q.* ordine: superiore quae durior est, et inferiore quae mollior. Eduntur [2] vt bulbi cocti, in *r.* vineis [3] fere inuentae. Ex *s.* his radicibus si maiorem edant viri, mares generari dicunt: si minorem feminae, alterum sexum. In *t.* Thessalia [4] molliorem in lacte caprino *v.* viri bibunt ad stimulandos

1. Sic ex MSS. H. chamaeleontis Gr. et Al. 2. Sic ex MSS H. vt bulbi, coctae. Diosc. vt bulbi coctae, in vi. fe. inuentae. Ch. inuenti Gr. et Al. 3. forte. M. 4. duriorem. Th.

o. Crocodilion) Totidem de ea verba facit Diosc. III 12. Κροκοδείλιον, etc. Pingitur a Lobelio, in Obss. p. 481. Ruellius, p. 482. Carlinam esse putat, quam nos Leucacantham esse diximus suo loco. H.

p. Cynosorchin) Dioscoridi III. 141. ὄρχις, idem et κυνόσορχις. Latinis satyrion, de quo disseruimus XXVI. 62. Totidem plane verbis a Dioscoride describitur. H.

q. Duplici ordine, superiore, quae durior est; et inferiore, quae mollior.) Breuius et correctius in apographo nostro, *superioreque molliore.* Pint.

Duplici) Supra XXVI, 62. *Radice gemina ad formam hominis testium.* Dioscorides totidem verbis ac Plinius: Ῥίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, στενὴν ὡς ἐλαίας· τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κατωτέρω· καὶ τὴν μὲν σκληρὰν, τὴν δὲ μαλακὴν etc. H.

r. In vineis) Nascitur in petrosis et sabulosis. Diosc. Dalec.

s. Ex) Diosc. l. c. et Theophr. Hist. IX. 19. H.

t. In) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

v. Viri bibunt) Mulieres bibendum dant. Diosc. Dal.

landos coitus, [1] duriorem vero ad inhibendos. [2] Aduerſantur *x.* [3] alter alteri.

XLIII. Chryſolachanum *y.* in *z.* [4] pineto, lactucae ſimile naſcitur. Sanat neruos inciſos, ſi confeſtim imponatur. Et *a.* aliud genus chryſolachani traditur, flore aureo, foliis *b.* oleris. Coctum *c.* eſtur, [5] vt olus molle. Herba *d.* [6] hac adalligata morbum regium habentibus, ita vt ſpectari ab his poſſit, [7] ſanari id malum traditur. De chryſolachano nec ſatis dici ſcio, nec plura reperio. Namque et hoc vitio laborauere proximi vtique herbarii noſtri, quod ipſi notas velut vulgares, ſtrictim, et nominibus tantum indicauere: tamquam *e.* coagulo

1. *molliorem. Th.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. aduerſatur Gr. et Al.* 3. *altera. V.* 4. *pinetis. V.* 5. *vt olus aluum mollit. Dioſc.* 6. *haec. V.* 7. *ſanare. V.*

x. Aduerſatur) Vnius potu alterius vires franguntur, ἀναλύεσθαί τε τὸν ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου πινόμενον. Dioſc. l. c. H.

y. Chryſolachanum) Χρυσολάχανον, quaſi aureum olus. Nuſquam non in cultis et hortis ſponte naturae olus id adoleſcit, inquit Ruellius II. p. 446. quod frequentiſſime pauperum menſas implet, eorumque iuribus innatat, non faſtidiendam habens gratiam. Noſtrum vulgus partim *Chryſolanum*, perinde quaſi extrita ſyllaba chryſolachanum dicas; partim inuerſis litteris *chryſalinam* appellant: officinae *Craſſulam minorem*. Lactucam tota facie aemulatur. H.

z. In) Pinetum, locus eſt pinis conſitus. Ouidii Metam. XV. *ſuccincta pineta.* Sic *arboretum* Seneca, Varro *ficetum*, *cupreſſetum* Tullius, Celſus *myrtetum*, aliique alia ſimiliter dixere. H.

a Et) Atriplex illud eſt, de quo diximus XX. 83. Vide Lobelium in Aduu. p. 96. H.

b. Foliis) Braſſicae. H.

c. Coctum) Dioſc. II. p. 145 de atriplice, λαχανεύεται δὲ ἑφθόν. H.

d. Herba) Semen ex aqua mulſa potum arquatis mederi Plin. et Dioſc. ll. cc. aiunt. H.

e. Coagulo) Quid illud ſit, obſcurum eſt: quum ſtrictim ac ſolo nomine deſignetur, facie non indicata. Ario-

gulo terrae aluum ſiſti, ſtranguriam diſſolui, ſi bibatur ex vino aut aqua.

XLIV. [1] Cuculi *f.* folia trita cum aceto, ſerpentium ictibus et ſcorpionum mederi. Quidam hanc alio nomine ſtrumum appellant, alii Graece ſtrychnon: acinos habet nigros. Ex his cyathus ſucci cum mulſi duobus, medetur *g.* lumbis: item *h.* capitis [2] dolori cum roſaceo infuſus. Ipſa *i.* ſtrumis illita.

XLV. Peculiaris *k.* eſt Alpinis maxime fluminibus conferua, appellata a *l.* [3] conferruminando, ſpongia aquarum dulcium verius, quam muſcus aut herba, villoſae denſitatis atque fiſtuloſae. Curatum ea ſcio, omnibus fere oſſibus confractis, pro-

1. *Culiculi. Ch. cucubali Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. doloribus Gr. et Al.* 3. *conferruminando. M.*

Ariolantur, qui Lobelii abortiuam orchin eſſe ſtatuunt. H.

f. Cuculi) Genus illud alſines eſt, bacciferum ſolani inſtar. Maior alſine repens a Cluſio appellata, Hiſt. rar. pl. VI. p. 183. viſa a nobis in horto regio. Sic et Lobelius in Adup. pag. 104. Vide N. et Em. N. IX. (hic conſp.) *Cuculi)* Ita reſcripſimus admonitu R. cod. 1. et Marc. Emp. c. vlt. p. 250. *Herba cuculus,* inquit, *trita in reliquam partem noctis impoſita, mire dolores podagrae ſanat.* Index tamen, *Culicus, ſiue ſtrumus, ſiue ſtrychnos.* Quin et R. 2. et Ch. hoc loco, *Culiculi folia* prae ſe ferunt. Libri vulgati, *Cucubali folia.* Forte pro *Cucubali,* quaſi malefici, ἀπὸ τοῦ κακὸν βάλλειν. Eſt enim ſolani genus, vt diximus. Dioſc. in Noth. Στρυχνὸς κηπαῖος, οἱ δὲ ἥμερον, Ῥωμαῖοι στρούμουμ, οἱ δε κακουβαλοῦμ, etc H.

g. Lumbis) A calida cauſa vexatis. D.

h. Item) Marc. Emp. c. 1. p. 35. *Herba ſtrumus contrita, et cum oleo permixta, impoſitaque temporibus ... capitis dolorem tollit,* etc. H.

i. Ipſa) Vnde ſtrumi nomen. H.

k. Peculiaris) Pingitur a Lobelio in Obſſ. p. 654. In lacu maiore Mediolanenſis agri reperiri dicitur. H.

l. A conf.) Hoc eſt, glutinando. H.

lapſum ex arbore alta putatorem, circumdata vniuerſo corpori, aquam ſuam [1] inſpergentibus, quoties inareſceret: raroque, nec niſi *m.* deficientem herbam mutationis cauſa reſoluentibus, conualuiſſe vix credibili celeritate.

XLVI. (IV.) Cocco *n.* Gnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. Itaque *o.* in pane deuoratur ne adurat, quum [2] gulam tranſit: Huic vis praeſentanea contra cicutam.

XLVII. [3] Siſtit *p.* aluum [4] Dipſacos: folia *q.* habet lactucae, [5] bullaſque *r.* ſpinoſas in dorſi medio,

1. *adſpergentibus.* Ch. 2. *gulae tranſitu.* Ch. 3 *Ciet.* V. 4. *Dipſaron.* Ch. *Siſtit aluum. Dipſacos folia* Gr. et Al. 5. *et veluti bullas.* Dioſc.

m. Dificientem herbam) In Ver. Cod. legitur, *Deficiente herba*, id eſt, diſiecta, diſſipata, conſumpta, vt facile ob mollitiem exteratur. D.

Deficientem) Aſpergine crebra diſſolutam, diſſipatam. H.

n. Cocco) Egimus de eo XIII. 35. H.

o. Itaque) Dioſc. IV. 137. Καίει δὲ τὴν φάρυγγα, διὸ μετὰ ἀλεύρου ἢ ἀλφίτου δοτέον, ἢ ἐν ῥαγὶ σταφυλῆς, ἢ μέλιτι ἐφθῷ περιειλημμένον καταπιεῖν. *Fauces adurit: atque ideo cum farina, polentaue, aut in vuae acino dari debet, aut cocto melle obducta deuorari.* Theoph. Hiſt. IX. 22. ἐν ἄρτῳ. H.

p. Siſtit aluum) Imo vero ducit copioſe, bilemque, pituitam, et aquas detrahit. Plinius hic foede lapſus eſt. Lego, *ciet.* Dalec.

Siſtit) Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Siſtit*) Haec ante nos male diuulſa diſtractaque ſic legebantur, *Siſtit aluum.* Vt ad coccum Gnidium, de quo ſuperiore ſectione, pertinere pars ea videretur. Mox noua inſtituta periodo, *Dipſacos*, etc. At aluum ſiſti Gnidio grano et vetuſtis ſcriptoribus, et experientiae ipſi aduerſatur. Dioſcoridi quidem diſerte cieri eo aluum affirmanti IV. 173. Galeno quoque de fac. ſimpl. m. VII. p. 192. Theophraſto item Hiſt. IX. 22. Διὸ καὶ ὅταν δίδωσι κατὰ ποτὸν (δίδωσι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν) ἐν ἄρτῳ ἢ στέατι περιπλάττουσι. Dipſaci vero radicem exſiccandi vim quamdam habere, ξηραντικὴν εἶναι apud Galenum reperio

cio, caulem duûm cubitorum, iisdem spinis horridum, genicula eius binis foliis amplectentibus, concauo alarum sinu, in quo [1] substitit *s.* ros salsus. In cacumine capitula sunt *t.* echinata [2] spinis. Nascitur in aquosis. Sanat *v.* rimas sedis. Item fistulas decocta in vino radice, vsque dum sit crassitudo cerae, vt possit in [3] fistulas collyrium mitti. Item verrucas omnium generum. Quidam et alarum, quas supra diximus, succum illinunt his.

XLVIII. Dryopteris *x.* filici similis, in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura,

D 3 radice

1. *Sic ex Mss. H. et Ch subsistit Gr. et Al.* 2. *spinis, in M. d.* 3. *Sic ex Mss. H. et. Ch. fistulam collyrium immitti V. fistula Gr. et Al.*

rio de fac. simp. m. VI. p. 169. H.

q. Folia) Totidem verbis a Diosc. III. 13. adumbratur. Labrum Veneris medici vocant. Diosc. in Noth. p. 452 Δίψακος ... οἱ δὲ Ἀφροδίτης λουτρὸν, Ῥωμαῖοι λάβρουμ Βένερις. Pingitur a Matthiolo, p. 661. Gallis, fullonius carduus appellatur, vulgoque *pectorius carduus*, quod lanificia vncinatis verticibus aculeorum pectantur: *Chardon à carder* ou *de foulon.* Herbarii nostri Virgam pastoris nuncupant. Vidimus in horto Regio. H.

r. Bullasque) Tubercula intus et extus spinosa. H.

s. Ros salsus) Apud Dioscoridem est, imber aut ros, vnde nomen traxit. Et quoniam salsa maxime sitim excitant, plantaque dipsacus tanquam sitibunda vocata est, leui coniectura humorem in eius foliis collectum Plinius salsum esse putauit, cum salsugine prorsus careat. D.

t. Echinata spinis) Omittit Plinius, ea sicca candida spectari, et dissecta medulla tenus, vermiculos intus habere, qui brachio, vel collo alligati quartanis medentur. In Gallia fullones ἐργαλεῖα, nempe instrumenta, ex iis conficiunt, tractandis rudioribus pannis excitandisque lanarum villis, quae Graeci τοὺς στροβέας appellant. D.

v. Sanat) Medicinas easdem e dipsace etiam petit Diosc. l. c. H.

x. Dryopteris) Habet eadem Diosc. IV. 189. δρυοπτερὶς etc. In quercuum musco

radice hirsuta. Vis ei caustica est. Ideo psilothrum [1] est radix tusa: illinitur *y.* enim, vsque dum sudores [2] euocet: [3] iterumque et tertio, ita ne sudor abluatur.

XLIX. Dryophonon *z.* similis herba est, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circumdatis vtrimque foliis pollicari *a.* amplitudine, qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollioribusque, flore candido sambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semine *b.* vero eius pro pipere vtuntur.

L. Elatine

1. cum radice tusa. Diosc. 2. *euocentur. V.* 3. *iterum et tertium. Ch.*

musco nascitur, ἐν δρυσὶ, filici similis, τῇ πτερίδι. Inde nomen. Vulgus *Osmundam* vocat. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 474. In horto Regio vidimus. H.

.y Illinitur enim) Oportet autem prius vulsis pilis, posteaquam calidae vapore madefacta cutis fuerit, recentem imponere. Diosc. D.

z. Dryophonon) Dryophonon Cordus esse putat Creticum thlaspi, quod pro draba Dioscoridis quidam monstrant: alii filicem florescentem. Dalec.

Dryophonon) Nempe filici atque dryopteri. Officinae nostrates, inquit Ruellius II. 449. nemoralem myrtum appellant, quod foliis siluestre myrtum, vt alterno situ filiculam imitetur: fructu est acri, quo rura subinde vescuntur: *Cusinos* vocant, quasi culinarios, baccas eas: quod iam venerint in ganeam, gratissimo ori mandentium cibo, praesertim si edomita sacchari dulcedine acrimonia praesententur. Gaudet dryophonon caeduis siluis et querectis: eo nostra scatent nemora, vnde nomen duxit, quasi siluae caedem dixeris. A Diosc. II. 187. Δράβη appellatur. Iconem exhibet ex horto Bononiensi Iac. Zanoni hist. bot. c. 26. p. 55. H.

a. Amplitudine) Vel latitudine, vel longitudine. Latitudinem potius intelligo. Dal.

b. Semine) Hodieque piperis loco rusticorum cibos condit. H.

L. Elatine *c.* folia habet [1] helxinae, pusilla, pilosa *d.*, rotunda, semipedalibus ramulis quinis [2] senisue a radice statim foliosis. Nascitur *e.* in segetibus acerba gustu, et ideo oculorum fluxionibus efficax, foliis cum polenta tritis et impositis, subdito linteolo. Eadem cum lini semine cocta sorbitionis [3] vsu dysenteria liberat.

LI. [4] Empetros *f.*, quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis, fere in saxo: quo propius mari fuerit, [5] minus *g.* salsa est: potaque bilem trahit, ac pituitas: quo longius magisque terrena, amarior sentitur. Trahit *h.* [6] aquam. Sumitur autem in iure aliquo, [7] aut in hydro-

1. *helxines. V. castae. Ch.* 2. *senisque. Ch.* 3. *vsa a dys. Alii.* 4. *Sic ex Mss. H. et Ch. Empetron Gr. et Al.* 5. *magis. V. Diosc.* 6. *et aquam. Alii bilem et pituitam. Dioscor.* 7. *vt hydr. Ch.*

c. Elatine) Totidem verbis Diosc. IV. 40. Ἐλατίνη τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἑλξίνῃ, etc. Est Veronica femina Fuchsii, delineata a Dodonaeo p. 42. visa a nobis in horto regio. H.

d. Pilosa) Δασέα, quod verti etiam potest *densa.* D.

e. Nascitur) Diosc. l. c. eadem plane tradit, tum de natali solo, tum de viribus elatines. H.

f. Empetros) Totidem verbis Diosc. IV. 181. Ἔμπετρον, etc. Feniculum marinum hodie vocant. Dodonaeus p. 693. crethmi marini nomine delineat: Gallis, *Bacille, Fenoüil marin, Perce-pierre*, quasi perforipetram, quod mediis erumpat saxis. Multi marinam cristam, quod montium iuga et scopulorum crepidines ea vestitae cristentur. Aceto ad sesquiannum vsque cadis seruatur, ad acetariorum vsus. H.

g. Minus salsa est) Magis salsa est. Diosc. Hanc describit Aloisius in Graecia visam. Dal.

Minus) Et quo terrae propius, magis salsa, siue amara. Τὸ δὲ προσγειότερον, πικρότερον. Quem locum Saracenus et Dalecampius quum haud satis animaduerterint, Plinio temere litem mouerunt. H.

h. Trahit) Aquosos humores per aluum deducit. Diosc. l. c. Διδόμενον δὲ ἐν ζώμῳ

hydromelite. Vetuſtate vires perdit. Recens *i.* vrinas ciet decoctum in aqua vel tritum, calculoſque frangit. Qui *k.* fidem promiſſo huic quaerunt, affirmant lapillos qui ſubferuefiant vna, rumpi.

LII. Epipactis *l.*, ab aliis elleborine vocatur, parua herba, exiguis foliis, iocineris vitiis vtiliſſima, et contra venena pota.

LIII. [1] Epimedion *m.* caulis eſt non magnus, ederae foliis denis [2] atque duodenis, numquam florens, radice tenui, nigra, graui odore. Naſcitur *n.* in humidis, et huic ſpiſſandi *o.* refrigerandique natura, feminis *p.* cauenda. Folia *q.* in vino trita virginum mammas cohibent.

LIV. Ennea-

1. *Sic et Ch. Epimedium. M. Legebatur et antea, Epimedium: atque ita reponendum ex Dioſc. Epimenidium ſcillae genus eſt. Epimenidion Gr. et Al.* 2. *aut V.*

ζώμῳ ἢ ὑδρομέλιτι καθαίρει φλέγμα καὶ ὑδατῶδη. Quae verbis totidem Plinius habet. H.

i. Vrinas ciet) Haec de ſaxifrago audienda ſunt, quod empetron nonnulli vocauerunt, ſicut et Matthiolus adnotauit. Dal.

k. Qui) Qui facultati ei qua promittitur frangendos eſſe calculos eius herbae decocto, fidem volunt adſtruere, illud quoque adiiciunt, etc. H.

l. Epipactis) Diximus de ea XV. 35. In Italia *Centograna* et *millegrana* vocatur: ab aliis herniaria, ſiue herniofa. Anguillara Par. XIV. p. 282. H.

m. Epimedion) Sic MSS. omnes et Dioſc. IV. 19. Ἐπιμήδιον καυλός ἐστιν. ceteraque, quae Plinius totidem verbis. Pingitur a Dodonaeo, p. 589. quale in horto regio vidimus. H.

n. Naſcitur) Dioſc. l. c. H.

o. Refrigerandique) Gal. de fac. ſimp. m. VI. p. 174. H.

p. Feminis cauendae) Quoniam et radix conceptum adimit, et folia trita quinis drachmis per quinque dies a menſtrua purgatione pota, mulieribus praeſtat ne concipiant Dal.

Feminis) Quoniam vt Dioſc. ait l. c. ἀτόκιος ἡ ῥίζα, radix ſpem partus adimit,

LIV. Enneaphyllon *r.*, longa folia nouena habet, causticae naturae. *s* Imponitur lana circumdatum, ne *s.* vrat [1] latus: continuo enim [2] pusulas excitat: lumborum doloribus, et coxendicum vtilissimum.

LV. Filicis *t.* duo genera; nec florem habent, nec semen. Pterin *v.* Graeci vocant, [3] alii *x.* blechnon, cuius ex vna radice *y.* complures exeunt filices,

1. *latius. Ch.* 2. *pustulas. Gr.* 3. *alii blachnon. Diosc. et Ch.*

mit, et folia pariter trita. Sic et Galen. l. c. H.

q. Folia) Ne videlicet augescant. Diosc. l. c. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα μετ' ἐλαίου, κατάπλασμα μαςῶν εἰς τὸ μὴ αὔξεσθαι. H.

r. Enneaphyllon) Quidam genus batrachii esse volunt, quod folia fert murici fere similia, et a quibusdam hydropiper vocatur: alii dentellariam Monspessulanorum esse putant: alii pseudoelleborum herbariorum vbique in saxosis nascens, quod quidam consiliginem, Allobroges vocant *Massitre*, enneaphyllum dictum, quoniam cauliculi summi in nouem folia dispescuntur: alii elleborum adulterinum in hortis nascens, quod Nouembri florem herbaceum mittit, et folia in nouem lacinias diuisa. Dal.

: Enneaphyllon) Suo se illa nomine repraesentat, quod foliis nouem longis constituitur. Vix putem esse dentariam enneaphyllon, pictam a Lobelio in Obss. p. 392. visam in horto Regio: neque enim folia ei nouena sunt: sed idem nouenis distinctum incisuris. H.

s. Ne vrat latus) Qui in lumbagine et ischiade admouent, lana obuoluunt, vt discutiat quidem humores, qui eos morbos gignunt, non autem exurat. Dal.

t. Filicis) Filix Gallis *Fougere.* Marem feminamque Dodonaeus delineat, p. 459. Vidimus in horto regio. H.

v. Pterin) Diosc. IV. 186. Πτερὶς, οἱ δὲ βλῆχνον, οἱ δὲ πολύῤῥιζον. Index, et R. 2. cum Ch. *blachnon.* Sic etiam Nicandri Schol. H.

x. Blechnon) Nicander βλῆθρον. Ἐν δὲ πολυσχιδέος βληθρε περιβάλλεο χάρτην. interpres βλάχνον. Sic et Dioscorides. Phanias apud Athenaeum lib. II. filicem βλάχνον vocari scripsit. Dal.

y. Complures) Plures filicis propagines, ἐκφύσεις ἔχουσα πολλάς, Diosc. l. c. H.

ces bina etiam cubita excedentes longitudine, [1] non graues odore. Hanc marem exiſtimant. Alterum z. genus thelypterin Graeci vocant, alii nymphaeam pterin. Eſt a. autem [2] ſingularis, atque non fruticoſa, breuior, molliorque et denſior, foliis ad radicem canaliculata. Vtriuſque b. radice ſues pingueſcunt. Folia c. vtriuſque lateribus pinnata d., vnde nomen Graeci impoſuere. Radices [3] vtrique longae in [4] obliquum, nigrae, praecipue quum inaruere. Siccari autem eas Sole oportet. Naſcuntur vbique, ſed maxime frigido ſolo. Effodi debent Vergiliis e. occidentibus. Vſus radicis in trimatu tantum, neque antea, neque poſtea. Pellunt f. interaneorum animalia: ex his taenias cum melle: cetera ex vino dulci triduo potae. Vtraque

1. *ſubgraues. Dioſc. ſubgraui. Alii.* 2. *non ſingularis, ſed fruticoſa. Dal.* 3. *vtriuſque long. Ch.* 4. *obliquum actae, nigrae Dioſc.*

z. *Alterum)* Nempe filicem feminam Dioſc. IV. 187. Θελυπτερὶς, οἱ δὲ νυμφαίαν πτέριν ὀνομάζουσι. H.

a. *Eſt)* Non multas a radice fundit propagines, vti mas filix. Diffidere a Plinio Dioſcoridem hoc loco Dalecampius falſo exiſtimat, vt ſaepe alias. H.

b. *Vtriuſque radice ſues pingueſcunt)* Extremi Northmanniae populi, vt Abrincathes, ex iis panem conficiunt. Dal.

c. *Folia)* Pinnas auium repraeſentant, vnde πτέριν Graeci dixere: Columella *Auiam*, VI. 14. H.

d. *Pinnata)* Pinnis, τοῖς πτεροῖς auium ſimilia, vnde πτέριδα Graeci vocarunt, et Celſus in ſuis Geoponicis apud Columellam cap. 14. VI. *auiam.* Ad iumentorum collum in opere contuſum, auiam cum ſale tritam et impoſitam, remedium eſſe praeſentiſſimum is ſcripſit, ad quem vſum filicem feminam Dioſcorides commendat, λόφους τῶν ὑποζυγίων ἰωμένην. Dal.

e. *Vergiliis)* De vergiliarum occaſu XVIII. 59. H.

f. *Pellunt)* Dioſc. II. cc. cum Theophr. Hiſt. IX. 20. Sic etiam Galenus de fac. ſimpl. med. VIII. p. 22. H.

Vtraque ſtomacho inutiliſſima. Aluum *g.* ſoluit: primo bilem trahens, mox aquam: melius *h.* taenias cum ſcammonii pari pondere. Radix eius duûm obolorum pondere ex aqua, poſt vnius diei abſtinentiam bibitur, melle praeguſtato contra rheumatiſmos. Neutra *i.* danda mulieribus, quoniam grauidis abortum, ceteris ſterilitatem facit. Farina *k.* earum hulceribus tetris inſpergitur: iumentorum *l.* quoque [1] ceruicibus. Folia cimicem necant: ſerpentem non recipiunt. Ideo ſubſterni [2] vtile eſt in locis ſuſpectis: vſtae etiam fugant nidore. Fecere Medici huius quoque herbae diſcrimen. Optima [3] Macedonica eſt, ſecunda Caſſiopica.

LVI. Femur *m.* bubulum appellatur herba, neruis et ipſa vtilis, recens in aceto ac ſale trita.

LVII. Ga-

1. *Sic M. in ceru. Gr.* 2. *vtiles in loc. V.* 3. *Macedonia. Ch.*

g. Aluum) Recentia folia olerum vice edi ad emolliendam aluum ſcribit Dioſc. IV. 187. Scrib. Larg. c. 34. *Aluum mollientia*, comp. 136. *Biles purgat, et filicis radix lota et raſa, atque in minimas particulas conciſa* etc. H.

h. Melius) Totidem verbis Dioſc. IV. 186. H.

i. Neutra danda mulieribus) Apud Dioſcoridem legitur, κἂν ἔγκυος διαβῇ ἐκτιτρώσκει. Emendat lacuna ex fide veſtuti exemplaris, κἂν ἔγκυος λάβῃ, id quod confirmat hic locus. Dalec.

Neutra) De femina quidem adſtipulatur et Dioſc. IV. 178. et Theophr. l. c. In cauſa eſt, vt ait Galenus de fac. ſimpl. med. VIII. 22. quod viuos partus enecat. H.

k. Farina) Totidem verbis Dioſc. l. proxime citato. H.

l. Iumentorum) Dioſc. l. c. Λόφους τε ὑποζυγίων ἰῶνται. H.

m. Femur bubulum etc.) Oportuit hanc herbam dictam fuiſſe βούμηρον. Eam ſic dictam puto, quod fracta boum femora, et crura ſolidet efficacius. Quidam cardiacam eſſe volunt. Dal.

Femur) Quum nemo ſcriptorum veterum herbae huiuſce faciem delineet, quae nunc eo nomine cenſenda ſit, velle proferre ariolari eſt. H.

LVII. Galeopsis *n.*, aut, vt alii, galeobdolon, vel *o.* galion, caulem et folia habet vrticae laeuiora, et quae grauem odorem trita reddant: flore purpureo. Nascitur circa sepes ac semitas vbique. Folia caulesque duritias et carcinomata sanant, ex aceto, trita et imposita: item strumas. Panos et parotidas discutiunt. Ex vsu est [1] et decoctae [2] succo fouere. Putrescentia quoque et gangraenas sanat cum sale.

LVIII. Glaux *p.* antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso et lenticulae foliis similis: auersa *q.* candidiora. Rami *r.* in terram serpunt quini seniue, admodum tenues ab radice. Flosculi *s.* purpurei exeunt. Inuenitur *t.* iuxta mare. Coquitur *v.* in sorbitione

1. Sic ex Mss. H. et Cb. decocto Gr. et vulgg. 2. *et succo. V.*

n. Galeopsis) Diosc. IV. 95. Γαλίοψις, οἱ δὲ γαλδόβδολον, ceteraque, quae Plinius, tum de forma, tum de viribus eius herbae, plane totidem syllabis. Lamium illud est, quo de egimus XX. 16. etsi aliam affert herbam Anguillara, Par. XIV. p. 278. in Graecia, vt ait, frequentem. H.

o. Vel galion) Hoc inepte. Dal.

Vel) In Indice ex MSS. omnibus, *siue gallio.* Sed *galion* scribi multo satius videtur. Aliud enim gallion est, quod a Diosc. describitur IV. 96. H.

p. Glaux) Diosc. IV. 141. Γλαὺξ κυτίζῳ ἢ Φακῷ τὰ Φύλλα ἔοικεν etc. Sunt enim Plinianis omnino similia. Est ea Glaux exigua maritima, picta a Lobelio in Obss. p. 227. qualem in horto regio vidimus. Frequens in Abrutio Italiae et Pisano agro, in ora maritima, vt recte Anguillara, Par. XIV. p. 290. H.

q. Auersa) Diosc. l. c. Τῶν Φύλλων τὰ κάτωθεν λευκότερα· ἄνωθεν δὲ χλωρά. *Quae superne, virent: quae auersa, candidiora spectantur.* H.

r. Rami) Diosc. totidem verbis l. c. H.

s. Flosculi) Diosc. l. c. H.

t. Inuenitur) Diosc. l. c. H.

v. Coquitur) Diosc. l. c. et Galenus de fac. simpl. med. VI. p. 166. H.

ſorbitione ſimilaginis, ad excitandam vbertatem lactis. Eam [1] qui hauſerint, balineis *x.* vti conuenit.

LIX. (X.) Glaucion *y.* in Syria et Parthia naſcitur, humilis *z.* herba, denſis foliis, fere papaueris, minoribus tamen *a.* ſordidioribuſque: odoris tetri, guſtus amari cum aſtrictione. [2] Granum habet crocei coloris. [3] Hoc *b.* in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt: deinde exempto ſuccum exprimunt eiuſdem nominis: vſus *c.* eſt et ſucci et foliorum, ſi terantur, aduerſus *d.* epiphoras, quae vniuerſae vno impetu [4] cadunt. Hinc temperatur collyrium, quod Medici [5] diaglaucion *e.* vocant.

1. *quae. V.* 2. *Succum. Dioſc.* 3. *Folia in olla, etc. in clibanis ſemifrigidis calefaciunt quoad flacceſcant: deinde contuſis ſuccum. Dioſc.* 4. *cadant. Cb.* 5. *Dia Glaucion. Dal. diaglaucia. Cb.*

x. Vti conuenit) Lego *conuenit. Lactis quoque vbertas intermiſſa ea reſtituitur. Sumitur eius rei cauſa ex aqua.* Haec in ſuum hunc locum ſic reponenda, perperam inſerta capiti ſequenti. Dal.

y. In Syria) Syriae Hierapoli Dioſc. Dal.

Glaucion) Sic fere Dioſc. IV. 100. Γλαύκιον χυλός ἐςὶ βοτάνης κατὰ Ἱεράπολιν τῆς Συρίας γεννωμένης etc. Syriacae plagae, non noſtri ſoli caeliue planta. Humilem herbam eſſe, quod Dalecampium latuit, etiam docet auctor libri de ſimpl. med. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni p. 991. H.

z. Humilis herba) Humilem eſſe herbam Dioſc. non ait, ſed habere folia χαμαίζηλα, in terram ſparſa. Dal.

a. Sordidioribuſque) Dioſc. l. c. λιπαρώτερα, pinguiora. Plinius *ſordidiora*, quaſi ῥυπαρώτερα: quod et alias vſurpatum ab eo vidimus. Et ſane pinguitudo foliorum, ſordium quarumdam inſtar eſt. H.

b. Hoc) Dioſc. et auct. L. ad Patern. ll. cc. H.

c. Vſus eſt et ſucci, etc.) Haec aliter Plinius, quam Dioſcorides. Dal.

d. Aduerſus) Hoc eſt, oculorum inflammationes, aliosque affectus. Dioſc. l. c. Ἐςὶ δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ, *in initiis.* H.

e. Diaglaucion) Διαγλαύκιον, vel potius διὰ γλαυκίων. Huius

vocant. Lactis *f.* quoque vbertas intermiſſa reſtituitur. Sumitur [1] eius rei cauſa ex aqua.

LX. Glycyſide *g.*, quam aliqui paeoniam, aut pentorobon vocant, caulem habet duûm [2] cubitorum, comitantibus *h.* duobus aut tribus, ſubrutilum, cute lauri: folia *i.* qualia [3] iſatis, pinguiora, rotundioraque, et minora: ſemen in ſiliquis, aliud grano rubente, aliud nigro. Duo [4] autem genera ſunt. Femina *k.* exiſtimatur, cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut ſex adhaerent. Mas *l.* plures [5] habet, quoniam non vna radice nixus

1. *huius. Cb.* 2. *palmorum. Cb.* 3. *iuglans. Dioſc. nucis. V.* 4. *enim. Cb.* 5. *non habet, quoniam vna rad. Ex Dioſc.*

Huius conficiendi modum edocet Scribon Larg. comp. 21. *Item compoſitorum collyriorum hoc maxime probo ad recentes epiphoras.* Et mox: *Quod nomine etiam quidem Diaglaucium dicitur, probo in initiis. Glaucii ſucci etc. H.*

f. Lactis quoque) De glauce haec Dioſc. non de glaucio. Dal.

g. Glycyſide) Ipſa paeonia eſt, de qua XXV. 10. Totidem paene verbis a Dioſcoride deſcribitur III. 157. H.

h. Duobus) Ramulis videlicet, ſiue cauliculis. Dioſc. Παρɑφυάδας ἔχων πολλάς. H.

i. Folia qualia iſatis) Sic quidem ex vetere lectione correctores ſcripſerunt, quum antea in excuſis codicibus non *iſatis* legeretur, ſed *nucis*, ſed verior hac in parte vulgata eſt lectio quam antiqua: Docet in Dioſc. lib. III. de paeonia agens, quae eadem cum glycyſide. *Duorum*, inquit, *generum eſt, mas feminaque. Habet mas regiae nuci ſimilia folia, femina vero Smyrnii modo ſecta.* Pint.

k. Femina) Dioſc. l. c. Ἐπὶ δὲ τῆς θηλείας παραφυάδας ὥσπερ βαλάνους ἔχουσα, ζ' ἢ η' ὥσπερ ἀσφόδελος. *Feminae radicibus ceu glandes ſeptem octoue adhaerent, quales aſphodeli radicibus adnaſcuntur.* Vide iconem a Matthiolo delineatam, p. 915. H.

l. Mas) Paulo aliter de mare Dioſc. l. c. Plures habet in cacumine balanos, quaſi nuces Graecas, vt dictum eſt XXV. 10 quoniam in radice habet pauciores, immo nullas: Eſt enim radice

xus eſt, palmi altitudine, candidaque. Ea *m.* guſtu aſtringit. Feminae *n.* folia myrrham redolent, et denſiora ſunt. Naſcuntur in ſiluis. Tradunt *o.* [1] noctu effodiendas, quoniam pico Martio impetum in oculos faciente, interdiu periculoſum ſit. Radix *p.* vero quum effodiatur, periculum eſſe ne ſedes procidat. Magna id vanitate ad oſtentationem rei fictum arbitror. Vſus in his diuerſus. Rubra *q.* enim grana [2] rubentes menſes ſiſtunt, XV. fere pota in vino nigro. Nigra *r.* grana [3] vuluis *ſ.* medentur, ex paſſo aut vino totidem pota. [4] *t.* Radix

1. *Nocte.* *Ch.* 2. *rubentis Gr. et Al.* 3. *vulcis.* *Ch.* *forte, vulſis.* 4. *Radix ſanat opiſth. V. interiecta deſiderantur.*

dice ſingulari, digitali craſſitudine, altitudine palmi, guſtu adſtringens, candida. Ῥίζα δὲ τοῦ μὲν ἄῤῥενος, περὶ δακτύλου πάχος, μῆκος δὲ σπιθαμῆς, γευομένῳ ςυφοῦσα, λευκή. H.

m. Ea guſtu aſtringit) Superfluit verbum, *Ea*, ex noſtro codice. Item verborum paulo poſt ſequentium ordo luxatus eſt: legi enim debet, *quoniam interdiu periculoſum ſit, pico Martio impetum in oculos faciente.* Pint.

n. Feminae) Smyrnii inſtar, quae herba nomen a myrrhae odore cepit: folia huius inciſuris diuiſa eſſe Dioſcorides prodidit: hoc tantum. H.

o. Tradunt) Hoc ipſum indicauit, XXV. 10. H.

p. Radix) Theoph. IX. 9. H.

q. Rubra enim grana) Delenda coniunctio *enim* ex eodem; ſequitur continuo: *Rubentis menſes ſiſtunt XV. fere pota.* Legendum videtur, non XV. ſed XII. ex Dioſcoride libro III. *Quin etiam*, ait, *feminis rubentia grana X. aut XII. in nigro auſtero vino pota rubentes muliebres fluxiones ſiſtunt.* At idem auctor eodem loco, Grana nigra XV. pota mederi tradit, obmuteſcentibus ſtrangulatu vuluae. Pint.

Rubra) Hoc eſt, ſanguinolentum fluorem muliebrem, Dioſc. III. 157. Τοῦ δὲ καρποῦ ι ἢ ιβ' κόκκοι πυῤῥοὶ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐςηρῷ, ῥοῦν ἐρυθροῦν ἱςῶσι. H.

r. Nigra) Dioſc. l. c. totidem fere verbis. H.

ſ. Vuluis medentur) Strangulantibus. Dioſc. Dalec

t. Radix) Dioſc. l. c. ad verbum. H.

dix omnes ventris dolores sedat in vino, aluumque *v.* purgat: sanat *x.* opisthotonum, morbum regium, renes, vesicam: [1] arteriam *y.* autem et *z.* stomachum decocta in vino: aluumque *a.* sistit: [2] estur etiam [3] contra *b.* malum mentis: sed *c.* in medendo quatuor drachmae satis sunt. Grana *d.* nigra

1. Sic ex Mss. H. matricem autem Gr. et Al. 2. *estur etiam a iumentis. Pint. ex V.* 3. *cum alimentis. Corn. ex V. alumentis. Ch.*

v. Aluumque purgat) Vterum, feminis a partu non purgatis. Dioscorid. Dal.

x. Sanat) Diosc. l. c. H.

y. Matricem autem et stomachum decocta in vino) *Arteriam*, non *matricem*, praefert nostrum apographon. vt nonnulli qui matricem in locorum significatione, vocem Latinam censent, ab hoc Plinii loco sententiae suae confirmationem petentes frustra conari videantur. Quare magis a Sipontino sto, quam vel a Theodoro, qui in tralatione librorum Aristotelis de natura animalium ea voce sic vtitur, vel a Rhodigino, qui fretus auctoritate Solini vilissimi scriptoris, Latinam contendit: magis ipse in ea re sciolus, quam quos immerito reprehendit. Pint.

z. Stomachum) Acri humore commorsum. Dioscor. qui id tamen de granis, non de radice. Dal.

a. Aluumque) Decocta in vino, potaque aluum sisti ea ait Diosc. l. c. H.

b. Malum mentis) Ἄνοιαν et *μελαγχολίαν*, amentiam, melancholiam. Dal.

Contra) Contra insaniam. Huc pertinet quod habet Apuleius, c. 64. t. 1. *Ad lunaticos. Herba Paeonia si lunatico iacenti ligetur in collo, statim se leuat sanus. Et si eam secum portauerit, numquam ei hoc malum accidet.* H.

c. Sed) Nam si quis hunc modum excedat, liberalius assumta paeonia mentis alienationem facit. Quare Seleucus in Gloss. apud Athen. III. p. 76. feminas ait eo cibo abstinere, quod fatuitatem afferat: Φυλάττεσθαι τὰς γυναῖκας ἐσθίειν, διὰ τὸ ποιεῖν ματαϊσμούς. H.

d. Grana) Diosc. l. c. Οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιάλτῶ πνιγμούς. *Quae vero nigra sunt grana, auxiliantur suppressionibus nocturnis, quas ephialtas vocant*, seu Faunorum ludibria. Auctor libri qui Kirani Kiranidum inscribitur, p. 19. de Paeonia: *Radix autem eius*

nigra auxiliantur [1] et ſuppreſſionibus *e.* nocturnis, in vino pota, quo dictum eſt numero. [2] Stomachi *f.* vero eroſionibus, [3] et eſſe ea, et illinire prodeſt. Suppurationes quoque diſcutiuntur, recentes nigro ſemine, veteres rubro. Vtrumque auxiliatur a ſerpente percuſſis: et pueris contra calculos, incipiente *g.* ſtranguria.

LXI. Gnaphalion *h.* alii chamaezelon vocant, cuius foliis albis mollibuſque *i.* pro [4] tomento vtuntur: ſane *k.* [5] et ſimilia ſunt. Datur *l.* in vino auſtero ad dyſenteriam: ventris ſolutiones menſeſque mulierum ſiſtit. Infunditur autem teneſmo. Illinitur et putreſcentibus hulcerum.

LXII. [6] Gallidragam *m.* vocat Xenocrates [7] leucacantho ſimilem, paluſtrem et ſpinoſam, caule ferulaceo,

1. *et oppreſſionibus. V.* 2. *Stomacho vero et roſionibus. V. Stomaticis vero et roſionib. Ch.* 3. *et eſſe etiam ea et M.* 4. *tormento Gr. et Al.* 5. *ei. V.* 6. *Sic ex Mss. H. et Ch. Galedragon Gr. et Al.* 7. *leucacanthae. V.*

eius ſuffumigata, vel bibita daemones expellit, et phantaſmata cuncta: geſtata autem idem facit. H.

e. Suppreſſionibus nocturnis) Oppreſſionibus, τῶν ἐφιαλτῶν πνιγμοῖς, incuborum ſuffocationibus, Faunorum in quiete ludibriis. c. 4. lib. XXV. Dal.

f. Stomacho vero et roſionibus) *Stomachicis*, non *Stomacho*, in vetuſto exemplari: vt forte commodior lectio ſit, *Stomachicis vero eroſionibus.* Pint.

Stomachi) Ventriculi Dioſ. l. c. Στομαχικοῖς τε δακνομένοις, ἐσθιόμενον βοηθοῦσι. H.

g. Incipiente ſtranguria) Ἀρχὰς λιθιάσεως παραιτεῖται. Dioſc. Dal.

h. Gnaphalion) Dioſc. l. c. c. 122. Γναφάλιον, ceteraque, quae Plinius, totidem verbis. Egimus de eo XXIV. 88. H.

i. Pro) Dioſc. Τούτου τοῖς φύλλοις ἀντὶ γναφαλίου χρῶνται. Inde nomen. H.

k. Sane) Tomento ſcilicet, quia ſunt alba et mollia: λευκοῖς οὖσι καὶ μαλακοῖς. Dioſc. l. c. H.

l. Datur) Dioſc. l. c. H.

rulaceo, alto, cui ſummo capite inhaeret ſimile ouo. In *n.* hoc creſcente aetate vermiculos naſci tradunt, quos pyxide conditos adalligari cum [1] pane brachio ad eam partem, qua dens doleat, mireque illico dolorem tolli. Valere non diutius anno, et ita ſi terram non [2] attigerint.

LXIII. Holcus *o.* in ſaxis naſcitur ſiccis. Ariſtas habet in cacumine, [3] tenui culmo: quale *p.* hordeum reſtibile. Haec circa caput alligata, vel circa lacertum, educit *q.* e corpore ariſtas. [4] Quidam ob id ariſtidam vocant.

LXIV. Hyoſiris *r.* intubo ſimilis, ſed minor, et tactu aſperior; vulneribus contuſa praeclare medetur.

LXV. Ho-

1. *panno. V.* 2. *Sic ex Mss. H. et V. attigerit Gr. et Al.* 3. *Sic et Cb. tenuis culmo Gr. et Al.* 4. *Hanc quidam. Dal.*

m. Gallidragam) Forte tertia dipſacos Dodonaei, ſeu Virga Paſtoris, picta ab eo p. 723. viſa a nobis in horto Regio. H.

n. In hoc creſcente aetate vermiculos naſci tradunt) In noſtro apographo, In *hoc areſcente aeſtate vermiculos naſci tradit.* Pint.

In hoc) Et id quidem de labro Venereo antea indicatum XXV. 108. Diſſectis ſane dipſaci ſcapis in medulla vermiculos inuentos a ſe ſcribit Ruellius III. p. 483. H.

o. Holcus) Hordeum eſt ſpontaneum ſpurium, pictum a Lobelio in Obſſ. p. 18. Adſtipulatorem habemus Aloyſium Anguillara Par. XII. p. 210. Ab ἕλκω *traho*, quoniam educit ariſtas e corpore. Gramen hordeaceum alii vocant. Vidimus in horto Regio. H.

p Hordeum) Hordeum ſilueſtre, quod et anno ſequente regerminat. H.

q. Educit e corpore ariſtas) Quum a trahendo ſic dicta fuerit, vim attractricem et epiſpaſticam conuenienter ei tribuunt. Dal.

r. Hyoſiris intubo ſimilis) Quibuſdam iacea ignea. D.

Hyoſiris) Sic libri editi, ſic Index: Rectius *hyoſeris*, ὑόσερίς. Nam σέρις intubum eſt, non σίρις. Niſi forte ὑὸς ἶρις quiſpiam interpretetur, quod vereor vt probari queat. In R. 1. *hyoſeris.*

LXV. Holosteon *s.* sine duritia est, herba *t.* ex aduerso appellata a Graecis, sicut *v.* fel dulce, tenuis vsque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen: foliis angustis, astringens gustu. Nascitur in collibus terrenis. Vsus *x.* eius ad conuulsa, rupta, in vino [1] pota. Et [2] vulnera *y.* quoque conglutinat. Nam et carnes [3] coguntur, addita.

1. *potae. V.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. pota. Vuln. quod. Gr. et Al.* 3. *dum coquuntur. M. cum cocontur. Ch. Lego, cum coquuntur. Sic et Corn. ex V.*

ris. Ex intuborum siue cichoriorum genere. Graphice pinxit lac. Zanoni, ex horto Bononiensi, c. 55. p. 150. Iaccamque Creticam spinosam vocauit. H.

s. Holosteon) Ὀλόςεον ex aduerso, hoc est, per ἀντίφρασιν, vt vocant, quasi ὅλον ὀςῶν, totum osseum, quoniam tenuis est, ac sine duritia, quae vulgo inest ossibus. Iisdem fere verbis describitur a Diosc. IV. 11. Serpentina omnium minima a Lobelio appellatur, in Obss. p. 240. a quo et ibi delineatur, qualem in horto regio vidimus. H.

t. Ex aduerso appellata) Id est, κατ' ἀντίφρασιν. D.

v. Sicut fel dulce) Haec verba aliena esse suspicor, magis quam Plinii *Pint. Sic vt fel dulce.*) Τὰ γλυκέα, Graeci fella vocant, vt etiam Lugdunenses hodie fel vocant *le doux.* Aurelianus cap. 1. lib. III. Chronion. Multa enim contrariae interpretationis vocabulum sumpserunt, vt fella, quae γλυκέα vocant, quasi dulcia, quum sint amarissima. Dal.

Fel dulce) Cael. Aurel. Chron. III. 1. initio. *Multa,* inquit, *contrariae interpretationis vocabulum sumserunt, vt fellea, quae Graeci γλυκέα vocant, velut dulcia, quum sint amarissima.* Et nos vulgo sic diximus, *Le fiel, ou le doux.* H.

x. Vsus) Diosc. l. c. H.

y. Vulnera) Diosc. l. c. *Carnes et haec herba cogit, atque conglutinat, dum coquuntur addita, et ad rupta in vino propinatur.* Δύναται δὲ καὶ αὐτὴ κρέα συνάγειν συνεψομένη, καὶ πρὸς ῥήγματα σὺν οἴνῳ ποτίζεται. Sic et Gal. de fac. simpl. m. VIII. p. 214. H.

LXVI. Hippophaeſton *z.* naſcitur in ſpinis *a.*, ex quibus fiunt [1] aeneae *b.* fulloniae, ſine cauliculo, ſine flore, capitulis tantum inanibus, et foliis paruis, multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, molles. Succus *c.* [2] earum exprimitur aeſtate, ad ſoluendam aluum, tribus obolis, maxime in comitialibus morbis, et tremulis, [3] hydropicis. Contra vertigines, orthopnoeas, [4] paralyſes incipientes.

LXVII. (XI) [5] Hypogloſſa *d.* folia habet figura ſilueſtris myrti, [6] concaua, ſpinoſa, et in his ceu

1. *aaenae V.* 2. *eorum. Dioſc.* 3. *hydropicis, et contra. Dal.* 4. *paralyſeis. Gr.* 5. *hypogloſſon. V. Dioſc.* 6. *tenuis, in ſummo non ſpinoſa, et iuxta haec ſeu ligulas. Dioſc.*

z. *Hippophaeſton naſcitur in ſpinis ex quibus fiunt aeneae fulloniae, etc.*) Plinius quod in Graecis reperiſſet, ἱππόφαιςον ἐν ᾧ τὰ ἱμάτια γνάπτεσι, inde ratiocinatus eſt naſci hippophaeſton in ea ſpina qua veſtes poliuntur. Atqui hippophaeſton ipſa ſpina eſt fullonia. *Salmaſ.* pag. 392. a. b. 395. b. *D.*

Hippophaeſton) Creſcere hoc ait inter ſpinas, ſiue eſſe de ſpinarum genere, quibus implentur aeneae cortinae fulloniae, ad lauandas poliendaſque veſtes, vt diximus XXIV. 68. Dioſc. IV. 163. Ἱππόφαιςον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἱπποφαὲς καλοῦσι.... καὶ αὐτὸ γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὑπάρχον E Narbonenſi Gallia ad ſe delatum, quale a Dioſcoride Plinioque deſcribitur, Ruellius teſtatur, p. 455. Nobis aliud videre non licuit. H.

a. *In ſpinis*) *In ſpinis, quibus vtuntur cortinae fulloniae.* Vet. ſed incommode. Cortinae nempe vaſa, in quibus feruent et coquuntur pannorum pigmenta: tinctorum et infectorum ſunt, non fullonum: βαφέων ȣ γναφέων. Lego, *Hippophaeſton ſpina in maritimis naſcitur. Hac implentur cortinae fulloniae: ſiue caule, etc.* ex Dioſc. Vide initium cap. 13, lib. XXIV, Dalec.

b. *Aeneae*) Sic libri omnes, etiam Mſs. H.

c. *Succus*) Radicum videlicet, Dioſc. l. c. H.

d. *Hypogloſſa folia habet*) Legend. *Hypogloſſa folia habet,*

[1] ceu linguas folio paruo [2] exeunte de foliis. Capitis *e.* dolorem corona *f.* [3] ex his impoſita minuit.

LXVIII. Hypecoon *g.* in ſegetibus naſcitur, foliis rutae. Natura eius eadem quae papaueris ſucco.

LXIX. Idaeae *h.* [4] herbae folia ſunt, quae oxymyrſines: adhaerent his velut pampini, in qui-

E 3

1. *ſeu Gr.* 2. *Haec male Plin. nuſquam Dioſcorides. Lauro taxae folium paruum exit de foliis: quod in alio nullo genere lauri videtur.* 3. *Comis Dioſc.* 4. *radici. Dioſc.*

habet, figura ſilueſtris myrthi, comas ſpinoſas, et in his ceu linguas, etc. Salmaſ. 402. b.

Hypogloſſa) Dioſc. IV. 132. Ὑπόγλωσσον, etc. ſic enim legendum, non ἱππόγλωσσον. Vide Dalecamp. Hiſt. Plant. II. p. 206. ſq. vbi ea delineatur, qualis et a Plinio deſcribitur. Galeno de fac. ſimpl. m. VIII. p. 238. ὑπόγλωσσον. H.

e. Capitis) Dioſcorid. l. c. H.

f. Corona) Coronam vertit, quod περίαμμα Dioſcorides dixit his verbis, δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα χρήσιμον εἶναι κεφαλαλγοῦσι. Quidam appenſa et alligata ea remedia vocant etiam περίαπτα et ἀποτρόπαια. *Dal.*

g. Hypecoon) Totidem verbis Dioſc. IV, 68. Ὑπήκοον, etc. Pingitur a Dodonaeo, p. 446. quale in horto regio vidimus. H.

h Idaeae herbae folia ſunt, etc.) *Leg Idaeae herbae folia ſunt, quae oxymyrſinae, adhaerent velut pampini, in quibus flos.* Vbi notabis Plinio *pampinos* dici vitium clauiculas et capreolos, qui intorquentur, quos ἕλικας Graeci appellant: atqui *Pampinus*, τὸ Φυλλάμπελον *Salmaſ.* pag. 403. a.

Idaeae) Dioſc. IV, 44. Ἰδαία ῥίζα, ὀξυμυρσίνῃ τὰ φύλλα ἔοικε· παρ' αὐτὰ δὲ ὡς ἕλικες μικραὶ πεφύκασιν, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἄνθος. *Idaeae radicis folia oxymyrſinen referunt: iuxta ipſa vero exigui ſunt velut pampini, ſeu capreoli, ex quibus etiam flos erumpit.* Frequentem eſſe in Italia, ſed vulgari carere appellatione, ſcribit Anguillara, Par. XIV, pag. 259. H.

quibus [1] flos. Ipsa *i.* aluum, mensesque, et omnem abundantiam sanguinis sistit. Spissandi *k.* cohibendique naturam habet.

LXX. Isopyron *l.* aliqui [2] phasiolon vocant, quoniam folium, quod *m.* est aniso simile, [3] in *n.* pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis *o.* melanthii. Contra *p.* tussim, et cetera pectoris vitia, [4] ex melle aut aqua mulsa: item *q.* iocineri vtilissima.

LXXI.

1. *sic ex Mss. H. et Ch. flos ipse. M. flos Aluum Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. phasiolum Alii Diosc. Dal. phaselion Gr. et Al.* 3. *in passeoli pampinos. Ch.* 4. *cum melle Ch.*

i. Ipsa) Diosc. l. c. H.

k. Spissandi) Adstringendi. Ἐπὶ ϛύψεως. H.

l. Isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium quod est aniso simile in pampinos torquetur) Nostrum apographon, *Isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium quod est aniso simile in passo oly pampinos torquetur* Scribo: *Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam folium quod est aniso simile in phasioli pampinos torquetur.* Diosc. l. 4 *Isopyron sunt qui phasiolon appellant, quoniam in summo cacumine folium eius in phasiolorum clauiculas torquetur. Pint.*

Isopyron) Diosc. IV, 121. Ἰσόπυρον, οἱ δὲ Φασίολον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι Φασιόλῳ, τῷ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα Φέρειν. *Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam ad phasioli similitudinem in summo folio pampinum, hoc est, clauiculam gerit, phaseolorum similem.* Interpres Oribasii XI. 260. *Folium more phaseolorum in clauiculas torquetur.* Herbariis perinde officinisque incognita. Anguillara, Par. XIV. p. 168. H.

m. Quod) Diosc. l. c. H.

n. In) Ἕλικας, clauiculas, capreolos. H.

o. Seminis Melanthii) Melanthii gustum imitantis. Dioscor. Dalec.

Melanthii) Quae melanthii saporem imitentur, παραπλήσια μελανθίῳ τὴν γεῦσιν, Diosc. l. c. H.

p. Contra) Diosc. l. c. H.

q. Item) Diosc. l. c. H.

LXXI. Lathyris *r.* folia habet multa [1] lactucae similia, vt capparis: quae quum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia *s.* purgatu. Haec vicena in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanant. Trahunt *t.* et bilem. Qui vehementius purgari volunt, cum folliculis [2] ipsis sumunt ea: nam stomachum laedunt. Itaque *u.* inuentum est, vt *uu.* cum pisce aut iure gallinacei sumerentur.

LXXII. Leontopetalon *x.*, alii [3] rhapeion vocant, folio brassicae, caule semipedali: alae mul-

1. *amygdalae. Diosc. similia, tenuiora germina multa, in quibus semen tuniculis continetur Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. ipsi Gr. et Al.* 3. *raphodion. M.*

r. Lathyris) Totidem fere verbis Diosc. IV. 167. Λαθυρὶς, etc. Haec cataputia vulgaris est, picta in horto Eistettensi, Ord. 12. f. 2. et apud Dodon. p. 371. qualem in horto regio vidimus. Nostris, *Espurge.* Subscribit etiam Anguillara, Par. XIV. p. 295. H.

s. Facilia purgatu) Aut corpus facile purgant, aut a suo cortice facile purgantur. Dal.

Facilia) Quae sunt decorticatu facilia. Sic decorticata laudat Galen l. c. Λεπισθέντα δὲ λευκὰ καὶ γλυκέα ἐν τῇ γεύσει. Sic XV, 25. castaneas laudat purgabiles maxime et sponte prosilientes Nam quantumuis purgare facile corpora lathyridis granis scribat Galen. de fac. simpl. m. VII p. 201. animum tamen aegre induxerim, vt eam esse hoc loco Plinii mentem putem. H.

t. Trahunt) Ἄγει δὲ φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ ὕδωρ. Diosc. l. c. H.

u. Itaque) Diosc. l. c. H.

u u. Vt cum pisce aut iure gallinacei, etc.) Grana sex, aut septem, in catapotio aut cum fico, aut cum palmula, sumpta, aluum purgant: sed frigida postea sorbenda, cum gallina aut oleribus: folia coquuntur ad eundem vsum. Diosc.

x. Leontopetalon, alii rhapeion vocant) Non *rhapeion* noster codex, sed *parapadion* habet, vt forte reponi possit

multae, ſemen in cacumine, in ſiliquis, ciceris modo: radix *y.* [1] rapo ſimilis, grandis, nigra. Naſcitur in aruis. Radix *z.* aduerſatur omnium ſerpentium [2] generibus ex vino pota: nec alia res celerius proficit. Datur *a.* et iſchiadicis.

LXXIII. Lycapſos *b.* [3] longioribus, quam lactuca, eſt foliis, craſſioribuſque. Caule longo, hirſuto, adnatis multis cubitalibus, flore paruo, purpureo. Naſcitur in campeſtribus. Illinitur cum farina hordeacea igni ſacro. [4] Sudores in febribus mouet, ſucco aquae [5] calidae admixto.

LXXIV.

1. *napo. Ch.* 2. *ictibus ex vino V.* 3. *ſic ex Mss. H. Lycopſis Gr. et Al.* 4. *ſic ex Mss. H. et Ch. ſudorem Gr.* 5. *caldae Ch.*

poſſit pro *parapadion*, *pardalion*, ex Dioſcoride lib. III. *Leontopetalon*, inquit, *ſunt qui leontopodion, qui leucarion, qui leontion, qui doridion, qui dorictenda, qui agreſtem lychnidem, qui pardalion vocent. Pint.*

Leontopetalon) Dioſc. III. 101. totidem fere verbis: Λεοντοπέταλον etc. Et in Noth. p. 457. οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ λευκήορον . . . οἱ δὲ ῥαπήιον etc. Ipſum eſt leontopodion, de quo diximus anteriore libro, Sect. 34. H.

y. Radix) Sic etiam R. I. Sic et Dioſc. l. c. ῥίζα μελαίνα ὥσπερ γογγύλη. H.

z Radix aduerſatur) Dioſc l. c. Ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ H.

a. Datur) Dioſc. l. c. H.

b. Lycapſos) Totidem verbis et formam et vires Lycopſeos deſcribit Dioſc. IV, 26. Vidimus in horto regio, qualem delineat Lobelius in Obſſ. p. 312. Non eſt Bugloſſia noſtra, vt cenſuit Anguillara, Par. XIV. p. 254. caret enim rubro colore radix. Vide N. et Em. N. XI. (hic poſ.) *Lycapſos*) Hermolaus *lycopſis* ex Dioſcoride ſcripſerat: quum libri omnes manu exarati, et impreſſi typis, vt R. Colb. tum hoc loco, tum in Indice, Parm. editio aliique *Lycapſos* pertinaciter exhiberent. Ab Aegineta Λυκαψὸς pariter dicitur. A Nicandro in Ther. p. 60. Λύκοψον pro Λύκαψον. Dioſc. tamen, vt diximus IV, 26. Λύκοψις. H.

LXXIV. Inter *c.* omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius. Aliqui *d.* [1] aegonychon vocant, alii Diospyron, allii [2] Heracleos. Herba *e.* [3] quincuncialis fere, foliis duplo maioribus, quam *f.* [4] rutae, ramulis *g.* surculosis, crassitudine

1. *Aetonychon. Aegineta. exonticon. M. duplum Ch.* 2. *Heracleon V. et Aegin.* 3. *quinque caulibus. M.* 4. *oleae. Diosc.*

c. Inter) Diosc. III, 158. Λιθόσπερμον, οἱ δὲ ἐξώνυχον, οἱ δὲ αἰγώνυχον, οἱ δὲ ἡράκλειαν, διὰ τὴν περὶ τὸ σπέρμα ἰσχὺν, ὅθεν καὶ λιθόσπερμον ὠνόμασται. *Alii Heracleam vocant, propter seminis duritiam, a qua et lithospermi nomen accepit,* quod semina scilicet tamquam calculos ferat, candore et rotunditate margaritarum, duritia vero lapidea. Sunt qui Lithospermum istud Plinii ac Dioscoridis arundinaceum milii generi adscribant: Lacrymam Iobi recentiores vocant, *Larme de Iob.* cuius seminibus nostri pro sphaerulis precatoriis, corollas texentes, vtuntur. Pingitur a Dodonaeo p. 497. Vidimus in horto regio. Nos illud esse potius arbitramur quod lithospermi minoris nomine idem Dodonaeus exhibet p. 83. In officinis Milium solis, in Gallia *Gremil* appellatur, ou l' *herbe aux perles.* Huic enim folia sunt rutae oleaeue, isti arundinacea; ramulos istud surculosos habet: illud plane nullos. Et hoc in horto regio vidimus. Adstipulatur huic sententiae Anguillara, Par. XIII. p. 240. H.

d. Aliqui Aegonychon vocant) Diosc. libro III. *Aegonychon et exonychon* vocari ait, *lithospermon.* Sed hoc loco nostrum exemplar *exonychon* habet, non *aegonychon.* D.

Aegonychon) Quasi caprinus vnguis. Διόσπρορον, quasi Iouis triticum. Diosc. in Noth. p. 460. οἱ δὲ Διόσπορον, quasi a Ioue satum. H.

e. Herba) Hoc est, altitudine fere semipedali: nam vnciae duodenae pedem efficiunt. In nostris regionibus paulo altius assurgit. In quibusdam libris, *quinquecaulis* legitur, forte commodius: tot enim fere mittit ex radice surculos. H.

f. Quam) Diosc. *quam oleae*, quod eodem recidit H.

g. Ramulis) Lignosis. Κλωνία δὲ ... πάχος ὀξυσχοί-

dine iunci: gerit iuxta folia ſingulas veluti barbulas et earum in cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipſi, qua pediculis [1] adhaereant, cauernulas *h.* habent, et intus ſemen. Naſcitur et in Italia ſed laudatiſſimum in Creta. Nec quidquam inter herbas maiore [2] quidem miraculo aſpexi. Tantus eſt decor, velut [3] aurificum *i.* arte alterne inter folia candicantibus margaritis: tam exquiſita difficultas lapidis ex herba naſcentis. Iacere *k* atque humi ſerpere auctores tradunt. Ego vulſam, non haerentem vidi. Illis *l.* lapillis drachmae pondere potis in vino albo calculos frangi, pellique conſtat, et ſtranguriam diſcuti. Neque *m.* in alia herbarum fides eſt [4] viſu ſtatim, ad quam medicinam nata ſit.

Eſt

1. *adhaerent.* D. 2. *equidem.* V. 3. *aurum emicans.* M *fortaſſis, auro emicante, et alternis.* 4. *viſus ſtatim, ad quamcunque med.* M.

σχοίνου, ξυλώδη, inquit Dioſc. l. c. *Ramuli . . . iunci craſſitudine, . . . lignoſi.* H.

h. Cauernulas habent, et intus ſemen) Haec poſtrema verba herbarius Anglus intelligenda putat de lithoſpermo arundineo, quod lachrymam Iob officinae vocant Dal.

i. Aurificum) Aurifex, aurarius faber, *vn Orfévre.* H.

k. Iacere atque humi ſerpere etc.) Lithoſpermum ſecundum deſcribi hic volunt. Dal.

Iacere) Falſo. Niſi folia intelligas, quae in imo a terra exſiliunt, humi iacere: quod Dioſcorides dixit: τὰ περὶ τὸν πυθμένα ἐπὶ γῆς κείμενα. H.

l. Iis) Dioſc. l. c. H.

m. Neque in alia herbarum fides eſt viſu ſtatim, ad quam medicinam nata ſit. Eſt autem eius ſpecies vt etiam ſine auctore viſu ſtatim noſci poſſit) Scribo, *neque in alia herbarum fides eſt viſu ſtatim ad quam medicinam nata ſit, vt eius ſpecie etiam ſine auctore viſus ſtatim noſci poſſit*, ex ſcripto exemplari. Pint.

Eſt [1] autem eius ſpecies, vt etiam ſine auctore viſu ſtatim noſci poſſit.

LXXV. Lapis vulgaris iuxta flumina fert muſcum ſiccum, canum. Hic fricatur altero lapide, addita hominis ſaliua: illo lapide tangitur impetigo *n*. Qui tangit, dicit, *φεύγετε* *o*. *κανθαρίδες, λύκος ἄγριος* [1] *ὕμμε διώκει.*

LXXVI.

1. enim eiuſmodi V. 2. hemadioci. Cb. haemadioci. V. fortaſſi, αἷμα διώκει.

n. Impetigo) Cantharidem, ſcarabaei genus, *impetiginem* vocat, ideo quod membra corporis erodat, vt frumenta cantharis. Supra cap. 17, lib. XVIII. Chifflerius.

o. Φεύγετε) Hoc eſt, *Cantharides fugite hinc: vobis lupus improbus inſtat.* Impetiginem cantharidis nomine appellat, quod vt frumenta cantharis, ſic illa corporis membra erodit. H.

p. Limeam) Loemaeum, ἀπὸ τῦ λοιμῦ. Eandem et belenium vocarunt, ſiue ἀπὸ τῶν βελῶν, ſiue quod Apollo Belis apud eos vocaretur. Eo ſeculo Galli potiſſimum venerati ſunt Belin: cuius mentio fit apud Herodianum in Maximinis, Heſum, Taranem, Onanam, Abellionem, de quo elogium extat in conuenis Nouempopulaniae, DEO ABBELLIONI MINICIA IVSTICIA V. S. L. M. *Scaliger in Auſonium.* Vide ſupra cap. 24. lib. XIII. Auctor librorum de plantis, qui Ariſtotelis nomen prae ſe ferunt, Perſeam in Perſide venenatam belenium vocat, ſiue a ſagittis nomine ducto, ſiue ab Apolline. Si a ſagittis τοξικὸν Graecum fuerit. Ariſtoteles venenum id a Celtis parari ſolitum ξενικὸν vocat. Galen. lib. de Ther. ad Piſon. ἐλένιον (pro quo lego βελένιον) a Barbariſque vocari tradit *ninum* vel *nicon*. Idem ſcribit, Dalmatis et Dacis plantam eſſe, cuius ſucco ſagittas ſuas efficiant lethales. Tingunt et Galli ſagittas ſuas elleboro, cap. 5. lib. XXV. In Aethiopia radicem iis viribus praeditam naſci Theophraſtus ſcribit cap. 15. IX. hiſt. *Dalec.*

Limeum) Hodie in Pedemontio naſcitur limeum, *Herba terra* ibi nuncupatum, cuius e radice ſuccus elicitur, quem vocant *Medicame.* Auctor Anguillara Pars XII. p. 213. Sed et

LXXVI. Limeum *p.* herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium *q.* vocant. Ex hac in *r.* tres modios [1] saliuati *s.* additur, quantum in [2] vna sagitta addi solet: ita offa demittitur boum faucibus in morbis. Alligari postea ad praesepia oportet, donec purgentur, insanire enim solent: si sudor insequitur, aqua frigida perfundi.

LXXVII. Leuce *t.* Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea

1. *saliuati, in M. d.* 2. *vnam sagittam Ch.*

elleboro sagittas tingere solitos esse Gallos dictum est supra XXV. 25. H.

q. Venenum) Festus: *Toxicum dicitur ceruarium venenum, quo quidam perunguere sagittas soliti sunt.* Cels. V. VI. *Venatoria venena, quibus Galli praecipue vtuntur.* H.

r. In) Sic etiam Mss. codices: Saliuatum potionis genus fuit, quo veterinarii medici vtebantur in aegrotantium animalium curatione. Panacis et eryngii radices feniculi seminibus miscebantur: farina praeterea moliti tritici, miliiue, aut hordei: eoque medicamine saliuabatur aegrorum pecus Vide Columellam VI. 5. 10. 24. H.

s. Saliuati additur) *Saliuatum* medicata potio, quam boum faucibus infundunt, aut salubritatis custodiendae gratia, aut virium conseruandarum, aut morbi pellendi A sale dictum putant quidam, quoniam is pabulo mixtus bobus vtilissimus est, quidam a saliua, quam largam et copiosam indita ori eiusmodi medicamenta euocant. Columella cap. 5. lib. V. *medicamine saliuare pecus aegrotum* ait, id est, tractare, sanare, curare, medicari. Inde quidam panem vino mersum cum asperso sale, quem recreandis fessis equis manducandum offerunt *Sallade* vocant, quasi *saluiatam.* Saliuari potione vtuntur veterinarii ac medici, ποτὸν vocantes. *Dal.*

t. Leuce Mercuriali similis) Mentha Sarracenica. D.

Leuce) Nondum herbariis nostris cognita. Anguillara, Par. XII. p. 220. Alio nomine polium appellatur a Cael. Aurel. Chron. l. 4. de dolore dentium: *Leuces,* in-

nea transcurrente: quare [1] mesoleucon *v.* quidam vocant. Succus eius fistulas sanat: ipsa contrita, carcinomata. Fortassis eadem sit, quae leucas *x.* appellatur, contra omnia marina venena efficax. Speciem *y.* eius auctores non tradunt: nec aliud, quam silvestrem latioribus foliis esse efficaciorem, hanc semine [2] acriorem.

LXXVIII. Leucographis *z.* qualis esset, scriptum non reperi: quod eo magis miror, quoniam vtilis proditur sanguinem exscreantibus, tribus obolis cum croco: item coeliacis *a.*: trita ex aqua et apposita, profluuio feminarum: oculorum quoque medicamentis, et explendis hulceribus, quae fiunt in teneris partibus corporis.

LXXIX.

1. *Mesopeleucton.* Ch. 2. *acriore.* V.

inquit *quam etiam polium vocant.* Nisi forte leuce alterum sit polii, de quo nos alibi, nomen: quod, vt Plinius ait, XXI, 21. *folia sunt ei canis hominis similia.* H.

v. Mesoleucon) Μεσόλευκον, albo distinctum in medio. H.

x. Leucas appellatur) Chamaedrys montana D.

Quae) Λευκὰς quam aduersus serpentes et scorpiones Nicander commendat in Ther. p. 60. Perinde ignota nobis: περὶ δὲ τῆς λευκάδος ἀγνοεῖται περὶ ποίας φησίν, inquit Scholiast. in eum locum p. 39. Ἀντίγονος μέντοι τὸν λευκάδεσμόν φησιν. H.

y. Speciem) Totidem de leucade verba facit Diosc. III. 113. H.

z. Leucographis) Silybus lacteus est, quo de egimus XXVI, 25. Nec Anguillaram audio, qui Par. XII. p. 220. Herbam scriptam, seu virgam auream vocat. Pinetus, et post eum Salmasius, gemmam lapidemque, cui idem nomen est, vt suo loco dicemus, in herbarum albo censuque a Plinio temere positam, temere pronunciarunt. H.

a. Coeliacis, trita ex aqua, etc.) Leg. *Item coeliacis: trita et apposita profluuio feminarum.* Salmas. p. 137.

LXXIX. (XII.) Medion *b.* folia habet iridis *c.* satiuae, caulem [1] tripedalem, et in eo florem grandem, purpureum, rotundum, [2] semine minuto, radicem semipedalem. In *d.* saxis [3] opacis nascitur. Radix *e.* drachmis duabus cum melle menses feminarum sistit, ecligmate per aliquot dies sumpto. Semen *f.* quoque in vino, tritum, contra abundantiam feminarum datur.

LXXX.

1. *quidam apud Dioscoridem legunt, tricubitalem.* 2. *semine cnici. Diosc.* 3. *et opacis. Diosc.*

b. Medion folia habet iridis satiuae) *Seridis* legendum esse non *iridis* ex Dioscoride lib. IV. notauit ante me Hermolaus. Pint.

Medion) Et a Diosc. IV. 18. ita fere describitur. Μήδιον, etc. Quid vero sit, obscurum est: Lobelio in Aduo. p. 127. violam Marianam interpretante: Dodonaeo negante, p. 163. Diosc. in Noth. p. 463. eamdem facit cum Medica, de qua XVIII, 43. Μήδιον, οἱ δὲ μηδική, οἱ δὲ τρίφυλλον . . . Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ ὀδοράτουμ. Ignotam sibi ait Anguillara, Par. XIV. p. 253. H.

c. Iridis) Vel *seridis* potius. Vide N. et Em. N. XII. (hic add.) *Medion)* Malim vero *seridis* cum Hermolao ac Pintiano legi, quam iridis. Nam qui siluestrem irin a satiua discriminaret, nondum vidi. Diosc. IV. 18. σέριδι Μήδιον ... ἔχει φύλλα ὅμοια σέριδι. Esi quaedam exemplaria ἴριδι prae se ferunt: sed mendose scilicet. Oribasius enim σέριδι transtulit. Tamen in Plinianis Mss. *iridis.* H.

d. In saxis) Diosc. ἐν παλισκίοις τόποις καὶ πετρώδεσιν. H.

e. Radix) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

f. Semen) Hoc est, ad pellenda menstrua, quae abundant, seu menses commorantes. Diosc. l. c. Τὸ δὲ σπέρμα σὺν οἴνῳ ποθὲν, ἄγει ἔμμηνα. Cui Galenus adstipulatur, de fac. simpl. m. VII. p. 207. vbi docet medii semen ac radicem contrario esse temperamento: illa, siquidem austera est, fluorem muliebrem cohiberi, isto cieri. Ἡ ῥίζα μὲν ἐφεκτικὴ ῥοῦ γυναικείου· τὸ δὲ σπέρμα προτρέπει τὰ καταμήνια. H.

LXXX. Myosotag., siue myosotis, laeuis herba, caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus [1] rubentibus, concauis, ab imo foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigris, per interualla assidue geminatis, [2] tenuibus cauliculis ex alijs prodeuntibus, flore caeruleo. Radix digitali crassitudine multis *h.* capillamentis [3] fimbriata. Vis *i.* [4] ei septica et exhulceratrix, ideoque aegilopas *k.* sanat. Tradunt Aegyptii, mensis quem *l.* [5] Thiatin vocant

1. ab imo rub. concauis fol. ang. Diosc. 2. et tenuibus Ch. 3. sic ex Mss. H. fibrata. Gr. et Al. 4. ei stiptica. V. 5. toti. Ch.

g. Myosota) Diosc. II, 214. Μυὸς ὦτα, οἱ δὲ μυὸς ὠτίδα καλοῦσιν, ceteraque, quae Plinius totidem plane verbis. Galenus item de fac. simpl. med. VII, p. 210. Μυὸς ὠτὶς, ἔνιοι δὲ μυὸς ὦτα. Pingitur a Bauhino, T. III. p. 350. qualem in horto regio vidimus. In officinis, *Auricula muris*: sed non habet ea omnes myosotidis Plinianae ac Dioscorideae notas. Scrib. Largo comp. 153. *Auricula murina* nuncupatur, et prodesse dicitur calculosis. H.

h. Multis capillamentis fibrata) *Fimbriata* in eodem, non *fibrata*; quam recte, censeant legentes. Pint.

Fimbriata) Sic MSS. non *fibrata*, vt editi, etsi vtrumque perinde hic valet. Fibrae sunt herbarum arborumque minutiores radiculae, in quas velut extremas, crassiores effusae sparguntur. Hinc et appellatae fimbriae vestium extremitates, quod fibrum antiqui dicebant extremum, si Varroni credimus. H.

i. Vis ei septica, etc.) Ignoranter Plinius septicam esse tradit. Est enim frigida et humida, vt helxine. Dal.

k. Aegilopas) Diosc. l. c. Ταύτης ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα αἰγίλωπιx ἰᾶται. H.

l. Quem) Ita libri omnes, tum editi, tum manu exarati: non *Thoti*, vt in Chiffletiano codice legisse se Dalecampius dicit: quemadmodum et mox XXVIII. vbi ceteri omnes constanter habent XXVII. Incidit hic dies XXVII. Thiatis, in diem tertium mensis Augusti, more Romano. Vide quae diximus in Nos. et

cant die [1] xxvii. fere in Augustum mensem incurrente, si quis huius herbae succo inungatur mane priusquam loquatur, non lippiturum eo anno.

LXXXI. Myagros *m.* herba ferulacea est foliis similis rubiae, tripedanea. Semen *n.* oleosum, [2] quod *o.* et fit ex eo. Medetur oris hulceribus perunctis hoc succo.

LXXXII. Herba *p.*, quae vocatur [3] nigina, [4] tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit.

LXXXIII. Natrix *q.* vocatur herba, cuius radix euulsa virus hirci redolet. Hac in Piceno a feminis abigunt, quos mira persuasione [5] Fatuos *r.* vocant: ego species lymphantium

1. xxxviii. *Ch.* 2. *fit et oleum ex eo. V.* 3. *nyma. Ch.* 4. *pluribus V.* 5. *Faunos. Alii.*

et Em. ad L. VI. N. LXXXVII. H.

m. Myagros) Diosc. IV, 17. Μύαγρος . . δίπηχυς, Φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου. Galli *Camelinam* vocant, officinae pleraeque sesamum, oleoque huius vtuntur pro sesamino. Ipsum erysimum est, quo de egimus XVIII. 22. H.

n. Semen) Plenum pinguitudinis, ex qua exprimatur oleum. H.

o. Quod) Subintellige, quod oleum et ex eo fit. H.

p. Herba) In Indice, *nyma.* Hoc loco MSS. *nygma*, *nima*, *nygam*, et *nuga* exhibent. Herbariis et officinis incognita. H.

q. Natrix) Quam herbarii Natricem Plinii nuncupant, delineatur a Lobelio in Obss. p. 493 Quibus vero argumentis hanc esse coniectent, ariolari non vacat. H.

r. Fatuos) Sic MSS. omnes. Faunus, Fatuus, ἐφιάλτης, incubus, idem plane significant: nocturnos nempe genios, quibus qui mente sunt parum sana, premi se interdum putant. A Fauno Latii Rege, Fatuaque coniuge, de quibus Iustinus XLIII. nomen his datum. Qui viros aggredi exi-

tium s. hoc modo animorum esse crediderim, qui tali medicamento iuuentur.

LXXXIV. Odontitis t. inter feni genera est, cauliculis densis ab eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris. In geniculis folia parua habet, longiora tamen quam polygonon: semen in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum. Nascitur in pratis. Decoctum cauliculorum eius in vino austero, quantum manus capiat, dentium dolori medetur, ita vt contineatur ore.

LXXXV. 1 Othonna v. 2 in Syria nascitur, similis erucae, perforatis x. crebro foliis, flore

1. *sic ex MSS. H. Othonus V. et Ch. Othone Gr. et. Alii.* 2. *in Arabia Diosc.*

existimati sunt, ii Fauni: qui mulieres, Fatui dici consueuerunt. Vide Lactant. l. 22. et Seruium in Aen. VI. ad eum versiculum, *Pometios, castrumque Inui. Et* in L. VII. ad istum, *Hunc Fauno et Nympha genitum, etc.* Quin etiam in fragmento Festi Farnesiano Faunus a nonnullis veterum Fatuus dicitur appellatus. *Is*, inquit (de Pico loquitur) *regem Fatuum, Faunum alii quem vocant, et Fatuam procreauit. H.*

s. Lymphantium) Hominum falso existimantium se ab eiusmodi incubis premi: qui homines tali medicamento iuuantur. H.

t. Odontitis) Rectius fortasse ὀδοντίδης, inde nomen habens, quod decoctum in vino dolores dentium mitiget: nam ὄδους dentem sonat. H.

v. Othone in Syria nascitur) Scribendum *Othonna*, cum duplici *n*, et *a* in fine, ex Dioscoridis vtraque editione Graeca. Pint.

Othonna) Haec totidem verbis Dioscorid. II. 213. Ὄθοννα. . . γεννᾶσθαι δὲ αὐτὴν καὶ ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀραβίᾳ· ἔχει δὲ τὰ φύλλα εὐζώμῳ ἐμφερῆ, πολύτρητα ὥσπερ σητόκοπα, etc. *Nasci aiunt in eo Arabiae tractu; qui ad Aegyptum spectat. Habet folia erucae proxima, crebro perforata, et tamquam a tineis pertusa, etc.* Ex eodem Diosc. Pintianus legit *cribro* pro *crebro*: quod nec Plinii stilum sapit, neque apud Dioscoridem exstare, si Grae-

flore *y.* [1] croci: quare quidam anemonem vocauerunt. Succus *z.* eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet *a.* enim [2] leniter et excalfacit, astringitque siccando. Purgat cicatrices, et nubeculas, et quidquid *b.* [3] obstat. Quidam *c.* tradunt lauari, atque ita siccatam digeri in pastillos.

LXXXVI. Onosma *d.* longa folia habet fere ad tres *e.* digitos in terra iacentia, tria *f.*, ad *g.* simili-

1. *cocci. Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. leniter, et calfacit. Ch. leuiter exc. Gr. et A.* 3. *oculis obstat. V.*

Graece legisset, ipse intellexisset. Quid porro sit *Othonne* nec scit Anguillara, Par. XI. p. 181. neque alii sciunt. Lobelius in Notis MSS. ad eum librum ait esse florem Africanum. H.

x. Perforatis crebro foliis) Lego, *cribro*, non *crebro*. Dioscorides libro II. de Othonna: *Nascique herbam in Arabia etiam quae ad Aegyptum est erucae foliis cribri modo foraminibus multis.* Posuit ergo Plinius *cribro*, pro *tanquam cribrum*, quo loquendi modo vsus est libro septimo de Iulio Caesare loquens, *celeritatemque quodam igne volucrem*, hoc est, tanquam ignem quendam. Pint.

y. Flore) Diosc. l. c. Ἄνθος δὲ φέρει κρόκινον, πλατύφυλλον· ὅθεν ἔδοξαν ἀνεμώνης αὐτὸ τινὲς εἶδος εἶναι. H.

z. Succus) Diosc. l. c. H.

a. Mordet) Diosc. l. c. H.

b. Quidquid) Quidquid oculis offundit caliginem, πάντα τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. H.

c. Quidam) Quidam hunc succum, siue humorem, qui ex herba manat, elotum, semotis lapillis, in pastillos ad oculorum medicamenta digerunt. H.

d. Onosma) Sic fere Diosc. III. 147. περὶ ὀνόσματος. Nihil porro aliud onosma esse censuerim, praeter anchusam degenerem: quae, vt in aliis quoque herbarum generibus accidit, viribus exhaustis biennio triennioue florem fructumue nullum edat. H.

e. Ad tres digitos in terra iacentia, tria ad similitudinem anchusae incisa, sine caule, sine flore, sine semine.) Si Dioscor. audis, *quatuor digitos* leges, non *tres*, item falso additam putamus vocem illam *tria*. Pint.

f. Tria) In Dioscorid. historia nec *tria* legitur, nec *incisa*.

g. ſimilitudinem anchuſae inciſa, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine: Praegnans h. ſi [1] edat eam, aut ſupergradiatur, abortum facere dicitur.

LXXXVII. Onopordon i. ſi comederint aſini, crepitus reddere dicuntur. Trahit vrinas et menſes: aluum ſiſtit: ſuppurationes et collectiones diſcutit.

LXXXVIII. [2] Oſyris k. ramulos fert nigros, tenues, lentos: [3] et in iis [4] folia nigra, [5] ceu lini: ſemenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato

F 2

1. edit. Ch. 2. Oſpris. Ch. 3. et his folia Ch. 4. folia, ſeu lini nigra initio, deinde colore mutato rubeſcentia: ſemen in ramulis. Smegmata. Dioſc. 5. ſeu Gr.

inciſa. Hippocrates eam ῥίζαν vocat. Galenus in Linguis eam deſcribit, et habere tria folia tradit, non animaduertens eamdem eſſe cum onoſmate. Dioſcorides vocari etiam ὀσμάδα, ὄνωνιν, et Φλομῖτιν, non vt vulgo legitur, φλονῖτιν, auctor eſt. Dal.

g. *Ad*) Totidem verbis Dioſc. l. c. H.

h. *Praegnans*) Dioſc. ad verbum l. c. et Galen. de fac. ſimpl. med. VIII. p. 215. H.

i. *Onopordon ſi comederint aſini*) Vetus exemplar non *Onopordon*, ſed *Onopradon* habet: quod non minus probo. Nam vt a δέρκω ἔδαρκον et ἔδρακον, ſic a πέρδω ἔπαρδον, ἔπραδον, ὀνόπραδον Pint.

Onopordon) Apud Heſychium ὀνόμορδον mendoſe, pro ὀνόπορδον, ἀπὸ τῆς ὄνου πορδῆς, a crepitu ventris. Carduum tomentoſum appellat Lobelius in Obſſ. p. 482. Coronam fratrum herbarii: Galli ſeruata Graeci nominis ſignificatione, *Pet d'âne.* Vidimus in horto regio. Calabris, Siculiſque etiamnum *Anapordo*, teſte Anguillara, Par. VIII. p. 145. H.

k. *Oſyris*) Totidem fere verbis, eadem certe ſententia Dioſc. IV. 143. Ὄσυρις, Φρυγάνιον μέλαν, etc. Scopae ex ea olim fieri ſolitae, et nunc pleriſque locis fiunt: vnde Linaria ſcopariae a nonnullis appellatur: a noſtris Italiſque, *Belvedere*. Patauii, *le Scope di Padoua*, teſte Anguillara, Par. XIV. p. 290. Vidimus in horto regio, qualis a Dodonaeo pingitur, p. 101. H.

mutato rubescens. Smegmata *l.* mulieribus faciunt ex his. [1] Radicum *m.* decoctum potum, sanat arquatos. Eaedem, priusquam maturescat semen, concisae, et sole siccatae, aluum sistunt. Post maturitatem vero collectae, et in sorbitione decoctae, rheumatismis ventris medentur, et per se tritae ex aqua caelesti bibuntur.

LXXXIX. Oxys *n.* folia terna habet. Datur ad stomachum *o.* dissolutum. Edunt et qui enterocelen habent.

XC. Polyanthemum *p.*, quam quidam batrachion appellant, caustica vi exhulcerat cicatrices, et *q.* ad colorem reducit. Eademque *r.* vitiligines concorporat.

XLI. Polygonon *s.* Graeci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur a terra, foliis rutae, [1] semine

1. *eius decoctum. Diosc. nulla radicis mentione.*

l. Smegmata mulieribus, etc.) Ex osyride κορήματα fieri Galenus tradit, l. VIII. simp. quae alii interpretantur smegmata, vt Plinius, alii scopas, alii κόσμητρα καὶ καλλωπίσματα. Nam κορεῖν, κοσμεῖν, et καλλωπίζειν significat. Dal.

m. Radicum) Diosc. l. c. H.

n. Oxys) Ὀξύς. Pingitur a Lobelio in Obss. p. 495. Officinae Trifolium acetosum vocant, Galli Panem cuculi, *Pain de cocu*, et *Alleluia.* Appellationum caussas declarat Dodonaeus, a quo pariter delineatur, pag. 568. Vidimus in horto regio. H.

o. Dissolutum) Affluxu bilis auersum. Dal.

p. Polyanthemum) Ranunculus ipse est, quo de egimus XXV. 109. H.

q. Et ad colorem reducit) Ad aequalitatem si nimis emineant. Dal.

r. Concorporat) Delet, et cutem corpori reliquo similem facit. Dal.

Vitiligines) Vitiligines delet, redditque cuti suum colorem, reliquo corpori parem. H.

s. Polygonon) Haec totidem verbis Marc. Emp. c. IX. p. 80. Ipsa proserpinaca est, de qua dicemus iterum s. 104. Apul. c. 18. de proser-

[1] semine *t.* graminis: *v.* succus eius infusus naribus supprimit sanguinem: et *x.* potus cum vino, cuiuslibet partis profluuium, *y.* [2] exscreationesque cruentas inhibet. Qui *z.* plura genera polygoni faciunt, hanc *a.* marem intelligi volunt, appellarique *b.* a *c.* multitudine seminis, aut densitate fruticis

E 3

1. *similis gramini. V.* 2. *Sic ex Mss. H. excretionesque Gr. et Al.*

proserpinaca, siue polygono. *Polygonon alii, .. polygonaton, .. Romani sanguinariam, Itali proserpinacam.* Cels. II. 33. Herba sanguinalis, *quam Graeci polygonion vocant.* Sanguinalem pariter vocat Colum. VI. 12. pag. 213. Sanguinariam VII. 5: p. 263. Et Diosc. in Noth. p. 461. Πολύγονον ἄῤῥεν, ... Ῥωμαῖοι σεμινάλις, οἱ δὲ ϛοπίνακα, pro προσερπίνακα. Gallis, a frequentia nodorum, seu geniculorum, *Renoüée.* H.

t. Semine) Semine cuiusmodi in gramine cernitur, nempe triangulari. H.

v. Succus) Marc. Emp. 10. p. 83. Scrib. Larg. c. 7. *ad sanguinis eruptionem de naribus,* comp. 46. *Iniicere autem intus narem aut nares oportebit... herbam, quae quia multa est, et vbique nascitur, πολύγονον appellatur.* H.

x. Et) Diosc. IV. 4. Apul. c. 18. de proserpinaca. t. 1. *Ad eos qui sanguinem reiiciunt: Herbae proserpinacae succum cum vino optimo austero,* etc. Polygonum ad eos vsus commendat et Marc. Emp. c. 17. p. 124. H.

y. Exscreationesque) Cels. III. 22. H.

z. Qui plura genera etc.) Primum genus est sanguinaria: secundum herniaria: tertium, polygonon femina Dioscoridis: quartum, vt quidam volunt, casia lignea marina Mompessulanorum. Plinius ὡραῖον, id est, pulchrum et venustum, montanum reddit, quasi legisset ὄρειον, vel ὀρεινόν. ὡραῖον vocatum fuisse ab eleganti foliorum ambientium circuitu arbitror. Quidam legunt ἀραῖον, et sic dictum volunt, quod eius folia, quemadmodum et hippuridis, caudarum setis similia sint. Dal.

a. Hanc) Recte illi quidem. Pingitur a Dodonaeo p. 113. polygonum mas, quale in horto regio vidimus. H.

b. Appellarique a multitudine seminis, aut densitate fruticis

ticis *d.* calligonon. Alii *e.* polygonaton, a frequentia geniculorum: alii teuthalida, alii *f.* carcinethron, alii clema, multi myrtopetalon. Nec *g.* non inueniuntur, qui hanc feminam esse dicunt: marem autem [1] maiorem, minusque nigram, et geniculis densiorem, semine sub omnibus foliis [2] turgescentem. Quocumque haec modo se habeant, vis *h.* earum est spissare ac refrigerare. [3] Semina *i.* aluum soluunt, largius sumpta vrinam cient, rheumatismos cohibent: qui si non fuere, non prosunt. Stomachi *k.* feruori folia imponuntur: vesicae dolori illinuntur, et *l.* ignibus sacris. Succus *m.* et auribus

1. *minorem. V.* 2. *turgescente Dal.* 3. *Succus al. sistit lar. sumptus, vr. ciet, rh. cohibet, etc. non prodest. Diosc.*

fruticis calligonon.) Verius nostrum exemplar, *callipogona* Pint.

c. A multitudine seminis.) Scribonius cap. 17. quia multa est, et vbique nascitur Dal.

d. Calligonon) In R. 2. forrasse sincerius, *callipogona*, καλλιπώγωνα, densitatem fruticum ea voce μεταφορικῶς indicante, ex similitudine barbae. Sic etiam Index in eodem cod. pro *thalassias*, quae vox ibi nihili esse videtur. H.

e. Alii polygonaton, etc.) Vulgo herniariam dicunt. Mirum in modum has historias Plinius confundit. Dal.

Alii) Diosc. in Noth. p. 462. Οἱ δὲ πολυγόνατον... οἱ δὲ καρκίνηθρον, οἱ δὲ τευθαλίδα, οἱ δὲ κλῆμα, οἱ δὲ μυρτοπέταλον. Habet et haec nomina Oribasius, XII. p. 212. Apuleius quoque, carcinethron et myrtopetalon vocat, a foliorum myrti similitudine. H.

f. Alii carcinetron) Scribe cum aspiratione in vltimo, *carcinethron*, ex Dioscoride: et paulo post, *infractis*, ex codice antiquo. Pint.

g. Nec non) Diosc. totidem verbis l. c. H.

h. Vis) Adstringere. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικὴν, etc. H.

i. Semina) Has succo epoto vires Diosc. tribuit, l. c. H.

k. Stomachi) Diosc. l. c. H.

l. Et) Πρὸς ἐρυσιπέλατα. Diosc. l. c. H.

m. Succus) Marc. Emp. c. 9. p. 75. et 80. Apulei. c. 18.

bus purulentis inſtillatur, et *n.* oculorum dolori per ſe. [1] Dabatur *o.* et in febribus ante acceſſiones duobus cyathis in tertianis, [2] quartaniſque praecipue: item *p.* cholericis, dyſentericis, et [3] in ſolutione ſtomachi. Tertium *q.* genus oreon vocatur, [4] in montibus naſcens, arundini tenerae ſimile, vno caule, denſis geniculis et *r.* [5] in ſe fractis, foliis autem piceae, radicis ſuperuacuae, inefficacius quam ſuperiora. Peculiare iſchiadicis. Quartum *ſ.* genus ſilueſtre appellatur, paene arboris

F 4 modo

1. *Datur. V.* 2. *quartaniſue. Gr.* 3. *in exolutione.* 4. *in aquoſis. Dioſc.* 5. *in ſe infractis. Ch. in ſe farctis. Dal.*

18. t. 5. *Ad aurium dolorem: Herbae proſerpinacae ſuccus tepefactus, et auribus inſtillatus, mirifice dolorem tollit. Nos ipſi experti ſumus. Tamque potenter proficit, vt et hulcera quoque aurium ſanet.* Sic etiam Dioſc. l. c. H.

n. Et) Apul l. c. t. 4. H.

o. Dabatur) Dioſc. l. c. et Apul. l. c. t. 7. *Ad quartanas.* H.

p. Item) Dioſc. l. c. H.

q. Tertium) Ὀρεῖον, montanum. Polygonon femina Dioſcoridis eſt, IV. 5. H.

r. Etin) Vide N. et Em. N. XIII. (hic adi.) *Tertium)* In R. 2. *et in ſe infractis.* Genus hoc polygoni cum polygono femina Diſcoridis congruit, praeter ſolum natale, quod Plinius montuoſum, Dioſcorides, ceterique herbarii, et in his Dodonaeus, a quo delineatur, p. 113. quale vidimus in horto regio, aquoſum eſſe volunt. Sed aquoſos colles Plinius haud dubie intellexit, quem ſitum poterio quoque ſ. 97. adiudicat. Ex Dioſcoridea porro deſcriptione effici id modo in rem noſtram videtur commode poſſe, vt non *in ſe fractis,* ſed *in ſe farctis,* vel *in ſe infarctis,* ſcribi oporteat: vt ſententia ſit genicula alia, aliis tubarum modo inſeri et infarciri. Sic enim ille IV. 5. Θαμνίον ἐςὶ καλαμοειδές, γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις, ὥσπερ σάλπιγγος. *Frutex eſt exiguus, tener, arundini ſimilis, geniculis denſis, quorum alia, alii tubarum modo inſeruntur, infarciunturque.* H.

ſ. Quartum) Demonſtratum hoc ſibi genus olim fuiſſe Ruellius teſtatur, p. 582. Ceteris herbariis prorſus ignotum.

modo frutex, radice lignosa, stirpe cedri rubicundo: ramis sparti, binûm palmorum, nigris geniculorum ternis quaternisue articulis. Huic quoque spissandi natura, sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertias, aut aridi farina inspergitur et oris hulceribus et attritis partibus. Propter gingiuarum vero vitia commanducatur. Nomas sistit, omniaque quae serpunt, aut difficilem cicatricem habent. Priuatim vero sanat a niue facta hulcera. Herbarii et ad [1] anginas vtuntur illa: et in capitis dolore coronam ex ea imponunt: et *t.* contra epiphoras collo circumdant. In tertianis quidam sinistra manu euulsam adalligant: [2] adeo *v.* contra [3] profluuia sanguinis, nec vllam magis aridam quam polygonum, seruant.

XCII. Pancration *x.* aliqui scillam *y.* pusillam appellare malunt, [4] foliis albi lilii, longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo. Aluum *z.* soluit succo, cum farina erui sumpto: hulcera

1. *gingiuas. Pint. ex V.* 2. *atque adeo V.* 3. *profluuias. Ch.* 4. *foliis lilii. Dioscor.* κρίνε.

ignotum. Forte hic legendum, *Peculiare ischiadicis quartum genus, etc.* H.

t. Et) Oculorum videlicet. Vide Apul. l. c. t. 4. H.

v. Adeo contra profluuia sanguinis) Legendum reor, *vt dextra contra profluuia sanguinis.* Pint.

x. Pancration) Totidem verbis Diosc. II. 203. Παγκράτιον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο, σκίλλαν ὀνομάζουσι, etc. Apul. c. 42. *A Graecis dicitur Scilla ... aliis pancration ... Itali scillam rubram, masculam, alii bulbum scillitem, siue scilliticum appellant.* Est haec scilla radice rubra, siue pancratium a Clusio delineatum, Hist. rar. plant. II. p. 172. In Cephalenia vocatur *Cepolla canina,* inquit Anguillara, Par. VII. p. 120. H.

y. Scillam pusillam etc.) Apud Dioscoridem, οἱ δὲ καὶ τὴν σκίλλην ὀνομάζουσι. Plinius legit σκίλλην μικρὰν ὀνομάζουσι. Dal.

z. Aluum) Diosc. l. c. ad verbum. H.

cera purgat. Hydropicis *a.* [1] splenicisque cum melle datur. Alii *b.* decoquunt eam, donec aqua dulcis fiat: eaque effusa radicem terentes digerunt in pastillos Sole siccatos: et postea vtuntur ad capitis hulcera, et cetera quae repurganda [2] sunt. Item *c.* ad tussim, quantum tribus digitis apprehenderint, in vino dantes: et ad lateris dolores, aut peripneumonicis [3] ecligmate. Dant et propter ischiada in vino [4] bibendum, et propter tormina, mensesque ciendos.

XCIII. [5] Peplis *d.*, quam aliqui sycen, alii *e.* meconion, alii meconae aphrode vocant, ex vna radice [6] tenui fruticat, foliis rutae paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, [7] minore quam candidi papaueris. Inter *f.* vites fere colligitur messibus: siccaturque cum fructu suo, [8] subiectis *g.*, in quae excidat. Hoc *h.* poto aluus soluitur, bilis ac pitui-

1. Sic ex Mss. H. Spleneticis Gr. et Al. 2. sint. Ch. 3. Sic ex Mss. H. in eclig. V. ecligma dante. Ch. Lego, ecligmate. Dant. et propter, etc. ecligmate. Propter Gr. et Al. 4 bibend. dant. V. 5. Sic ex Mss. H. et Ch. peplos Gr. et Al. 6. tenui, in V. d. 7. minus candido quam papaueris. V. 8. Sic ex Mss. H. conf. V. subiectis in qua excidant. Ch. subiectis aquis in quas exc. Gr. et Al.

a. Hydropicis) Diosc. l. c. et Apul. c. 42. t. 1. H.

b. Alii) Diosc. II. 202. H.

c. Item) Diosc. l. c. H.

d. Peplis) Sic Mss. tum hoc loco, tum in Indice. Diosc. tamen IV. 168. Πέπλος, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη καλοῦσι, ceteraque, quae Plinius, totidem verbis: vt et Oribas. XII. p. 211. Egimus de eo XX. 79. H.

e. Alii meconion aphrodes) Lego, *alii mecona aphrode*, tum ex codice vetere, tum ex Dioscoride lib. IV. Pint.

f. Inter) Diosc. et Oribas. ll. cc. H.

g. Subiectis) Subintellige, vasis, tabulisue, vel linteis. H.

h. Hoc) Diosc. l. c. H.

ta detrahitur. Media *i.* potio eſt acetabuli menſura, in aquae mulſae heminis tribus. [1] Et cibis inſpergitur obſoniiſque ad molliendam aluum.

XCIV. Periclymenos *k.* fruticat et ipſa, [2] ex interuallo duo folia habens, ſubcandida, mollia. In cacumine autem ſemen inter folia durum, et quod difficile [3] vellatur. Naſcitur *l.* in aruis ac ſepibus, conuoluens ſe adminiculis quibuſcumque. Semen *m.* eius in vmbra ſiccatum tunditur et in paſtillos digeritur. Hi *n.* reſoluti dantur in vini albi cyathis [4] tribus, tricenis diebus ad lienem: eumque vrina [5] cruenta, aut per aluum abſumit: quod intelligitur a decimo ſtatim die. Vrinam *o.* cient et folia decocta: quae et orthopnoicis proſunt. Partum *p.* quoque adiuuant, ſecundaſque pellunt pota ſimili modo.

XCV. Pelecinum *q.* in ſegetibus diximus naſci, fruticoſam cauliculis, foliis ciceris. Semen in ſiliquis fert, corniculorum modo aduncis, ternis quaterniſue, quale gith nouimus, amarum, ſtomacho vtile. Additur *r.* in [6] antidota.

XCVI.

1. molliendam aluum. Periclymenon. Ch. 2. ex interuallis. V. 3 Sic ex Mss. H. et Ch. euellatur Gr. et Al. 4. ternis. Ch. 5. cruentata. Ch. 6. Sic ex Mss. H et Ch. antidotis Gr. et Al.

i. Media) Iuſta et moderata. Dioſc. l. c. H.

k. Periclymenos) Haec totidem verbis Dioſc. IV. 14. Clymenos ipſa eſt, qua de egimus XXV. 33. H.

l. Naſcitur) Dioſc. loco proxime citato. H.

m. Semen) Dioſc. l. c. H.

n. Hi) Dioſc. quadragenis. Sed idem a [illegible]xto die cruentam agi vrinam monet, οὖρα ἄγει. ἀπὸ τῆς ἕκτης ἡμέρας αἱματώδη. H.

o. Vrinam) Haec pariter Dioſc. l. c. H.

p. Partum) Dioſc. l. c. H.

q. Pelecinum) In tractatione ſegetum XVIII. 44. Habet haec Oribaſius totidem verbis, XI. p. 198. poſt Dioſc. III. 146. Inter triticum et hordeum naſcitur. H.

r. Additur) Dioſc. Μίγνυται καὶ ἀντιδότοις. In antido-

XCVI. Polygala *s.* [1] palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulae, gustu astricto: quae pota lactis abundantiam facit.

XCVII. [2] Poterion *t.*, aut (vt alii vocant) phrynion, vel neurada, large fruticat, spinis [3] retorrida, lanugine [4] spissa, foliis paruis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore *v.* longo, herbacei coloris: seminis [5] nulli vsus, sed gustu acuto et odorato. Inuenitur *x.* in aquosis collibus. Radices *y.* habet duas aut tres, [6] binûm cubitorum [7] in altitudine, neruosas, candidas, firmas. Circumfoditur autumno: et praeciso *z.* frutice dat succum gummi similem. Radix

1. palmo alt imp. et Ch. Lego, implet. 2. Poterion (alii vocant phrynion, vel neurada) large fruticat. V. 3. horrida V. 4. tenui. Diosc. 5. nullus. V. 6. vel trium. Diosc. 7. In, in V. d. altitudinem. Ch.

antidotum certe Mithridaticam additur ab Antipatro et Cleophanto, apud Galen. de antid. II. p. 898. Πελεκίνου ἀνὰ <β'. H.

s Palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulae, gustu adstricto) Scribreor, *palmi altitudine, spicata in caule summo, foliis lenticulae, etc.* Pint.

Polygala) Diosc. totidem verbis IV. 142 Πολύγαλον θαμνίον ἐςὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον φύλλα φακοειδῆ, γεύσει ὑποςύφον· πόθεν δὲ καὶ τοῦτο γάλα δοκεῖ πλεῖον ποιεῖν. Sic etiam Galen. de fac. simpl. m. VIII. p. 221. Creditur esse flos ambarualis, pictus a Dodonaeo, p. 253. quem vidimus in horto regio. H.

t. Poterion) Vide eiusdem poterii historiam, supra cap. 10. lib. XXV. Dal.

Poterion) Totidem plane syllabis Diosc. III. 17. Ποτήριον, Ἴωνες δὲ νευράδα καλοῦσιν, etc. *Masino da Greci* vocant in Cypro, inquit Lobelius in notis Mss. ad Anguillaram Par. VIII. p. 145. H.

v. Flore) Diosc. *flore exiguo*, ἄνθη μικρά. H.

x. In aquosis collibus) In aquosis et collibus. Diosc. ἐν ἑλώδεσι καὶ γεωλόφοις. Dal.

y. Radices) Diosc. l. c. H.

z. Et) Diosc. l. c. H.

dix mira *a.* vulneribus sanandis traditur, praecipueque neruis vel praecisis illita. Decoctum *b.* quoque eius cum melle potum dissolutiones neruorum, et infirmitates, et incisuras iuuat.

XCVIII. Phalangites *c.*, a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon *d.*, vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacantha. [1] Ramuli sunt ei numquam pauciores duobus, in diuersa tendentes: flos candidus: lilio rubro similis, semine *e.* nigro, lato, ad lenticulae dimidiae figuram, multo tenuiore, [2] radice *f.* tenui herbacei coloris. Huius [3] folio vel flore vel semine auxiliantur contra scorpionum, phalangiorumque, et serpentium ictus: item contra tormina.

XCIX. [4] Phyteuma *g.* [5] quale sit, describere superuacuum habeo, quum sit vsus eius tantum ad amatoria.

C. Phyl-

1. vt apud auctores inuenio. Ramuli. M. 2. Sic ex Mss. H. radice herbac. col. Gr. et Al. 3. folio cum vino puro. Diosc. 4. Sic ex Mss. H. phyteuma qualis Gr. et Al. 5. quale fit. V. et Ch.

a. Radix) Diosc. l. c. et Galen. de fac. simpl. m. VIII. p. 213. H.

b. Decoctum) Diosc. l. c. H.

c. Phalangites) Totidem verbis formam viresque phalangii describit Diosc. III. 122. Φαλάγγιον, οἱ δὲ Φαλαγγίτην, οἱ δὲ καὶ ταύτην λευκάκανθαν, καλοῦσι, etc. Ignotum herbariis vt Anguillara fatetur, Par. XII. p. 222. H.

d. Leucanthemon) A flore candido. H.

e. Semine nigro) Ὥσπερ φακῆ, ἢ μεῖζον: semine nigro, crasso, lenticulae, vel maiore. *Ex vet. codice.* Dal.

f. Radice herbacei coloris) Adde verbum *tenui*, ex codice antiquo: *Radice tenui, herbacei coloris.* Dioscorides lib. III. *radicem exiguam, breuem, cum ex terra foditur viridem.* Pint.

g. Phyteuma) A Diosc. describitur IV. 130. et ad amatoria pariter prodesse dicitur, Φύτευμα etc. Antirrhinon silvestre illud est, quod Dodonaeus delineauit pag. 182. H.

C. Phyllon *h.* a Graecis vocatur herba in saxosis montibus, femina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parua, [1] semine rotundo, papaueris simili. Haec sui sexus facit partus: mares [2] autem semine tantum differens, quod est incipientis oliuae. Vtrumque bibitur in vino.

CI. Phellandrion *i.* nascitur in palustribus, folio apii. Bibitur semen eius propter calculos et vesicae incommoda.

CII. [3] Phalaris *k.* thyrsum habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo [4] florem inclinatum: semen *l.* simile [5] sesamae. Et hoc calculos frangit, potum ex vino vel aceto cum melle [6] et lacte. Idem *m.* et vitia vesicae sanat.

CII. Polyrrhizon *n.* folia habet myrti, radices multas. Hae tusae dantur [7] in vino contra serpentes: prosunt et quadrupedibus.

CIV.

1. *semen papaueri rotundo simile. Ch.* 2. *autem arrhenogonon semine. V.* 3. *Phaleri. Ch.* 4. *flore. Ch.* 5. *milio. Diosc. V.* 6. *et aceto. item. Ch.* 7. *e Ch.*

h. Phyllon) Duo sunt huius genera, mas feminaque: arsenogonon, et thelygonon vocant: de quibus egimus libro sup. s. 91. Habet haec porro Diosc. totidem verbis III 140. etsi vitiatum Dioscoridis contextum existimat Anguillara, XIII. p. 302. H.

i. Phellandrion) Est illud sio seu palustri apio affine, a Dodonaeo delineatum, p. 580. Apud nostros nomen non habet: officinis ipsis incognitum. H.

k. Phalaris) Diosc. φαλαρὶς III. 159. Galeno, de simpl. med. VIII. p. 239. Φαληρίς. Pingitur a Lobelio, in obs. p. 26. qualem in horto regio vidimus, triplicis modi: semine albo, nigro, et vt vocant, griseo. H.

l. Semen) Magnitudine milii, vt Diosc. ait. H.

m. Idem) Scilicet ex aqua potum, cochlearis mensura, inquit Diosc. l. c. et Galen. item l. c. H.

n. Polyrrhizon) Herbariis et officinis ignota. Caue enim cum aristolochiae genere eo confundas, quod polyrrhizon pariter nuncupatur, XXV. 54. H.

CIV. Proserpinaca *o.* herba vulgaris est, eximii aduersus scorpiones remedii. Eadem *p.* contrita, addita muria *q.* et,[1] oleo e maenis,[2] anginam eximie curari tradunt. Praeterea [3] et [4] in quantalibet lassitudine recreari defessos, etiam quum obmutuerint *r.*, si subiiciatur linguae. Si deuoretur, vomitionem sequi salutarem.

CV. [5] Rhacoma *s.* affertur ex his, quae supra Pontum sunt, regionibus. Radix *t.* costo nigro similis,

1. *et oleo anginam Gr. et Al.* 2. *heminis anginam. Ch.* 3. *praeterea in quantal. Gr. et Al.* 4. *et d. Gr.* 5. *Recoma. Ch.*

o. Proserpinaca) Quae et polygonon, de qua diximus s. 91. H.

p. Et oleo) Maena, genus est piscium, de quo XXXII. 53. Ex eo garum praecipuae commendationis fuit. Vide N. et Em. N. XIV. (hic adp.) *Eadem*) Abest vox ea *e maenis*, in libris ad hunc diem vulgatis. In R. 2. *hemina*: in Ch. *heminis* legitur. Quam vocem Plinii editores quum minus perciperent, ablegandam exterendamque censuerunt, Muriam seu garum e maenis commendari hic suspicati haud temere sumus: atque ita se rem habere certus auctor exstitit ipse Plinius, qui hanc ipsam medicinam totidem fere verbis ante occupauit, XXVI. 11. quam nunc iterum reuocat; *Proserpinaca*, inquit, *cum muria ex maenis et oleo trita, vel sub lingua habita,* anginae medetur. H.

q. Muria et oleo) Ex maenis cap. 4. lib. XXVI. Dal.

r. Obmutuerint) Prae nimia lassitudine vocem amiserint. Dal.

Obmutuerint) Quum vox lassitudine defecerit. H.

s. Rhacoma) Frequentius Rha Ponticum appellatur Diosc. III. 2. Ῥᾶ, οἱ δὲ ῥῆον καλοῦσι, γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βόσπορον τόποις, etc. Legitimum Rha Ponticum, iisdem insignitum notis, quas Dioscorides Pliniusque commemorant, pictum a Prospero Alpino, de plant. Exot. c. 5 p. 187. vidimus in horto regio. An vero pro *Rhacoma* Plinius Rheucyma, Ῥήου κύμα, vel Ῥᾶ κύμα, Rhacyma scripserit, hoc est, Rha Pontici teneriorem cauliculum, haud vacat excutere scrupulosius. In Indice certe *Rhacoma*, vnde vnde vox ea fluxerit. H.

t. Radix) Centaurio maiori similem facit Dioscorides

milis, minor et rufior paulo, ſine odore, calfaciens *v.* guſtu et aſtringens. Eadem *x.* trita vini colorem reddit, [1] ad crocum inclinantem. Illita *y.* collectiones inflammationeſque ſedat: vulnera ſanat: epiphoras oculorum ſedat ex paſſo illita: inſignita *z.* cum melle, et alia [2] liuentia ex aceto. Farina eius inſpergitur contra [3] cacoethe, et *a.* ſanguinem reiicientibus drachmae pondere in aqua. Dyſentericis *b.* [4] etiam et coeliacis, ſi febri carent, in vino: ſin aliter, ex aqua. Facilius teritur, nocte antecedente madefacta. Datur *c.* et decoctum eius bibendum duplici menſura ad rupta, conuulſa, contuſis, ex ſublimi deuolutis. Si pectoris [5] ſint dolores, additur piperis aliquid et myrrhae: ſi diſſolutio ſtomachi, ex frigida aqua ſumitur: [6] ſic *d.* et in

1. *ac ad crocum. M.* 2 *liuentia. Ex aceto farina. Ch.* 3. *cacoethe. Datur ſang.* 4. *autem et Ch.* 5. *ſit dolor. V.* 6. *Sic ex Mss. H. ſiue intus, ſiue extra purulentis Gr. et Al.*

des l. c. et foris nigram: Ῥίζα ἔξωθεν μέλαινα, κενταυρίῳ τῷ μεγάλῳ ἐοικυῖα, etc. H.

v. Calfaciens) Adſtringens cum aliquo calore, inquit Dioſc. l. c. Στυπτικὴ μετὰ πόσης θερμασίας. H.

x. Eadem) Dioſc. l. c. H.

y. Illita) Dioſc. l. c. H.

z. Inſignita) Ἐγχυμώσεις et ὑπώπια. Apud Gellium cap. 3. lib. X. Cato in verberatis a Q. Minutio Thermo recenſet inſignita, iniurias, plagas, verbera, vibices, dolores, carnificinas. Dal

Inſignita) De hac voce diximus ſ. 5. H.

a. Et) Dioſc. et Gal. ll. cc. H.

b. Dyſentericis) Auctores proxime appellati. H.

c. Datur et decoctum eius, etc.) Legend: *Datur et decoctum eius bibendum duplici menſura, ad rupta, contuſa, conuulſis, ex ſublimi deuolutis.* Vide *Salmaſ.* pag. 797. a. Dal.

d. Siue intus, ſiue extra p u r u l e n t i s *excreationibus*) Scribo, *Sic et in tuſſi vetere, ac purulentis excreationibus,* ex apographo noſtro, fauente etiam Dioſcoride libro tertio. et paulo poſt, *ſpleni* *cis*

in tuſſi vetere, ac purulentis exſcreationibus: item *e.* hepaticis, [1] ſplenicis, iſchiadicis: ad *f.* renum vitia, ſuſpiria, orthopnoeas. Arteriae ſcabritias ſanat ex paſſo, tribus obolis [2] potis trita, aut decoctum eius. Lichenas *g.* quoque ex aceto [3] impoſita ſanat. Bibitur *h.* contra inflationes, et *k.* perfrictiones, febres frigidas, ſingultus *l.*, tormina,

1. ſic et Ch. ſpleneticis Gr. et Al. *2. tritis pota. V.*
3. ſic ex Mss. H. impoſita purgat Gr. et Al.

cis, non *ſpleneticis*, in eodem. Pint.

Siue intus ſiue extra purulentis exſcreationibus) Voſſ. *ſic et in tuſſi vetere a purulentis.* His male lectis monſtrum illud vulgatae fecerunt iam in ſcriptis ſequioris aetatis. Emenda: *Si diſſolutio ſtomachi, ex frigida aqua ſumitur: ſic et in tuſſi vetere ac purulentis exſcreationibus.* lib. XXI. 19. *In tuſſi vetere radices eius tres quatuorue decoquunt* lib. XXII. 23. *Anhelatoribus et in tuſſi vetuſta cum porro ex aceto datur.* lib. XXIII. 8. *Tuſſi quoque veteri tritae, in aqua mulſa potae.* Sic quoque Pint. Gron.

e. Item) Dioſc. l. c. H.

f. Ad) Dioſc. et Galen. ll. cc. H.

g. Lichenas quoque ex aceto impoſita purgat) Scribo, *ſanat*, ex eodem, non *purgat*. Dioſcorides libro tertio: *Emendat Rha Ponticum liuores impetigineſque.* Pint.

Lichenas) Dioſc. l. c. H.

h. Bibitur) Haec omnia Dioſc. l. c. Ποιεῖ δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις, ςομάχου ἀτονίαν, ἄλγημα παντοῖον, σπάσματα, σπληνικοὺς, ἡπατικοὺς, νεφριτικοὺς, ςροφουμένους, καὶ τὰ περὶ τὴν κύςιν καὶ θώρακα, καὶ ὑποχονδρίων ἐντάσεις, καὶ τὰ περὶ ὑςέραν πάθη, ἰσχιάδος, αἵματος πτύσεις, ἄσθματα, λυγμοὺς, δυσεντερίας, κοιλιακὰς διαθέσεις, καὶ περιόδους, καὶ θηρίων δήγματα. H.

k. Perfrictiones) Horrores febrium, τὰ ῥίγη. H.

l. Singultus, tormina, aſperitates, capitis grauitates) Legendum reor, non *aſperitates*, ſed *ſuſpiria*, ex Dioſc. lib. III. *Facit*, inquit, *ad coxendicis dolores, cruenta ſputa, ſuſpiria, ſingultus, inteſtinorum tormina, etc.* Pint.

Singultus, tormina, aſperitates) Voſſ. *herpetas.* Numquid, *ſingultus, tormina, herpetas, capitis grauitates*, id eſt, ἕρπητας vel ἑρπηδόνας, vlcera manantia vel ſerpentia. Pſellus: Ἕρπης, πάθος ἐξ ξανθῆς χολῆς καὶ τοῦ ἑτέρου χυμοῦ

mina, asperitates *m.*, capitis grauitates, melancholicas vertigines, lassitudinum dolores, et *n.* conuulsiones.

CVI. Circa Ariminum nota est herba, quam resedam *o.* vocant. Discutit collectiones, inflammationesque omnes: qui curant ea, addunt haec verba: Reseda *p.* [1] morbos reseda, scisne *q* [2] scisne quis *r.* hic pullos egerit? radices nec caput, nec pedes habeant. Haec ter dicunt, totiesque despuunt.

CVII. Stoechas *f.* in insulis tantum eiusdem nominis gignitur, odorata herba, [3] coma [4] hyssopi,

1. *morbis. Ch.* 2. *scis nec in aquis hic pullus egerit radices. Nec caput, etc. habeat. Ch.* 3. *comam hyss. amarae gustum. Ch.* 4. *thymi. Dal.*

χυμȣ̃ κατά τι μορίον συνιςαμένον. Gron.

m. Asperitates) Interaneorum seu hypochondriorum distentiones, ὑποχονδρίων ἐντάσεις. Vide N. et Em. N. XV. (hic consp.) *Bibitur*) Displicuit haec vox *asperitates* viris criticis, qui quae vis ei voci subesset assequi non potuere. *Suspiria* Pintianus: *herpetas* Gronouius rescripsit. Pintianum Gronouius aspernatur: nec nobis admodum Gronouii coniectura placet: Sunt-nim ἕρπητες, vt ipse admonet, hulcera manantia atque serpentia. Ad ea porro sananda, quis qui rem medicam vel a limine salutarit, bibi quidquam, non imponi, illini, inspergiue iusserit? H.

n. Conuulsiones) Τὰ σπάσματα. H.

o. Resedam) Pingitur a Lobelio in Aduu. p. 76. qualem in horto regio vidimus. Belgis Eruca peregrina, vel Cantabrica dicitur. H.

p. Reseda) O reseda, morbum seda ac remitte, etc. H.

q. Scisne) Forte rectius ex R. et Ch. *Scisne, quis hic pullus egerit radices? nec pedes, nec caput habeat.* Pullum credo, μεταφορικῶς, collectionem seu apostema vocat, cui reseda imponitur. H.

r. Quis hic pullos egerit? radices nec caput nec pedes habeant.) Codex noster, *Quis hic pullus egerit radices nec caput nec pedes habeat.* Pint.

f. Stoechas) Totidem fere verbis Diosc. III. 31. Στιχὰς

pi, amara gustu. Menses ciet potu: pectoris dolores leuat. Antidotis *t.* quoque miscetur.

CVIII. (XIII.) [1] Solanum *v.* Graeci strychnon vocant, vt tradit Cornelius Celsus. Huic *x.* vis reprimendi, refrigerandique.

CIX. Smyrnion *y.* caulem habet apii, folia latiora, et maxime [2] circa stolones multos, quorum a sinu exsiliunt [3] pinguia, ad terram infracta, odore medicato, et cum quadam acrimonia iucundo, colore in luteum languescente, [4] capitibus *z.* caulium orbicula-

1. *thlaspi et trachinia. Alii. trachinia. Dal.* 2. *circa caulem stol V.* 3. *subpinguia ad ter. inf. robusta, odore cum acrimonia iucundo, medicata. Dios.* 4. *vmbella in caule, vt anethi, sem. Diosc.*

χὰς γεννᾶται μὲν ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις ἀντικρὺ Μασσαλίας, καλουμέναις δὲ Στιχάσιν etc. Ab aliis ςοιχὰς scribitur. De his insulis egimus in Geographicis III. 11. P. Quiqueranus de laudib. Prou. II. f. 59. ait Turcicam classem, quum circa Massiliae littora superiore seculo staret, hac herba quotidie treremes onerasse, exprobrantibus identidem Turcis, coecos indigenas esse qui sua bona non nossent. Genera duo stoechadis, picta a Lobelio in Obss. p. 234. et a Clusio Hist. rar. pl. III. p. 344. Vidimus in horto Regio. H.

t. Antidotis) Diosc. l. c. Miscetur sane theriacae e viperis confectae, ab Andromacho iuniore apud Galenum de antid. I. 7. p. 878. Στοιχάδος ἀνὰ >ς! H.

v. Solanum, Graeci strychnon vocant) Mirum, Plinium in explicanda natura solani tam breuem et abruptum fuisse. Dal.

Solanum) Egimus de eo XXI. 150. Cels. II. 33. cui titulum fecit, *Quae res corpus aut erodant, aut reprimant, aut refrigerent*, etc. *Solanum*, inquit, *quam ςρύχνον Graeci vocant*. H.

x. Huic) Diosc. IV. 71. Δυνάμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν. H.

y. Smyrnion) De eo pariter diximus XIX. 48. et 62. Tota haec porro smyrnii descriptio totidem plane verbis legitur apud Diosc. III. 79. H.

z. Capitibus) Supra caulem positam vmbellam, vt anethum, gerit: σκιάδιον ἐπὶ τῷ καυλῷ ἀνηθοειδές. H.

orbiculatis, vt [1] anethi; femine rotundo, nigro, quod arefcit incipiente aeftate. Radix *a.* quoque odorata, guftu acri mordet, fuccofa, mollis. Cortex *b.* eius foris niger, intus pallidus. Odor myrrhae habet qualitatem: vnde et nomen. Nafcitur *c.* et in faxofis collibus, et in terrenis. Vfus *d.* eius [2] excalfacere. Vrinam et menfes cient folia et radix. [3] Semen aluum fiftit. Radix *e.* collectiones et fuppurationes non veteres, item duritias difcutit illita. Prodeft et contra phalangia ac ferpentes admixto cachry aut polio, aut meliffophyllo, in vino pota; fed *f.* particulatim, quoniam vniuerfitate vomitionem mouet. Qua de caufa aliquando cum ruta datur. Medetur *g.* tuffi et orthopnoeae femen, vel radix: item *gg.* thoracis, aut lienis, aut renum, aut veficae vitiis. Radix autem ruptis, conuulfis. Partus quoque adiuuat, et fecundas pellit. Datur *h.* et ifchiadicis cum crethmo in vino. Sudores *i.* ciet et ructus, ideo inflationem ftomachi difcutit. Vulnera *k.* ad cicatricem perducit. Exprimitur et fuccus [4] radici, vtilis feminis, et thora-

 cis

1. apii. M. api. Ch. 2. excalfacere, extenuare Gr. et Al. 3. et femen. Ch. 4. radicis. M. radice. V.

a. Radix) Diofc. l. c. H.

b. Cortex) Diofc. l. c. H.

c. Nafcitur) Diofc. l. c. H.

d. Vfus) Diofc. Δυνάμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα, καὶ ἡ πόα, καὶ ὁ καρπὸς θερμαντικήν. H.

e. Radix) Diofc. l. c. H.

f. Sed particulatim, quoniam vniuerfa vomitionem mouet) *Vniuerfitate* non *vniuerfa* in apographo noftro. rectius. Pint.

Sed) Sed per partes ac feparatim, non vniuerfum fimul medicamentum forberi oportet, ne vomitum cieat. H.

g. Medetur) Diofc. l. c. H.

gg. Item) Diofc. l. c. H.

h. Datur) Diofc. de crethmo filet. H.

i. Sudores) Diofc. totidem verbis l. c. H.

k. Vulnera) Diofc. l. c. H.

cis *l.* praecordiorumque deſideriis *m.*: calfacit enim, concoquit, et purgat. Semen *n.* peculiariter hydropicis datur potu: quibus et ſuccus illinitur: et *o.* [1] malagmate e cortice arido. Et ad obſonia vtuntur cum mulſo et oleo, et garo, maxime *p.* [2] in elixis carnibus. Sinon *q.* concoctiones facit, ſapore

1. *malagma. Dal.* 2. *in, in V. d. in elixis carnibus ſimul. Concoctiones facit. Gr. et Al.*

l. Thoracis) De hac voce diximus alibi. Simile illud Martialis I. ep. 110. *Et deſiderio coacta ventris* etc. H.

m. Deſideriis) Vitiis, morbis. In Graeco fortaſſis ἐπιθέμασιν: pro quo legit Plinius ἐπιθυμήμασιν: remediis admouendis thoraci et praecordiis. Dal.

n. Semen) Dioſc. l. c. H.

o. Et malagmate) Forte, *et malagmata.* H.

p. Maxime in elixis carnibus ſimul. Concoctiones facit, ſapore ſimillima piperi) Scribo, *maxime in elixis carnibus. Sinon concoctiones facit, ſapore, etc.* vt *ſinon* ſit nomen herbae: tum etiam ex Dioſcoride libro tertio, et Paulo ſeptimo, cuius verba ſuut: *Simon calidut et ſubamarus eſt. Vrinam mouet, concoctionem adiuuat. Menſes educit, et viſcera obſtructa aperit.* Fugerunt haec Hermolaum in Corollario, qui in mentione Sinonis Plinianum hunc locum praeterierit, Plinii alias maximus compilator. Et Marcellum, qui in annotationibus in Dioſcoridem nullum Latinum ſcriptorem de Sinone egiſſe ait. Pint.

q. Sinon) Siue vt Dioſc. vocat Σωιον, III. 64. Amomum officinarum eſt, pictum a I. Bauhino T. III. p. 187. quale in horto regio vidimus. Vide N. et Em. N. XVI: (hic poſ.) *Sinon*) Abeſt haec vox ſinon a libris ad hunc diem vulgatis, atque in *ſimul* tranſformata ſuperiori ſententiae adnectitar. Errorem deprehendimus, tum ex orationis ipſo contextu: nam ſi haec ad ſmyrnii ſemen pertinerent, *ſimillimum piperi* dici ars poſtularet, et mox *idem,* non *eadem in dolore efficax.* Tum vero ex R. 2. cod. atque ex Indice Ms. R. Colb. etc. in quo diſerte legimus, *Smyrnium* XXXII. *Sinon* II. Σίσων, vt monuimus, a Dioſcoride appellatur, III. 64. nigro ſemine id eſſe dicitur, apio ſimile, feruentiſque guſtus, quale nimirum non ſmyrnio ineſt, ſed piperi. Galen. quoque de fac. ſimpl. med. VIII. pag. 228. conco-

pore [1] simillima piperi. Eidem in dolore stomachi efficax.

CX. Telephion *r.* portulacae similis est et caule et foliis. Rami *s.* a radice septeni octoniue fruticant, foliis crassis, carnosis. Nascitur *t.* in [2] cultis, et maxime inter vites. Illinitur *v.* [3] lentigini: et quum inaruit, teritur. Illinitur *x.* et [4] vitiligini, ternis fere mensibus, senis horis noctis aut diei: postea farina hordeacea illinitur. Medetur et vulneribus et fistulis.

CXI. Trichomanes *y.* adianto *z.* [5] similis est, exilius modo, nigriusque, foliis lenticulae densis, amaris,

1. *simillimo.* *V.* 2. *cultis vere.* *Diosc.* 3. ἄλφοις. *Diosc.* 4. λεύκη. *Diosc.* 5. *simile.* *V.*

concoctiones eo iuuari ait, vrinas mensesque cieri: οὐρητικός τ' ἐςὶ, καὶ πεπτικὸς, ἐμμήνων τε προκλητικός, etc. H.

r. Telephion) Τηλέφιον Nicandro in Ther. pag. 63. Hanc Fabam inuersam, Crassulamque vocant officinae. Galli, *Joubarbe des vignes*, ou *Fève épaisse*, ou *Orpin.* Describitur a Lobelio in Aduu. p. 167. Delineatur a Dodonaeo, p. 130. Vidimus in horto regio. H.

s. Rami) Totidem verbis Diosc. II. 217. H.

t. Nascitur) Diosc. l. c. H.

v. Inlinitur lentigini, et cum inaruit teritur) Voss. *deteritur.* recte, nisi malis *detergitur. Gron.*

Illinitur) Sic etiam vitiligini albae illini Diosc. ait l. c. moxque vbi inaruerit, abstergi: δεῖ μέν τοι μετὰ τὸ ἀποξηρανθῆναι αὐτὰ ἀποψᾶν. Vnde hoc loco *detergitur* forsan commodius legas. H.

x. Illinitur) Ei quam λεύκην vocant, vt diximus XXI. 75. Diosc. l. c. H.

y. Trichomanes) Siue callithrix, vt diximus XXV. 86. Describitur iisdem plane notis a Diosc. IV. 137. H.

z. Adianto similis est) Iisdem locis nascitur, quibus adianton. Filici simile est, sed valde paruum. Diosc. D.

Adianto) Nempe minori. Duo enim adianti sunt genera, vt dictum est XXII. 30. Maius alterum, quod et callitrichon, et polytrichon, et trichomanes appellatur: alterum minus, quod adiantum. Vide quae ibi diximus. H.

amaris, aduersis inter se. Decoctum *a.* eius strangurias sanat in vino albo potum, addito cumino rustico. [1] Illitum *b.* cohibet capillos defluentes: aut si effluxerint, reparat. Alopeciasque *c.* densat tritum, [2] et in oleo illitum. [3] Sternumenta quoque gustatu mouet.

CXII. [4] Thalitruum *d.* folia coriandri habet, pinguiora paulo, caulem papaueris. Nascitur vbique, praecipue in campestribus. Medentur hulceribus folia cum melle.

CXIII. Thlaspi *e.* duorum generum est; angustis foliis, digitali longitudine et latitudine, in terram versis, in cacumine diuisis, cauliculo semipeda-

1. *lesum.* Ch. *Laesum.* M. *Fortassis, tusum. Succus cobibet capillos* Gr. et Al. 2. *et cum.* V. 3. *sternutamenta.* Gr. et Al. 4. *sic et* Ch. *Thalictrum* Diosc. *Thalietrum.* Gr. et Al.

a. Decoctum) Diosc. l. c. H.

b. Illitum) Vide N. et Em. N. XVII. (hic consp.) *Illitum*) In libris hactenus editis, *succus cohibet*, etc. Verum sequitur mox, *densat tritum, et in oleo illitum*, quae ad succum referri grammaticae leges vetant. In MSS. R. Colb. Ch. *lesum cohibet.* Nos interim ex coniectura *illitum.* Diosc. IV. 136. de adianto, cui vim parem trichomanes habet: καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ σὺν κονίᾳ καὶ οἴνῳ σμηχόμενον, τρίχας ῥεούσας παραχρατεῖ. *Affrictum eius decoctum cum lixiuio et vino, defluentes capillos cohibet atque confirmat.* H.

c. Alopeciasque) Diosc. l. c. H.

d. Thalitruum) Sic MSS. omnes, etiam in Indice. Galeno de fac. simpl. med. VIII. p. 177. Θαλίηκτρον Eadem fere de eo narrat, Dioscoridem sequutus, IV. 98. Ruta pratensis herbariorum est, picta a Lobelio in Obss. p. 508. et a Dodonaeo p. 58. visa a nobis in horto Regio. H.

e. Thlaspe) Scribe potius *Thlaspi*, ex Dioscoride et Paulo et ceteris. Pintian.

Thlaspi) Primum hoc θλάσπεως genus a Dioscoride

pedali, non *f.* sine ramis, [1] peltarum *g.* specie: semine incluso lenticulae effigie, nisi *h.* quod [2] infringitur, vnde nomen. Flos *i.* albicat. Nascitur *k.* in semitis et sepibus. Semen *l.* [3] asperi gustus, bilem et pituitam vtrimque *m.* extrahit. Modus *n.* sumendi, acetabuli mensura. Prodest *o.*

 et

1. *folliculis pelt. V.* 2. *infractum videtur. V.* 3. *acris. Diosc.*

vide totidem verbis describitur, II. 186. H.

f. Non) Cauliculo paucos agnasci ramulos Diosc. ait, l. c. H.

g. Peltarum) Disci effigie, δισκοειδὲς, inquit Diosc. l. c. Pelta sane disci effigie est. H.

h. Nisi) Nisi quod fractum videtur, οἱονεὶ ἐντεθλασμένον, ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν. Galenus similiter de antid. I. 14. p. 889. Ἔχον δὲ κατά τι μέρος ἑαυτοῦ καὶ οἷον ἔνθλασμά τι μικρὸν, ἀφ' οὗ καὶ ὠνομάσθη θλάσπι. Alii inde deductum nomen volunt, quod calculos frangat, ὅτι λίθους θρύπτει, vt docet Galen. κατὰ τόπ. X. 1. p. 629. Genera fere viginti in horto regio obseruauimus: quaedam ex iis picta a Lobelio in Obss. p. 108. sq. H.

i. Flos) Diosc. l. c. H.

k. Nascitur) Diosc. l. c. H.

l. Semen) Hoc est, acris. Diosc. Σπέρμα δριμύ. H.

m. Vtrimque) Inferne ac superne purgat: vomitione, ac per aluum: *Ventrem sursum ac deorsum purgat*, inquit auct. libri de simpl. med. ad Patern. T. XIII. Opp. Galeni, p. 1002. H.

n. Modus) Diosc. l. c. H.

o. Prodest) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *Prodest)* Diosc. II. 186. de thlaspi: Ἐγκλύζεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιαδικούς· ἄγει δὲ καὶ αἷμα πόθεν, καὶ τὰς ἐντὸς ἀποστάσεις ῥήγνυσι. Κινεῖ δὲ καὶ καταμήνια, καὶ ἔμβρυα φθείρει. *Prodest et ischiadicis infusum: potu sanguinem educit*, nempe concretum exscreando educit, *internosque abscessus rumpit: menses quoque ciet, et partus necat.* An festinatione nimia Graeci scriptoris verba, alterius quam Dioscoridis, praepostere Plinius acceperit: an amanuensium potius vitio deprauata Latini auctoris verba fuerint, atque ita restituenda in integrum, *Prod-* est

et ischiadicis infusum donec sanguinem trahat. Menses quoque ciet, sed partus necat. Alterum *p.* [1] thlaspi, aliqui [2] Persicum napy vocant, latis foliis, radicibus magnis, et ipsum vtile ischiadicorum infusioni. Prodest et inguinibus vtrumque. Praecipitur, vt qui colligit, dicat sumere se contra inguina, et contra omnes collectiones, et contra vulnera, vnaque manu tollat.

CXIV. [3] Trachinia herba qualis sit, non traditur. Credo et falsum esse promissum Democriti. Portentosum enim est adalligatam triduo absumere lienes.

CXV. Tragonis *q.*, siue tragion, nascitur in Cretae tantum insulae maritimis, [4] iunipero similis, et semine, et folio, et ramis. Succus eius lacteus in gummi spissatus, [5] vel *r.* semen, impositione

1. *thlaspe. Gr.* 2. *Persicum sinapi. V. et Diosc.* 3. *Trachynia. Dal.* 4 *lentisco. Diosc.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. vel semel. Gr. et Al.*

est et ischiadicis infusum: potu sanguinem trahit, aliis relinquimus aestimandum. Infundi certe clystere quidquam, donec eliciatur sanguis, non medicina nobis, sed poena haud leuis videtur. H.

p. Alterum) Totidem verbis haec Crateuas apud Diosc. l. c. Ἱστορεῖ δὲ Κρατεύας καὶ ἕτερον θλάσπι, ὅ τινες Περσικὸν σίνηπι καλοῦσι, πλατύφυλλον καὶ μεγαλόῤῥιζον, etc. H.

q. Tragonis) Hanc ipse supra attigit XIII. 36. Easdem fere eius herbae notas affert Diosc. IV. 49. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ etc. Folia lentisco similia facit, vt et Galen. de fac. simpl. m. VIII. p. 236. Nobis adhuc ignota: neque enim Fraxinella est, vt Dodonaeo, aliisque placuit. H.

r. Vel) Diosc. l. c. totidem verbis: Ταύτης τὰ φύλλα, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ τὸ δάκρυον, καταπλασσόμενα σὺν οἴνῳ ἐπισπᾶται σκόλοπας, καὶ πάντα τὰ ἐμπηγνύμενα. *Folia, semen et lacryma, impositione ex vino, spicula, omniaque corpori impacta euocant. H.*

ſitione ſpicula e corpore eiicit: tunditur recens, et cum vino illinitur, aut ſiccae farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit: mammiſque vnice medetur.

CXVI. Eſt *s*. et alia herba tragos, quam aliqui ſcorpion vocant, ſemipedem alta, fruticoſa, ſine foliis, puſillis racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, et ipſa in maritimis naſcens. Huius *t* ramorum *v*. x. aut XII. cacumina trita ex vino pota coeliacis, dyſentericis, ſanguinem exſcreantibus, menſiumque abundantiae auxiliantur.

CXVII. Eſt *x*. et tragopogon, quem alii comen vocant, caule paruo, foliis croci, radice longa, dulci, ſuper caulem calyce lato, [1] nigro. Naſcitur *y*. in aſperis *yy*., ſine [2] vſu.

CXVIII. Et de herbis quidem [3] memoria digna hactenus aut accepimus, aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudicamus, aliis

G 5

1. *ſemine nigro. Dioſc.* 2. *vſu manditurque. M.* 3. *haec mem. V.*

s. Eſt) Dioſc. IV. 51. Τράγος, οἱ δὲ σκορπίον, etc. Et hanc ipſe Plinius delibauit antea, XIII. 37. Forte vua eſt marina maior, quae a Lobelio pingitur in Obſſ. p. 462. Aſiatici caeli eſſe propriam Plinius ait, loco mox citato. H.

t. Huius) Eamdem vim racemorum acinis decem e vino potis, tribuit Dioſc. l. c. H.

v. Ramorum) Racemorum acini decem Dioſcor. Dal.

x. Eſt) Dioſcorid. II. 173. Τραγοπώγων, ἢ τετραπώγον, οἱ δὲ κόμην καλοῦσι, etc. Vide Saraceni not. in Dioſc. Pingitur a Lobelio in Obſſ. p. 297. qualem in horto regio vidimus. Galli, ſeruata Graeci nominis ſignificatione, *Barbe de bouc*, *hirci barbam* vocant. *H.*

y. Naſcitur in aſperis) Imo potius in pratis et vdis. Quin et herba eſui apta eſt. Dioſcor. Dal.

yy. Sine) Nullius in medicina vſus. Alioqui in cibis

aliis alias virium aetates esse. Longissimo tempore durat elaterium, vt *z.* diximus: chamaeleon niger XL. annis: centaureum non [1] vltra *a.* XII. [2] Peucedanum *b.* sex: et aristolochia [3] ac vitis siluestris anno in vmbra seruantur. Et *c.* animalium quidem [4] exterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit, excepta [5] spondyle, quae omnes persequitur. Genus *d.* id serpentis est.

CXIX.

1. *extra.* M. 2. *peucedanum et arist.* Gr. et Al. 3. *at vitis, etc. seruatur.* Theoph. 4. *sic et* V. *et* Constant. *in voce* σφονδυλη. *Et animal. quidem ceterorum* Gr. *et* Al. 5. *sic et* V. *et* Ch. *Spondyli* Gr. *et* Al.

bis manditur, teste Dioscor. l. c. H.

z. Vt) L. XX. *Fuit iam ducentis annis seruatum.* H.

a. Vltra XII) Quinque aut sex. Theophrast. ex quo, cap. 14, lib. IX. hist. haec omnia. Dal.

b. Peucedanum) Vide N. et Em. N. XIX. (hic consp.) *Peucedanum)* Hactenus legebatur: *Peucedanum et aristolochia, etc.* Errorem detexit Theophrastus, qui eadem habet, historia IX. 14. Ὁ μὲν γὰρ ἐλλέβορος, inquit, καὶ τριάκοντα ἔτη χρήσιμος· κενταυρὶς δὲ δέκα καὶ δώδεκα· Πευκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ· Ἀμπέλου δὲ ἀγρίας ἐνιαυτὸν, ἐὰν ἐν σκιᾷ ἢ καὶ ἄπληκτος, etc. H.

c. Et) Vide N. et Em. N. XX. (hic coll.) *Et)* Libri omnes *ceterorum* prae se ferunt: mendose, vt ex Theophrasto discimus. Is enim l. c. Τῶν δὲ ἔξω θηρίων, inquit, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδεμίας· ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν. H.

d. Genus id serpentis est) Imo potius vermis, in terra saepe quam profundissime delitescentis: aluo candida, vertebrarum modo instar blattae flexuosa, ore nigro, dentibus firmis, quibus etiam arborum, praecipue vitis, nedum herbarum radices erodit. Lugdunenses rustici vocant *vn Turc*, quasi Turcam. Hortensibus et satis herbis animalia tria potissimum infesta sunt: primum spondylis, vel spondyla hic memorata: alterum prasocouris, vulgo, *Taillepré*, Lugdunensibus *Courterole*, tertium mus exiguus, breui corpore, quamob-

CXIX. Ne *e.* illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minui, si fructus prius [1] maturescant: item seminum, ante radice propter succum incisa. Resoluitur autem omnium vis consuetudine: et desinunt prodesse, quum opus est, quae quotidie in vsu fuere, aeque quam nocere. Omnes vero herbae vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis, et in aquiloniis: item siccis.

CXIX. Sunt *f.* et gentium differentiae non mediocres: [2] sicut accepimus de tineis *g.* lumbricisque, [3] inesse Aegypti, Arabiae, Syriae, Ciliciae [4] populis; e diuerso Graeciae, Phrygiae omnino non innasci. Minus id mirum, quam quod in

1. *ematurescant. Cb.* 2. *sicut accipimus de taeniis. Cb.* 3. *esse Cb. innasci. Sic in indice.* 4. *populis diuersis Graeciae, Phrygiaeque. M. Thraciae Theophr.*

obrem rustici vocant, *Rate courte*, cauda curta, pilo fusco, rostro acuto, instar muris aranei, caecus vt talpa, eiusque modo terram suffodiens: is carduorum et cinararum magna pernicie, radices depascitur, holitoribus inimicissimus hostis et insidiator. Dal.

Genus) Insecti, odore tetri, de blattarum genere. Vide Constant. in Lexico, verbo Σφονδύλη. H.

e. Ne) Haec totidem verbis Theophr. Hist. IX, 14. H.

f. Sunt) Totidem plane verbis haec Theophr. Hist. IX, 15. Ἡ δὲ ἕλμις σύμφυτον ἐνίοις ἔθνεσιν· ἔχουσι γὰρ ὡς ἐπίπαν Αἰγύπτιοι, Ἄραβες, Ἀρμένιοι, Σύροι, Κίλικες. Θρᾶκες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ Φρύγες. Τῶν δὲ Ἑλλήνων Θηβαῖοί τε οἱ περὶ τὰ γυμνάσια, καί ὅλως Βοιωτοί· Ἀθηναῖοι δ' οὔ. Sic peculiares certis regionibus morbos nouimus: phthisin Lusitanis, strumam Hispanis, Alpinisque; Narbonensi Galliae hydrocelen; omnes quidem ex aeris grauitate natos. Vide Fernel L. II. de abditis rerum caus. c. II. p. 74. H.

g. Tineis) Alii, *Taeniis.* Iis omnibus complectitur etiam dracunculos Aegypto Arabiaeque peculiares, de quibus Paulus lib. IV, c. 58. et lib. VI. c. 83. D.

in confinio Atticae [1] Boeotiaeque Thebanis innascuntur, quum absint Atheniensibus. Quae contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas, ingenitasque iis vel certiores morborum omnium medicinas. Enimuero rerum omnium parens, nullum animal ad hoc tantum vt pasceretur, aut [2] alia satiaret, nasci voluit: [3] artesque salutares inseruit et visceribus, quippe *h.* quum surdis etiam rebus [4] inseruerit. Tum *i.* vero illa animae auxilia praestantissima ex [5] anima alia esse voluit, contemplatione ante cuncta mirabili.

1. *Boeotis ac Thebanis. Theophr.* 2. *aluum. V.* 3. *Quin et artes salutares inseruit visceribus. Alii.* 4. *inseret. Ch.* 5. *animalibus esse. M.*

h. Quippe) Inanimis et ignobilibus, vt dictum est. XXII. 3. H.

i. Tum vero illa animae auxilia praestantissima) Potior lectio, *praesentissima.* P.

Tum) Illa vitae remedia ex alia vita peti natura voluit, hoc est, ex viuis pariter animalibus. H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVIII.

I.

Dictae erant omnium rerum naturae, inter caelum ac [1] terram nascentium, restabantque quae ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia *a.* auferrent transuersos, ex ipsis animalibus quae sanantur, reperta maiore medicina. Qui ergo diximus herbas, et florum imagines, ac pleraque inuentu rara ac difficilia, iidem tacebimus quid in ipso homine prosit homini, ceteraque genera remediorum inter nos viuentia? QVVM PRAESERTIM, nisi carenti doloribus morbisque vita ipsa poena fiat. Minime vero: [2] omnemque insumemus operam, licet fastidii periculum vrgeat: quando ita decretum est, minorem gratiae, quam vtilitatum vitae respectum habere.

1. *terras. Ch.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. quin omnem insum. Gr. et Al.*

a. *Remedia auferrent transuersos*) Voss. *trauersus.* Alter *trauerso.* Sic lib. XXI, 4, *tralatione quoque, vt vites, optime ocyssimeque prouenit.* lib. XXIX, 3. *donec candida fiat ac tralucida.* Eodem lib. cap. 4. *distinguente linea alba et trauersum altera.* lib. XXXI, 7. *glebis poene tralucentibus*, ibidemque *tralucidus et odoratissimus.* lib. XXXIII, 6. *candidae nitentesque, non tamen tralucentes.*

habere. Quinimo externa quoque, et barbaros etiam ritus indagabimus. Fides *b.* tantum auctores appellet. Quamquam et ipse consensu prope iudicata eligere laborauimus, potiusque curae rerum, quam copiae institimus. Illud admonuisse perquam necessarium est, dictas iam a nobis naturas animalium, et quae *c.* cuiusque essent inuenta: (neque enim minus profuere medicinas reperiendo, quam prosunt praebendo:) nunc quae in ipsis auxilientur indicari, neque *d.* illic in totum omissa. Itaque haec esse quidem alia, illis tamen connexa.

II. Incipiemus autem ab homine ipsum sibi exquirentes, immensa statim difficultate obuia. Sanguinem *e.* [1] quoque gladiatorum bibunt, vt

1. *quandoque Alii plerique V. namque Alii V.*

tes. Eodem cap. 9. *depressa an elata trauersa an obliqua.* lib. XXXV. 11. *aduersum eum pinxit, non trauersum.* lib. XXXV. 14. *tralatam tamen magis mirabantur.* lib. XXXVIII. 8. *maculosi atque non tralucidi.* Sic omnibus his locis liber optimus. Gr.

Auferrent) Sic vsus obtinuit, vt ea vox scriberetur: codices optimi, R. et Colb. *trauersos.* Sic *tralatitium* et *tralucens* dicimus, et *tralucidum*, ex probatioribus libris. Agi et auferri transuersi dicimur, quum veluti vi ac impetu quodam ab instituto deflectimur. Sic Liuius, bello Maced. *Abstulerunt me velut de spatio Graeciae res immixtae Romanis: non quia ipsas operae pretium esset perscribere, sed quia, etc.* H.

b. Fides) Ad obtinendam fidem auctores tantum iuuabit appellare. H.

c. Et quae) L. VIII, 41. et XXV. a §. 50. ad 54. H.

d. Neque) Neque in tractatione animalium, ea remedia, quae ex iis petenda sunt, penitus a nobis sunt praetermissa. H.

e. Sanguinem quoque gladiatorum bibunt) Idem Septimius Florens in Apologetico, Aurelianus lib. I. celerum. pass. cap. de epilepsia. *Gladiatore iugulato, qui occiderat, et confoderat, eius sanguine proluebat manus vel in victoriae signum, vel vt sic immotus ac interitus*

¹ vt viuentibus *f.* poculis ² comitiales *g.* morbi: quod spectare facientes in eadem arena feras quoque

1. vt bibentibus procul sint. M. *2. ad comitiales morbos. V.*

ritus effundendo hominis sanguini assuesceret. Qui vero caduco morbo vexabantur, eum adhuc calidum ex plaga manantem sorbebant, vt remedium sui mali praestantissimum. Vide Lipsium cap. 22. lib. II. Saturnal. Dalec.

Sanguinem) Cels. III 23. de comitiali morbo: *Quidem iugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo sese liberarunt: apud quos miserum auxilium, tolerabile miserius malum fecit.* Tertull. in Apol. c. 10. *Item illi, qui munere in arena noxiorum iugulatorum sanguinem recentem auida siti comitiali morbo medentes auferunt: vbi sunt?* Sic etiam Cael. Aurelian. L. Chron. c. 4. de epilepsia. Simile istud remedium est, quod Scribon. Largus affert, comp. 18. *Item ex iecinore gladiatoris iugulati particulam aliquam nouies datam consumant. Quaeque eiusdem generis sunt, extra medicinae professionem cadunt, quamuis profuisse quibusdam visa sunt. H.*

f. Vt viuentibus poculis comitiales morbi) Apographon nostrum, *Vt bibentibus populis comitiales morbi.* Legendum reor, *vt procul sint comitiales morbi*: nam verbum *bibentibus*, glossulam, vt dicunt, interlinealem fuisse puto. Pint.

Vt viuentibus poculis comitiales morbi) Sic Gelenius, cum ederetur: *vt bibentibus populis procul siue comitiales morbi.* Pintianus reddit: *vt procul sint comitiales morbi:* ex trito τῷ *bibentibus*: cum in scripto reperisset: *vt bibentibus populis comitiales morbi*: quod etiam in Chiflet. notatum. Quatuor penes nos: *vt bibentibus procul sint comitiales morbi.* Praestantissimus: *vt viuentibus populis comitiales morbi.* Coniicio: *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, vt iuuantibus poculis, comitiales morbi.* Fortasse morosum minus alicui videretur: *vt iuuantibus poculis comitiales morbos.* Sed quia omnes scripti fauent τῷ *morbi*, et id dictioni Plinii satis congruit, illud praefero. *Comitiales morbi*, inquit, id est, comitiali malo adfecti, sanguinem quoque bibunt gladiatorum,

que horror est. At hercule illi ex homine ipso [1] sorbere efficacissimum putant calidum spirantemque, et vna ipsam animam ex osculo vulnerum: cum *h.* plagis ne ferarum quidem admoueri [2] ora fas *i.* sit humana. Alii medullas crurum quaerunt, et cerebrum infantium. Nec pauci apud Graecos, singulorum viscerum membrorumque etiam sapores dixere, omnia persequuti vsque ad resegmina vnguium: QVASI VERO sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morboque *k.* dignum in ipsa medicina: egregia hercule frustratione, si non prosit. Aspici humana exta nefas habetur, quid man-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. sorberi Gr. et Al.* 2. *ora mos sit humanus. Ch.*

rum, tanquam *iuuantibus poculis*, aduersus eius morbi diritatem. Gr.

Vt) Viuentia pocula eleganti translatione vocat ea, qua calentem adhuc et quasi spirantem sanguinem continerent: quod et habere in se vitam, et praestare haurientibus eam videbantur: plane vt animam ipsam et salutem sorberi in ipsis crederes. Vide N. et Em. N. I. (hic coll.) *Vt*) Sic libri omnes, tum editi, tum exarati manu, quos vidi, quosque non vidi. Eadem sententia dixit idem paulo ante Plinius: *Nec tacebimus quid in ipso homine prosit homini, ceteraque genera remediorum inter nos viuentia.* Quod qui non animaduertere, has voces variis modis sollicitarunt: Pintianus extrita voce *viuentibus, vt procul sint* legit. Gronouius, *vt iuuantibus poculis*: ille audacius paulo: ingeniosius iste, quam verius. Adde his ea quae diximus in Not. prioribus. H.

g. Comitiales) Comitiali morbo affecti. H.

h. Cum plagis ne ferarum quidem admoueri ora fas sit humana) Scribe, *cum e plagis huic ne ferarum quidem admoueri ora mos sit humanus*, ex eod. Pint.

i. Fas) In R. 1. *Fas sit humanus*, In R. 2. et Ch. *mos sit humanus.* Quid magis arrideat, arbitrii esto legentium. H.

k. Morboque) Simulque morbo dignum fieri, qui tam crudeli medicina vtatur. H.

mandi? Quis *l.* iſta inuenit oſtenta? Tecum enim res erit, euerſor iuris humani, monſtrorumque artifex, qui primus ea condidiſti: credo, ne vita tui obliuiſceretur. Quis inuenit ſingula membra humana mandere? qua coniectura inductus? Quam poteſt medicina iſta originem habuiſſe? Quis *m.* veneficia innocentiora [1] effecit, quam remedia? Eſto, barbari externique ritus inuenerint: etiamne Graeci ſuas fecere has artes? Exſtant commentationes Democriti, ad alia noxii hominis e capite oſſa plus prodeſſe: ad alia, amici et hoſpitis. Iam vero vi interrempti dente gingiuas in dolore ſcarificari *n.*, Apollonius efficaciſſimum ſcripſit: [2] Miletus *o.*, oculorum ſuffuſiones felle hominis ſanari. Artemon *p.* caluaria interfecti, [3] neque cremati, propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem ſuſpendio interempti catapotia fecit, contra canis [4] rabioſi morſus [5] Antaeus. Atque etiam quadrupedes homines ſanauere: contra [6] inflationes boum, perforatis

1. *fecit Ch.* 2. *Meletos. Ch.* 3. *igneque. M* 4. *rabidi. M.* 5. *ſic ex Mss. H. et Ch. Antheus. Gr. et Al.* 6. *inflammationes.*

l. Quis iſta inuenit oſtenta?) Scribo, *Quis iſta inuenit Oſtane*, ex eodem: de Oſtane Mago, et Plinius alibi ſaepe, et Suidas, et Dioſcorides paſſim et omnes. Confirmatur haec lectio verbis ſtatim ſequentibus: *Tecum enim res erit euerſor iuris humani, monſtrorumque artifex. Pint.*

m. Quis) Quis effecit, vt innocentiora iam venefìcia videri poſſint, quam remedia talia? H.

n. Scarificari) MSS. omnes R. Colb. aliique *ſcarifari. H.*

o. Miletus) R. 2. *Meletes.* Ch. *Meletos.* Forte *Melitus*, vt diximus in auctorum Indice. At R. 1. *Miletos.* H.

p Artemon) Et Scrib. Larg. comp. c. 2. ad comitialem morbum comp. 16. *Sunt et qui ſanguinem ex vena ſua miſſum bibant, aut de caluaria defuncti terna cochlearia ſumant per dies tri-*

ratis cornibus inserentes ossa humana: vbi homo occisus esset, aut crematus, siliginem *q.* quae pernoctasset, suum morbis dando. Procul a nobis nostrisque literis absint ista. Nos *r.* auxilia [1] dicemus, non piacula: sicubi lactis puerperarum vsus mederi [2] potuit, sicubi saliua, tactusue corporis, ceteraque similia. Vitam quidem non adeo [3] expetendam censemus, vt quoquo modo [4] trahenda sit. Quisquis es talis, [5] aeque *s.* moriere; etiam quum obscenus vixeris, aut nefandus. Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis, quae homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiua morte: [6] idque in eaque optimum, quod illam sibi quisque praestare [7] poterit.

III. (II.)

1. *dicimus.* Ch. 2. *poterit.* M. 3. *extendendam.* V. 4. *pertrahenda.* V. 5. *aequo.* Ch. 6. *sic ex Mss.* H. *et* Ch. *in eaque id opt.* Gr. *et* Al. 7. *potest.* *Alii. possit* Ch.

triginta. Q. Serenus, c. 58. de comitiali morbo p. 161. *Praeterea pluuias hominis quas calua supina Excepit proiecta sinu, consumere potest* H.

q. Siliginem quae pernoctasset) Expende an sit commodius legi *fuliginem*, quam *siliginem.* Pintian.

r. Nos) Nos ex homine, inquit, remedia quaeremus dumtaxat vulgaria, et paratu facilia: Sicubi lacte mulierum, sicubi aliquo tali opus fuerit: cetera quasi piacula vitabimus. H.

s. Aeque moriere etiam, cum obscoenus) Pintianus e cod. suo probat *quam obscoenus*: vt et est in Vossiano: tamen ea particula locum hic habere non videtur. Hoc enim dicit, non magis fore vt mortem effugiat, qui proferre vitam sibi videatur obscoenus aut nefandus ob Thyestaeas epulas aut ob hominem impensum, quam si mansisset purus et anima sancta atque istius culpae inscia descendisset ad manes. Recte igitur *quum* vel *cum* inde fecerunt. Facilius ferrem τὸ *quam*, si τὸ *etiam* abesset. Gron.

III. (II.) Ex homine remediorum primum maximae quaestionis, et semper incertae est, ¹ valeantne *t.* aliquid verba et incantamenta carminum. Quod si *v.* verum est, homini *x.* acceptum ferri

H 2

1. *polleantne. Ch.*

t. Valeantne aliquid verba et incantamenta carminum) *Sume igitur medicum pro tempore, proque labore, Aetate atque habitu, summa ratione paratus, Gramine seu malis aegro praestare medelam, Carmine seu potius. Namque est res certa saluti Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis.* Vindicianus. Euripides in Hippolyto coronato: Νοσῦσα δέ εὐ πῶς τὴν νόσον καταςρέφε, Εἰσὶν δὲ ἐπῳδαί, καὶ λόγοι θελκτήριοι Φανήσεταί τι τῆς δὲ φάρμακον νόσε. Locus hic ostendit, carminibus vel grauissimam animi perturbationem, amorem, leniri. *Muretus Var. cap. 4. I.*

Valeantne) Sic R. 2. In R. 1. et Ch. *polleantne aliquid. H.*

v. Quod si verum est, homini acceptum ferri oportere) Vossiani tres, Gud. Acad. *acceptum fieri oportere.* sic lib. XXXIV. 14. *Quamobrem culpa eius non naturae fiat accepta.* et eodem: *In Cappadocia tantum quaestio est, aquae aut terrae fiat acceptum* lib. VIII. 17. *Nam quae de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, produntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta fieri aequius, quam ferarum naturae, arbitror.* Sic enim Chiflet. et Vossiani duo. vbi vulgo etiam *ferri.* Scio tamen lib. II 7. *huic omnia expensa, huic feruntur accepta,* et lib. XII. 18. *quae hoc acceptum superis ferat.* Plinius alter lib. II. epist. 4. *quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri iubeo.* Vbi tamen membranae Acad. non spernendae, *acceptum tibi fieri.* Nam et sic lib. VI. epist. 34. *tu tamen meruisti, vt acceptum tibi fieret. Gr.*

Quippe victimas caedi sine precatione non videtur referre, nec deos rite consuli) Haec esse corruptissima exclamat Salmasius ad Solinum pag. 585. nec sententiam vllam, bona quae sit, efficere; veteres libros omnes legere, *referri adeo rite consuli:* restituendum autem, *Quippe victimas caedi sine precatione non videtur, referri ad deos, rite consuli.* At

ferri oportere [1] conueniet. Sed viritim sapientissimi cuiusque respuit fides. In vniuersum vero omnibus [2] horis credit *y.* vita, nec sentit. Quippe *z.* victimas caedi sine *a.* precatione non

1. *conuenit. M. conueniat. Ch.* 2. *hominis. M.*

At hoc mihi multo molestius ad aures accidit. Quod ille omnibus in vett. libris esse ait, exstat etiam in nostris, sed sequioribus. Vossianus nihil demutat, nisi quod habet *aut deos* pro *nec deos.* Vtram autem particulam recipias, plane erit sententia. *Sine precatione caedi victimas referre* (i. prodesse sacrificia, vel caedi vtiliter victimas) *aut deos rite consuli non videtur.* Item, *Sine precatione non videtur referre* (id est, nihil iuuare putatur, nihil prodesse vulgo creditur) *caedi victimas*, *nec* videtur *deos rite consuli.* Quo significat necessario preces adhibendas. Vnde apparet etiam error Iac. Gutherii, lib. IV. de iure Pont. cap. 14. qui *victimas caedi sine precatione non videri referre*, accipit quasi diceretur, nihil interesse, preces ad sacrificium funderentur, annon; eoque τὸ *referre* delet. Quis est qui confiteatur sese ignorasse, *Referri*, esse interdum, ad rem pertinet, iuuat, vtile est? Plautus Curcul IV. 3. *quid refert me fecisse regibus, vt mihi obedirent, si hic me hodie vmbraticus deriserit?* Epidico I. 2. *nam quid te igitur retulit Beneficium esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?* in hoc tamen tota difficultas. *Non videtur referre victimas caedi sine praecatione*, est, non videtur ad rem pertinere, nihil agitur sacrificando sine precibus. Gron.

x. Homini) MSS. *acceptum fieri. H.*

y. Credit vita nec sentit) Credit vulgi opinio valere verba, nel certa cognitione et rerum sensu id persuasum habet. Dalec.

z. Quippe victimas caedi, etc.) Leg. *Quippe victimas caedi sine praecatione non videtur, referri ad Deos, rite consuli. non videtur victimas caedi sine precatione.* idem est, ac si diceret, *non videmus victimas caedi.* Et statim sequitur: *Praeterea alia sunt verba impetriti, alii depulsorii, alia commendationis.* Vide *Salmas.* p. 585. b. *Quippe victimas caedi*) In sacris sacerdotes primum precabantur: mox hostiam mola, vino, costo, thure ma-

non videtur referre *b.*, nec Deos rite consuli. Praeterea alia sunt verba [1] impetritis *c.*, alia de-

H 3 pul-

1. *sic et Ch. impetrientis. V. impetrantis. Gr. impetratis. Alii-*

mactabant: deinde libabant, e sympulo fictili, vel ligneo vinum gustantes, et adstantibus propinantes: tum victimariis seu cultrariis, popis, agonibus immolari, et excoriari victimam iubebant, ac excepto pateris sanguine, mortuam proscindi: hinc exta inspiciebant, et, si litatum fuisset, postea reddebant, id est, diis, quod debetur, ministris adstantibus partiebantur: ac postremo epulabantur, carne perpetuo tosta vel assa, nisi ex ariete, quae elixabatur. His peractis Graeci λαῶν ἄφεσιν denunciabant: Romani vero, *licet* proclamabant, eos qui adstiterant, dimittentes. Alex. ab Alex. cap. 17. IV. Vide et quod notatum est cap. 9. XXIV. et 12. XXXIV. *Dalec.*

a. Sine precatione) Eius initium fiebat a Iano et Vesta, vt per eos aditus pateret ad Iouem Opt. Max. Apollinem, Vulcanum, Mercurium et reliquos, vt volentes ac propitii sacris adsint et praecationi qui in eundem Ianum finiebat Alex. ab Alex. cap. 17. IV. *Dalec.*

b. Referre) Pium, sanctum, ac legitimum esse. D. *Non)* Non videtur prodesse, nihil iuuare vulgo creditur: non videtur ad rem, vt rite peragenda est, pertinere: nihil enim agitur, sacrificando sine precibus. Vide N. et Em. N. II. (hic adi.) *Quippe)* Libri omnes editi, *nec Deos*: cetera cum optimae notae exemplari R. 2. plane congruunt. Vt intelliges quanti sit facienda Salmasii emendatio, ita legentis in Solin, p. 685. *Quippe victimas caedi sine precatione non videtur, referri ad Deos, rite consuli.* Quanti quoque Iac. Gutherii interpretatio qui de iure Pontif. IV. 14. p. 431. sic accipit, quasi diceretur nihil interesse, preces ad sacrificium funderentur, annon: ideoque τὸ *referre* delet. H.

c. Impetrantis) Impetrito rem diuinam fieri solitam M. Valerius scribit cap 1, lib. I. cum aliquid foret inquirendum extis, vel sortibus, addo et auspicio: precatione, cum commendandum: voto, cum exposcendum: gratulatione, cum soluendum. Impetrito vero conti-

pulsoriis *d.*, alia [1] commentationis. Vidimusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus: Et ne quid verborum praetereatur, aut praeposterum dicatur, de *e.* scripto praeire aliquem: rur-

1. *commendationis. V.*

contineri eorum precationes quae ostentis aut fulguribus denuntiantur. Vide Turn. cap. 10. lib XXXIII. Aduers. 18 V. *Impetritum* quasi in petra fixum, ratum, firmum, stabile, augurio, extis, sortibus impetratum. Plaut. in Asinaria, *Impetritum, inauguratum est quodvis admittunt aues.* Vide Festum. *Dalec.*

Impetritis) Sic libri omnes conditiui, moxque *depulsoriis*, non vt editi, *impetrantis et depulsoris.* Impetritum dixere quondam auspices, pro *impetratum.* Impetrita sacra, quae laetis prosperisque fulguribus euocandis, aliisque auspiciis sunt addicta: conciliandorum numinum causa, vt certa, firma, ac secura, petentibus denuntiarent: Depulsoria, quae ostentis omnibus auerruncandis seu depellendis dicata. Quid vero commentationis sacra sint, nondum exploratum. *Commendationis* forte legi satius fuerit, quum Val. Max. statim initio L. I. dicat: *prisco instituto rebus diuinis operam dari, quum aliquid commendandum est, precatione . . . quum inquirendum vel extis, vel sortibus, impetrito: quum solemni ritu peragendum, sacrificio: quo etiam ostentorum ac fulminum denuntiationes procurantur.* Quae tria ipsa sacrorum genera videntur esse, quae Plinius modo recenset. Impetritum et in Plauti fabula leges, quae Asinaria inscribitur, Act. II. sc. 1. v. 11. H.

d. Depulsoris) Depulsoria, aut, vt est apud Valerium, depulsa, ad portenta pertinebant, quae conceptis verbis depellebantur et auertebantur. Quod idem Valerius scribit, precatione diis quod saluum esse volebant, commendabant. Turn cap. 10. lib. XXIII. Aduers. et cap. 18. lib. V. Dalec.

e. De) Recitare et quasi praelegere. Huius moris exempla vel vnus Latinae linguae Thesaurus plura suppeditabit. Subintellige porro hoc loco *praeire aliquem alicui.* Nam verbum infiniti modi *praeire*, ante se accusatiuum hunc *aliquem* habet, non regit, admittitue post se. H.

rursusque alium custodem dari qui attendat: alium *f.* vero praeponi, qui *g.* [1] faueri linguis iubeat: tibicinem *h.* canere, ne quid aliud exaudiatur *i.*: vtraque *k.* memoria insigni, quoties ipsae

 dirae

1. *fauere V.* et *Turn.*

f. Alium vero praeponi, etc.) Verba illa fuerunt, εὐφημεῖτε, σιγᾶτε, fauete linguis. Ouidius: *Prospera lux oritur, linguis animisque fauete: nunc dicenda bono sunt bona verba die.* Cicero de diuinat. II. Euripid. in Ione: ςόματ' εὔφαμον φρουρεῖτ' ἀγαθῶν, φήμας ὡς ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσι γλώσσας ἰδίας ἀποφαίνειν. Attius in Oenomao apud Nonium: *Per vrbem, vt omnes qui arcana asteumque accolunt Ciues, omnibus faustis augustam adhibeant Fauentiam, ore obscoena dicta segregent. Dal.*

g. *Qui*) Ita libri omnes. Turnebo magis placet, *fauere*, Seneca L. de vita beata, c. 26. *Fauete linguis: Hoc verbum, non vt plerique existimant, a fauore trahitur: sed imperatur silentium, vt rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.* Quae Plinii quoque hoc loco mens est. Aliter forte Festus, verbo *Fauentia*: *Praecones clamantes*, inquit, *populum sacrificiis fauere iubebant: Fauere enim est bona fari. Ac veteres poetae pro silere vsi sunt fauere. H.*

h. Tibicinem) Ouid. Fast. VI. v. 657. lepide: *Temporibus veterum tibicinis vsus auorum Magnus, et in magno semper honore fuit. Cantabat fanis, cantabat tibia ludis, Cantabat moestis tibia funeribus.* Iterumque: *Quaeritur in scena caua tibia: quaeritur aris.* Hostias apud Romanos ad tibicinem immolatas, haec Tullii quoque verba testantur in Rullum II. n. 82. *Erant hostiae maiores, in foro constitutae, quae . . . probatae, ad tibicinem et praeconem immolabantur.* Et in consecratione solitum adhiberi tibicinem, idem est auctor, orat. pro Domo sua, n. 125. Sacra peragentem cum adstante tibicine lapis antiquus exhibet, apud Grut. p. 1007. nummique Domitiani, quibus haec adiecta epigraphe COS. XIIII. LVD. SAEC. F. *Ludos saeculares fecit. H.*

i. Exaudiatur) Ab eo qui precatur, quod eius mentem occupet et auertat. Dalec.

Ex-

dirae *l.* obstrepentes nocuerint, quotiesue precatio errauerit: sic repente extis adimi *m.* capita vel corda, aut geminari victima stante. [1] Durat *n.* immenso exemplo Deciorum patris filiique, quo se deuouere, carmen *o.* Exstat *p.* [2] Tucciae Vestalis

1. *sic ex Mss. H. Durat, in M. d. Durantque Gr. et Alii.*
2. *Tuciae Val. Maximus.*

Exaudiatur) Ab eo qui sacra peragit: ne quid mentem eius a precatione auocet H.

k. Vtraque) Est illud vtrumque sane dignum memoria; notatum in Annalibus esse, quoties, etc. H.

l. Ipsae dirae) Vt Crasso apud Ciceronem lib. I. de diuinat. Dal.

Quoties) Vel dirae obscenaeque volucres: vel exsecrationes potius, vt sect. sq. impraecationesque, quae ab inimicis effundebantur horrendae, deos quosdam inauditos compellantibus, quibus quicumque, deuotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cicero de Diuin. I. n. 29. *M. Crasso quid acciderit vidimus, dirarum obnuntiatione neglecta.* H.

m Adimi capita) *Caput iocineris,* inquit Liuius *a familiari parte caesum dicitur aruspex ostendisse.* Caput id, venarum hepatis truncus est, aut portae ingredientis, aut cauae prodeuntis. Familiaris pars fuit *interior,* nempe caua, siue sima: hostilis *exterior*, nimirum gibba. Hepatis λόβους, (fibras), Cicero lib. II. de diuinat. *fissa* vocat. Vide Turn. cap. 18. V. et 27. XI. Aduers. Dal.

n. Durat) Carmen quo se Decius pater deuouit, exstat apud Liu. VIII. p. 139. alterum quo filius, X. p. 180. H.

o. Carmen) Precatio, qua se deuouit ad Veserim Decius pater, extat apud Liu. l. VIII. decad. I. Eodem carmine, sed adiectis praeterea quibusdam execrationibus ac dirarum minis, filius se deuouit apud eundem auctorem lib. X. eiusdem decad. Apud Graecos eadem pietate erga patriam Menoeceus Creontis filius vitam et sanguinem Thebanis suis largitus est, gladioque se transfixum e muris praecipitem dedit, auctore Cicer. I. Tusc. Papinius X. Thebaid. *Sanguine nunc spargit turres, at moenia lustrat, Seque super medias acies, nondum ense remisso, Iecit et*

lis [1] incestae precatio, qua vsa aquam in cribro tulit, anno *q*. Vrbis [2] DCIX. Boario *r*. vero in foro

H 5 Grae-

1. *incesti deprecatio* 2. DXIX. *Merula super Enn. pag.* 177.

et in saeuos cadere est conatus Achiuos Dalec.

p. Exstat) Τυκίαν Tuciam vocat Dion. Halic. Ant. II. p. 129. vbi hoc ipsum refert, quod Plinius. Val. Max. VIII. 1. n. 5. p. 369. *Eodem auxilii genere Tusciae virginis Vestalis incesti criminis reae castitas infamiae nube obscurata emersit: quae conscientia certae sinceritatis suae, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro, Vesta, inquit, si sacris tuis sacras semper admoui manus, effice vt hoc hauriam e Tiberi aquam, et in aedem tuam perferam. Audacter et temere iactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.* Meminere et Augustin. de ciu. Dei X. 16. Tertullian. in apol. c. 22. Est apud Patinum p. 75. n. 3. post Vrsinum, nummus argenteus, sic inscriptus: C. CLODIVS C. F. Caput deae Florae, cinctum floribus: retro, flos, vel papauer)(Vestalis capite velato sedet, lucernam dextra tenet. Epigraphe: VESTALIS. Sententia est: *Caius Clodius*, Tribunus plebis, vt videtur, *Caii filius*, pariter Tribuni plebis. VESTALES *Inclusit Septetis.* Percussus hic nummus est sub P. Clodio Marci filio Tribuno plebis, qui memoriam rei gestae ab vno celeberrimo e maioribus suis, sic reuocauit. H.

q. A. V.) Vide N. et Em. N. III. (hic coll.) *A. V.*) Constans haec est librorum omnium, siue editorum, siue MSS. lectio: Frustra enitente Paulo Merula, in Ennium, p. 177. annum V. DXIX. substituere, ex epitome Liuiana L. XX. vbi sic legitur: *Tutia Virgo Vestalis incestus damnata est. Bellum Illyriis, etc.* Gestum enim id bellum ponitur anno DXXV. Verum aliam esse Tucciam a Tutia haud temere affirmamus: quum Tutiam Liuius incestus damnatam; Tucciam Plinius, Dion. Halic. aliique quos appellauimus, criminis suspicione liberatam prodant, hausta cribro aqua, et longo perlata spatio: quod miraculum Liuii etiam Epitomator delibasset, si de Tutia vere affirmari potuisset. H.

Graecum Graecamque defoſſos, aut aliarum gentium, cum quibus tum res eſſet, etiam *s.* noſtra aetas vidit. Cuius ſacri precationem, qua ſolet praeire [1] Quindecimuirûm *t.* collegii magiſter, ſi qui legat, profecto vim carminum fateatur, ea omnia approbantibus octingentorum *v.* triginta annorum euentibus. Veſtales noſtras hodie credimus nondum egreſſa Vrbe mancipia fugitiua retinere in loco [2] precatione: quum *x.* ſi ſemel recipiatur ea ratio,

1. *Quindecim virûm. Ch.* 2. *precationis. Ch.*

r. Boario in foro Graecum Graecamque defoſſos) In vetuſto exemplari, *Boario vero in foro Graecum Graecamue defoſſa*: lectione notanda pro Grammaticis. *P. Boario vero in foro etc.* Liuius lib. II. decad. 3. Plutarchus in problemate, cur Bletonenſiis interdictum ſit a Romanis, ne hominem immolarent. Idem in Marcello. Vide Brod. cap. 10. lib. V. Dalec.

Boario) Fuit in vrbis regione octaua, in qua et forum Rom. H.

s. Etiam) Plutarchus, qui non Graecum Graecamque modo, ſed et Gallum ſimul Gallamque defoſſos refert, id quoque haud multis ante ſe annis contigiſſe ait, οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν, in Quu. Rom p. 283. vt ad Veſpaſiani tempora referendum id videatur, vel certe Neronis. Sed et illud prius accidiſſe Liuius narrat XXII. p. 225. H.

t. Quindecimuirûm) Erant tria apud Romanos veteres ampliſſima Collegia ſacerdotum. Pontificum videlicet, Augurum, et Decem, vel Quindecimuirorum ſacris faciundis, qui Sibyllini vocabantur. His deinde et quartum acceſſit aruſpicum. A Sylla quindecimuiri inſtituti ſunt, quum prius decem omnino forent: ad hos ludorum ſaecularium procuratio pertinebat. H.

v. Octingentorum) Haec certa anni illius nota, quo Plinius haec condidit: Vrbis annus ſcilicet DCCCXXX. H.

x. Quum ſi ſemel recipiatur ea ratio et deos preces aliquas exaudire) Scribendum reor, *Quod ſi ſemel recipiatur ea ratione et deos, etc. Pint.*

ratio, et Deos preces aliquas exaudire, aut illis moueri verbis, confitendum *y.* fit. De tota [1] coniectione *z.* prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere,

1. sic ex Mss. H. et Ch. coniectatione Gr et Alii.

y. Confitendum sit de tota coniectatione Prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere) Verbum *confitendum*, praecedentibus annecte. cetera sic legenda reor: *Sed dempta coniectatione prisci quidem nostri perpetuo talia credidere.* nam vetus exemplar *credidere* legit, non *prodidere*: Et in eodem *sed* legitur, non *sit. Pint.*

Confitendum sit de tota contestatione) Pintianus: *Quod si semel recipiatur, ea ratione et deos*, etc. *confitendum. Sed dempta contestatione prisci quidem nostri perpetuo talia credidere.* Voss. et Chiflet. *coniectione.* Idque censeo admittendum; in ceteris mutandum nihil. Perinde est ac si dixisset, de tota lite, de tota quaestione. Verbum iuris est *conuicere causam.* Duodecim apud Gellium 17. II. *Ante meridiem causam coniiciunto.* Vbi frustra sollicitant. Afranius: *Causam coniicere hodie ad te volo. Ambon adestis? profuturos arbitror.* Gellius ipse 5. XI. *Litem cum Euathlo contestatur, et quum ad iudices coniiciendae consistendaeque causae gratia venissent.* Quemadmodum autem multae aliae locutiones, quae proprie partem et actum vnum e multis forensium solennium significant, pro tota actione saepe ponuntur; vt *postulare, iurare calumniam, subscribere*, pro accusare: sic et *coniicere causam*, proprie pars et initium agendi, interdum nihil aliud fuit quam *agere*, vt Nonius interpretatur, quod excusabile mihi satis videtur: etsi P. Faber haudquaquam sese id probare scribat. Hinc etiam solum *coniicere* est contendere, certare. Idem Afranius: *Noli maxime praesente cum patre coniicere. non, si me viuum vis, mei meum.* Inde quidam paullo vlterius progressi *coniectionem* pro causa siue controuersia dixere, Pliniusque hic eos imitatus. Gron.

z. *Coniectione)* De tota quaestione, lite, controuersia. Vide N. et Em. N. IV. (hic coll.) *De)* Sic MSS. omnes, R. Colb. Ch. aliique: non vt editi, *coniectatione.* Coniectio hoc loco controuersia est: quum in iure dicatur *causam coniicere*,

didere, difficillimumque *a.* ex his etiam fulmina elici, vt *b.* suo loco docuimus.

IV. L. *c.* Piso primo Annalium auctor est, Tullum Hostilium regem ex Numae libris eodem, quo illum, sacrificio Iouem caelo deuocare conatum, quoniam parum rite quaedam fecisset, fulmine ictum: multi *d.* vero magnarum rerum fata et ostenta verbis permutari. Quum *e.* in Tarpeio fodientes delubro fundamenta, caput humanum inuenissent, missis *f.* ob id a se [1] legatis, Etruriae celeberrimus vates

1. *delegatis. Ch. missis ob id a Senatu legatis Gr. et Al.*

cere, pro *agere.* Frustra Pintianus igitur, *dempta coniectatione*, vel *contestatione* legendum monet. Controuersiam Plinius intelligit eam quam multo pertractauit vberius. II. 5. num curam agant superi rerum humanarum. H.

a. Difficillimumque) Et quod est ex omnibus his difficillimum, posse etiam fulmina elici prodidere. H.

b. Vt) L. II. 54. H.

c. L. Piso) Refert hoc etiam Liuius XII. *Ipsum regem* (Tullum) *tradunt volentem commentarios Numae, quum ibi quaedam occulta solemnia sacrificia Ioui Elicio facta inuenisset, operatum his sacris se abdidisse: sed non rite initum, aut curatum id sacrum esse ... et fulmine ipsum cum domo conflagrasse.* Val. item Max. IX. 12. pag. 452 Perstrinxit eam historiam iam supra Plinius II. 54. H.

d. Multi) Subintellige, *auctores sunt*, ex antecedentibus. H.

e. Quum) Rem narrat festiue Dion. Halic. A. R. IV. p. 258. tacito modo vatis Oleni nomine proprio. Camillus apud Liuium V. sub finem: *Hic capitolium est, vbi quondam capite humano inuento, responsum est, eo loco caput rerum; summamque imperii fore.* Varro de L. L. IV. 3. *Capitolium dictum, quod hic quum fundamenta foderentur aedis Iouis, caput humanum inuentum dicitur. Hic mons ante Tarpeius dictus, a Virgine Vestali Tarpeia, quae ibi a Sabinis necata armis, et sepulta*, etc. H.

f. Missis ob id a Senatu legatis) Hermolai est, quum Jo. Andreas edidisset: *missis ob id a se legatis.* Certe a rege potius quam a senatu missi sunt, teste Dionysio lib. IV. Voss. *missis ob id a delegatis.* Men. *ob id a se elegatis.*

vates Olenus Calenus praeclarum id fortunatumque cernens interrogatione in ſuam gentem transferre tentauit, ſcipione prius determinata templi imagine in ſolo ante ſe: HOC ERGO DICITIS, ROMANI? HIC TEMPLUM IOUIS OPTIMI MAXIMI FUTURUM EST; HIC CAPUT INUENIMUS: conſtantiſſima Annalium affirmatione, transiturum fuiſſe fatum in Etruriam, ni praemoniti a filio vatis legati Romani reſpondiſſent: NON PLANE HIC, SED ROMAE INUENTUM CAPUT DICIMUS. Iterum *g.* id accidiſſe tradunt, quum in faſtigium eiuſdem delubri praeparatae *h.* quadrigae fictiles in fornace creuiſſent: et iterum ſimili modo retentum augurium. Haec ſatis ſint, exemplis vt

elegatis. Forte: *miſſis ob id ad ſe legatis.* Sequitur enim ſtatim, *Hetruriae celeberrimus vates.* Eum reſpicit pronomen. Gron.

Miſſis) Ab iis qui fodientes caput humanum inueniſſent: vel *ad ſe* fortaſſis, hoc eſt, ad vatem Etruriae Olenum. In libris poſt Hermolaum editis, ipſo auctore *a Senatu* legitur. In Parm. et R. Colb. aliiſque, *a ſe.* H.

g. Iterum) Currum figlinum Tuſcis opificibus Iouis Capitolini faſtigio imponendum Tarquinius locarat, qui in fornace in tantam molem excreuit, ὥςε μόλις ἐξαιρεθῆναι τὴν ὀροφὴν ἀποσκευασαμένην τοῦ καμίνου, καὶ τῶν τοίχων περιαιρεθέντων, ita vt fornacis ablato culmine, parietibuſque deiectis, aegre educeretur. Id quia viſum eſt vatibus caeleſte felicitatis prodigium iis, penes quos ea quadriga foret, ſtatuere Veientes repetentibus Romanis non tradere, inquit Plutarch. in Poplic. p. 103. mox tamen alio augurio territi, quod retulimus VIII. 65. dedidere. Sic panis, quem Macedonum regina Perdiccae famulo coquebat, quum in furno creſceret, duplo maior quam erat, regnum ei portendit, vt eſt auctor Herodot. Vrania VIII. n. 137. p. 508. Διπλήσιος ἐγένετο αὐτὸς ἑωϋτοῦ. H.

h. Praeparatae quadriga, etc.) Hanc hiſtoriam vide fuſe narratam a Plutarcho in Poplicola. Victor. c. 18. lib. XVII. Feſtus in voce Ratumena. Dal.

vt appareat, oſtentorum vires et in noſtra poteſtate eſſe: ac prout quaeque accepta ſint, ita valere. In augurum certe diſciplina conſtat, neque diras, neque vlla auſpicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes, [1] obſeruare *i.* ſe ea negauerint: [2] quo munere diuinae indulgentiae maius nullum eſt. Quid? non et legum ipſarum in *k.* Duodecim tabulis verba ſunt? QUI *l.* FRUGES [3] EXCAN-

1. *obſeruaſſe ea Ch.* 2. *quod munere diu. ind. maius donum nullum eſt. Quinetiam et leg. M.* 3. *excantaſſit. et mox, incantaſſit. Raeuardus. vbi occentaſſit. Auguſt. de ciuit. Dei. Turneb.*

i. Obſeruare) Vel, vt in aliis codicibus legitur, *obſeruaſſe ſe.* Vidit hunc veterum morem Seruius, ad hos Maronis verſus, ſtatim initio Aeneidos XI. *Aeneas (quanquam et ſociis dare tempus humandis Praecipitant curae, turbataque funere mens eſt:) Vota Deûm primo victor ſoluebat Eoo. Conſuetudo,* inquit, *Romana fuit, vt polluti funere minime ſacrificarent. Si tamen contingeret, vt vno eodemque tempore funeſtaretur quis, et cogeretur operam dare ſacrificiis, elaborabat vt ante ſacra compleret, quam funus agnoſceret. Vnde etiam Horatius Puluillus, in Capitolii dedicatione, quum ab inimicis ei filius nunciaretur extinctus, vt quidam putant, falſo: vt alii, pro vero: ait, Cadauer ſit: nec voluit funus agnoſcere, donec templa dedicaret. Secundum quem ritum etiam Aeneas inducitur ante operam dare ſacrificiis, et ſic ad ſociorum et Pallantis ſepulcrum reuertii H.*

k. In Duodecim tabulis verba ſunt) Verſus ii ſunt. *Ne pellicitundo alienas ſegetes excantanto: Ne incantanto, ne agrum defraudanto: Ne frugem aratro quaeſitam noctu furtim depaſcunto. Puberes ſi ſecanto, Cereri eos ſuſpendunto. Impuberes arbitratu Praetoris verberanto. Ac noxam duplionem* (noxae deinde talionem) *decernunto.* Gaudentius Merula cap. 4. I. Vide ſupra c. 3. l. XVIII. Raeuardus c. 23. in leges 12. tab. Seneca cap. 7. VI. natur. quaeſt. Apuleius apologia I. Maleficos hos indemnatos vnicuique licebat interimere. Scalig. in Feſt. vltima voce earum, quae a P. incipiunt. Dal.

l. Qui fruges excantaſſet) Aptior, vt ſentio, lectio erit, *excantaſſit:* verbum antiquum

CANTASSET. Et alibi, QUI MALUM CARMEN INCANTASSET. Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in *m.* oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset: promittique illi eumdem, [1] aut ampliorem *n.* apud Romanos

1. *Sic ex Mss. em. H. aut ampliorem locum apud Romanos, cultumue Gr. et Al.*

quum ab *excanto*, *excantasso*: vt a *leuo*, *leuasso*, apud Cicer. Catone Maiore, *curamue leuasso*. Pint.

Qui) Tabula VIII. c. 2. Excantare hoc loco est magicis carminibus obligare, seu impedire quominus quid crescat, adolescat, vel in maturitatem perducatur, imbribus forte intempestiuis attractis, vel bonis necessariisque repulsis. Quod Seneca Natt. Quu. IV. 7. de ea re agens, sic docet: *Apud nos*, inquit, *in XII. tabulis cauetur. Ne quis alienos fructus excantassit: Rudis adhuc antiquitas credebat, et attrahi imbres cantibus, et repelli: quorum nihil posse fieri tam palam est, vt huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit.* De incantamentis eiuscemodi multa erudite congerit Gothofredus, in Cod. Theod. L. tit. 16. de maleficiis, etc. pag. 117. H.

m. In oppugnationibus, etc.) Ad eum ritum Macrob. et Seruius pertinere volunt hos versus Virgilii. *Excessere omnes adytis, arisque relictis, Di quibus imperium hoc steterat.* Muretus tamen Var. c. 19. V. eius loci abstrusiorem sensum monstrat, ex Aeschylo et eius scholiaste petitum. Dalec.

In) Macrob. Saturn. III. 9. *Constat omnes vrbes in alicuius Dei esse tutela, moremque Romanum arcanum, et multis ignotum fuisse, vt quum obsiderent Vrbem hostium, eamque iam capi posse confiderent*, CERTO CARMINE *euocarent Deos tutelares: quod haud aliter vrbem capi posse non crederent: aut etiam si posset, nefas existimarent Deos habere captiuos. Nam propterea ipsi Romani, et Deum in cuius tutela vrbs Roma est, et ipsius vrbis Latinum nomen ignotum esse voluerunt.* H.

n. Ampliorem locum apud Romanos cultumue) Nec τὸ locum, nec τὸ ve locum habenti in Vossiano, sed tantum: *promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum*

manos cultum. [1] Et durat in Pontificum disciplina id sacrum: constatque o. ideo occultatum, in cuius

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. cultumue Durat in Gr. et Al.*

cultum. Et durat in pontificum disciplina id sacrum. Gron.

o. Constatque) Sic Macrobius loco allato. Sed et ignotos aliarum similiter vrbium deos, ex carmine in obsidionibus praecini solito a Pontifice, intelligi sane potest: cuius haec formula est, ex Sammonico, et Furio, quos Macrobius appellat auctores, Sat. III. 9. pag. 405. *Si Deus, si Dea est, cui populus ciuitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime ille qui vrbis huius populique tutelam recepisti, precor, veneror que, veniamque a vobis precor, vt vos populum, ciuitatemque Carthaginiensium deseratis: loca, templa, sacra, vrbemque eorum relinquatis, absque his habeatis: eique populo, ciuitatique metum, formidinem, obliuionemque iniiciatis, proditique Romam ad meosque veniatis: nostraque vobis loca, templa, sacra, vrbs acceptior probatiorque sit: mihi quoque populoque Rom. militibusque meis praepositi sitis, vt sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voueo vobis templa ludosque facturum.* Plutarch. in Quu. R. p. 278. *Cur tutelarem Romae Deum, masne sit an femina, dicere nefas est: quum Valerium Soranum male periisse narrent, qui illud edidisset.* Huc spectat vetus apud Gruterum inscriptio p. 7. si tamen vetus: SIVE DEO. SIVE. DEAE. C. TER. DEXTER. *Ignoto Deo*, quo sensu sacrificasse Athenienses dicti sint ab Apostolo Paulo, exposuimus in Commentariis, quos in Acta adiuuante Deo conscripsimus. Vide N. et Em. N. V. (hic consp.) *carmen)* Sic Mss. omnes R. Colb. Ch. non, vt editi, *auxiliari.* Sic etiam Ouid. Met. VII. v. 137. *Neue parum valeant a se data gramina, carmen Auxiliare canit, secretasque aduocat artes.* Sic etiam nomen auxiliare a Q. Sereno Samonico traditur, medico, vt credunt, Basilidiano, in remedium hemitritaei, scriptum Graecis characteribus: est enim C pro Σ vsitatum, etiam in nummis antiquis, a temporibus Domitiani praesertim. Sic ergo Serenus: *Inscribes chartae quod dicitur* ABRACADABRA: *Saepius et subter repetis: sed detrahe summam, Et magis atque magis desint elementa figuris Singula, quae semper rapies, et singula figes, Donec*

cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Desigi p. quidem diris [1] deprecationi-

[1] precationibus. Ch.

nec in angustum redigatur littera conum. Figura nimirum huiusmodi delineanda a Samonico praecipitur:

ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ
ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡ
ΑΒΡΑCΑΔΑΒ
ΑΒΡΑCΑΔΑ
ΑΒΡΑCΑΔ
ΑΒΡΑCΑ
ΑΒΡΑC
ΑΒΡΑ
ΑΒΡ
ΑΒ
Α

Hoc artificio conditum illud vocabulum est, vt primum quidem ex litteris singularibus existat haec sententia gemina: *Deus vnus, in personis trinus, homines saluat per crucem. Pater, Filius, Spiritus Sanctus Dominus Deus vnus est.*

A	Ab	Pater
B	Ben	Filius
P	Rouach hakodesch	Spiritus Sanctus
A	Ἀνθρώπους	homines
C	σώζει	saluat
A	ἁγίῳ	per sacram
Δ	δένδρῳ	arborem
A	Ab	Pater
B	Ben	Filius
P	Rouach hakodesch	Spiritus Sanctus.
A	Adonai	Dominus Deus vnus est.

Est enim ἅγιον δένδρον sacra arbor, per metaphrasin pro cruce positum. Priore loco haec nomina: *Pater, Filius, Spiritus Sanctus,* posita sunt pro eo quod est, *Deus vnus in personis trinus:* posteriore loco eadem sunt pro distinctis ipsis singulatim personis posita. Deinde ab ea littera A quae coni acumen efficit, ascendendo sursum

tionibus nemo non metuit. Huc *q.* pertinet ouorum, vt exſorbuerit quiſque, calyces, cochlearumque

ſurſum latere ſiniſtro, eadem rurſum occurrit ſententia, atque in baſi, ſeu primo verſu integro. Similis artificii eſt nomen famoſum ΑΒΡΑCΑΞ: quod videtur habere hanc ſententiam, ſingulis litteris ſingulas voces, partim Hebraeas, partim Graecas exhibentibus, ſuperiori ſimilem: *Deus vnus ac trinus homines ſaluat per crucem.* Numerus autem, qui ex ipſis litteris ſeptem Graecis exſiſtit, omnino numerus eſt anni dierum, CCCLXV.

A	Ab	אב	Pater	Deus
B	Ben	בן	Filius	vnus
P	Rouach	רוח	Spiritus	in tribus
	hakodeſch	חקדש	ſanct.	perſonis.
A	ἀνθρώπους		homines	
C	σώζει		ſaluat	
A	ἁγίῳ		ſacro	per crucem.
Ξ	ξύλῳ		ligno	

Nam crux περιφραστικῶς ἅγιον ξύλον ſacrum lignum, vt ſupra ἅγιον δένδρον *ſacra arbor eſt.* Apparet autem quamobrem nihil fere interſit, vtrum ΑΒΡΑΣΑΞ ſcribatur, vt plerumque vox ea occurrit: an ΑΒΡΑΞΑΣ, vt etiam occurrit interdum. In gemmis antiquis inſculptum perſaepe reperitur, ſed ſculptura recentiore multo, ac longo rudioris operae, quam ſit in eodem lapide inſculpta effigies, ſi qua ſit. In auerſa deinde parte gemmarum ſculptum illud plerumque nomen eſt, rarius in antica ſuperficie; ne videlicet rudior illus nominis ſcalptura elegantiae imaginis, quae eſt mullo vetuſtior, et operae ſiue artis exquiſitioris, minime reſponderet. Et ab otioſis quidem hominibus nunc piae, nunc ridiculae imagini in lapide ſculptae, nomen illud adiunctum occurrit. Amuleti vice fuiſſe inſculptae eo nomine gemmae creduntur ab hominibus haud ſatis ſuſpicioſis: quoniam in vna legitur, quae eſt in Muſeo Canonicorum regularium S. Genouefae Pariſienſis: ΑΒΡΑCΑΞ. ΑΔΩΝΑΙ. ΔΑΙΜΟΝΩΝ. ΔΕΞΙΑΙ. ΔΥΝΑΜΕΙΣ. ΦΥΛΑΞΑΤΕ. ΟΥΑΒΙΑΝ (pro ΟΥΑΠΙΑΝ) ΠΑΥΛΙΝΑΝ. ΑΠΟ. ΠΑΝΤΟC. ΚΑΚΟΥ. ΔΑΙΜΟΝΟC. *Domine Deus: ſpiri-tuum*

que, protinus frangi *r.*, aut eosdem cochlearibus perforari. Hinc *s.* Theocriti apud Graecos, Catulli

I 2 apud

tuum dextrae Virtutes, seruate Vlpiam Paulinam ab omni maligno daemone. H.

p. Defigi) Simili, si memini, forma loquendi vsus Seneca, in libris de Beneficiis: *Exsecraris enim illum, et caput sanctum dira imprecatione defigis.* Sane defigendi verbum sortilegorum est. Paulus, 5. Sentent. tit. 23. ex Mss. *Qui sacra impia, nocturnaue, vt quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint*, etc. In libris editis, *interfigerent.* Apuleius, L. de virt. herb. c. de leontopodio: *si quis deuotus defixusque fuerit in suis nuptiis, sic eum resolues.* Vetus interpres Horatii: *Ita te defigam nouis et insolitis maleficiis, vt mentem nunquam recipias.* Glossae Philoxeni: *Defixiones*, νεκυομαντίαι· καταδεσμός. Has porro exsecrationes vim eam habere Romani arbitrabantur, nemo vt sic deuotus posset euadere. Seneca idem ep. 94. p. 418. *Nocent qui exsecrantur: nam et horum imprecatio falsos nobis metus inserit*, etc. Horat. Epod. 5. v. 89. *Diris agam vos: dira detestatio Nulla expiatur victima.* Exsecrationum formulas vide apud Brissonium I. 1. p. 110. H.

q. Huc pertinent ouorum) Veteres cum nomina, simulachra, testae ouorum acu perforarentur, hoc veneficio et maleficio aliquos laedi putabant. Ouidius: *Sagaque Phenicea defixit nomina cera, et medium tenues in iecur vrget acus.* Itaque ne hoc eueniret, ouorum, cochlearumque putamina frangebant et pertundebant, vt maleficium occuparent et auerterent. Turneb.

Huc) Quum nomina, vel simulacra, vel ouorum testae acu pungebantur, hoc veneficio laedi homines existimabant. Id maleficium vt occuparent, auerterentque, ipsi ouorum, cochlearumque putamina frangebant: qui mos hodieque alicubi durat, vt ipsi vidimus. H.

r. Aut eosdem cochlearibus perforari) Duo illa verba, *eosdem cochlearibus*, falso inserta mihi videntur. Pint.

Cochlearibus) Horum iam olim vsus in sorbendis ouis et cochleis. Martialis, in Xeniis, XIV. ep. 121. cuius lemma, *Cochlearia*, subintellige, ligula: *Sum cochleis habilis: sed non minus vtilis ouis*, etc. H.

s. Hinc) Ex vno Virgilio disce reliquos: Huius ecloga

apud nos, proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo: non pauci etiam [1] serpentes *t.* ipsas recanere *v.*: et hunc vnum illis esse intellectum, contrahique *x.* Marsorum *y.* cantu, etiam in

1. *Sic ex Mss. H. incantari Gr. et Al.*

ga octava, a v. 64. est incantamentorum amatoria cantilena. *Effer aquam, et molli cinge haec altaria vitta, Verbenasque adole pingues, et mascula thura: Coniugis vt magicis sanos auertere sacris Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt. Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. Carmina vel caelo possunt deducere lunam: Carminibus Circe socios mutauit Vlyssei: Frigidus in patris cantando rumpitur anguis*, etc. Catulli nihil est simile, inter opera quae nunc circumferuntur H.

t. Serpentes) Ita R. 1. et 2. aliique optimae notae codices, non, vt editi, *incantari*. Vt cantu angues, rumpi veteres existimarunt: sic angues ipsos censebant, si praesentirent, recanere, et incantationem referre ac diluere. Nec recanere modo, sed et praecanere, quum veneficium subodorati angues, ante occuparant. Tibull. I. ecl. 8. *Cantus et iratae detinet anguis iter.* In sacris ipsis codicibus, Ps. 57. mentio est, *aspidis surdae, et obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantium, et venefici, incantantis sapienter*: hoc est, incantatoris in ea arte experti, ac periti. H.

v. Incantari) Turnebus legit, *recanere*, id est, retorquere et dissoluere incantationem. Cantu vt rumpi angues prisci putabant, sic angues ipsos credebant, si praesentirent, recanere, siue incantationem diluere ac exsoluere. Lucilius lib. XX. Satyr. *Jam disrumpetur medius: iam vt Marsus colubras Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.* Eo loco *colubram* dicit poeta feminino genere. Dalec.

x. Contrahique) Congregari. H.

y. Marsorum) De horum veneficiis Lucilius, XX. Satyr. *Iam disrumpetur medius: iam vt Marsu colubros Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.* Et Pomponius in Pistoribus: *Morum ni haec Marsa: in colubros callet canticulam.* H.

in nocturna quiete. Etiam parietes incendiorum *z.* deprecationibus conſcribuntur *a.* Neque eſt facile dictu, externa verba atque ineffabilia [1] abrogent fidem validius, an *b.* Latina inopinata, et *c.* quae ridicula videri cogit animus, ſemper aliquid immenſum expectans, ac dignum Deo mouendo, imo vero quod numini imperet. Dixit *d.* Homerus, profluuium ſanguinis vulnerato femine [2] Vlyſſem *e.* inhibuiſſe carmine: Theophraſtus *f.*, iſchiadicos

I 3

1. *Sic et Ch. derogent Gr. et Al.* 2. *Sic et V. Vlyxem Gr. et Al.*

z. *Incendiorum*) Ad deprecanda *depellendaque* incendia. H.

a. *Conſcribuntur*) Lego *circumſcribuntur*, hoc eſt definiuntur, terminantur, ne flamma longius euagetur. Deprecatio illa ex Afranio nota fuit, ſi in pariete ſcriberetur *Arſe Vorſe.* Vide Feſtum in dictione Arſe. D.

b. *An*) Cuiuſmodi plurima habet Marc. Emp. L. de medic. et ante eum Cato, de R. R. paſſim. H.

c. *Et quae ridicula videri cogit animus*) Voſſianus: *et quae inridicula.* Non temere eſt. Plautus Caſina 5, 2. *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita nunc inridiculo ſumus ambo.* Penulo 5, 4. *Neque ab iuuentute ibi irridiculo habitae.* Quemadmodum *irridere* eſt ridere, ita *irridiculus* eſt ridiculus. Gron.

d. *Dixit*) Vlyſſis humerum carmine ſanaſſe filios Autolyci, et inhibuiſſe ſanguinem ſcribit Homerus Odyſſ. τ'. v. 457. Ἐπαοιδῇ δ' αἷμα μέλαινον Ἔσχεθον. Plinius ἔσχεθεν legit, vt ab ipſo Vlyſſe carmen pronunciatum indicaret. H.

e. *Vlyxem inhibuiſſe carmine*) Homerus Odyſſ. T. de Autolici filiis id ſcribit, non de Vlyſſe, cui tum aper dextrum humerum ſauciauerat: — ἐπαοιδῇ δ' αἷμα μέλαινον Ἔσχεθεν, inquit. Dalec.

f. *Theophraſtus*) Libro de enthuſiaſmo. Dal.

Theophraſtus) Opere de ἐνθουσιασμῷ, vt quidem docent Athen. XIV. p. 624. et Apollon. in hiſt. mir. c. 49. Vide etiam Gellium IV. 13. p. 320. Martianum Capellam IX. p. 313. vbi multa de Muſicae vi ac laude. Cael. Aurel. I. 5. vbi de Phrygio, Dorio, ceteriſque numeris ac modis, ad ſanandum morbum inſaniae vtilibus. H.

dicos *g.* ſanari. Cato *h.* prodidit luxatis membris carmen *i.* [1] auxiliare, M. Varro podagris. Caeſarem *k.* Dictatorem poſt vnum ancipitem vehiculi caſum, ferunt ſemper, vt primum conſediſſet, id quod pleroſque nunc facere ſcimus, carmine ter repetito ſecuritatem [2] itinerum aucupari ſolitum.

V. [3] Libet *l.* [4] hanc partem ſingulorum quoque [5] conſcientia coarguere. Cur *m.* enim primum

1. *auxiliari. Gr.* 2. *iterum. Ch. Sed proculdubio perperam. Coniicies facile ex his quae notat Caſaubon. ſuper Sueton. pag. 28. num.* 31. 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. licet Gr. et Al.* 4. *Licet Ch. Hac in parte. V. hanc in partem Gr. et Al. Ch.*

g. Iſchiadicos ſanari) Ἀνόσως διατελεῖν, εἰ καταυλήσοι τὶς ἐπὶ τοῦ πόνου, τῇ Φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ, ſine morbo permanere, ſi quis cum dolore vexatur, concentu Phrygio tibiam inflet. Athen. lib. XIIII. Dal.

h. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari) Voſſ vt et Chiflet. *auxiliare.* Optime. Ouidius lib. VII. Metam *Neue parum valeant a ſe data gramina, carmen. Auxiliare canit.* Gr.

Cato) Locum retulimus XVII ſect. vlt. H.

i. Carmen) Vide N. et Em. N. V. H. Vide ſupra. pag. 125 ſq.

k. Caeſarem) De eo caſu Suet. in Iulio, 37. *Gallici triumphi die Velabrum praetervehens, paene curru excuſſus eſt, axe diffracto,* etc. Vide et Dionem. XLIII p. 224 H.

l. Licet hanc in partem ſingulorum quoque conſcientiam coarguere) Voſſ. quoque, vt Chiflet. *Libet hanc partem,* neglecta et praepoſitione: ſed Voſſianus inſuper *conſcientia.* Egregie, *Libet,* inquit, *hanc partem ſingulorum quoque conſcientia coarguere.* Et quae ſequuntur, ſunt, quae ſinguli ſe facere ſibi erant conſcii. Gron.

Libet) Placet hanc *doctrinae* partem iis rebus confirmare, quae ſinguli ſe facere ſibi ſunt conſcii. H.

m. Cur) Calendas Ianuarias deſignat, iam tum mutuis ſalutationum officiis celebres, qui mos hodieque conſtantiſſime perſeuerat. Vide N. et Em. N. VI (hic coll.) *Cur*) Ad calendas Martias perperam haec Dacampius tranſtulit, quum ad Ianuarias ſpectent, teſte Ouidio, Faſt. I. ad Ianum, v. 157. *Ad cur laeta tuis dicuntur verba Calendis, Et damus alternas accipimuſque preces?*

mum *n.* anni incipientis diem laetis precationibus inuicem faustum ominamur? Cur *o.* publicis lustris

I 4 etiam

preces? Tum Deus incumbens baculo, quem dextra gerebat: Omina principiis, inquit, inesse solent. Et de Ponto IV. el. 4. v. 23. *Ergo vbi, Iane biceps, longum reseraueris annum, Pulsus et a sacro mense. December erit: etc. Curia te excipiet, patresque ex more vocati Intendent aures ad tua verba suas. Hos vbi facundos tua vox hilauerit ore, Vtque solet, tulerit prospera verba dies,* etc. Prudentio quoque I. contra Symmach. v. 237. *Iuno etiam celebri de mense litatur Auspiciis epulisque sacris,* etc. Certe iam tum a primordiis fere vrbis Romae Numa rege instituente, Ianuarius anni mensis primus est habitus, vt refert Macrob. Sat. I. 13. p. 250. Columella XI. 2. et ipse Ouid. Fast. I. 149. *Bruma noui prima est, veterisque nouissima Solis: Principium capiunt Phoebus et annus idem.* Romuli quidem aetate principium anni ductum est a Martio: sed id antiquatum a Numa, Naso testatur, Fast. III. v. 251. De strenis Calendarum Ianuarii frequens apud Suetonium mentio, in Augusto et in Tiberio. Vide Lexic. Iurid. verbo *Kal. Ian.* H.

n. Primum anni incipientis, etc.) Priscis seculis anni primus dies fuerunt Calend. Martiae: itaque tum nouum ignem Vestales accendebant, laureae virides in consulum fascibus, aedibus Regis sacrorum, Flaminum, Vestalium, curia, pro veteribus mutabantur, magistris merces soluebatur, vectigalia locabantur, matronae feriis Matronalibus seruis coenas apponebant, viri mulieribus dona mittebant, vt Saturnalibus mulieres viris, comitia celebrabantur. Alex. ab Alex. cap. 24. III. Dal.

o. Cur) Inter ea quae boni ominis gratia superstitiose magis quam religiose seruabantur, haud postremum id fuit, quod *quum Censor populum lustraret,* inquit Cicero de Diuin. I. n. 102 *bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur.* Quod idem in delectu Consules obseruabant, vt primus miles fieret bono nomine. In publicorum quoque vectigalium locatione, Lucrinus, propter lucri sonum nomini inhaerentem, primus locabatur: quod Festus tradit, aliisque exemplis omnium religiosam obseruationem confirmat. *Lacus,* inquit, *Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur fruendus, ominis boni gratia: vt in delectu censuue primi

etiam nomina *p.* victimas ducentium prospera legimus? Cur [1] et fascinationibus adoratione peculiari occurrimus [2] alii, Graecam *q.* Nemesin inuocantes;

1. *effascinationibus.* Ch. 2. *alias.* V.

mi nominantur Valerius, Saluius, Statorius. Vide plura apud Brisson. I. de Form. p. 14. et 92. Augusto vtique apud Actium descendenti in aciem omen victoriae fuisse fertur agasonis occursus, cui nomen Eutychus, cum asino, cui Nicon erat, vt est a Tranquillo notatum in Augusto, c. 116. *Prospera nomina, bona nomina,* nomina sunt bene ominata. H.

p. Nomina victimas, etc.) In sacris veteres quaedam bona nomina dicis caussa proferebant: in nuptiis Caiam, Caeciliam, et Thalassionem: in capienda Vestali, Amatam: Nonis Caprotinis, Caium, Marcum, Lucium: in censu vel delectu faciendo, Valesium, Saluium, Statorium: in Saliari carmine, vt ait Varro, lib. V. de ling. Lat. Luciam, Volumniam, et Mamurium Veturium; ac, vt ait Cicero, in lustranda colonia ab eo, qui deduceret, et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias deducerent eligebantur. Quod idem in delectu consules obseruant, vt primus miles fiat, bono nomine. Plutarchus in quaest. Romanis, q. 30. et 31. Dal.

q. Nemesin inuocantes) Quae fuerit Nemesis vide apud Rhod. fuse disputatum cap. 19. XI. Pausanias scribit pictam illam coronam gestare, in qua spectantur corui et fortunae imagunculae: dextra fraxineum gestare ramum sinistra phialam, Aethiopib. insculptis. Aristoteles Nemesin esse vult indignationem conceptam ex improborum prosperis rebus, sicut misericordiam, dolorem ex aduersis bonorum, Apuleio 10. Asini, Ceres est. Dal.

Graecam) Arrogantiae, insolentiaeque vindicem Deam. Vide Constantinum in Lexico, verbo Νέμεσις. Alii esse Fortunam aiunt. Fauent antiqui lapides apud Gruter. p. 80. DEAE. NEMESI. SIVE FORTUNAE. VIRGINI VICTRICI. SANCTAE DEAE NEMESI. Et p. 73. FORTUNAE RHAMNUSIAE. Est enim Rhamnusia Nemesis, vt dicemus XXXVI. 4. Inuidiam esse alii arbitrantur. Ausonius: *Ecce vbi se cumulat mea purpura, (mitibus*

cantes: cuius *r.* ob id Romae simulacrum in Capitolio *s.* est, quamuis Latinum nomen non sit? Cur *t.* ad mentionem defunctorum, testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari? *v.* Cur impares numeros ad omnia vehementiores credimus: idque

tibus audi Auribus hoc, Nemesis:) postme dignatur oriri Augustus Consul. H.

r. Cuius) Ad fascinationes amoliendas. H.

s. Capitolio) Plinius XI. 103. de Nemesi: *Quae Dea Latinum nomen,* inquit, *ne in Capitolio quidem inuenit.* H.

t. Cur ad mentionem defunctorum) Ῥωμαῖοι, inquit Plutarch. in Cicerone, μὴ βελόμενοι δυσφημεῖν, ἐξίεναι λέγεσιν, τὸ τεθνᾶναι. Dixerunt et Graeci ταύτης τῆς εὐφημίας χάριν, ἀποιχεσθαι. quemadmodum et Latini *abire,* mortis mentione abstinentes, et de eo, qui obiisset, *vixit.* Hinc lethum ἀπὸ τῆς λήθης quod ii minime solicitandi, et a quiete auocandi, quamuis Priscianus a *leo, leui* ducat. Graecis etiam qui vita migrarunt, μακαρῖται dicuntur, bonae sceuae omine, et πλείονες potius quam νεκροὶ, vnde πολυάνδριον, sepulchretum, Latinis *letho dati.* Festus *Ollus Quiris letho datus est.* Cicero III. de legibus, *Manium iura sancta sunt. Hos letho datos diuos habento.* Scalig.

Cur ad) Etiam et apud nos vulgus pacem iam mortuos precatur, vbi eorum mentio incidit: *Dieu lui fasse paix.* Et hos μακαρίτας dicimus. Horatius: *Omnes composui: Felices.* Sollicitare manes et Seneca dixit in Octauia, Act. I. sc. 3. H.

v. Cur impares) Festus: *Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt.* Virgil. Ecl. 8. *Numero Deus impare gaudet.* Vbi Seruius: *Impar numerus immortalis, quia diuidi integer non potest: par numerus mortalis, quia diuidi potest. Licet Varro dicat Pythagoreos putare imparem numerum habere finem, parem esse infinitum: ideo medendi causa, multarumque rerum, impares numeros seruari.* Quare etiam in illis ἐπῳδαῖς, περιάπτοις, et amuletis, quibus suos libros Marc. Empiricus, Apuleius, Alexander Trallianus, et alii referserunt, frequens is numerus occurrit. Vide Gellium I. 10. *ne si de numero multum loquimur,* vt ait Augustin. de ciuit. Dei XI. 13. *mensuram et pondus negligere iudicemur.* H.

que x. in febribus dierum obſeruatione intelligitur? Cur y. ad primitias pomorum, haec vetera eſſe dicimus, alia noua optamus? [1] Cur z. ſternumentis

[1] ſaluta-

1. Sic et Ch. ſternutamentis ſalutamur Gr. et Al.

x. *Idque*) Celſ. III. 4. vbi de febrium curatione agit. *Eſt autem alia*, inquit, *de diebus ipſis dubitatio: quoniam antiqui potiſſimum impares ſequebantur, eoſque, tamquam tunc de aegris iudicaretur, κρισίμους nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, ſeptimus, quartus decimus, viceſimus primus: ita vt ſumma potentia ſeptimo, deinde quarto decimo, deinde vni et vigeſimo daretur. Itaque ſic aegros nutriebant, vt dierum imparium acceſſiones exſpectarent*, etc. Scripſit libros tres de diebus decretoriis Galen. T. VIII. quos conſule. H.

y. *Ad primitias pomorum*) Meditrinalibus ouum et vetus vinum libantes ac deguſtantes medicinae gratia dicebant, *Nouum vetus vinum bibo, nouo veteri morbo medeor.* Varr. idem fere Athenis fieri ſolitum ἐν τοῖς πιθοιγίοις, ſeu Vinalibus Plutarchus tradit lib. III. Sympoſ. q. 7. de Meditrinalibus idem Verrius Flaccus. Scal.

Cur) Simile quoddam carmen tritum antiquitus ſermone vulgi, in vini noui deguſtatione, recitat Briſſon. de form. I. p. 91. H.

z. *Cur ſternutamentis ſalutamur*) Captatis auguriis ſternutamenta cum ſuperueniunt, illa ſiue bona, ſiue mala ſint, confirmant et rata faciunt. Apud Homerum Penelope procis infortunium minante Telemachus ſternutat. Hippiae ſternutanti dens excuſſus magnam calamitatem portendit. Xenophontem concionantem ducem milites creant, quoniam eo loquente quidam ſternutaſſet. Matutina ſternutamenta triſtia et infelicia: meridiana praecipue a nare dextra, laeta et proſpera putauerunt. Alex. ab Alex. cap. 26. II. Vide quod notatum eſt infra cap. 6. Plutarchus lib. de Homero ſternutationem felicem et laetam eſſe tradit. Ea ſcilicet cauſſa eſt cur ſternutantes ſalutemus. Vide Jan. Duſam ſuper Arbitrum lib. II. cap. 4. Scal.

Cur ſternutamentis ſalutamur?) Men. Acad. et Gud. *ſalutamus.* Andeg. *cur ſternumentis ſalutamus.* Ex Chiflet afferunt: *alia ſternutamentis ſalutamus.* Praecipuus noſter

1 salutamus? quod etiam Tiberium Caesarem, tristissimum (vt constat) 2 hominum, in vehiculo exegisse tradunt. 3 Et *a.* aliqui nomine quoque consalutare, religiosius putant. Quin *b.* et absentes

1. salutamus. M. 2. *hominem. Ch.* 3. *alioqui. V.*

noster manu prima: *alia sternuentis salutamus.* Posterior manus inducto τῷ *alia* superposuit *cur*, tum literam *M.* voci sequenti, quasi interiiciendam inter *V.* et *E*, vt fieret *sternumentis.* Sed vera lectio est: *cur sternuentes salutamus?* Catullus? *Dextram sternuit approbationem.* Ouidius, *Sternuit et lumen.* Gron.

Cur stern.) Sic Mss. R. Colb. Ch. et Parm. ed. non, vt reliquae, *salutamur.* Quin et *sternuentes*, magis arrideret. Vide Aristotelem, s. 33. probl. 7. et 9. p. 829. vbi docet cur sacra res sit habita sternutatio. Cur sternutamenta salutentur Athen. II. Vide et Xenoph. Κυρουπαιδ. III. H.

a. Et) Sternuentes, inquit, appellato nomine proprio consalutant. Petronius in Sat. p. 353. *Giton collectioris spiritus plenus, ter continuo ita sternutauit, vt grabatum concuteret: ad quem motum Eumolpus conuersus, saluere Gitona iubet.* Graeci non nomine compellabant, sed verbis aliis, vt Ζεῦ, σῶσον, *Iupiter, seruato.* Ammian. in Anthol. II. Epigr. c. 13. Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν, Τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέρην. Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πταρῇ· οὐ γὰρ ἀκούει Τῆς ῥινὸς, πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει. *Mungendo Procli manus est nec idonea naso, Quid mirum? naso nam minor ipsa manus. Nec sibi sternutans, sit, ait, bene: quippe nec audit Nasum qui tantum distat ab auriculis. H.*

b. Quin) Aristaenetus, Epist. II. Οὐκ ἐβόμβει σοι τὰ ὦτα, ὅτε σου μετὰ δακρύων ἐμνήμην. *Non tibi tinniebant aures, cum tui lacrymans meminissem? Virgilius, aut quisquis est alius, in Catalectis: Garrula, quid totis resonans mihi noctibus auris, Nescio quem dicis nunc meminisse mei?* Et illud etiam adiiciebant, si auris sinistra tinniret, inimicum nostri tum meminisse; amicum, si dextera. H.

tes tinnitu *c.* aurium praesentire sermones de se, receptum est. Attalus affirmat, scorpione viso, si quis dicat DVO, cohiberi, nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in *d.* Africa nemo destinat aliquid, nisi praefatus Africam. In ceteris vero gentibus, Deos ante [1] obtestatur, vt velint. Nam si mensa adsit, [2] anulum *e.* ponere tralatitium [3] videmus. Quin *f.* etiam multas religiones pollere manifestum est. Alius saliua post aurem digito relata, sollicitudinem *g.* animi propitiat. Pollices *h.*, quum faueamus, premere etiam prouer-

1. *obtestantur. Alii. obtestatus. Ch.* 2. *anulum ponere translat. videmus: quin etiam multas etc. Ch. et Turn. nullum ponere translatitium. Gr. et Al.* 3. *videmus, quoniam multas etiam. M. videmus. Quin etiam multas. V. videmus etiam quoniam multas. Gr. et Al.*

c. Tinnitu aurium) In catalectis vetus poëta, vide supra. et adnotata inf. in c. 6. proximum. Scal.

d. In) Nemo in Africa aliquid agere destinat, quin prius hanc vocem efferat, Africa: *vel paroemiam, semper Africa aliquid apportat noui. H.*

e. Anulum) Sic MSS. R. 2. et Ch. Prius ridicule, *nullum ponere. H.*

f. Quin) Sic laudati codices. Editi, *etiam quoniam*, vt et R. 1. Forte pro, *Et iam, quoniam . . . manifestum est, alius saliua etc. H.*

g. Sollicitudinem) Eius rei quae sollicitum habet animum, prosperum procurat euentum. H.

h. Pollices, cum faueamus.) Vide Ang. Polit. c. 42. Misc. Eo pertinet Glycerae dictum apud Menandrum, τὰς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα, ἢ ἄν κροταλίζῃ τὸ θέατρον. Turn. cap. 6. lib. II. Aduers. Dalec.

Pollices) Antiquitus in pollice, inquit Erasmus Ch. I. cent. 8. ad 46. fauoris erat, studiique significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faueret, pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt: vt iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto fauet: conuertere, qui male vult. Iuuenalis: *Conuerso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter.*

Cer-

uerbio iubemur. In *i.* adorando dexteram ad osculum referimus, totumque *k.* corpus circumagi-

Certe presso ad medium digitum pollice, et in indicem relapso, sonitum dare consueuimus, et vel sic fauorem significare. H.

i. In adorando dextram) Apuleius lib. IV. Asini de formosa virgine, quam vt Deam mirabantur, *Multi,* inquit, *denique ciuium admouentes oribus suis dextram, priore digito in erectum pollicem residente, vt ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Idem in Apologia prima: *Si fanum aliquod praetereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admouere.* Adi Per. Pith. aduers. I. c. 7. Barn. Briss. form I. Dalec.

In) Siue, vt loquuntur alii, manum ori: siue, vt Apul. Metam. IV. dextram oribus admouemus. Sicut apud Orientis populos veneratio ostendebatur variis flectendi corporis formis: ita apud Graecos manum ad os admouendo, quod proprie est προσκυνεῖν, a κύω et κυνέω, quod est osculari. Nec aliud significat Latinum *adorare,* non ab *orare* id est, *precari,* factum, vt imperiti homines existimant: sed ab eo quod manus admoueatur ori. Lucianus φιλῆσαι δεξιὰν dixit: Galli quoque, *Baiser les mains.* De eo ritu vide Brisson, de form. I. p. 37 sq. Et ea his adiice, si lubet, quae Muretus habet Varr. lectt. X. 1. *Quam vetus sit consuetudo, in honore alicui habendo, manum suam ad os admouendi.* Veri tamen similius est, *adorandi* verbo Plinium hoc loco adorationem Numinum intellexisse, aeque quam altero huius orationis membro, siue circumlatione corporis. Hunc ipsum adorandi luminaria caeli ritum apud nationes lobus ipse respicit, 31, 26. sq. *Si vidi solem quum fulgeret, et lunam incedentem clare: et laetatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo.* Peruasit haec idololatria, siue cultus solis ac Lunae in Iudaeam ipsam sub Manasse, ex 4. Reg. 23, 5. H.

k. Totumque corpus circumagimus) Caelestis vertiginis quadam imagine, vel, quod Aegyptiae rotae significabant, quia nihil in rebus humanis constans et stabile sit. Rhod. cap. 2. XII. Plaut. *Quo me vertam nescio.* B. *Si Deos salutas, dextrosum censeo.* Pithoeus cap. 7. I. In symbolis Pythagoricis προσκύνει περιφερόμενος. Sue-

agimus: quod in laeuum fecisse, Galliae *l.* religiosius credunt. Fulgetras *m.* poppyimis adorare, con-

Suetonius in Vitellio cap. 2. *Lucius Vitellius primus Caium Caesarem adorari vt Deum instituit, cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumuertensque se, deinde procumbens. Dal.*

Circumagimus) Praeceptum id Numae fuit, vt auctor Plutarch. in eius vita, p. 69. Προσκυνεῖν περιστρεφομένους, *Circumage te, quum Deos adoras:* Cuius moris varias ibi causas affert, quas tu vide, si vacat. H.

l. Galliae) Huius Gallicae adorationis typum exhibet marmor perantiquum quod parieti adfixum est Diuonae Cadurcorum, explicatum prolixe a Ioh. Bapt. Bello de Templ. augur, 9. p. 172. Romani e contrario a dextra sinistram versus in orbem conuertebant sese: quod et a nostris sacerdotibus in suis ad aram conuersionibus hodieque religiosissime obseruatur: aliter atque prisci illi Galli, qui sinistrorsum, et a laeua dextram versus circumagebantur. Quod et, opinor, Posidonius intellexit, quum de Celtis agens, apud Athen. IV. p. 152. Τοὺς Θεοὺς προσκύνουσιν, inquit, ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. Romani moris Plautus commeminit in Curcul. act. I. sc. 1. v. 69. *Quo me vortam, nescio.* PA. *Si Deos salutas, dextro versum censeo H.*

m. Fulgetras poppysmis adorare) Tenuibus sibilis ore emissis. Alex. ab Alex. cap. 13. lib. V. vel, leuiter complosis manibus cauis, velut ad deliniendum louem iratum. Turneb. cap. 6. lib. IV. Aduersar. Manus cauae complosae poppysmum efficiunt. Ea vox fictitia est ad soni expressionem. Aristophanes, ἐν σφηξὶ, κἂν ἀστράψω ποππύζουσι. Interpres adnotat, ἔθος τοῦτο γεγονέναι. Sophocles. ποππίζεται ζευγηλατρίς. Dexippo Commentariis in Categorias Arist ἐπὶ ποππυσμάτων ἀναρθρὸς ἐστὶ τὶς ψόφος. Politianus cap. 33. Miscellaneorum. Dal.

Fulgetras) Hoc est, complosione manuum. Ποππύζω enim non modo est sibilo, hoc est, labris compressis acutiorem quemdam oris sonum edo: sed et demulceo, blande attrecto, quomodo equos nondum perdomitos adulamur: Denique collisis manibus inter se plausum edo. Apud Aristophanem in Vesp. p. 474.

consensus gentium est. Incendia *n.* inter epulas nominata, aquis [1] sub mensas profusis abominamur. Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum: aut bibente conuiua, mensam *o.* vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Seruii *p.* Sulpitii [2] principis viri commentatio est, quam

1. *sub mensa M. et Fulu. Vrsin. annot. ad Ciacc. p.* 145. *sub mensam. Ch. sub mensis. Gr. et Al.*
2. *principalis. M.*

474. Philocleo quidam senex ita loquitur, vt se dicat poppysantibus fulguraturum. Tunc interpres antiquissimus morem hunc esse ait, vti ad fulgetras poppysseтur. Verba senis haec sunt: Κἂν ἀςράψω Ποππύζουσι Tum interpres haec: ἔθος γὰρ ταῖς ἀςραπαῖς ποππύζειν. Quasi complosis manibus ad deliniendum Iouem. H.

n. Incendia) Ita R. 1. At. R. 2. et Ch. *sub mensam.* At non aqua solum, sed mero etiam profuso incendiis occurrere sese significabant. Petron. in fragm. Sat. p. 279. *Haec dicente eo gallus gallinaceus cantauit: qua voce confusus Trimalchio, vinum sub mensam iussit effundi, lucernamque etiam mero spargi: imo anulum traiecit in dexteram manum: et Non sine causa, inquit, hic buccino signum dedit: nam aut incendium oportet fiat, aut aliquis in vicinia animum abiiciat: Longe a nobis, etc.* Haec videtur fuisse abominandi, seu deprecandi incendii formula. H.

o. Mensam vel repositorium tolli) Mensas Turnebus cap. 22. lib. XXI. exponit ferbula, magidas, lances. Ego vero praeterea panis quadras, et abacos, quibus imponebatur e lance sumptus cibus discindendus et mandendus. Virg. *Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.* Hac superstitione persuasi Graeci sub epularum finem ἀγαθῦ δαίμονος poculum, merum circumferebant, ac bibebant, deinde protinus auferri mensam iubebant. Itaque Dionysius cum auream mensam ex Aesculapii fano vellet tollere, tanquam veteris instituti studiosus, ad boni daemonis poculum inuitauit. Vict. cap. 1. lib. I. Dalec.

p. Seruii Sulpitii principis, etc.) quod ex Seruii commentatione tradit Plinius, Scaliger apud Festum, in voce, Mensa migrare, intelligi vult de mensis in Templis

quamobrem mensa linquenda non sit: nondum q. enim [1] plures, quam [2] conuiuae, numerabantur. Nam [3] sternumento reuocari ferculum mensamue, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non r. esse. Haec instituere illi, qui omnibus negotiis horisque interesse credebant Deos: et ideo placatos etiam vitiis nostris reliquerunt. Quin et repente conticescere conuiuium s. ad-

1. *mensae plures. V. serui. Al.* 2. *tres conuiuae V. C. teste Fulu. Vrsin. app. ad Ciacc. p. 143.* 3. *sternutamento. Gr. et Al.*

templis Deorum positis, super quibus sacrificio peracto epulabantur. Oratio tamen Plinii spectare potius videtur ad priuatas epulas. *Mensas* hic accipio, quadram, cui obsonium e lance et patina sumptum imponebant, ac frustatim concidebant, vt mundius et commodius manducarent: vulgo *Tranchoirs*, *Assietes.* Ea fiebant ex argento, aere, stanno, et alia eiusmodi materia, panis velut abaco superaddito, qui obsoniorum pingue exciperet, et quem comesse ominosum fuit, vt vel ex superiori versu Virgilii intelligitur. Eo pertinet poëtae hemistichium, *miserum est aliena viuere quadra.* Linquebant mensam, qui festinata voracitate inquinassent, quod inciuile est. Suberat fortassis et haec superstitiosa cogitatio, mensas nec deorum esse mutandas, nec nostras, quae illas repraesentant. D.

q. *Nondum enim plures*) Mensae non mutabantur, quod luxuriosa posteritas excogitauit in singulos ferculorum missus, vt constat ex Alex. apud Athenaeum lib. IX. et Plutarcho in vita Pelopidae: sed conuiuarum cuique sua, et tantum semel dabatur. Dal.

Non) Mensae videlicet. Mores temporum suorum scilicet sugillat, quum mensae plures quam conuiuae forent, ad ostentationem luxus, sumtusque profusi, sternerentur. Libris omnibus inuitis Fulu. Vrsinus in append. ad Petr. Ciacon. p. 145. legit *Nondum enim plures, quam tres conuiuae. H.*

r. *Non esse*) Non edere. H.

s. *Conuiuium*) Conuiuas. H.

adnotatum est, non nisi in pari praesentium numero: [1] isque *t.* famae *v.* labor est, ad quemcumque eorum pertinens. Cibus *x.* etiam e manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas: vetabantque munditiarum causa deflare. Et sunt condita *y.* auguria, [2] quid *z.* loquenti [3] cogitantiue id acci-

1. *sic ex Mss. H. et Cb. qua in re famae Gr. et Al.* 2. *siquid. V.* 3. *cogitantiue exciderit, inter execratissima si Pontifici ac Di. cau. epulanti. In mensa vtique aliquid deponi. V.*

t. Isque) Tunc vero singulorum conuiuarum fama periclitatur: nam in quemlibet eius silentii culpa confertur. H.

v Famae labor est) Augurium est, conuiuarum quemcumque famae et existimationis periculum subiturum. Dal.

x. Cibus etiam e manu prolapsus, etc.) Quidam contrarium existimarunt, quae inter epulas e mensa decidunt, heroibus sacra esse, vnde symbolum Pythagoricum, τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι. Ideoque nec tollenda, nec gustanda. *Alex ab Alexand. cap.* 22. V. Fuit et inauspicatum, conuiuam atra veste indutum accumbere; quod Vatinio Cicero exprobauit. Pint. Lumen in lucernis accensum sponte emori sinebant; extinxisse religiosum fuit, vt et mensam sic vacuam tollere, quin aliquid superesset reliqui. Dal.

y. Condita) Certa, statutaque diuersa auguria, prout quid loqueretur, aut cogitaret is, cui accidisset. H.

z. Quid loquenti cogitantiue id acciderit inter execratissima. Si Pontifici accidat ditis causa epulanti, etc.) Erratum esse existimo in ordine verborum, et legendum sic esse, vt duo illa verba, *inter execratissima*, principium praebeant colo sequenti: *Inter execratissima, si pontifici accidat ditis causa epulanti, etc.* Considerandumque an hoc loco scribendum sit non *accidat*, sed *quid cadat*, aut aliud simile. Alioqui fatendum habebimus locum esse hiantem, vt nonnullos alios hoc cap. De caetero non postremae quaestionis esset, inquirere quid significet, *ditis causa.* quod non apud Plinium modo, sed ICtos etiam inuenio. Nam et lib. XIII. Digestorum titulo Commo-

acciderit: inter exsecratissima, si Pontifici accidat Ditis *a.* caussa epulanti. In mensa vtique id reponi, adolerique ad *b.* Larem, piatio *c.* est. Medicamenta,

dati vel contra, Caii verba sunt: *Saepe enim ad hoc commodantur pecuniae, vt ditis gratia numerationis loco intercedant*; quem locum nonnulli quo volunt, detorquentes, corrumpere nituntur et lib. vndetricesimo, tit. 5. *Excusantur*, inquit Ulpianus, *serui*, *qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel ditis gratia tulit, nihil hoc commentum ei proderit. Pint.*

a. Ditis caussa epulanti) Turneb. cap. 26. libro XVIII. Aduers. legit: *Dicis caussa*, ex manuscripto. Cum inaugurationes et sacra fierent, epulis interesse solebant quondam Pontifices, ad vetustatisque memoriam et imitationem quibusdam in sacris epulatio retinebatur: quod aiebant, *Dicis caussa* fieri. Constantinus exponit, *Dicis caussa* expiationis caussa. ἀφοσιώσεως ἕνεκα, δίκης, vel δικαίᴕ χάριν. nimirum, vt omen triste auerterent, sacris rite peractis cum epulabantur. Interpretatio haec ex Capro Grammatico, et Modestino Iurisconsulto petita est. Duar. cap. 47. I. Anniuers. exponit, *non serio, non vere, sed perfunctorie tantum, et per simulationem.* Vide locum. Olim in Mancipationibus interueniebat, et quod ait Iurisconf. l. 4. ff. commodati, commodabatur pecunia, nempe sestertius nummus, vt dicis gratia numerationis loco intercederet, praesertim in donationibus, quae fiebant per emancipationem. Graeci exponunt νόμᴕ χάριν, vt satisfiat iuris solennitatibus; vel λόγου χάριν, nempe, *verbi gratia*, vt dicere possint se numerasse, ac, vt inquit Cicero, se emisse, Cuiac. cap. 37. lib. X. obseru. Arnob. princ. lib. IV. adu. gen. *Dicis caussa* clarissime vsurpat pro boni laetique ominis gratia. Dalec.

Ditis) In epulis feralibus. Tamen R. 1. et 2. *dicis caussa*, quod est forte sincerius, quasi δίκης ἕνεκα, hoc est νόμου χάριν, perfunctorie, ac per simulationem. De ea voce vide Vossium. in Etymol. verbo *Dica. . . Dicis caussa fiebant quaedam*, inquit Varro de L. L. V. *neque item facta, neque item dicta semper. H.*

b. Ad) Laribus offerri solitae primitiae epularum: quod Horatius innuit, L. II. Sat.

menta, priusquam adhibeantur, in mensa forte deposita, [1] negant prodesse. Vngues *d.* resecari nundinis Romanis tacenti, atque *e.* a digito indice, multorum *f.* pecuniae religiosum est. Capillum vero contrectari, contra defluuia ac dolores capitis XVII. Luna, atque XXIX. Pagana *g.* lege in plerisque Italiae praediis cauetur, [2] ne per itinera ambu-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. negantur. Gr. et Al.* 2. *ne mulieres per it. Gr. et Al.*

Sat. 5. v. 23. *Dulcia poma, Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores, Ante Larem gustet venerabilior Lare diues. H.*

c. *Piatio est)* Piaculo dignum, eius inauspicati infelicisque ominis et augurii purgatio, lustratio, expiatio, deprecatio, auerruncatio. Nam Laribus rerum primitias offerebant, non non quod homines ac conuiuae gustare dedignati fuissent. Quin et ipsas primitias semel in Mensa depositas, Laribus, iam ab homine contrectatas, et tanquam inquinatas, sacrificare piaculum erat. Horatius Satyr. 4. lib. II. — *dulcia poma, Et quoscunque feret cultus tibi fundus honores Ante larem gustet venerabilior lare diues. Dal.*

Piatio) Expiatio *infelicis ominis, augurijque mali depulsio, auerruncatio est. H.*

d. *Vngues)* Similis superstitionis illud, quod refert Aesius quidam apud Petron. in Satyr. p. 369. *Audio*, inquit, *non licere cuiquam mortalium in naue, neque vngues, neque capillos deponere, nisi quem pelago ventus irascitur. H.*

e. *Atque a digito indice multorum pecuniae religiosum est)* Praepositionem ignorant Mss. An, *atque digito indice moueri pecuniam religiosum est. Gron.*

f. Multorum) Nundinantium scilicet. Ita libri omnes, etiam manu exarati. Suspicabatur Gronouius legi commodius posse, *atque digito indice moueri pecuniam religiosum est. H.*

g. *Pagana)* Quae in pagis scilicet obtinebat. Inde et paganalia sacra, quorum peculiaris ratio fuit. De voce *paganus* multa eruditi disputant, quae sunt ab instituto nostro, et argumento eo in quo sumus, longe abhorrentia. Consule, si otium est, quae de eo argumento congerit Gothofred. in Cod. Theod. L. XVI. t. 10. de paganis, p. 251. sq. H.

bulantes torqueant fuſos aut omnino deteɑos ferant, quoniam aduerſetur id omnium ſpei, praecipueque frugum. M. Seruilius *h.* [1] Nonianus princeps ciuitatis, non pridem in metu lippitudinis, priuſquam ipſe eam nominaret, aliuſue ei praediceret, duabus literis Graecis P. et A, chartam inſcriptam, circumligatam lino, ſubnectebat collo: [2] Mutianus ter Conſul, eadem obſeruatione viuentem muſcam in linteolo albo: his remediis carere [3] ipſos lippitudine praedicantes *i.* Carmina *k.* quaedam exſtant contra grandines, contraque morborum genera, contraque ambuſta, quaedam etiam experta: ſed prodendo obſtat ingens verecundia in tanta animorum varietate. Quapropter de his, [4] vt libitum cuique fuerit, opinetur.

VI. (III.) Hominum *l.* monſtrificas naturas et veneficos aſpectus, diximus in portentis gentium, et multas animalium proprietates, quae repeti ſuperuacuum eſt. Quorumdam hominum tota corpora proſunt: vt ex his familiis quae ſunt terrori ſerpentibus, tactu ipſo leuant percuſſos, ſuctu-

1. *Nonnianus. Ch.* 2. *Mucianus. Ch.* 3. *ſeipſos. V.* 4. *libitum fuerit quiſque opinetur. V.*

h. M. Seruilius) M. Seruilius Rufus Nonianus Conſulatum geſſit cum C. Ceſtio, extremis fere Tiberii Imp. temporibus, vt quidem Faſti Conſulares produnt. H.

i. Praedicantes) Seruilius, et Mutianus. H.

k. Carmina) Plura tibi ſuggeret Marc. Emp. Etiam e ſacris paginis repetita, Fernelius de abditis rerum cauſ. II. p. 90. ſeq. H.

l. Hominum) L. VII. 2. H.

m. Suctuue modico) Leg. *ſuctuue medico*, id eſt, medicato. Validus enim ſuccus ille eſt, non mediocris. Primum enim ſaliua tangebatur vulnus, ne ſerperet: deinde venenum car-

suctuue *m.* [1] modico. Quorum *n.* e genere sunt Psylli, Marsique *o.*, et qui Ophiogenes *p.* vocantur in

1. *tumido. Ch.*

carminibus et verbis eliciebatur. Haec si non iuuissent, suctu valido extractum exspuebatur. Apud Lucanum lib. IX. de hac re elegantissimi versus extant. Vetus exemplar habet, *tumido*, itaque fortassis legi potest, *tumidos*, vt percussos tantum Psylli curent solo tactu, iam vero tumentes suctu. Chiffletius.

Suctuue) Sic etiam R. 1. cod. In R. 2. et Ch. *tumido*, male. Deterius vero Chiffletius ipse, suctuue medico. Egregie in eam rem Celsus V. 27. cuius verba ex parte tantum retulimus, v. II. 2. *Ad serpentium morsus*, inquit, *homo adhibendus est, qui vulnus exsugat. Neque hercules scientiam praecipuam habent hi qui Psylli nominantur, sed audaciam vsu ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, vt quaedam etiam venatoria venena, quibus Galli praecipue vtuntur, non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque colubra tuto estur, ictus eius occidit. Et si stupente ea, quod per quaedam medicamenta circulatores faciunt, in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea saliua noxa est. Ergo quisquis exemplum Psylli sequutus, id vulnus exsuxerit, et ipse tutus erit, et tutum hominem praestabit.* H.

n. Quorum e genere sunt Psylli Marsique, et qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro) Si hic locus cum altero Plinii conferatur; apertissimum fiet hunc locum insigniter deprauatum esse. scribendum igitur, *Quorum e genere sunt Psylli Marsique, et qui Ophiogenes vocantur in Hellesponti Pario.* Est autem Parium celebre Asiae oppidum ad Hellespontum, magnae mentionis apud Geographos omnes et plerosque ex Historicis ac Poëtis. Plinius lib. VII. cap. 2. *Crates* inquit, *Pergamenus in Hellesponto circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocant, serpentium ictus contactu leuare solitos, et manu imposita venena extrahere corpori. Similis et in Africa Psyllorum gens fuit. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, cuius odore sopirent eas.* Et in nostro apographo non *Cypro* habetur, sed *Paro*: facili lapsu, vnius literulae omissione. stolidi videlicet librarii seu cor-

in *q.* insula [1] Cypro: ex qua familia legatus [2] Euagon nomine, a Consulibus Romae in *qq.* dolium ser-

1. *Paro. Turneb. et Ch.* 2. *sic ex Mss. H. V. Turn. et Ch. Exagon. Gr. et Al.*

correctores pro *Hellespon*, substituerunt *Insula*, pro *ipario Cypro.* Sed quid opus est citare Codicis antiqui fidem? Audi Strabonem grauissimum ac diligentissimum auctorem, ad hunc modum lib. XIII. de Pario et Ophiogenibus differentem: *Parium Ciuitas est iuxta mare quae maiorem portum habet quam Priapus ex ea aucta. Nam Pariani, Attalicis obsequentes, sub quibus est ager Priapensis, multum ex horum regione absciderunt, permittentibus quidem illis. Hoc in loco finxerunt Ophiogenas cognationem quandam cum serpentibus habere, proditum est enim mares serpentium morsibus remedio esse, si eos continuo attigerint, quemadmodum incantatores: ac primo liuorem transferre, postea tumorem ac dolorem sedare. Gentis huius auctorem tradunt heroem quendam ex serpente immutatum, qui fortasse vnus aliquis fuit ex Libycis Psyllis. Vis autem ea aliquandiu in genus permansit. Pint.*

Quorum) Vide quae diximus VII. 2. H.

o. Marsique) Marrubios vocat Poëta, *Quin et Marrubia venit de gente sacerdos. Dalec.*

p. Ophiogenes) Apud Priscianum X. Varro primo Rerum humanarum *Pharios* vocat. *Vt habent*, inquit, *Pharii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum ophiogenistum si arbitantur suppositum esse aliquem in stirpe, admouent vt pungat colubra. Si non sit, mori cum pupugerit: si de gente sit, viuere.* Meminit horum Aelianus cap. 39. lib. XII. de animalibus. D.

q. In insula Cypro) Leg. *Paro.* Et pro *suctuue modico*, leg. *suctuue humido*, saliuosum suctum ita vocat. nam saliua praecipue medebantur. *Salm.* 348. *a.*

In) Vide N. et Em. N. VII. (paulo post) De hac voce ὀφιογενεῖς diximus VII. 2. *Crates . . . genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, etc. In)* Sic libri omnes editi et MSS. praeter Ch. et R. 2. in quibus *insula Paro* legitur, haud dubio errore. Nam etsi de Pario Hellesponti oppido paria Varro prodiderit, ipseque Plinius VII. 2. de Paro tamen insula nihil apud ceteros scriptores compertum adhuc eiusce-

serpentium coniectus [1] experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum praebuit. Signum eius familiae est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. Atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliua. Nam *r.* in insula Nili Tentyri [2] nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocem quoque eorum fugiant. Horum *s.* omnium generum in sua repugnantia interuentum quoque mederi constat: sicuti aggrauari vulnera introitu eorum, qui vmquam fuerint ser-

1. *experimentum.* M. 2. *natantes.* V.

cemodi est. Neque quidquam idcirco causae est, cur Plinium Salmasius in ius vocet, in Solin. p. 348. quasi praepostere Parios, de quibus Varro, Pari insulae incolas esse arbitratus sit: quum id ex vitioso tantum vno, vel forsan altero exemplari colligat: et ipse Plinius de Pario Hellesponti recte acceperit VII. proxime appellato: ac denique Cyprum, non Parum, libri ceteri prae se ferant: in qua exstitisse olim eiuscemodi Ὀφιογενεῖς ex eo simile veri videtur, quod Ophiusa ipsa olim cognominata est, teste Ouidio Metam X. 229. *Ipsa suas vrbes, Ophiusaque arua parabat Deserere alma Venus. H.*

qq. In dolium serpentium coniectus) Voss. *in nidulum serpentium.* Quidam m. p. *in doium. Gron.*

r. Nam in insula Nili Tentyri nascentes, tanto sunt, etc.) In nostro exemplari: *nam in insula Nili Tentyricenses tanto sunt, etc.* Scribo, *Nam in insula Nili Tentyritae gens tanto sunt, etc.* Plinius ipse liber VIII. cap. 25. *Quin et gens est huic beluae aduersa in ipso Nilo Tentyritae, ab Insula in qua habitant appellata. Pint.*

Nam) Vide quae diximus VIII. 38. H.

s. Horum omnium generum in sua repugnantia interuentum quoque mederi constat) Verisimilior lectio: *Horum omni vi sua repugnantium interuentum, etc. Dal.*

Horum) Homines horum omnium generum si interuenerint, mederi eos constat *vel sola praesentia, demorsis a serpentibus,* quibus aduersantur. H.

ſerpentium, caniſue dente laeſi. Iidem gallinarum incubitus, [1] pecorum fetus, abortu vitiant. Tantum *t.* remanet virus, excepto *u.* ſemel malo, vt venefici fiant venena paſſi. Remedio eſt, ablui prius manus eorum, aquaque illa eos, quibus medearis, inſpergi. Rurſus a ſcorpione aliquando percuſſi, numquam poſtea a crabronibus, veſpis, apibuſue feriuntur. Minus miretur hoc qui ſciat, veſtem a tineis non attingi, quae fuerit in funere: ſerpentes aegre praeterquam laeua manu [2] extrahi. (IV.) E Pythagorae *x.* inuentis non temere fallere, impoſitiuorum nominum imparem vocalium

1. *et pecorum. V.* 2. *Extrahi. IV. Pythag. Gr. et Alii.*

t. Tantum remanet virus excepto ſemel malo) Scribo, *Tantum remanet virus ex accepto ſemel malo.* ex antiquo exemplari. et paulo poſt *aſpergi*, non *inſpergi. Dalec.*

v. Excepto) Ex accepto ſemel veneno tantum virus ſeſe in corpus inſinuat, vt omnia veneno deinde ipſi inficiant, qui venenum excepere ſemel. H.

x. Pythagorae inuentis non temere fallere) Voſſianus, *E Pythagorae inuentis non temere fallere.* Neque aliter codex Ferdinandi Nonii. Ponit idem conſiderandum, an ſit peccatum in ſerie ac diſpoſitione verborum? quantum enim aſſequatur coniectura, ſcribi debere hoc pacto: *E Pythagorae inuentis, non temere fallere impoſitiuorum nominum clauditates oculorumue orbitates ac ſimiles caſus, imparem vocalium numerum dextris etc.* Quid ſibi velit, ignoro: nihil autem in Plinio traiiciendum eſſe ſatis acceptum habeo. Initium huius capitis pendet a fine praecedentis, quippe cum harum ſectionum auctor ipſe non fuerit. Intelliges igitur inde, *qui ſciat* illud ex inuentis Pythagorae non temere fallere. Quod illud? Nempe prout impoſitiuum cuiuſque nomen vocalibus conſtet paribus imparibuſue, ſi cui eueniat, vt claudus fiat aut cocles, ſi nomen eius impoſitiuo ſint impares vocales, dextro pede claudum aut oculo dextro

lium numerum, [1] clauditates, [2] oculiue orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, [3] parem laeuis. Ferunt difficiles partus statim solui, quum quis tectum, in quo sit grauida, transmiserit lapide, vel missili, ex his, qui tria animalia singulis ictibus [4] interfecerint, hominem, aprum, [5] vrsum. Probabilius id facit hasta *y.* velitaris, euulsa e corpore

K 5

1. *clauditates enim. V.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. oculorumue. Gr. et Al.* 3. *vt parem. V.* 4. *interfecerunt. Ch* 5. *sic et Ch. vrsam. Gr.*

xtro captum fore; si pares laeuis. *Oculiue*, Chiflt. et Voss. non *oculorumue. Gr.*

Pythagorae inuentis non temere fallere, impositiuorum nominum imparem vocalium numerum, clauditates, oculorum orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, parem laeuis) In scripto exemplari, cum praepositione e legitur, *E Pythagorae inuentis.* Considerandum vero an sit peccatum in serie et dispositione verborum: nam ut coniectura assequor, scribi debet hoc pacto: *E Pythagorae inuentis, non temere fallere impositiuorum nominm clauditates, oculorumue orbitatem, ac similes casus imparem vocalium numerum dextris assignare partibus, parem laeuis. Pint.*

E Pythagorae) Subintellige, *sciat*, ex antecedente periodo. Vnde planum fit, quam imperite egerint Pliniani editores, qui distracta praepostere auctoris sententia, ab his verbis nouum caput auspicati sunt. E Pythagorae vero inuentis istud raro fallit, quo docet in nominabus quae imponuntur fere, si sit impar vocalium numerus, portendere ea clauditates, orbitatem oculorum similesque casus, (*siquidem ii futuri sint*,) a dextra parte fore: si par a laeua. H.

y. Hasta velitaris) Celibarem quoque olim vocauerunt, ea soliti comam in fronte sponsarum digerere, ac discriminare, vel argumento quod sponsas maritorum imperio subditas esse conueniat, vel augurio felici, quod fortes strenuosque bellatores parituræ sint. Alex. ab Alex. cap. 5. lib. II. Dal.

Hasta) Ea est quae ad velites pertinet. Sunt autem velites, qui et expediti cognominati, milites armaturae leuioris. H.

pore hominis, si terram non attigerit. Eosdem enim illata z. effectus [1] habet. Sic et sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus, amatorium esse, Orpheus et Archelaus scribunt. Quin a. et comitialem morbum sanari cibo e carne ferae occisae eodem ferro, quo homo interfectus sit. Quorumdam partes [2] medicae sunt, sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice. Et Elide b. solebat ostendi Pelopis c. costa, quam eburneam affirmabant. Naeuos in facie tondere, religiosum habent etiam nunc multi.

VII. [3] Hominum d. vero in primis ieiunam saliuam, contra serpentes praesidio esse, docuimus. Sed

1. *agit. M.* 2. *medicinae. Cb.* 3. *omnium vero.*

z. *Illata*) In domum illata. H.

a. *Quin*) Plin. Val. II. 58. ad comitiales: *Dantur item carnes edendae bestiae occisae eo ferramento quo homo occisus est.* Scrib. Larg. comp. med. c. 2. n. 13. *Item hinnulei cerui coagulum . . . benefacit ad morbum comitialem . . . Hoc remedium qui monstrauit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulum cultro quo gladiator iugulatus sit.* H.

b. *Elide solebat ostendi Pelopis costa*) Voss. *Pelopis ostiliani.* Quatuor alii *ostilia* vel *hostilia*. Lege: *Pelopis scapula*. Humerus, ὠμοπλάτη. Gron.

c. *Pelopis costa*) Pausanias in Eliacis opertae scoptulae Pelopis mentionem facit, nullam autem huius eburneae costae. Dal.

Pelopis) Tantali is filius fuit, a quo Peloponnesus cognominata. *Humero Pelops insignis eburno* a Virgilio dicitur Georg. III. v. 7. Costam eburneam non memini me alibi legere. In R. 1. et 2. non *costam*, sed *hostiliam* vidimus. Quid si *scapula* legas? De Pyrrhi regis pollice, vide supra VII. 2. H.

d. *Hominum*) L. VII. 2. Insigne est in eam rem quod habet Albertus M. de animal. VII. tr. 2. c. 5. p. 236. *Sed de mirabilibus,* inquit, *quae visa sunt in talibus, est vnum quod refert Aristoteles, in libro de regimine dominorum, quem scripsit ad Alexandrum: quod videlicet puella fuit missa Alexandro, ex cuius morsu moriebantur homines, sicut ex morsu serpentium:*

Sed et alios efficaces eius vſus recognoſcat vita. Deſpuimus *e.* comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus. Simili *f.* modo et faſcinationes

pentium: et humor ſaliualis in ipſa fuit venenum: Et poſſibilitas huius probatur ex eo quod ſagitta intincta in ſaliuam hominis ieiuni intoxicatur, quando vulnerat alium. Et quod vnicuique ſaliua propria eſt medicamen contra venenum, et alteri non eſt ſalutaris, etc. Sola ieiuni hominis ſaliua, abſque vlla incantatione, ſcorpionem interemtum ſcire ſe ait Aetius de re med. II. 107. p. 65. Habdarrahmanus Aegyptius, interprete Ecchellenſi, c. 1. p. 2. *Si quis ieiunus exſpuit ſuper ſcorpionem, interimit illum. Item ſputum ieiuni ſi morſibus ſerpentium, et tumoribus applicatur*, etc. H.

e Deſpuimus comitiales morbos) Plaut. in Captiuis. *Aegio, hic homo rabioſus habitus eſt in Aulide. Ne tu quod fabulatur in aures immittas tuas, Nam iſthic hoſtis inſectatus eſt domi matrem et patrem, Et illic iſti qui inſputatur morbus, interdum venit.* Dalec.

Deſpuimus) Abominamur, a nobis eius morbi contagium deprecamur. Plaut. in Capt. Act. 3. Sc. 4. v. 21. *Et eum morbum mihi eſſe, vt qui me opus ſit inſputarier.* Heg. *Ne verere, multos iſte morbus homines macerat: Quibus inſputari ſaluti fuit.* Apul. in Apol. *In cubiculo deſpuuntur caduci comitiales.* Theophr. in char. de ſuperſtitioſo: Μαινόμενόν τε ἰδίον ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. *Rabioſum intuens aut comitialem, horreſcens in ſinum deſpuit.* Neque hunc morbum modo, ſed et ea quae abominabantur, ne euenirent, vel obiter audita, deſpuebant. Plaut. in Aſinar. Act. 1. Sc. 1. v. 25. *Neque hercle ego iſtud dico, neque dictum volo. Teque obſecro hercle, vt, quae loquutus, deſpuas*, etc. Seneca in Conſol. ad Marciam, c. 9. *Quis* non ſi admoneatur vt de ſuis cogitet, *tamque dirum non reſpuat. et in capita inimicorum, aut ipſius intempeſtiui monitoris abire illa iubeat?* H.

f. Simili) Ad faſcinum ſimiliter depellendum id veteres vſurpare ſoliti. Iuuen. Sat. 5. v. 112. *Conſpuiturque ſinus.* Vbi vetus Scholiaſtes. *Propter faſcinum verborum ter ſibi in ſinu ſpuunt, et videntur faſcinum arcere, vt Perſius de matertera: Vel incipiunt multa ſibi promittentes, in ſinum ſpuere*, etc.

nes *g.* repercutimus, [1] dextraeque *h.* clauditatis [2] occursum. Veniam quoque a Deis spei *i.* alicuius audaciores petimus, in sinum [3] spuendo. Etiam eadem ratione terna despuere [4] deprecatione *k.*, in omni medicina mos est, [5] atque ita effectus adiuuare: incipientes furunculos ter [6] praesignare ieiuna *l.* saliua. Mirum [7] dicemus, sed experimento facile: Si quem poeniteat ictus eminus cominusue illati, et statim exspuat mediam in manum, qua percussit, leuatur illico [8] percussus a poena. Hoc saepe delumbata quadrupede approbatur, statim

1. *sinistrae, dextraeque. M.* 2. *occursu. V.* 3. *Sic et M. spuendum. Eadem etc. V. spuendo etiam. Eadem Gr. et Al.* 4. *praedicatione. Cb.* 5. *Sic ex Mss. H. et Cb. atque effectus Gr. et Al.* 6. *resignare. Cb.* 7. *dicimus. Cb.* 8. *in percusso culpa. Cb.*

etc. Tibullus, I. El. 2. *Ter cane, ter dictis exspue carminibus.* Et Theocriti Idyllio 7. Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. H.

g. Fascinationes) De iis Plutarchus. lib. V. sympos. quaest. 7. Dal.

h. Dextraeque) Si quis occurrat dextro pede claudus, omen aduersum abominamur exspuendo. H.

i. Spei alicuius audacioris) Frustra Pintianus venditat *audaciores.* Neque enim emimus vel titiuillitio. *Spes audacior* est, quae Iustino *spes improba.* lib. XXII. *qui spe improba regnum totius Africae amplexus.* lib. XXIX. *imperium spe improba totius orbis amplexi.* Gron.

Spei) Ii certe, qui spe aliqua ducti insolentius paulo se efferunt, et qui sunt iactantiores, spuere similiter in sinum solent. Quae sententia Iuuenalis est, loco allato, *Tunc immensa caui spirant mendacia folles, Conspuiturque sinus.* Diogenianus, Cent. 4. prou. 82. Εἰς κόλπον οὐ πτύει. Ἐπὶ τῶν μεγαλαύχων. Libanius, ep. 191. ad Modestum: Οὐ μὴν τάς γε ἐλπίδας ἀνεῖλεν., ἀλλ' εἰσὶ καὶ λαμπραί. Πτύω δὲ εἰς κόλπον, τῇ παροιμίᾳ πειθόμενον. Vide Erasm. Chil. I. cent. 6. H.

k. Deprecatione) Mss. omnes, *praedicatione.* H.

l. Ieiuna) Ieiuni oris saliua. H.

tim a tali remedio correcto animalis ingreſſu. Quidam vero aggrauant ictus, ante conatum ſimili modo ſaliua [1] in manu ingeſta. Credamus *m.* ergo [2] lichenas lepraſque [3] ieiunae illitu aſſiduo arceri: item lippitudines, matutina quotidie [4] velut inunctione: carcinomata, malo *n.* terrae ſubacto: ceruicis *o.* [5] dolorem, ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, laeua ad ſiniſtrum: ſi *p.* quod animal aurem intrauerit, et inſpuatur, exire. Inter amuleta eſt, editae quemque vrinae inſpuere: ſimiliter in calciamentum dextri pedis, antequam induatur: item quum quis tranſeat locum, in puo aliquod periculum adierit. Marcion *q.* Smyrnaeus, qui [6] de *r.* ſimplicibus effectibus ſcripſit, rumpi *ſ.* ſcolopendras marinas ſputo tradit: item

1. *in manum. V.* 2. *et lich. Ch.* 3. *ieiuna illita. M.* 4. *velut, in M. d.* 5. *dolores. Ch.* 6. *de ſimplicium. V.*

m. Credamus) Saliuae ſcilicet. Credidit ſane Galen. de fac. ſimp. m. X. 2. pag. 287. H.

n. Malo) Ariſtolochiam intelligit, quod malum terrae vidimus appellari XXV. 54. H.

o. Ceruicis) Plin. Val. I. 54. *In ceruicum dolore*, inquit, *poplites vtiliter fricantur? et e diuerſo in poplitum dolore ceruicem fricari remedium eſt.* Saliuam ille adiicere praetermiſit. Diligentior Marc. Emp. c. 18. pag. 127. *Ad ceruicum dolores*, inquit, *remedium phyſicum ſic: Ieiunus dextram manum ſaliua tange, et dextrum poplitem perfrica: deinde ſiniſtra manu ſiniſtrum: et hoc ter per ſingulos poplites facito: ſtatim remediabis.* H.

p. Si) Plin. Val. I. 9. et Marc. Emp. c. 9. p. 81. H.

q. Marcion) Ita libri ſane omnes, etiam Mss. ſed errore haud dubio, vt in Indice Auctorum monuimus. H.

r. De ſimplicibus effectibus ſcripſit) Simplicium. Sic Galenus ſuos libros inſcripſit: περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν δυνάμεως. Dal.

De) Ita Mss. Rectius forte, *de ſimplicium.* Vt Galenus libros inſcripſit vndecim, περὶ κράσεών τε καὶ δυνάμεων τῶν ἁπλῶν Φαρμάκων. H.

ſ. Rumpi) Id enim prodidit Aelian. H. A. IV. 22. et VII. 26. H.

item rubetas, aliasque ranas: Opilius, serpentes, si *t.* quis in hiatum earum exspuat. Salpe, torporem sedari quocumque membro [1] instupente, si quis in sinum exspuat: aut si superior palpebra saliua tangatur. Nos *v.* si haec, et illa credamus rite fieri:

1. *stupente. V.*

t. Si) Vide Galen. de simpl. med. fac. X. p. 288. Saliua hominis scorpionem obtorpescere scribit Aelian. H. A. IX. 4. interire viperam idem H. A. II. 24. H.

v. Nos si haec et illa credamus rite fieri) Omnes quinque: *Eos haec credamus rite extremi extranei. Tam si, et illa, fieri,* nusquam. Deinde optimus: *quanquam illos religione mutuatur.* Locus est egregius et dignus quem assequamur. Quod sic tentabam: *Eis haec credamus. item extranei interuentu, aut si dormiens spectetur infans, a nutrice terna adspui. quanquam illos religione tutatur et Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos: qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur; et currus triumphantium, sub his pendens, defendit medicus inuidiae: iubetque eosdem respicere similis medicina linguae, vt sit exorata Fortuna gloriae, a tergo carnificem.* Dixerat superius? *Credamus ergo et lichenas leprasque,* etc. Huic respondes, *Eis* (Marcioni, Opilio, Salpae) *haec credamus*, et quod sequitur. *Illos* puta infantes, quos adspuendo terna tutari volunt nutrices, *religione tutatur et Fascinus*, cuius insigne amuletum, suspensum e collo gerebant. *Iubetque eosdem recipere* etiam Vossianus, Johannisque Andrae et hanc secutae editiones: sed quem sensum eorum fingunt Turnebus et Dalecampius, nulli, opinor, sano probauerint: et frequenter haec duo verba confudisse librarios obseruauimus. Fascinus autem sub curru pendens iubere siue *recipere* siue *respicere* quemadmodum potest dici? At *similis* Fascino *medicina linguae*, id est, seruus publicus, alter inuidiae medicus (qui portatur eodem curru, et identidem canit, (*Respice post te*) quam ibidem sit κώδων et μάςιξ, instrumenta carnificis, quomodo iubeat triumphantes *a tergo respicere carnificem*, facile mihi capere videor. Mirum autem, in quatuor codd. eandem lacunam continenti scriptura dissimulari. Sic enim

fieri: extranei interuentu, aut si dormiens spectetur infans, a nutrice [1] terna *x*. adspui; quamquam illos [2] religione *y*. tutatur et Fascinus *z*., Imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui Deus inter

1. *ter. V.* 2. *religione mutatur et F. Gr. et Al.*

enim omnes praeter optimum: *qui deus inter sagora eadem strigmenta a balneis et ideo miscent suppuratoriis* etc. Media desint. Acad inter *sacra eadem strigmenta.* Gron.

x. Terna) Ter adspui cum terna precatione. Sic paulo ante, *terna despuere praedicatione in omni medicina mos est*, etc. H.

y. Religione mutatur) Turnebus scriptum inuenit in antiquis exemplaribus, *religione mu-tueatur*. Ea syllaba veteres vtebantur, ad inuidiae, mali, fascini depulsionem, itemque ad imperandum et ominandum silentium. Lucilius, *Nec laudare hominem quemquam, nec mu facere unquam. Mu facere*, mutire. Dal.

Quamquam) Nutricem simul et infantem. Vide N. et Em. N. VIII. (hic. pos)

Quamquam) In libris hactenus editis, *quamquam religione mutatur et fascinus.* In antiquis exemplaribus legisse se Turnebus ait, *religione mutuctur*. Vnde nos effingebamus olim, *religione eum tutatur*, infantem videlicet, de quo dictum est antea proxime. Sed in R. 2. cod. vidimus, *quamquam illos religione mutuatur et facinus*: quae sunt sincerae lectionis haud obscura vestigia, quam repraesentamus. H.

z. Fascinus) Fascinum, pudendum virile, quod fascinum depelleret collo appensum puerorum. Varro: *Pueris turpicula res quaedam in collo suspenditur, ne quid obsit, bonae scena causa.* Turneb. cap. 28. IX. Appendebatur olim triumphantium currui Fascinus Deus, vt in auctores fascinum reiiceret, eosdemque fascinum et inuidiam recipere iuberet. Vide Rhodig. c. 6. lib. IV. Vide quod annotatum est supra cap. 49. lib. XI. et II. VII. Dal.

Et) Hoc est, non nutricum modo cura tutantur infantes, sed et fascinus, religione sua, cuius insigne amuletum suspensum e collo gerebant. Alii et ex anulo appendebant. Iconem vide apud Th. Bartholinum L. de puerperii vett. p. 161. H.

inter ſacra Romana a Veſtalibus colitur, et currus triumphantium, ſub *a.* his pendens, defendit medicus *b.* inuidiae: iubetque *c.* eoſdem [1] recipere ſimilis *d.* medicina linguae, vt *e.* ſit exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex.

VIII.

1. *Sic et Ch. et Alii. inuidiam recipere. V. eoſdem reſpicere. Similis Gr. et Al.*

a. Sub) Subter currum triumphantium appenſus, ad repellendam inuidiam. H.

b. Medicus) Inuidiae magnam eſſe vim ad nocendum antiqui exiſtimabant: quum eam vel ipſo afflatu et contagione maleficam, et venenatam eſſe, et hominibus, quibus male vellet, obeſſe grauiter cenſerent. Hinc Horat. I. ep. 14. v. 37. *Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat, non odio obſcuro morſuque venenat.* Idcirco ad eam repellendam, de collo puerorum, et de triumphantium curru ſuſpendebant amuleta. Nullum hic locum habent obſcenae coniectationes, quas ad explanandum hunc locum ex Varrone, Gloſſariis, libriſque aliis, Critici congeſſerunt. H.

c. Iubetque eoſdem reſpicere) Lege, *Iubetque inuidiam recipere.* Appendebatur enim Faſcinus Deus vt in auctores faſcinum reiiceret, eoſdemque faſcinum et inuidiam recipere iuberet. Vel, *Iubetque eos deum ſe reſpicere.* nimirum humanam ſuam ſortem cogitare, ac conditionem, quae triumphi gloria et honoribus elata, deum tamen currui ſuo ſubiectum et pendulum habet. niſi quis malit ad triumphantium morem referre, quibus quidam a tergo ſtans, identidem clamabat et inculcabat, *Reſpice poſt te, hominem te eſſe memento.* Septimius Florens in Apolog. Rhodig. cap. 7. lib. III. Iuuenal. Satyr. 9. — *magnaeque coronae Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit vlla. Quippe tenet ſudans hanc publicus, et ſibi conſul Ne placeat, curru ſeruus portatur eodem.* Dal.

d. Similis) Non dicit aliam ſimilem, ſed hanc ipſam hoc eſt; Faſcinum ipſum, currui appenſum triumphantium, ſimiliter ventoſae eorum linguae mederi: iubet enim eos de victoria ſua ſilere, tantumque in ſe recipere, ſiue curam eam ſuſcipere, vt Fortunam ſubſequentem aeque propitiam experiantur, ac fuit antea: dent operam, ne ab inuidis,

VIII. Morsus *f.* hominis inter asperrimos quoque numeratur. Medentur sordes ex [1] auribus: ac

1. *auribus: produnt ita et Ch.*

dis, qui nemini desunt, de adepto gloriae culmine deiiciantur. Nam per eos saepe Fortuna priorem gloriam iugulat et exstinguit. Haec genuina Plinii sententia est. Nullus hic seruus aut carnifex, quem nonnulli confinxere; qui a tergo triumphantis adsisteret, moneretque identidem, vt se ipsum cognosceret, ne tanta gloria superbiret. Tertull. in apol. c. 33. p. 28. *Non enim Deum Imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se Deum volet dici . . . Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur: Suggeritur enim ei a tergo, Respice post te, Hominem te memento.* Nullus hic seruus publicus, (sic enim Iuuenalis appellat, Sat. 10. v. 41. Isidor. Origg. XVIII. 2. carnificem vocat,) nullus, inquam, qui iubeat triumphantes respicere fascinum, cauere sibi a fascino inuidentium, quo labefactari tota triumphi gloria potest. Seruum a tergo triumphantis coronam sustinuisse Plinius ipse auctor est, XXXIII. 4. Meminit huiusce moris et Tzetzes Chil. XIII. hist. 461. v. 52. sed adiecta fabula: Καὶ πῶς ἐπὶ τοῦ ἅρματος δημόσιος οἰκέτης Ὄπισθεν τούτου ἵσταται τὸν στέφανον ἀνέχων, Καὶ λέγων τούτῳ πρὸς τὸ οὖς καὶ τὸ, Κατόπιν βλέπε. *Et quomodo in curru publicus minister pone hunc stat coronam sustinens, et dicens ei istud in aurem: A tergo respice.* Vide Not. et Em. N. IX. (hic pos.) *Iubet*) Perturbata hactenus huius loci interpunctio, crucem fixit interpretibus, criticisque, Turnebo, Rhodigino, Dalecampio, ceterisque. Sic enim legebatur: *Iubetque eosdem recipere.* Sic vtique libri omnes habent Mss. et editi, ante Dalecampium, qui primus rescripsit, *respicere.* Mox noua instituta periodo, *Similis medicina linguae*: quae diuulsa nullam probabilem efficere sententiam queunt. Libri etiam omnes, conspirante consensu, *carnifex* exhibent, id quod ipsa loci sententia postulat, non, vt quidam emendant, *carnificem.* Nam haec vox, *carnifex*, in contextu Pliniano, ad Fortunam pertinet. H.

e. Vt sit exorata a tergo, etc.) Leg. ex Vet. *Similis medicina linguae, et, vt sit exorata*

ac ne quis miretur etiam ſcorpionum ictibus ſerpentiumque, ſtatim impoſitae. Melius e percuſſi auribus proſunt: ita *g.* et reduuias [1] ſanari. Serpentium vero ictum, contuſi dentis humani farina.

IX. Capillus *h.* [2] puerorum, qui primum deciſus eſt, podagrae impetus dicitur leuare circumligatus: et *i.* in totum impubium *k.* [3] impoſitus. Virorum *l.* quoque capillus canis morſibus medetur ex aceto: et *m.* capitum vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus, [4] a reuulſo cruci, quartanis. Com-

1. *aiunt ſanari. V.* 2. *puero. Ch.* 3. *impoſitu. Ch.* 4. *et reuulſus a cruce. V.*

exorata fortuna gloriae a tergo carnifex. Nam in triumphantes conuitia iactabant. *Exoratam gloriae fortunam* dicit, id eſt, propitiam. D.

f. Morſus) Celſ. XXVI. 27. *Sequitur, vt de vulneribus dicam, quae morſu fiunt, interdum hominis, interdum ſimiae, ſaepe canis... Omnis autem fere morſus habet quoddam virus.* Plin. Val. III. 57. *Hominis morſui, ... ſordes ex humanis auribus illinuntur plagae.* H.

g. Ita) Abſceſſus circa radices vnguium, Latini reduuias vocant, Graeci παρωνυχίαν. Feſtus: *Rediuia... morbus eſt, quum cutis extra vngues ſe ſoluit, quia rediuire ſoluere eſt.* Eiuſdem medicamenti meminit et Marc. Emp. 18. p. 108. *Paronychiae ſtercus ex auriculis impone, et linteolum ſuperalliga, mirabere remedium.* H.

h. Capillus) Totidem verbis Marc. Emp. 36. p. 246. Sext. Plat. 17. *de puero* tit. 3. *Ad podagram: Pueri primi capilli a natiuitate ſi pedibus dolentibus impoſiti fuerint, ſanabuntur.* H.

i. Et) Et vniuerſe omnium impubium capillus impoſitus iuuat. H.

k. Impubium) Sic Naſo, *impubibus annis*, Metam. IX. 418. H.

l. Virorum) Habdarrahmanus Aegyptius, interprete Ecchellenſi c. I. n. 5. *Capilli hominis aceto madefacti, ſi ſtatim applicantur morſui canis, praeſentem afferunt vtilitatem.* H.

m. Et) Quaelibet vulnera hominum capillis cum thure tuſis aequo pondere glutinari, prodidit Theod. Priſc. I. 19. H.

Combuftus [1] aeque capillus, carcinomati. Pueri *n.* qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, inclufus in armillam, et affidue in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex in pede [2] alligatufque proximo digito, tumores inguinum fedat. In *o.* manu dextra duo medii lino leuiter colligati, deftillationes atque lippitudines arcent. Quin *p.* [3] et eiectus lapillus calculofo, [4] alligatus fupra pubem, leuare ceteros dicitur, ac *q.* iocine-

1. *vtique. Cb.* 2. *alligatus. V. praeligatus Gr. et Al.* 3. *et ex eiectis. V. id eft, caefo matris vtero nafcentibus.* 4. *alligatufque. Cb.*

n. Pueri) Alios in vfus hunc pueri dentem Sext. Platonicus adhibet, l. c. t. 4. *Pueri dens annorum feptem, inclufus auro aut argento, et in brachio fufpenfus, efficit ne mulier concipiat.* H.

o. In) Marc. Emp. 10. p. 87. *Si in manu dextra,* inquit, *duo digiti medii lino fimul copulentur, ftatim proderit aduerfus pituitam, et grauedinem, et deftillationem narium* Plin. Val. I. 28. *Ad ftillationem narium ex humore: In manu dextra duo digiti medii lino alligati inter fe, deftillationem compefcunt.* H.

p. Quin) Vide N. et Em. N. X. (hic pof.) *Quin)* Sic libri omnes editi, et manu exarati: etfi in quibufdam exemplaribus Dalecampius legi dicat: *Quin ex eiectis*: eiectofque interpretetur, caefo matris vtero natos. Aftute nimis excogitatum id fane, ac difficile nimis inuentu remedium. Caue tu quidquam immutes, receptam fcripturam defendente et explicante Marc. Emp. 26. p. 183. *Lapis,* inquit, *ex vefica hominis qualibet curatione fublatus, fi teratur, et ex vini cyathis tribus calculofo potui detur, lapides veficae humanae innatos efficaciter diffoluere creditur.* Habdarrahmano quoque Aegyptio, interprete Echellenfi, c. 1. n. 38. *Item fi fufpendes fuper laborantem calculis veficae calculos, quos alius egeffit, comminuentur calculi, et curabitur laborans.* H.

q. Ac) Marc. Emp. 22. p. 158. *Ad dolorem iocineris phyficum remedium fic: calculus, fiue lapillus, qui a calculofo fuerit eiectus, fuper iecur dolentis alligatus, ftatim proderit.* H.

iocineris etiam dolores: ac celeritatem partus facere. Addidit Granius, efficaciorem ad hoc esse ferro exemptum. Partus *r.* accelerat vicinos, ex *s.* quo quaeque conceperit, si cinctu suo soluto feminam cinxerit, dein soluerit, adiecta *t.* precatione se vinxisse, eumdem et soluturum, atque abierit.

X. Sanguine *v.* ipsius hominis, ex quacumque parte emisso, efficacissime anginam illini tradunt Orpheus et Archelaus: item ora, comitiali *x.* [1] morbo lapsorum: exsurgere enim protinus. Quidam *y.* si pollices pedum pungantur, [2] exque his guttae referantur in faciem: aut si virgo dextro pollice attingat: hac coniectura censentes [3] virgines *z.* carnes edendas. Aeschines *a.* Atheniensis excre-

1. *malo cum lapsorum.* Ch. 2. *eaeque.* Ch. 3. *virginis.* V.

r. Partus accelerat vicinos.) Voss. *partus celerat becmos.* Aut. *haerentes.* Gron.

s. Ex quo) Vir ipse, ex quo mulier quaeque conceperit. H.

t. Adiecta) Hoc est, hac formula: *Te vinxi, te quoque soluam.* H.

v. Sanguine) Plin. Val. I. 52. H.

x. Comitiali morbo lapsorum) Ex Chiflet. notant *malo cum lapsorum.* Voss. *conlapsorum.* Gron.

y. Quidam) Similis Habdarrahmani praeceptio, interprete Ecchellensi, c. 1. n. 22. *Maniaci curatio ita fit: Incide maniaci hominis pollices, sanguinem inde effluentem excipe, commisce cum farina* etc. Item Theodori Prisc. IV. *In ipsis vero commotionibus, si sanguinem de eius pedum digitis elicias quoquo pacto, et eius frontem ex eo tangas, et labia: continuo exsurgit.* H.

z. Virgines) Quod virginem vel vno tactu prodesse intellexerint, idcirco catulorum carnes, qui ante coitum caesi fuerint, edendas comitialibus morbis praecipiunt. H.

a. Aeschines) Vide N. et Em. N. XI. (hic. pos.) *Aeschines*) In libris ad hunc diem editis, *ex crematorum cinere* legitur, insigni menda; quam praeter codices R. 2. et Ch. editionesque Venetam et Parmensem, quae sunt omnium vetustissimae, in quibus *excrementorum*

[1] excrementorum cinere anginis medebatur, et tonsillis, vuisque, et carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon *b.* Multa *c.* genera morborum primo coitu soluuntur, primoque feminarum mense. [2] Aut si hoc non contingit, longinqua fiunt, maximeque *d.* comitiales. Quin et a serpente ac scorpione [3] percussos coitu leuari pro-

L 3 dunt:

1. Sic et Ch. ex crematorum cinere Gr. et Al. 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. aut si non id contingat Gr. et Al.* 3. *percussus. Ch. percussiones.*

drum diserte legitur, emendat egregie locus Sexti Platonici, c. 17. de puero t. 9. *Ad canceromata*: *Hominis stercus combustum*, inquit, *et in hulcera cancerosa et insanabilia aspersum, eo pro magno remedio vtitor, quod melius appellatur botrys.* H.

b. Botryon) Quod vuae maturae modo nigresceret. Dalec.

Botryon) Sexto Platonico, *Botrys*, c. 17. de puero, Non quod vuae morbo medeatur, vt putat Humelbergius: hanc enim vuam nemo botryn appellat: sed quod vuae forsan maturae modo nigrescat. H.

c. *Multa)* Hoc etiam Hippocrates prodidit, S. III. aph. 28. quem Celsus II. 1. sic interpretatur: *Si qua etiam genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in femina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt.* Vide quae diximus VII. 51. H.

d. Maximeque) Cels. III. 23. de comitiali morbo: *Saepe eum, si remedia non sustulerunt, in pueris, Veneris: in puellis, menstruorum initium tollit.* Scrib. Larg. comp. 18. de morbo comitiali: *Illud tamen*, inquit, *non oportet ignorare... pueros vel virgines liberari post complexum et deuirginationem.* Cael. Aurel. Chron. I. 4. de epilepsiae morbo quosdam ait *vel vsum venereum, vel contra eunuchismum faciendum probare*: quod ipse paulo post improbat. Et paulo ante: *Solet haec passio pubertatis tempore, siue nouae purgationis in feminis... facile detergeri: quod si minime euenerit, plerumque patienti consenescit*, etc. Ceterum, vt id corollarii vice adiiciam, *Morbus comitialis*, vt Celsus animaduertit II. 8. *post annum quintum et vicesimum ortus, aegre curatur: multoque aegrius is qui post quadragesimum annum cepit: adeo vt in ea aetate aliquid in*

dunt: verum feminas Venere ea laedi. Oculorum *e.* vitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lauant, aqua *f.* inde ter oculos tangant.

XI. Immatura morte raptorum manu, strumas, parotidas, guttura, tactu sanari affirmant. Quidam vero [1] cuiuscumque defuncti, dumtaxat sui sexus, laeua manu auersa. Et e ligno fulgure icto, reiectis post terga manibus demorderi aliquid, et ad dentem, qui doleat, admoueri, remedio esse produnt. Sunt *g.* qui praecipiant dentem suffiri dente hominis sui sexus: et eum qui caninus vocetur, insepulto exemptum adalligari. Terram *h.* [2] e caluaria, psilothrum esse palpebrarum tradunt. Herba vero, si qua ibi genita sit, commanducata, dentes cadere. Hulcera non serpere osse hominis circumscripta. Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent, et prolibant nouo fictili: reliquum dant in tertianis [3] accessu *i.* [4] febrium bibendum. [5] Iidem *k.* in quartanis fragmentum claui a cruce, inuolu-

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. cuiusque Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. ex Gr et Al.* 3. *a decessu. Ch.* 4. *febris. V.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. item Gr. et Al.*

in natura spei, vix quidquam in medicina sit. H.

e. Oculorum) Marc. Emp. totidem verbis. 5. p. 56. et Sext. Platon. 17. de puero etc. tit. 5. *ad lippitudinem oculorum.* H.

f. Aqua inde ter oculos tangant) Eadem commendatur ad ventris dolores cap. 7. lib. XXX. Dal.

g. Sunt) Innocentior paulo Habdarrahmani Aegyptii medicina, c. 1. p. 35. *Si osse demortui hominis tanges dentes dolores inferentes, curabuntur.* Et n. 40. *Molarem hominis demortui dentem si suspendes super hominem laborantem dentium doloribus, dolores illi mitigabuntur.* H.

h. Terram ex caluaria) Vel quae intra caluariam reperitur, vel qua caluaria obducitur. Dal.

Terram) Quae intra caluarian reperitur, vel qua caluaria obducitur. H.

i. Accessu) Sic Mss. R. 2. et alii. In Ch. a *decessu.* H.

k. Iidem) Plin. Val. III. 6. *Quartanae curandae: caput*

inuolutum lana, collo subnectum: aut spartum e cruce: liberatoque condunt cauerna, quam Sol non attingat.

XII. Magorum *l.* haec commenta sunt: Vt cotem, qua ferramenta saepe exacuta sint, subiectam ignari ceruicalibus, de *m.* veneficio deficientis, euocare indicium, vt ipse dicat quid sibi datum sit, et vbi, et quo tempore: auctorem tamen non nominare. [1] Fulmine vtique percusso, circumactum in vulnus hominem loqui protinus constat. Inguinibus *n.* medentur aliqui, licium *o.* telae detractum alligantes nouenis septenisue nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque *p.* ita [2] inguini adalligantes. Licio et clauum aliudue, quod quis calcauerit, alligatum [3] ipsos iubent gerere, ne sit dolori vulnus. Verrucas auellunt a vicesima luna, in *q.* [4] limitibus supini ipsam intuentes,

1. *Fulminis vtique percussu. V.* 2. *Sic ex Mss. H. inguini all. licium. V. inguini. Ch. inguini alligantes licio. Et clauum Gr. et Al.* 3. *ictos. V.* 4. *liminibus. V.*

put claui, quo aliquis in crucem fixus est, alligatur panno. H.

l. Magorum) Allata nempe superiore sectione remedia, vt et ea quae hac ipsa dicentur. H.

m. De) Si ex veneficio quis tabe deficiat, cogetur vel sic indicare, ac dicere quid sibi datum sit, etc. H.

n. Inguinibus) Inguinum panis et bubonibus. Dal.

Inguinibus) Inguinum tumori. Haec totidem verbis Plin. Val. II. 43. et Marc. Emp. 32. p. 225. H.

o. Licium) Filum, stamen. H.

p. Atque ita inguina alligantes licio. Et clauum) Voss. *inguini adalligantes licio.* Forte: *licium telae detractum alligantes nouenis septenisue nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguini adalligantes. Licio et clauum aliudue, quod quis calcauerit, alligatum ipsos iubent gerere, ne sit dolori vulnus.* Gron.

q. In) In semitis, viisque transuersis agrorum. H.

tes, vltra caput manibus porrectis, et quidquid [1] apprehendere, eo fricantes. Clauum corporis, quum [2] cadit stella, si quis distringat, vel cito sanari aiunt, [3] cardinibus ostiorum aceto affuso: lutum fronti illitum, capitis dolorem [4] sedare: item laqueum suspendiosi circumdatum temporibus. Si quid e pisce [5] haeserit faucibus, in aquam demissis frigidam pedibus, cadere. Si *r.* vero [6] ex aliis ossibus, impositis capiti ex eodem [7] pisce [8] ossiculis. Si panis haereat, ex eodem in vtramque aurem addito pane.

XIII. Quin et sordes hominis in magnis fecere remediis [9] quaestuosorum gymnasia *s.* Graecorum: quippe *t.* ea strigmenta molliunt, calfaciunt, discu-

1. Sic ex Mss. H. et Ch. comprehendere Gr. et Al. 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. cum cadat Gr. et Al.* 3. *vt cardin. V.* 4. *sedari. Ch.* 5. *inhaeserit. V.* 6. *ex animalis ossibus. V.* 7. *vase. Ch. osse Gr. et Al.* 8. *particulis. Alii.* 9. *quaestuosa. Alii.*

r. Si) Non e piscium modo, sed etiam ex animaliam ossibus. Vide N. et Em. N. XII. (hic consp.) *Si*) In libris hactenus editis, *ex eodem osse ossiculis.* In R. 2. et Ch. *ex eodem vase;* quos vltro codices sequuti sumus. Fauet Marc. Emp. XV. p. 112. *Si de pisce os faucibus haeserit, Spinam mediam eiusdem piscis infringes: et aliquam partem ex ea, pollice et medicinali digito, super verticem eius, cuius os vel spina haerebit, appones: sed vtilius erit, si nescienti id facias.* H.

s. Gymnasia) Plinius supra XV. 5. vbi de oleo: *Vsum eius ad luxuriam vertere Graeci, vitiorum omnium genitores, in Gymnasiis publicando. Notum est, Magistratus honoris eius octogenis strigmentis olei vendidisse.* H.

t. Quippe) Ita sordes appellabant, quae destringebantur, deradebanturque de abhletarum corpore: constabant sudore et oleo: et quod medicatam vim haberent, diligenter colligebantur, magnoque venum ibant. Val. Max. IX. 14. *Gymnicorum seruo strigmenta gymnasii colligenti.* Easdem porro in medicando vires strigmentis gymnasiorum Dioscorides attribuit I. 36. Ad maturandas certe duritias,

discutiunt, complent, sudore et oleo medicinam facientibus. Vuluis inflammatis, contractisque *v.* admouentur. Sic et menses cient: sedis inflammationes et condylomata leniunt: item neruorum dolores, luxata, articulorum nodos. Efficaciora *x.* ad eadem, strigmenta a balineis, et ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. Nam *y.* illa, quae sunt e ceromate, [1] permixta coeno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, discutiunt efficacius: sed ad cetera minus valent. Excedit fidem impudens cura, qua sordes *z.* virilitatis contra scorpionum ictus singularis remedii, celeberrimi auctores [2] clamant. Rursus in feminis, [3] quas *a.* infantium

L 5 aluo

1. *Sic ex Mss. H et Cb. permista coe. ar. quoque. M. permisto coeno Gr. et Al.* 2. *damnant. Cb.* 3. *quas aluo reddunt infantes vtero editi. V.*

duritias, collectiones, strumas, a Theod. Prisc. l. 1. de furunculis, commendantur hae *sordes de parietibus palaestrae collectae.* H.

v. Contractisque) Strangulatis. H.

x. Efficaciora) De his eadem Diosc. l. 34. ex Cratena, a quo hausit et Plinius. H.

v. Contractisque admouentur) In alterutrum latus reclinatis: sursum procurrentibus. Dal.

y. Nam) Κήρωμα vnguentum est, quod fit subacta oleo cera, permixtoque luto: hoc luctatores vngebantur, in eo palaestrae aut gymnasii loco, qui ceromatis etiam nomen inde habuit. De his idem Diosc. l. 35. Ὁ δὲ ἐκ τῆς παλαίστρας προσειληφὼς τὴν κόνιν, ἐοικὼς δὲ ῥύπῳ, τὰς περὶ τοὺς κονδύλους συστροφὰς ἐπιτιθέμενος ὠφελεῖ, etc. *Quae vero strigmenta in palaestris puluerem sibi adsciuere, similia sordibus, articulorum collectiones ac nodos imposita iuuant.* H.

z. Sordes) Sordes virilis feminis. H.

a. Quas infantium aluo, etc.) Lege, *quas reddunt infantes aluo, ex vtero editi,* *contra etc.* μηκώνιον excrementum nigrum, et fetidum, quod pueri nati primum emittunt; vulgo, *Le syrop de l'enfant.* Dal.

Quas) Sordes quas infantes aluo emittunt, etc. H.

aluo editas in vtero ipso contra sterilitatem subdi censent: [1] meconium *b.* vocant. Imo *c.* etiam ipsos gymnasiorum rasere parietes: et illae quoque sordes excalfactoriam vim habere dicuntur: panos discutiunt. Hulceribus *d.* senum puerorumque, et desquamatis ambustisue illinuntur.

XIV. Eo minus omitti conuenit ab animo hominis pendentes medicinas. [2] Abstinere *e.* [3] cibo omni

1. *meconiam.* Ch. 2. *Hae sunt, abstinere.* V. 3. *se cibo.* Ch.

b. Meconium) Cf. Aristot. H. A. L. VI. c. 13. Reinesf. in varr. lectt. L. II. c. 7. p. 174.

Meconium) Μηκώνιον excrementum quod primum emittunt pueri, quod cruentum est, atrum, foedique odoris. Arist. H. A. VII. 13. p. 844. de infante primum nascente: Ἀφίησι δὲ περιττώματα τὰ μὲν εὐθὺς, τὰ δὲ διαταχέων πάντα δ' ἐν ἡμέρᾳ. καὶ τοῦτο τὸ περίττωμα πλέον ἢ τοῦ παιδὸς κατὰ μέγεθος· ὃ καλοῦσι αἱ γυναῖκες μηκώνιον. Χρῶμα δὲ τούτου αἱματῶδες, καὶ σφόδρα μέλαν, καὶ πιττῶδες· μετὰ δὲ τοῦτο, ἤδη γαλακτῶδες. *Emittit etiam excrementa quidam illico, quidam haud multo post: omnes autem intra diem. Cuius excrementa quantitas maior quam pro pueri magnitudine: quod appellant mulieres papauerculum. Color eius cruentus, ac valde ater, et piceus: post illud, mox lacteus.* H.

c. Imo) Diosc. I. 36. totidem verbis: Καὶ ὁ ἐν τοῖς τῶν γυμνασίων τοίχοις ῥύπος, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων, θερμαίνει δὲ καὶ διαχεῖ τὰ δύσπεπτα φύματα etc. H.

d. Vlceribus senum puerorumque.) Voss. *quoque rarumque.* An *puerperarumque.* Gron.

Hulceribus) Diosc. l. c. Πρὸς ἕλκη πρεσβυτικὰ ἁρμόζει, etc. H.

e. Abstinere) Ita R. 1. et editi. R. 2. et Ch. *abstinere se cibo.* Balineis quando vtendum, quando abstinendum sit, ex Celso perdisces II. 17. *de sudore.* Item scite admodum III. 2. *Igitur si quid* morbi *incidit, omnium optima sunt, quies, et abstinentia. Si quid bibendum, aqua ... Solaque abstinentia sine periculo medetur ... Et si leuiora indicia fuerint, satis sit a vino tantum abstinere, quod subtractum, plusquam si cibo quid dematur, adiuuat.*

omni, aut potu, alias vino tantum aut carne, alias balineis quum quid [1] eorum poſtulet valetudo, in praeſentiſſimis remediis habetur. His [2] remediis adnumeratur exercitatio *f.*, intentio *g.* vocis, [3] vngui *h.*, fricari eum ratione. Vehemens

1. horum poſtulat. 2. *remediis, in V. d.* 3. *vngi. V. et Ch. vnguen. Quidam. vngue Gr. et Alii.*

adiuuat. Si paulo grauiora ſint, non aquam tantum bibere, ſed etiam cibo carnem ſubtrahere ... Satiſque ſit, tum ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abſtinere, quum vehementer notae terruerunt. Rurſum IV. 2. in dolore capitis: *Satius eſt abſtinere a cibo, ſi fieri poteſt, etiam a potione: ſi non poteſt, aquam bibere,* etc. H.

f. Exercitatio) Exercitationum genera haec ſunt apud Galen. de ſan. tuenda II. 8. p. 83. lucta, pugilatus, curſus, ſaltatio, diſci iactus, pilae ludus, et ſimilia. Exercitationis ſimul et laboris nomine cenſentur, remigatio, foſſio, aratio, geſtatio oneris, equitatio, venatio, longior ambulatio, etc. H.

g. Intentio) Siue vt Celſus ait, I. 2. *clara lectio.* Et c. 8. *Si quis ſtomacho laborat, legere clare debet: poſt lectionem ambulare. etc.* Et mox: *Prodeſt aduerſus tardam concoctionem clare legere etc.* Denique IV. 4. de tuſſi: *Oportet lectione vti vehementi: quae primo impeditur a tuſſi, poſt eam vincit.* Hoc vocis exercitium, inquit Cael. Aurel. Chron. I. 1. Graeci ἀναφώνησιν vocant. H.

h. Vngui) Siue vt nunc obtinet vſus loquendi, *vngi)* Vide N. et Em. N. XIII. (paulo poſt.) Celſ. I. 2. *Exercitationem recte ſequitur vnctio, etc. Vngui) Vngui* et *vnguo* dici pro *vngi, vngoque*, vetuſto more, ex Priſciano ſcimus. In libris hactenus editis, *vngue fricari*, abſurde: nam diſparia ac diuerſa ſanitatis tuendae, remedia nunc praeſcribuntur, neque vngue frictio peragitur, ſed manuum iniectu, circumactuque, τῶν χειρῶν ταῖς ἐπιβολαῖς τε καὶ περιαγωγαῖς αἱ ἀνατρίψεις γίγνονται, inquit Gal. de ſanit. tuenda II. 3. p. 70. Frictione vero vnctio praemitti ſolita erat, vt docet idem II. 69. Et Celſ. I. 3. *Tum multo oleo vngi, leniterque perfricari, etc.* Et L. III. 22. de tabe: *Praeter haec conuenit ambulare locis*

mens *i.* enim fricatio ſpiſſat, lenis mollit: multa adimit corpus, auget modica. In primis vero prodeſt ambulatio *k.*, geſtatio *l.*, et ea pluribus modis. Equitatio ſtomacho et *m.* coxis vtiliſſima: phthiſi *n.* naui-

locis quam minime frigidis, Sole vitato . . . ſi infirmior eſt, geſtari, vngi, perfricari, ſi poteſt, maxime per ſe ipſum, ſaepius eodem die . . . Tum paulatim cibi dandi, adiectis exercitationibus, vnctionibus, frictionibuſque. Iterumque IV. 5. *Poſt exercitationem opus eſt vnctione, frictione, balneo quoque nonnumquam, etc. Vngui* porro hoc loco vt ſcriberemus, codex R. 2. admonuit, et Chiffl. cum Galeno. H.

i. Vehemens) Totidem verbis Celſ. ex Hipp. II. 14. *Neque dubitare poteſt*, inquit, *quin latius quidem et dilucidius, vbi et quomodo frictione vtendum eſſet, Aſclepiades praeceperit: nihil tamen reperit, quod non a vetuſtiſſimo auctore Hippocrate, paucis verbis comprehenſum ſit: qui dixit, frictione, ſi vehemens ſit, durari corpus: ſi lenis, molliri: ſi multa, minui: ſi modica, impleri: etc. H.*

k. Ambulatio) Plaut. in Curcul. Act. II. ſc. 1. *Ambula: id lieni optimum eſt.* Cuiuſmodi porro debeat eſſe ambulatio, Celſus declarat I. 2. *Commode vero*, inquit, *exercent clara lectio, arma, pila, curſus, ambulatio: atque haec non vtique plana, commodior eſt: ſiquidem melius aſcenſus quoque et deſcenſus cum quadam varietate corpus moueat: niſi tamen id perquam imbecillum eſt: melior autem eſt ſub diuo, quam in porticu: melior, ſi caput patitur, in Sole, quam in vmbra: melior in vmbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt, quam quae tecto ſubeſt: melior recta, quam flexuoſa. H.*

l. Geſtatio) Exercitatio eſt, qua geſtamur, aut vehimur, equo, lectica, etc. De ea ſatis elegans Senecae locus, initio ep. 55. *A geſtatione quum maxime venio, non minus fatigatus, quam ſi tantum ambulaſſem, quantum ſedi. Labor eſt enim et diu ferri: ac neſcio an eo maior, quia contra naturam eſt, quae pedes dedit, vt per nos ambularemus: oculos, vt per nos videremus: etc. H.*

m. Et) Celſus, II. 15. *Genera autem geſtationis plura ſunt adhibenda, quae ſint et pro viribus cuiuſque, et pro opibus . . . Geſtationum leniſſima eſt naui, vel in portu, vel in flumine: vehementior in alto mari, naui:*

nauigatio: longis *o.* morbis locorum mutatio. Item somno mederi sibi, aut lectulo, aut rara *p.* vomitione. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera aduersum destillationes. Aristoteles *q.* et Fabianus plurimum somniari *r.* circa [1] ver et autumnum tradunt, magisque supino cubitu, at prono nihil. Theophrastus *s.* celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis. [2] Sol *t.* quoque remediorum maximum ab ipso

1. *sic ex MSS. H. V. et Ch. vernum Gr. et Alii.* 2. *Sic et Ch. solum quoque Gr. et Al.*

naui: vel lectica aut scamno: acrior vehicula. Atque haec ipsa et intendi et leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi debet et moueri, etc. Hippocratis Graeca sunt e libro κατ᾽ ἰατρεῖον, siue de officina medici, quae Galenus recitat de sanit. tuenda II. 3. Tom. VI. pag. 70. Ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι· ἡ σκληρὰ δῆσαι· ἡ μαλακὴ λῦσαι· ἡ πολλὴ μινυθῆσαι· μετρίη, σκληρῶσαι. Quorum effectuum dissimilium dispares caussas ibidem persequitur. H.

n. P h t h i s i nauigatio) Praesertim in mari. Dalec.

Phthisi) Vide quae dicturi sumus. XXXI. 33. H.

o. Longis morbis locorum mutatio) Hippocr. aphor. 20. sect 5. lib. VII. Epid. Dal.

Longis) Hipp. Γῆν μεταμείβειν, σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νοσήμασι. H.

p. Rara vomitione) Nam frequens et continuata ventriculum offendit. Dal.

Aut) De ea multa Cels. I. 3. et II. 13. H.

q. Aristoteles) Vide Plutarch. Symp. Quu. VIII. 10. p. 734. *Cur autumnalibus somniis minimum fidei sit habendum. H.*

r. Somniari circa vernum) Plut. VIII. Sympos. quaest. 10. Somnia veteres e terra nasci crediderunt, mittique ab inferis et Manibus. Inde Euripidi in Hecuba, terra μελανοπτερύγον μήτηρ ὀνείρων. Inde Homero et Virgilio figmentum de duabus somniorum portis apud inferos. Turnebus cap. 46. XXVIII. Dal.

s. Theophrastus) Ita nunc in libro περὶ ὕπνου καὶ ἐνυπνίων, *de somno et somniis* cuius Laertius meminit V. H.

t. Solum) Loci, in quo degit, natura et conditio. Alii, *solium.* Dal.

Sol)

ipſo ſibi praeſtari poteſt, ſicut *v.* linteorum ſtrigiliumque vehementia: perfundere *x.* caput calida ante

Sol) Nam vt ſuperius dictum eſt, optime in ſole, ſi caput patitur, inambulatio eſt. Vide N. et Em. N. XIV. (hic poſ.) *Sol*) In libris hactenus editis *ſolum quoque* legebatur: *ſolium* alii, ex coniectura ſubſtituere auſi, hoc eſt, vas in quo ſedentes lauantur. Verum et Chiffl. codex, teſte Dalecampio, et probatiſſimi alii, quos vidimus, *Sol* incredibili c o n ſ e n ſ u exhibent: in quem vnum ſane id commode cadit, vt remediorum maximum appelletur. Sed praeter exemplarium auctoritatem maximum emendationi noſtrae pondus addit Corn. Celſi teſtimonium: quo auctore didicimus id quod a Plinio deinde adiicitur: de perfundendo c a p i t e, calida, frigidaque, tum ſolum, vel tum certe inprimis adhiberi oportere, quum accepta a Sole aliqua offenſio fuerit: qui quum ſit per ſe quidem remediorum maximum, ſi nimium tamen eo vtare, nocere poteſt. Sic enim ille I. 3. *Si quis vero exuſtus in Sole eſt, huic in balneum protinus eundum eſt, perfundendumque oleo corpus et caput. Deinde in ſolium bene calidum deſcendendum: tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, dein f r i g i d a.* Vbi et ſolium ipſum, et calida, frigidaque contra exuſtionem a Sole remedium eſt. Et capite quidem proxime ſubſequente, etiam citra ſolis iniuriam quae ſunt balnei leges explanans, perfundi pariter c a l i d a frigidaque caput praecipit: verum ibi ſolium abdicat: plane vt vtrumlibet ex iis locum ſpectes, *ſolium* hoc loco dicere minime poſſis: Sic enim Celſus: *Si in balneum venit, ſub veſte primum paulum in tepidario inſudare: ibi vngi: tum tranſire in calidarium: vbi ſ u d a b i t, in ſolium non deſcendere; ſed multa calida aqua per caput ſe totum perfundere: tum tepida vti, dein frigida: diutiuſque ea caput, quam ceteras partes perfundere: deinde id aliquamdiu perfricare, nouiſſime detergere, et vngere. Capiti nihil aeque prodeſt, atque aqua frigida, etc.* Sol certe inter remedia recenſetur ab eodem III. 21. *Paulatim*, inquit, *euocandus eſt aeger ad exercitationes, frictiones, Solem, ſudationes, nauigationes, et idoneos cibos, donec ex toto conualeſcat.* Et IV. 16. *Exercitationes ... et cum his Sol, ignis, balneum.* H.

v. Si-

ante balinearum vaporationem, et poſtea frigida, ſaluberrimum intelligitur. Item *y.* praeſumere cibis, et interponere frigidam, eiuſdemque potu ſomnos antecedere, et ſi libeat, interrumpere. Notandum, nullum aliud animal calidos potus ſequi, ideoque non eſſe naturales. Mero *z.* ante ſomnos colluere ora, propter halitus *a.*: [1] frigida matutinis impari *b.* numero ad cauendos dentium dolores: item poſca oculos contra lippitudines, certa experimenta ſunt: (V) ſicut *c.* totius

1. *frigida aqua mat. M.*

v. Sicut) Vncti oleo veteres ſtrigilibus radebantur ſudantes: deinde linteis ad id parati s tergebantur. Apul. aſin. aur. II. *Ac ſimul ex promtuario oleum vnctui, et lintea terſui, et cetera huic eidem vſui profer ociter, et hoſpitem meum produc ad proximas balneas.* Hanc frictionem ſibi quiſque praeſtare poterat, vti ex Celſo quoque intelligimus IV. 4. H.

x. Perfundere) Celſ. I. 3. totidem verbis. In balneis e calida in frigidam tranſire ſolitos olim, teſtis Ariſtides Tom I. orat. 2. ſacr. ſerm. p. 515. H.

y. Item) Ante cibos frigidam aquam praeſumere, et inter cibos interponere. Vide Celſ. I. 8. H.

z. Mero ante ſomnos colluere ora propter halitus) Voſſ. *propter nolitus* Quod Acad. et Menapius reddiderunt *propter anhelitus.* Non videtur tamen ſatis rationis, quare diſcedatur a vulgari, quod in And. eſt et Gudiano. Gron.

Mero) Plin. Val. I. 33. *Ad foetorem oris: Dormitum vadens . . . . vino ſuaui os colluat.* Et c. 29. *Nero quoque ante ſomnos colluere ora propter halitum foetidum vtile dicit.* Inſulſe is apud noſtrum pro mero, Nero, legit. H.

a. Halitus) Putres, aut alioqui fumoſos a cibo, dum coquuntur in ventriculo, exhalantes. Dalec.

b. Impari numero) Semel, ter, quinquies, etc. Dal.

Impari) Ter, quinquies, etc. Numerus ille ſuperſtitione non caret, quam Celſus iure neglexit I. 2. *Vbi experrectus eſt aliquis, paulum intermittere: deinde, niſi biems eſt, fouere os multa aqua frigida debet. H.*

c. Sicut totius corporis valetudini in varietate victus obſerua-

tius corporis [1] valetudini in varietatem victus inobseruatam. Hippocrates *d*. tradit non prandentium exta

1. *sic ex MSS. H. Valetudinem iuuari ratione victus obseruata. Dalec. valetudinis varietas. V. valetudine varietate victus inobseruata. Ch. varietate victus obseruata. Gr. et Alii.*

seruata) Dalecampius, *valetudinem iuuari ratione victus obseruata*, longe a mente Plinii digressus. Acad *victus et obseruata*. Chifflet. tres Vossiani, Gudianusque: *inobseruata*. Scribe: *sicut totius corporis valetudini varietatem victus inobseruatam*. Intelligendum enim ex praecedenti capite (neque enim eam distinctionem agnoscit liber fidelissimus) *saluberrimam esse certa experimenta sunt*. Lex eadem quae Celsi Cornelii: *Sanus homo, qui et bene valet et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico neque iatralipta egere*. Vox, qualis Suetonii Augusto 76. *Vescebaturque et ante coenam, quocumque tempore et loco stomachus desiderasset. Ex hac inobseruantia nonnunquam vel ante initum, vel post dimissum conuiuium solus coenitabat, quum pleno conuiuio nihil tangeret*. Sed Suetonius loquitur de permissa sibi ab illo principe licentia tantummodo, quod ad tempus cibi sumendi, et ventrem ei fuisse salarium, vt parasitus apud Plautum, et de Persis Ammianus iocantur. Nimis enim laxe interpretantur indifferentem circa rationem victus animum, contrarium morositati certis legibus adstrictae. Plinii mentem recte cepit et Hermolaus Barbarus. Gron.

Sicut) Sic totius corporis valetudinem promitti non obseruantibus varietatem victus, *certum experimentum* est. Apparet diuulsa praepostere hactenus haec fuisse a superioribus, vt inde noui capitis initium sumeretur. Habet etiam hanc legem Celsus II. I. *Sanus homo, qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet . . . Hunc oportet varium habere vitae genus, modo ruri esse, modo in vrbe, saepiusque in agro . . . Modo vigi, modo id ipsum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus utatur: interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere: modo plus iusto, modo non amplius assumere, etc.* Sunt sane plerumque valetudinarii: qui certo ciborum genere quasi ad mensuram vescuntur. H.

d. Hip-

exta *e.* celerius senescere. Verum *f.* id remediis cecinit, non epulis: quippe multo vtilissima est temperantia in cibis. L. Lucullus *g.* hanc de se praefecturam seruo dederat: ultimoque *h.* probro manus

d. Hippocrates) Vide Galenum in L. Hippocr. de rat. vict. in morb. ac. Com. 2. p. 50. sqq. Tom. XI. H.

e. Exta celerius senescere) Dolore praecordia torqueri, veluti suspensis visceribus. Dal.

f. Verum) Non haec praecipit Hippocrates, inquit, ad crapulam, vel vt helluari adhortetur, sed ad remedia: vt ab illa scilicet exactiore ne scrupulosiore victus norma recedatur, quae cibos obseruat. H.

g. L. Lucullus hanc de se praefecturam seruo dederat) In antiquo codice: *A. Lucius* legitur, non *L. Lucullus*, et *mensae* forte aptius legeretur, quam *de se*. Porro non dissimulabo, vt alias consueui, videri mihi haec verba, et quae sequuntur vsque in finem capitis, falso Plinio attribui: Scripta forte in margine libri, et in contextum a librario per ignorantiam inserta: neque enim ad praesentem materiam faciunt. Pint.

h. Vltimoque probro manus in cibis triumphali seni deducebatur) In eod. *Vltimoque probrum manus in cibis. Triumphali sede vtebatur*; et mox paulo, *pudenda res*, non *pudenda re*. Pint.

Vltimoque probro manus in cibis triumphali seni deducebatur) Hoc a Gelenio, quum esset, *maius in cibis triumphalibus sedenti dicebatur*, aut *in cibis triumphalibus*, quod ex Hermolao, ni fallor, admissum est. Pintiani liber, *vltimoque probrum manus in cibis triumphali sede vtebatur*. Sensum procul dubio deprehendit Gelenius. Sed Vossianus praecipit: *vltimoque probro manus cibis triumphali seni deiiciebatur*. Est ibi quidem etiam *probrum* et *deiiciebatur*: verum hic Hermolao digitus ad ista. Idem Chiffletiana membrana significat. Idem Voss. duo alii Acad. et Gud. qui, *vltimoque probro manus in cibis triumphalis enim deiiciebatur*. *Pudenda re*, omnes: male Pintianus *res*, immemor illius de quo supra 22. 7. *magno solatio*, et moris Plinio frequentissimi. Peius idem, *hanc mensae*, pro, *hanc de se*, quod tamen adeo placuit auctori, vt id maluerit, quam *in se*: et merito, Pessime omnem hunc locum falso suspicatur-

manus [1] in cibis triumphali [2] seni deiiciebatur *i.*, vel in Capitolio epulanti, pudenda *k.* re, seruo *l.* suo facilius parere, quam sibi.

XV. (VI.) [3] Sternumenta *m.* [4] pinna grauedinem emendant: et *n.* si quis [5] mulae nares, vt tra-

1. *in cibos. V. manus cibis tr. f. deiiciebantur. Ch.* 2. *deducebatur. Gr. et Alii.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. sternutamenta. Gr. et Al.* 4. *capitis. V.* 5. *Manu. V. muta enarras. Ch. forte, mutae nares. muris nares Gr. et Alii.*

tur attribui Plinio, et cum forte in margine libri adscriptus esset, a librario per ignorantiam huc insertum, quippe qui ad praesentem materiam nihil faciat. Nescio quo pacto vir praestantissimus iniquior est narratiunculis et fabellis, quibus operis sui seueritatem condiuit Plinius, tam suauibus et delicatis, vt facile Siculas et Sybariticas mensas prae illis spernas. Hanc autem satis tuetur auctor ipse lib. XXXV. 18. vno vocabulo, quum ait *rectorem L. Luculli.* Sic enim et Voss. Acad. Gudianus, Menapius. nam Andegau. nos destituit cum fine fere libri XXXII. Gron.

i. Deiiciebatur) Retinebatur. Sic MSS. non vt editi auctore Gelenio, *deducebatur. H.*

k. Pudenda) Sic etiam Mss. editique Pliniani istud moris est, pro *pudenda res.* Sic alibi, *Magno solatio*, similesque formulae passim obuiae. H.

l. Seruo suo facilius parere) Medico fortassis: nam eo seculo inter seruitia habebantur medici. Heronem Luculli seruum domino gratissimum auctor memorat cap 18. lib. XXXVI. Nominatur et Callisthenes inter Luculli seruos, quem pharmaco herum suum dementasse, animoque alienasse, vulgus suspicabatur. Dalecampius.

m. Sternutamenta, etc.) In tabula sic locus hic citatur: *sternutamenta capitis grauedinem leuant.* Vnde apparet hic pro voce *pinna*, legendum, *capitis.* Alii legunt *capitis et narium.* Nam *κόρυζα*, quam Latini *grauedinem*, vocant, fluxio est a capite in nares, vt *βράγχος* in fauces, *κατάῤῥοος* in pulmonem. Dal.

Sternumenta) Sternumentum pinnae motu excitatum grauedinem capitis sanat, excusso vel sic humore qui destillat e capite. Vide N. et

tradunt, [1] osculo attingat, sternumenta o. et singultum, [2] Ob p. hoc Varro suadet palmam [3] alterna

M 2 manu

1. et oculos V. 2. Ad Cb. 3. altera. V. in altera. Cb.

et Em. N. XV. (hic consp.) *Sternumenta)* Hanc vocem *pinnae*, quam libri omnes etiam MSS. exhibent, concoquere Dalecampius non potuit: Maluit itaque, *sternutamenta capitis grauedinem* legere. Alii, ipsomet ita prodente, *capitis et narium* Vtrique contra exemplarium fidem, sententiamque scriptoris, cui lucem affert Philosophi locus c. s. 35. probl. 8. p. 834. Διὰ τί πτερῷ τὰς ῥῖνας κινήσαντες πτάρνυνται . . . Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πταρμῷ τῷ πτερῷ διαθερμάναντες, διελύσαμεν εἰς πνεῦμα· πλείονος δὲ γινομένου ἐξεώσαμεν. *Cur naribus penna tentatis sternutamentum mouetur . . . Sternutamenti quoque ratio eadem est: quum enim penna mouemus ac tepefacimus nares, humor in spiritum soluitur, quem mox redundantem expellimus.* Et alter Hipp. de morb. mul. II. text. 18. p. 547. Ἐς δὲ τὰς ῥῖνας . . . πτερὸν ὄξει βάψαι, καὶ καθῆραι· διαλεῖψαι δὲ τὰς ῥῖνας· ἢ τοῦ πταρμικοῦ προσθεῖναι, etc. *Si nares vero . . . aut pennam aceto tingito, et immittito, naresque illinito: aut sternutatorium apponito. H.*

n. Et si quis muris nares, etc.) Lege: *Et si quis muli nares, vt tradunt, etc.* Vide *Reines.* Var. lect. lib. III. cap. 15. p. 585. et 586.

Et) Et hoc, inquit, emendat grauedinem. Vide N. et Em. N. XVI. (hic pos.) *Et)* Libri vulgati, *Si quis muris nares*, ita refingente barbaro Barbaro. Nam in Parmensi, *Si quis muco nares.* In R. 1. *Si que mutare nares.* In R. 2. *Si quis muta naras.* In Ch. *Si quis mutare nares.* Vt *mulae* scriberemus, fecit imprimis auctoritas clarorum virorum, praeter vestigia sincerae scripturae, quae sunt haud obscura: Auctor libri qui Kirani falso inscribitur II. p. 79. *Si quis habet frigidum catarrhum, et osculatus fuerit nares burdonis, sanatur, etiamsi coryzam habet.* Ad foetorem narium idem commendat Marc. Emp. 10. p. 86. *Cui nares foetebunt*, inquit, *remediabitur, si nares muli osculetur: Similiter proderit mulieri, si nares mulae basiauerit.* Quibus e testimoniis intelliges obiter mulum quoque burdonem vocari quamquam alii de asino accipi volunt: qua de

manu scalpere. Plerisque *q.* anulum e sinistra in longissimum dexterae digitum transferre, aut in [1] aquam feruentem manus immergere. Theophrastus *r.* senes laboriosius sternuere dicit.

XVI. Venerem *s.* damnauit Democritus, vt in qua homo *t.* [2] alius exsiliret ex homine. Est *v.* her-

1. *aqua feruenti. M.* 2. *alius in V. d.*

de re Du-Cangii glossarium consule. H.

o. Sternumenta) Subintellige, emendat, ex antecedentibus, Arist. S. 33. probl. 5. p. 829. et probl. 37. p. 831. Διὰ τί τοὺς λυγμοὺς οἱ πταρμοὶ παύουσιν: Nempe Hippocratem sequitur, cuius est hic aph. 13. S. 6. Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένου πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι, λύουσι τὸν λυγμόν *A singultu cohibito quae sternumenta fiunt, soluunt singultum.* Celsus quoque cuius hoc effatum, I. 8. cui lemma: *Quae notae in quoquo morbi genere, etc. Singultus*, inquit, *sternutamento* finitur. Vbi et illud animaduersione dignum, quod adiicit: *In pulmonis morbo periculosum etiam, quod alias salutare habetur, sternutamentum esse.* Et Marc. Emp. c. 17 p. 126. *Singultus compescit sternutamentum in tempore excitatum. H.*

p. Ob hoc Varro suadet palmam) Vt singultus sedetur, vel sternutatio. De singultu intelligendum puto. Dal.

Ob) Vel vt Ch. et R. 2. *ad hoc*, ad singultum comprimendum. H.

q. Plerisque) Nempe adcomprimendos singultus. Marc. Emp. I. c. *In aquam calidam*, inquit, *manus missae, diuque illic retentae, singultus crebriores inhibere dicuntur. Anulus in sinistra manu in medio digito positus, vel ibidem translatus, singultus statim compescit. H.*

r. Theophrastus) Forte in eo opere quod inscripsit, προβλημάτων συναγωγὴν, *collectionem problematum*, cuius meminit Laert. V. Sic enim Arist. s. 33. probl. 12. p. 830. ipsum istud proponit: Διὰ τί πρεσβῦται χαλεπῶς πτάρνυνται; *Cur senes laboriosius sternunt? H.*

s. Venerem damnauit Democritus.) Huc pertinet quod ait Pythagoras, Venere tunc esse vtendum, cum reipsa fieri vis infirmior, et quod Celsus ait, rarum concubitum corpus excitare, frequentem soluere. De raro concubitu νεάζουσι, καὶ ἀκμάζουσι inquit

hercule raritas eius vtilior. Athletae tamen torpentes reſtituuntur Venere, vox reuocatur quum e candida declinat in fuſcam. Medetur *x.* et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis ac melancholicis.

XVII. Adſidere grauidis, vel quum [1] remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter ſe implexis, veneficium eſt: idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente. Peius, ſi circa vnum amboue genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo haec in conciliis ducum poteſtatumue fieri vetuere maiores, velut omnem actum impedientia. Vetuere [2] et ſacris, votiſue, ſimili modo intereſſe. Capita *y.* autem aperiri aſpectu magiſtratuum, non *z.* venerationis cauſa

iuſſere,

1. *remedia alicui adhibeantur. Ch.* 2. *vero et ſacris. Ch.*

quit Ariſtot. III. Ethicor. ad Nicomach. Homer. vero vlt. Iliad. Τέκνον ἐμόν, τέοεμέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχυων Σὺν ἔδεαι καδειων, μεμνημενος ἐδέ τι σίτε, Οὐτ' νυῆς, ἀγαθόν τη γυναικί περ ἐν Φιλότητι, Μισγεσθαι--- Vide Galen. cap. 16. artis paruae. Plutarch. de ſanit. tuend. Dal.

t. Homo alius exiliret ex homine) Fureret et inſaniret libidine percitus, extra ſe eſſet. Dal.

v. Eſt) Celſ. II. I. *Concubitus vero neque nimis pertimeſcendus eſt. Rarus, corpus excitat: frequens, ſoluit: etc. H.*

x. Medetur) Renum dolori prodeſſe auctor eſt Auicenna, L. III. Fen 20. tr. I. cap. 10 p. 889. Melancholiae item, caligini oculorum, vertigini, grauitati capitis, etc. H.

y. Capita) Vide Plutarch. in Quu. Rom. p. 266. Cur honos exhibeatur Diis operto capite, hominibus aperto. H.

z. Non venerationis cauſa iuſſere) Contra ſententiam auctoris, Rhod. c. 23. III. honoris cauſa id fieri contendit. At inſtituti veteris fuit, vt qui diis ſacrum faceret, excepto Hercule ac Saturno, caput is operiret. Virgilius: *Et poſitis aris iam vota*

iussere, sed (vt Varro auctor est) valetudinis, quoniam *a.* firmiora consuetudine ea fierent. Quum quid oculo inciderit, alterum comprimi prodest. Quum *b.* [1] aqua dextrae auriculae, sinistro pede exsultare, capite in dextrum humerum deuexo; inuicem e diuersa aure. [2] Si *c.* tussim concitet saliua,

1. *Aliqua. M.* 2. *Sic ex Mss. H. si tussis concitet, saliuam Gr. et Al.*

vota in littore solues, Purpureo velare comas adopertus amictu. Plaut. in Amphyt. inuocat Deos immortales, vt sibi auxilium ferant, manibus puris, capite operto. Quamobrem Pindari Scholiastes haud vere scripsit, δίχα τινός ἐν τῇ κεφαλῇ καλύμματος, ὅτω γὰρ ἔθος ἦν εὔχεσθαι. Mos ille etiamnum Iudaeis seruatur, caput inter orandum ephod suo regentibus. Brod. cap 8. V. Alex. ab Alexand. 19. II. qui et eiusdem lib. cap. 22. tradit Opi et Honori capite retecto sacrum fieri solitum, Aeneamque operiendi capitis morem inuenisse dum sacris operaretur. Dalec.

a. Quoniam firmiora, etc.) Aegyptiis, qui capite nudo vitam agunt, eam corporis partem firmissimam esse veteres prodiderunt, Herodotus praecipue: Persis vero qui perpetuo mitra contegunt, tam inualidum, vt vel ictu leui offendatur. Hanibal, Diuus Iulius, Masinissa Numidarum rex, Hadrianus Seuerus, aperiendi longa consuetudine tantum firmitatis adepti sunt, vt siue Sol esset, siue imber, siue frigidum tempestuosumque caelum, etiam hieme saeua et niuosa, aperto capite prodirent, iterque facerent, obdurato contra omnem aeris iniuriam et inclementiam capite. Alex. ab Alexand. cap. 19. II. Dal.

Quoniam) Aegyptiis, qui retecto capite vitam agunt, eam corporis partem esse firmissimam: inualidam contra Persis, qui mitrati semper incedunt, auctor est Herodotus, L. III. Thalia, n. 12. p. 165. H.

b. Qum) Plin. Val. I. 9. *Si aqua intrauerit in auriculam dextram, sinistro pede desultare oportet, capite in dextrum humerum inclinato: si sinistram, e diuerso.* H.

c. Si tussis concitet, saliuam in fronte ab alio afflari.) Vetus codex: *Si tussim concitet, saliua, frontem ab alio afflari.* Pint.

ua, [1] in fronte ab alio afflari. Si iacet vua, [2] a vertice morsu alterius suspendi. In *d.* [3] ceruicis dolore poplites fricare, aut ceruicem in poplitum. Pedes [4] in humo deponi, si nerui in his cruribusue tendantur in lectulo. Aut si in laeua parte id accidat, sinistrae plantae pollicem dextra manu apprehendi. Item e diuerso. Extremitates *e.* corporis [5] vel aurium perstringi contra horrores corporis, sanguinemue narium immodicum. Lino *f.* vel papyro principia genitalium: femur medium, ad cohibenda vrinae profluuia. In *g.* stomachi solutione pedes pressare, aut *h.* manus in [6] feruen-

1. *in frontem.* V. 2. *verticem.* Cb. *a vertice cutem morsu.* Dal. 3. *ceruicum dolorem* Cb. 4. *in vnum.* Cb. *forte, in humum.* 5. *velleribus.* Cb. *vel aurium vellicatibus.* V. 6. *frigidam.* V.

d. In) Vide quae diximus, f. 7. H.

e. Extremitates corporis vel aurium perstringi) Addit nostrum exemplar verbum *velleribus*: *Extremitates corporis vel aurium velleribus perstringi*, et paulo post, *figere* non *defigere.* Pint.

Extremitates) Vide quae dicturi sumus L. sq. f. 9. H.

f. Lino) Marc. Emp. 10. p. 86. *Linum vel papyrus ligata summitati veretri virilis, sanguinem profluentem maribus mire reprimit.* Et mox: *Si feminae sanguis ex naribus nimie defluat, mamillae eius vinciantur corrigio caprino.* Q. Serenus, c. de profluuio sanguinis, vtrumque complexus: *Praeterea Phariis caput emetire papyris, Detrahe quod super est: alio genitalia necte. Femineas prodest illinc vincire mamillas, Menstruus immenso si profluat impetu sanguis.* Theod. Prisc. l. 12. *de fluxu sanguinis narium. Aliqui fasciolis lineis naturam et testes eorum alligando mollius constrinxerunt: si in feminis, femoralia.* H.

g. In stomachi solutione, etc.) Cum os ventriculi vt exolutum ab humoris acris morsu et affluxu, animi deliquium parit. Dal.

h. Aut) Sic libri omnes, etiam Mss. Sic et in torminum dolore, pedes in calidissimam aquam demitti suadet Marc. Emp. 27. pag. 194. H.

tem aquam dimittere. Iam et sermoni [1] parci, multis de caussis salutare est. Triennio Maecenatem *i.* [2] Melissum accepimus silentium sibi imperauisse, a *k.* conuulsione reddito sanguine. Nam *l.* euersos, scandentesque ac iacentes: si quid ingruat, contraque ictus spiritum cohibere, singularis praesidii est: quod *m.* inuentum esse animalis docuimus. Clauum ferreum defigere, in quo loco primum caput [3] defixerit corruens morbo comitiali, absolutorium eius mali dicitur. Contra *n.* renum, aut lumborum, vesicaeque cruciatus, in balinearum soliis pronos vrinam reddere mitigatorium habetur. Vulnera *o.* nodo Herculis [4] praeligare, mirum quantum ocyor medicina est. Atque *p.* etiam

1. *parcere. Dal. sermone parci. Ch.* 2. *Melissimum. Ch. Messium Gr. et Al.* 3. *fixerit. Ch.* 4. *praeliganti. V-*

i. Maecenatem) In R. 1. et libris vulgatis, *Messium.* In Ch. *Melissimum.* Rectissime omnium R. 2. *Melissum*, vt diximus in Auctorum Indice. H.

k. A) Ex contractione neruorum ac musculorum H.

l. Nam) E curru. H.

m. Quod) Melius, opinor, qui sufflatae carnis distentu ictus hominum et canum morsum arcent, vt dictum est VIII. 58. H.

n. Contra) Totidem verbis Marc. Emp. 25. p. 171 H.

o. Vulnera nodo Herculis praeligare) Ἡρακλειωτικὸν ἅμμα: de quo Athenagoras in Apologia. Ἡράκλειον ἅμμα describit Oribasius. Dal.

Vulnera) Hoc est, arctissimo. Hunc nodum dracones duo repraesentant, in virga Mercurii mutuo implicati. Macrob. Sat. I. 19. p. 295. *Hi dracones parte media voluminis sui inuicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur*, etc. H.

p. Atque) Talem cinctum ad fecunditatem prodesse veteres arbitrati sunt. Festus: verbo *Cingulum*: *Herculaneo nodo vinctam vir soluit ominis gratia: vt sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit.* Quo nexu id fuerit, id non satis exploratum. In caduceo hunc nodum Herculis, et in curru Gordii fuisse legimus. H.

iam quotidiani cinctus *q.* tali nodo, vim quamdam habere vtilem dicuntur: quippe *r.* quum Hercules eum prodiderit. Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine,[1] et *s.* quare quaterni cyathi sextariiue non essent potandi. Contra[2] lippitudinem retro aures fricare prodest, et lacrymosis oculis frontem. Augurium *t.* ex homine ipso est, non timendi mortem in aegritudine, quamdiu oculorum pupillae imaginem reddant.

XVIII. Magna et vrinae non ratio solum, sed etiam religio apud auctores inuenitur, digesta in gene-

1. *qua re, Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. lippitudines Gr. et Al.*

q. Cinctus tali nodo vim) Sponsas olim cingulo ex ouis lana confecto, et Herculeo nodo vincto, obstringi mos fuit, quod maritus in genitali thoro congressurus solueret, foecunditatis augurio, quod Hercules septuagima liberos genuisset. Alex. ab Alexand. cap. 5. II. Dal.

r. Quippe cum Hercules eum prodiderit) Sic Hermolaus. Sed, vt antea edebatur, Voss. *Herculaneum prodiderit.* An *Herculaneam*, vt *vim* intelligatur? *Prodiderit*, est, fecerit, vel effecerit vi quadam magica. Pintianus haec verba adulterina esse suspicatur. Sed ille huius suspicionis nimius. Gron.

Quippe cum Hercules eum prodiderit) Haec verba adulterina esse suspicor. Pint.

Quippe) Mss. R. 1. et 2. *Quippe quum Herculaneum prodiderit.* Ex Barbari coniectura est vulgata lectio. Forte *Herculaneam*, vim subintelligo, quam Hercules magica arte ei nodo indiderit. H.

s. Et) Lex est conuiualis, expressa ab Ausonio, Idyll. 13. *Ter bibe.* H.

t. Augurium) Huc pertinet, quod ait Iul. Capitolinus de Pertinace: *Ea die qua occisus est, negabant in oculis eius pupulas, cum imaginibus, quas reddunt spectantibus, visas.* H.

v. Spadonum quoque ad foecunditatis beneficia) Mallem scribere, *veneficia.* Pintianus. *Spadonum quoque.*) Spadones in vniuersum vocant infoecundos natura, qui coeunt, non gignunt: castratos, quibus execta est virili-

genera. Spadonum *v.* quoque ad *x.* fecunditatis beneficia. Verum ex his quae referre fas sit, impubium puerorum contra saliuas aspidum, quas *y.* ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exspuant: contra *z.* oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, et cum erui farina contra adustiones: contra *a.* aurium pura,

virilitas, quales fuere Galli Cybeles: τὰς ἐκτομίας: τὰς θλασίας καὶ θλιβίας, quibus attriti, collisiue sunt testes, atque adeo, vt quidam censent, iam τὰς ὑποσπαδιαίας. Praecisos Gallos fanaticos proprio nomine veteres appellarunt. Dal.

x. Ad fecunditatis beneficia) Si in vterum iniiciatur, vt de meconio puellulorum traditum est paulo ante. D.

Ad) Si iniiciatur in vterum, sicut meconium puerorum contra sterilitatem subdi admonuit s. 13. H.

y. Quas) Πτυὰς *sputatrix*, species aspidis, Paulo Aeginetae etiam memorata, ἀπὸ τοῦ πτύειν, ab inspuendo veneno corporibus sic nuncupata. H.

z. Contra) Marc. Emp. 8. p. 60. Sext. Platonicus, 17. de puero, etc. t. 1. *Ad oculorum albuginem, et aures purulentas: Pueri vel virginis inuestis lotio inunges eos: Extenuat leucomata* (siue glaucomata) ... *et aliquatenus claritatem, et angulorum asperitatem sedat*, etc. Habdarrahmanus Aegyptius, interprete Ecchellensi, c. 1. n. 13. *Si coquetur vrina in vase aliquo aereo cum melle, et indetur oculis, albuginem ... absterget strenue.* Vide et N. 30. H.

a. Contra) Contra purulentas aures. Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Contra*) Ita libri omnes, siue editi, siue manu exarati. Tamen nescio quo vetusto exemplari legi *pituitam*, non *pura* Dalecampius admonet; sed frustra ac mendose. Nam Habdarrhamanus Aegyptius, Ecchellensi interprete c. 1. n. 11. *Fluxum puris et saniei ex auribus sistit vrina, si calefacta cum malo granatorum corticibus instillatur auribus: nec non vermes qui ibi enasci solent, educit.* Sext. item Platon. 17. de puero etc. tit. 1. *Pueri vel virginis inuestis lotii*, inquit, . . . *infunduntur faeces etiam auriculis quae pus habent*, etc. Marc. Emp. c. 9. p. 75. *Pueri inuestis vrina recens auriculae dolenti et hulcerosae instillata, omni humore*

ᵃ pura, vermiculosque *b.*, si decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato nouo fictili. Vaporatio *c.* quoque ea menses feminarum ciet. Salpe fouet illa oculos firmitatis causa: illinit sole vsta, cum oui albumine, efficacius struthiocameli, binis horis. Hac et atramenti liturae abluuntur. Virilis podagris medetur, argumento *d.* fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis ostreorum, aduersus eruptiones in corpore infantium, et omnia hulcera manantia. Ea *e.* exesis, ambustis, sedis vitiis, rhagadiis et scorpionum ictibus illinitur. Obstetricum *f.* nobilitas non alio succo efficacius curari pronuntiauit corporum pruritus: nitro *g.* addito, hulcera capitum, porri-

1. *pituitam. M.*

more siccato, et dolorem tollit, et hulcera mira celeritate persanat. Et pag. 81. *Pueri impubis mingeatis lotium exceptum et recens, ac tepidum, auriculae suppuratae instillatum, humore exsiccato dolorem tollit,* etc. Diosc. II. 99. de vrina vetere: ἐγκλυζόμενον δὲ ὦτα πυοῤῥοοῦντα στεγνοῖ, *purulentis auribus infusa, pus earum supprimit. H.*

b. Vermiculosque) In malicorio decoctam vrinam, mox infusam in aurem, vermiculos abigere scribit Diosc. II. 99. Ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς (ὠσὶ) σκώληκας, ἑψόμενον ἐν σιδίοις ῥόας. Et Habdarrhamanus Aegyptius, laudandus a nobis inferius in N. et Em. num. cit. H.

c. Vaporatio) Qui vapor ex ea vrina exspirat, dum decoquitur. H.

d. Argumento fullonum) *Fulloniam vrinam* propterea Plinius alibi vocat. Plautus vero in Asinaria fullonicam. *Mirum,* inquit, *nisi fullonicam bibere sit solitus.* Dal.

Argumento) Quorum demersi plerumque in vrinam pedes ac crura. Hinc vrina fullonia appellata inferius s. 48. H.

e. Ea) Diosc. l. c. H.

f. Obstetricum) Nobiles obstetrices. De hac formula diximus XXII. 69. H.

g. Nitro) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *Corporum*) Nitrum addi anteriori medicinae, hoc est, sanandis corporum pruritibus, obseruata

porrigines, nomas, praecipue genitalium. Sua cuique autem (quod *h.* fas ſit dixiſſe) maxime prodeſt, [1] confeſtim *i.* per ſe, canis *k.* morſui, echinorumque *l.* ſpinis inhaerentibus, et in ſpongia laniſue

1. *Confeſtim perfuſo.*

ſeruata hactenus in libris vulgatis interpunctio admonet: nos poſteriori adſignauimus, admonitu Marc. Emp. 4. p. 41. *Puerile lotium*, inquit, *nitro admixtum, hulcera quae erumpunt, loto capite mire deliniunt: expertum remedium*; Sexti quoque Platonici c. 17. de puero, etc. tit. *ad capitis et corporis exhulcerationes, et furfures. Hominis lotium admixto nitro impoſitum, omnia vitia ſupraſcripta ſanat et emendat.* Et tit. 7. *Ad callum in veretro*, etc. Habdarrahmani denique, Aegyptii medici, interprete Ecchellenſi c. I. p. 3. *Vrina cuiuſcumque hominis, nitro admixto, ſi canis morſui, aut ſcabiei, quae in hulcera verſa eſt, vel impetigini infundatur, eas abſterget, et curat. Vrina inueterata, et contrita validius abſterget humida hulcera capitis, et porriginem, ac ſcabiem, quam recens: nec non maligna hulcera, ne vlterius ſerpant per corpus, impedit.* H.

h. Quod fas ſit dixiſſe) Melius noſtrum exemplar, *quod pax ſit dixiſſe.* Pint.

i. Confeſtim perfuſa canis morſu) Voſſ. *confeſtim per ſe canis morſu.* Vel, inquit, per ſe ſine alio adiumento impoſita vel in ſpongia laniſue *morſui*, ſi malis. Sic c. 7. *Cinerem per ſe roſaceo mixtum.* Cap. 9. *Et per ſe axungiam.* Sic ſaepe alibi. G.

Confeſtim) Hoc eſt, ſola ac ſeparatim, ſine vllo alio adiumento, et in ſpongia deinde etiam impoſita. Ita R. 2. cod. At R. 1. vt editi hactenus libri, *confeſtim perfuſo.* H.

k. Canis) Theod. Priſc. I. 19. *Si canis morſu quis fuerit vulneratus, eiuſdem vulnerato lotio vulnus fomentandum eſt.* H.

l. Echinorumque ſpinis) Terreſtrium, marinorum, caſtanearum. Ego *terreſtrium* intelligo. Dal.

Echinorumque) Explicatius iſta Marc. Emp. c. 34. p. 233. *Spongia*, inquit, *vel lana lotio madefacta, appoſitaque, ſine dolore quae corpori inhaeſerint, eximit . . . Si echini aculei pedibus inhaeſerint, aut alicui corporis parti, in lotio humano calenti pedem diu detine, facile excutientur.* H.

ue impoſita: aut aduerſus canis rabidi morſus, cinere ex *m.* ea ſubacto: contraque *n.* ſerpentium ictus. Nam contra ſcolopendras mirum proditur, vertice tacto vrinae ſuae [1] gutta, liberari protinus laeſos.

XIX. Auguria valetudinis ex ea [2] traduntur. Si *o.* mane candida, dein rufa ſit: illo modo concoquere, hoc concoxiſſe ſignificatur. Mala *p.* ſigna rubrae, peſſima *q.* nigrae: mala *r.* bullantis, et craſſae: in qua quod ſubſidit, ſi album eſt, ſignificat

1. guttu. Ch. 2. *tradentur. Ch.*

m. Ex ea) Cinere, *ex ſua cuiuſque hominis a cane demorſi* vrina ſubacto. H.

n. Contraque) Plin. Val. III. c. vlt. Q. Seren. c. 47. p. 155. ex Varrone: *Si vero horrendum vulnus fera fecerit aſpis, Vrinam credunt propriam conducere potu. Varronis fuit iſta ſenis ſententia.* Habdarrahmanus Aegyptius, interprete Echellenſi, c. 1. n. 7. *Vrina hominis recens epota ſtrenue curat a viperarum morſibus, ſcorpionis marini ac ſimilium animalium.* H.

o. Si mane) A Corn. Celſo haec pariter traduntur I. 2. p. 3. *Scire autem licet integrum corpus eſſe, cum quotidie manevrina alba, dein rufa eſt: illud, concoquere: hoc concoxiſſe ſignificat* Vide eumdem Celſum de malae vrinae indiciis II. 5. H.

p. Mala) Mala ſigna bullas emittentis, mala et craſſae. Hipp. IV. aph. 71. E Latinis Celſus II. 4. *Mala vrina eſt, in qua ſubſidunt vel rubra, aut liuida: deterior, in qua quaſi fila quaedam tenuia, atque alba: peſſima ex iis, ſi tamquam ex furfuribus factas nubeculas repraeſentat. Diluta quoque, atque alba vitioſa eſt, ſed in phreneticis maxime.* H.

q. Peſſima) Hipp. de victu in morb. ac. text. 46. p. 306. H.

r. Mala) Hipp. VII. aph. 34. p. 308. T. IX. Opp. Galeni: *ὁκόσοισι δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίσανται πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσιν, καὶ μακρὴν ἀῤῥωστίαν ἔσεσθαι. Quibus in vrinis bullae ſuperſtant, iis nephritin atque longum morbum fore ſignificant.* Bullare, eſt, bullas facere, hoc eſt, tumorem illum excreſcentem, qui ſpiritu in aqua vel in vrina excitatur II. 7. *Si vrina bullat.* H.

cat *f.* circa articulos aut viſcera dolorem imminere. Eadem viridis, morbum *t.* viſcerum: pallida, 1 bilis: rubens, ſanguinis. Mala *v.*, et in qua veluti furfures, atque *x.* nubeculae apparent. Diluta

1. *bilem, rubens ſanguinem. Dal.*

f. Significat) Abſceſſu circa articulos liberare vrinam eiuſcemodi auctores clari teſtantur: Theophilus, L. de vrinis, Opp. Galeni. T. VIII. c. 6. p. 364. Οὖρον παχὺ καὶ πολὺ λευκὸν ἐλθὸν, ῥύεται ἀποςάσιος ἐπ' ἄρθρα γεγονυίας τοῖς προπεπονηκόσιν ... *Vrina craſſa, et multa, et alba profuſa, liberat abſceſſu in articulos facto, in iis qui antea eo morbo laborarunt.* Hipp. clarius IV. aph. 74. p. 184. T. IX. ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἐφίςαται, ῥύεται τῆς ἀποςάσιος οὖρον, πολὺ καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γενόμενον, etc. At Celſ. II. 7. *Vrina autem craſſa, ex qua quod deſidet album eſt, ſignificat circa articulos, aut circa viſcera dolorem, metumque morbi eſſe. Eadem viridis, aut viſcerum dolorem tumoremque cum aliquo periculo ſubeſſe, aut certe corpus integrum non eſſe teſtatur*, etc. Riſum vel Heraclito moueat Dalecampius medicus, qui morbum viſcerum hoc loco icterum interpretetur. H.

t. Morbum viſcerum) Icterum. Dal.

v. Mala) Auctor Libri de vrinis T. VIII. Opp. Galeni, c. 1. p. 352. Τούτων δ' ἔτι κακίους αἱ πιτυρώδεις. Idem habet et Hipp. in Progn. text. 28. p. 633. rurſumque IV. aph. 71. Et Celſ. II. 5. inter ſigna longi morbi, haec affert. *Si leuia atque alba, rubraue ſunt, quae in ea ſubſidunt: aut ſi quaſdam quaſi maculas repraeſentat, aut ſi bullulas excitat.* Et c. 6. *Vrina vero rubra et tenuis in magna cruditate eſſe conſueuit: et ſaepe antequam ſpatio matureſcat, hominem rapit. Itaque ſi talis diutius permanet, periculum mortis oſtendit. Peſſima tamen eſt, praecipueque mortifera, nigra, craſſa, mali odoris*, etc. H.

x. Atque nubeculae apparent) Aphoriſ. 77. lib. IV. Pro *nubeculae*, legendum cenſeo *ſquamulae*, vt et aphoriſ. 81. lib. IV. niſi quis legendum malit, furfures, atraeque nubeculae. Dalec.

Atque) Atrae videlicet nebulae, νεφέλαι δὲ μέλαιναι, φαῦλαι. Auctor proxime laudatus de vrin. l. c. Hip-

ta *y.* quoque alba vitiosa est: mortifera *z.* vero crassa, graui odore: et in pueris tenuis ac diluta. Magi *a.* vetant eius causa contra *b.* Solem Lunamque nudari, aut vmbram cuiusquam ab ipsa [1] respergi. Hesiodus *c.* iuxta *d.* obstantia reddi suadet, ne

1. *Sic et Ch.*

Hippocr. de victu in morbis ac. text. 44. pag. 304. τὰ οὖρα νεφελοειδέα, *vrinam nebulosam* vocat. Et nebulas appellat Theod. Prisc. II. 1. *Nubeculas*, Cels. II. 4. Vt inanis ac futilis coniectura Dalecampii liquido intelligatur, qui *squamulae*, pro *nubeculae* reponere nititur. H.

y. Diluta) Λεπταὶ δὲ καὶ λευκαὶ κάρτα φαῦλαι. *Tenuis et alba; admodum mala.* Auctor libri de vrinis l. c. At Cels. II. 6. *Pessima tamen vrina est, praecipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris: atque in viris quidem et mulieribus, talis deterrima est: in pueris vero, quae tenuis et diluta est.* H.

z. *Mortifera*) Auctor libri de vrinis, l. c. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὔρων. τά τε δυσώδη, καὶ ὑδατώδη, καὶ μέλανα, καὶ πάχεα· τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα· τοῖσι δ' αὖ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. Vide et Theophr. de vrinis c. 7. p. 366. et Hipp. in Progn. text. 32. pag. 634. sq. vtrumque T. VIII. Opp. Galeni. H.

a. Magi) Est in Pythagoricis symbolis, Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. Quod quidam ἀλληγορικῶς sic accipiunt, vt sententia sit, contra magnos et honestos viros nihil proterue, nihil irreuerenter agendum. H.

b. Contra Solem Lunamque nudari) In Symbolis Pythagoricis, πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. Hesiodus ἐν ἔργοις, Μηδὲ ἀντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν, Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ, μεμνημένος ἔς τ' ἀνιόντα. Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ, προβάδην οὐρήσῃς, Μηδὲ ἀπογυμνωθείς, μακάρων τοι νύκτες ἔασιν. Ἑζόμενος δέ γε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδώς, Ἢ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας ἀερκίος αὐλῆς. Dal.

c. Hesiodus) In eo opere, cui titulus, Ἔργα καὶ ἡμέραι, v. 725. Μηδ' ἀντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν... Μηδ' ἀπογυμνωθεὶς μακάρων τοι νύκτες ἔασιν. H.

d. Iuxta) Iuxta parietem oppositum. H.

ne Deum aliquem nudatio offendat. [1] Osthanes contra mala medicamenta omnia promisit auxiliari, matutinis horis suam cuique instillatam in pedem.

XX. (VII.) Quae [2] ex mulierum corporibus traduntur, ad portentorum miracula accedunt, vt sileamus diuisos membratim in scelera abortus *e.*, mensium piacula, quaeque alia non obstetrices modo, verum etiam ipsae meretrices prodidere. Capilli *f.* si crementur, odore serpentes fugari. Eodem *g.* [3] odore vuluae morbo strangulatas respirare. Cinere *h.* eo quidem, si in testa sint cremati, vel cum spuma argenti, scabritias oculorum ac prurigines emendari: item verrucas, et infantium hulcera cum melle. Capitis quoque vulnera, [4] et omnium hulcerum sinus, addito melle ac thure. Panos, podagras, cum adipe suillo, sacrum ignem, sanguinemque *i.* sisti [5] illito, et *k.* formicationes corporum.

XXI.

1. *Osthanas. Ch.* 2. *de V.* 3. *nitore. Ch. leg. nidore.* 4. *et in omnibus vlceribus sinus. Ch.* 5. *illito, et in for. Ch. illico Gr. et Al.*

e. Abortus) Abortiuos fetus. H.

f. Capilli) Simile illud est, quod Habdarrahmanus Aegyptius refert, c. 1. n. 1. *Satam terram vermiculis obnoxiam si mulieris suffumigabis capillis, statim Deo permittente inde fugantur.* H.

g. Eodem) Habdarrahmanus Aegyptius, Ecchellensi interprete, 1. n. 23 *Capillis hominis si suffumigabitur mulier, quae matricis doloribus laborat, sanabitur.* Et lethargicos quoque excitari eo, scribit Plin. Val. III. 9. H.

h. Cinere eo quidem) Inuertendus verborum ordo, *cinere quidem eo*, ex antiquo codice. Pint.

Cinere) Marc. Emp. 8. p. 60. H.

i. Sanguinemque) Sic. R. 2. et Ch. non, vt editi, *illico*. In R. 1. *Inlito*, vetusto more. H.

k. Formicationes corporum) Vel pruritus instar formicarum pungentium, vel τὰς μυρμηκίας. Dal.

Et) Formicatio hoc loco pruritus cutis significat, qualem efficerent formicae pun-

XXI. De *l.* lactis vſu conuenit, dulciſſimum eſſe molliſſimumque, et in longa febre, coeliaciſque *m.* vtiliſſimum, maxime eius quae iam infantem *n.* remouerit. Et *o.* in [1] malacia ſtomachi, in febribus, [2] roſionibuſque *p.* efficaciſſimum experiuntur. Item mammarum collectionibus cum thure, oculo *q.* ab ictu cruore ſuffuſo, et *r.* in dolore, aut [3] epiphoris, ſi immulgeatur, plurimum prodeſt: magiſque cum melle et narciſſi ſucco, aut thuris polline. Semperque in omni vſu efficacius [4] eius, quae marem enixa ſit: multoque efficaciſſimum

1. malitia. Ch. forte, mollitia, aut etiam malitio. 2. Sic ex Mss. H. et V. et Ch. torſionibus. Alii roſionibus eff. Gr. et Al. 3. epiphoro Ch. 4. eius eſſe quae. M.

pungentes. Sic XXX 41. *donec formicet cutis.* Alias formicatio virium quoque corporis eſt, quum parua tubercula rotunda et pinguia corpus infeſtant. Graecis, Μυρμηκίασις. Clauiculum vocat Sext. Platon. vt dicemus XXX. 22. H.

l. De) Mulicbris ſcilicet. Dioſc. II. 78. Τὸ δὲ τῆς γυναικὸς γάλα γλυκύτατόν ἐϛι καὶ τροφιμώτατον. H.

m. Coeliaciſque) Marc. Emp. VI. p. 193. *Coeliaco, et ei qui eiectionibus vel doloribus acutis alui variis vexabitur, potenter ſuccurres, ſi muliebre lac quamplurimum ieiuno potui dederis, donec perſanetur.* H.

n. Infantem) Quae lactenti puero mammam ſubduxerit. I. Iac. Chifl. Daedalm. II. 5. p. 37. ſic interpretatur: *quae infantem pepererit, atque in lucem ediderit.* Haud ſane recte. H.

o. Et in) Sic etiam R. 1. Alii *malicia*, male. Mollities eſt languentis et cuncta faſtidientis ſtomachi. Dioſc. II. 78. ϛομάχου φθίσιν vocat. H.

p. Roſionibuſque) Dioſc. l. c. Ὠφελεῖ δὲ θηλαζόμενον ϛομάχου δῆξιν. *Mammis exſuctum prodeſt ad ſtomachi roſionem.* A bile fit iſta ſtomachi roſio. H.

q. Oculo) Dioſc. l. c. Μιγὲν δὲ λιβανωτῷ λείῳ, ἐνϛάζεται τοῖς ἐκ πληγῆς αἱμαχθεῖσιν ὀφθαλμοῖς. *Thuri admixtum pollini: oculis ab ictu cruore ſuffuſis inſtillatur.* H.

r. Et) Oculorum H.

rr. Rana) Dal. conſentit cum H.

mum eius, quae geminos [1] mares: et si vino ipsa cibisque acrioribus abstineat. Mixto praeterea ouorum candido liquore, madidaque lana frontibus impositum, fluxiones oculorum suspendit. Nam *rr.* si rana saliua sua oculum asperserit, praecipuum est remedium. Et contra *s.* morsum eiusdem bibitur, [2] instillaturque. Eum qui simul matris filiaeque lacte inunctus sit, [3] liberari omni oculorum metu in totam vitam affirmant. Aurium quoque vitiis medetur, admixto *t.* modice [4] oleo: aut si ab ictu [5] doleant, anserino adipe tepefactum. Si odor grauior sit, vt plerumque fit longis vitiis, diluto melle [6] lana includitur. Et contra morbum regium

1. Sic ex Mss. H. et Ch. geminos peperit mares Gr. et Al. 2. Sic ex Mss. H. et Ch. instillatur. V. stillatur. Qui simul Gr. et Al. 3. Sic ex Mss. H. liberari omnium oculorum. Ch. liberari oculorum Gr. et Al. 4. Sic ex Mss. H. opio V. et Ch. modice admixto oleo Gr. et Al. 5. Sic ex Mss. H. et Ch. dolent Gr. et Al. 6. lana madens inditur. V.

Nam) Rana rubeta, cuius est venenata maxime saliua. H.

s. Contra morsum eiusdem bibitur) Fallitur Plinius: non enim rubetae mordent, sed pestilens virus eiaculantur. Dal.

t. Admisto oleo) Vet. *Opio*: et recte, inquit Chiffletius. Idem medicamentum tradit Archigenes apud Galen. l. III. κατὰ τόπȣς. Dal.

Admixto) Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.) *Aurium*) Sic omnes editi, cum R. 1. cod. In R. 2. *admixto modice apio.* In Ch. *opio.* Vulgatae lectioni fauet Marc. Emp. 9. p. 82. *Purulentae,* inquit, *et obtunsae auriculae, et dolorem tolles, et auditum confirmatissimum reddes, si prius eluas cum lasere, cum recenti caprino, aut mulieris lacte permixto, deinde instilles tepidum fel caprinum, cum oleo cedrino, aequis portionibus mixto.* Chiffletianae, Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ. III. 1. p. 397. Τὰ ὑπ' Ἀρχιγένους γεγραμμένα φάρμακα πρὸς ὤτων ἀλγήματα ... Μηκωνείου ὀλίγον σὺν γάλακτι γυναικείῳ. H.

regium in *v.* oculis relictum, inſtillatur cum elaterio. Peculiariter *x.* valet potum contra venena, quae data ſunt e marino lepore,[1] bupreſtique *y.*, et vt Ariſtoteles tradit, dorycnion. Et contra inſaniam, quae facta ſit hyoſcyami potu. Podagris *z.* quoque iubent illini cum cicuta. Alii *a.* cum oeſypo et adipe anſerino: qualiter[2] etiam vuluarum doloribus imponitur. Aluum etiam ſiſtit potum, vt *b.* Rabirius ſcribit, et menſes ciet. Eius *c.* vero quae feminam enixa ſit, ad *d.* vitia tantum in facie ſananda praeualet. Pulmonum *e.* quoque incommoda lacte mulieris ſanantur: cui ſi admiſceatur impubis pueri vrina, vel mel Atticum, omnia ſingulorum cochlearium menſura,[3] murmura quoque aurium elici inuenio. Eius quae marem peperit lacte guſtato, canes rabioſos fieri negant.

1. Sic ex Mss. H. et. vt Ariſtot. contra dorycnion. Ch. vt Ariſt. G. et Al. 2. *et. Ch.* 3. *marmora. M. et Ch.*

v. In) Qui oculos adhuc felleo colore ſuffundat. H.

x. Peculiariter) Dioſc. l. c. Ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς λαγωοῦ θαλασσίου πόσιν. H.

y. Bupreſtique) Scrib. L. comp. 190. ad bupreſtim. H.

z. Podagris) Dioſc. l. c. cum cerato et opio, σὺν μηκωνείῳ καὶ κηρωτῇ καταχριόμενον. H.

a. Alii) Vide XXX. 23. H.

b. Vt) Eſt fortaſſis C. Rabirius poeta Epicus, cuius Quinctilianus meminit, X. et Ouid. de Ponto IV. et 16. v. 5. *Cum foret et Marſus, magnique Rabirius oris* Seneca de Benef. VI. 3. *Egregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam*, etc. Medicuſne idem ac vates ipſe, an de rebus medicis in ea re hoſpes, carmen ediderit, obſcurum eſt. H.

c. Eius) In ratione victus lac eiuſcemodi laudat Galenus, de rem. par. facil. II. T. X. p. 659. H.

d. Ad vitia) Lentigines, maculas a ſole contractas, ruborem. Dal.

e. Pulmonum) Ad pulmonis hulcera, et ad tabem commendat Galen. L. de bonit. et vitiis ſuccor. T. VI. c. 4. p. 426. H.

XXII. Mulieris *f.* quoque [1] saliuam ieiunae potentem diiudicant oculis cruentatis. Et *g.* [2] si contra epiphoras, feruentes anguli oculorum subinde madefiant: efficacius, si cibo vinoque se pridie ea abstinuerit. Inuenio et *h.* fascia mulieris alligato capite, dolores minui.

XXIII. Post haec nullus est modus. Iam primum abigi grandines turbinesque contra *i.* fulgura, ipsa *k.* in mense [3] connudata, sic auerti violentiam caeli: in nauigando quidem tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis vero mensibus, monstrificis alias, vti *l.* suo loco indicauimus, dira et infanda vaticinantur: e quibus dixisse non pudeat, si in [4] defectu Lunae Solisue congruat vis *m.* illa, [5] irremediabilem fieri: non segnius [6] et in silente Luna: coitusque *n.* tum maribus exitiales esse atque pestiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore

1. *Sic ex Mss. H. M. et Ch. mulieris saliuam quoque Gr. et Al.* 2. *sic. Dal.* 3. *nudatas M. ipsa mense nudato. Ch.* 4. *defectus. Ch.* 5. *morbum irremed. Dal.* 6. *Sic ex Mss. H. et Ch. et silente Gr. et Al.*

f. Mulieris) Marc. Emp. 8. p. 69. H.

g. Et si) Marc. Emp. c. 8. p. 57. *Si mulieris saliua, quae pueros, non puellas ediderit, et abstinuerit se pridie vino, et cibis acrioribus, et in primis si pura et nitida erit, angulos oculorum tetigeris, omnem acritudinem lippitudinis lenies, humoremque siccabis.* H.

h. Et fascia mulieris alligato capite) Mirum, cum doloribus capitis maxime sint obnoxiae mulieres. Dal.

i. Contra) Affutus purpurae pannus hae voces videntur: atque ex ora libri in contextum irrepsisse. H.

k. Ipsa) Quum est in menstruis mulier. H.

l. Vti) L. VII. 13. H.

m. Vis illa) Menstrua purgatio, et interim mulier concipiat, comitialem morbum insanabilem fieri, quem ideo lunaticum vocant. D.

Vis) Purgatio menstrua. H.

n. Coitusque tum maribus, etc.) Aliquando viri ob eam caussam elephantici fiunt. D.

pore pollui: tanto *o.* vim esse maiorem. Quocumque *p.* autem alio menstruo, si nudatae segetem ambiant, erucas, ac vermiculos, scarabaeosque, ac noxia alia [1] decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arua, [2] retectis super clunes vestibus. Alibi seruatur, vt nudis pedibus eant, capillo cinctuque dissoluto. Cauendum ne id oriente Sole faciant: sementem enim arescere. Item *q.* nouellas vites eius tactu in perpetuum laedi: rutam et [3] ederas, res *r.* medicatissimas, illico mori. Multa *s.* diximus de hac violen-

 tia.

1. *animalia.* V. 2. *reiectis.* Dal. Pint. 3. *ederam.* Ch.

o. Tanto) Tanto plus virium menstuis tempestas ea adiicit. H.

p. Quocumque) Pallad. I. t. 35. p. 28. *Aliqui mulierem menstruatam nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus, contra erucas, et cetera, hortum faciunt circumire.* Columella de cultu hortor. X. vbi de animalibus pellendis, quae carpunt segetes: *At si nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniae veniunt artes, nudataque plantas Femina, quae iustis tum demum operata iuuentae Legibus, obsceno manat pudibunda cruore. Sed resoluta sinus, resoluto moesta capillo, Ter circum areolas, et sepem ducitur horti. Quae cum lustrauit gradiens, mirabile visu, Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus, Voluitur ad terram distorto corpore campe:* etc. Hoc ipsum repetit idem c. 3. extremo, L. XI. p. 405. ex Democriti libro, qui inscribebatur, περὶ ἀντιπαθῶν. Sic et Aelian. H. A. VI. 36. de erucis. H.

q. Item nouellas vites tactu in perpetuum laedi) Verbum *vites* desideratur in nostro codice, et *nouella* ibidem legitur, non *nouellas.* Pint.

Item) Mss. R. 2. et alii, *item nouella* tantum. H.

r. Res) Res ad medicos vsus aptissima. H.

s. Multa diximus de hac violentia, etc.) Legend. *Multa diximus de hac violentia: sed praeter illa certum est, apes tactis aulaeariis fugere, lina cum quibus cudantur, inquinantur nigrescere.* Salmas.

Multa) Magna, inquit, et numerosa videntur ea, quae hactenus retulimus, hac sectione:

tia. Sed praeter illa certum est, apes tactis aluearīis fugere: [1] lina *t.*, quum [2] coquantur, nigrescere: aciem in cultris tonsorum hebetescere: aes contactum graue [3] virus odoris accipere et aeruginem, magis si decrescente Luna id accidat: equas, si sint grauidae, tactas abortum pati. Quin [4] et aspectu omnino, quamuis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut *v.* [5] in virgine

1. *Sic ex Mss. H. linaque Gr. et Al.* 2. *inquinantur. M. continguntur. V.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. virus accip. Gr. et Al.* 4. *aspectu, quamuis procul omnino. M.* 5. *Sic ex Mss. H. in virginea aetate. Gr. et Al.*

ctione: sed praeter ista, etc. H.

t. Linaque cum coquantur nigrescere, aciem in cultris tonsorum hebetescere) In V. C. *Luna cum coquantur, nigrescere, aciem in cultris tonsorum hebetari*: quod et melius, vt infra capite, *Bythus Dyrrachinus hebetata aspectu specula, etc.* et paulo post, *contactu*, non *contactum*. P.

Lina) Sic etiam R. 2. et alii. Si nempe coquantur aere, quod menstrua ea contigerint. Delibata ex his iam antea plurima, VII. 13 H.

v. Aut in virginea aetate spontanea) Pintianus scribendum putat: *aut in virginitate sponte absumpta.* Cod. Menap. Acad. carent τῷ *spontanea*. Vossianus: *virgine aetatis sponte.* Quod sincerum puto: *si purgatio illa post virginitatem prima sit aut in virgine aetatis sponte.* Mutatum ab illis, qui nesciebant, quod esset τὸ *sponte*: quod interdum ponunt Latini pro eo, quod alias dicunt *opera, studio, beneficio, culpa, facto.* Tacitus VI. annal. *nomine tantum et auctore opus, vt sponte Caesaris, vt genus Arsacis, ripam apud Euphratis cerneretur.* lib. XII. annal. *Transfertur regimen cohortium ad Burrhum Afranium, egregiae militaris famae, gnarum tamen, cuius sponte praeficeretur.* Columella lib. IX. 4. *Et vtraque cytisus. est enim satiua, et altera suae spontis.* Plinius lib. X. c. 54. *Quaedam autem et citra incubitum sponte naturae gignunt, vt in Aegypti fimetis.* Subiecerunt nonnulli, *sponte natum gignit.* quod longe infra illam est elegantiam. Ceterum hic me rursus destituit Andegav. cui desunt omnia ab istis

gine aetatis ſponte. Nam *x.* bitumen in Iudaea naſcens, ſola hac [1] vi ſuperari, filo [2] veſtis contactae, docuimus. Ne igne quidem vincitur, quo cuncta: ciniſque etiam ille, ſi quis aſpergat lauandis veſtibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit, ne ipſis quidem feminis malo ſuo [3] inter ſe immunibus. Abortum *y.* facit illitus, aut ſi omnino praegnans ſupergrediatur. Quae Lais et Elephantis inter ſe contraria prodidere de [4] abortiuis, carbone e radice braſſicae, vel myrti, vel tamaricis in eo ſanguine extincto: item aſinas non concipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quaeque alia nuncupauere monſtrifica, aut inter ipſas pugnantia: quum haec fecunditatem fieri iiſdem modis, quibus illa ſterilitatem,

 prae-

1. *vt ſponte ſuperari, et in fila velut veſtis contextae diſpergi docuimus. M.* 2. *veſti contectae doc. Nec igni. Ch.* 3. *inter ſe, in V. d.* 4. *abortiuo carbone. V.*

iſtis verbis cap. 7. *ſiſtit odor grauior ſit vt ple.* vſque ad cap. 11. *contractum vt confeſtim colluantur vino.* ſic enim vtrobique legit. Gr.

Aut in virginea aetate ſpontanea) Scribendum puto, *aut in virginitate ſponte abſumpta.* Nam virginitatem per ſe annis reſolui, prope finem capitiis patefiet: et paulo poſt, *illitu,* non *illitus,* in vetuſto exemplari. Pint.

Aetatis) Sponte naturae in ea aetate, vt ipſe ait *X.* 75. H.

x. Nam) L. VII. 13. *Quin et bituminum ſequax alio qui ac lenta natura, in lacu Iudaeae, qui vocatur Aſphaltites, certo tempore anni ſupernatans, nequit ſibi auelli, ad omnem contactum adhaerens, praeterquam filo, quod tale virus infecerit.* Vide quae diximus in Not. et Em. ad L. VII. N. LVI. H.

Inter) Eſt enim aliarum menſtruum aliis venenum H.

y. Abortum) Dioſc. II. 97. Γυναικὸς δὲ ἐπιμήνιον, περιαλειφόμενον καὶ ὑπερβαινόμενον, ἀσυλλήπτους δοκεῖ ποιεῖν γυναῖκας. *Menſtruus feminae ſanguis exiſtimabatur circumlitu efficere ne concipiant mulieres, itemque ſi ſuper eum ipſae ſupergrediantur.* H.

praenunciaret, melius [1] eſt non credere. Bythus *z.* Dyrrachenus hebetata *a.* aſpectu ſpecula recipere nitorem tradit, iidem auerſa rurſus contuentibus: omnemque vim talem reſolui, ſi mullum piſcem ſecum habeant. Multi vero ineſſe etiam remedia tanto malo [2] aiunt: podagras *b.* illini: ſtrumas et parotidas, panos, ſacros ignes, furunculos, epiphoras tractatu earum mulierum leniri. Lais et Salpe canum rabioſorum morſus, et tertianas quartanaſque febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluſo. Diotimus Thebanus, [3] vel *c.* omnino veſtis ita infectae portiuncula, ac *d.* [4] vel licio, brachiali inſerta. Sotira obſtetrix, tertianis quartaniſque efficaciſſimum dixit plantas aegri ſubterlini; multoque efficacius ab ipſa muliere, [5] et ignoranti. Sic et comitiales excitari. Icetidas *e.* medicus quartanas coitu finiri, incipientibus dumtaxat menſtruis, ſpoſpondit. Inter omnes vero conuenit, ſi *f.* aqua potuſque formidetur a

1. *eſt, in Ch. d.* 2. *aiunt, in Ch. d.* 3. *ſic ex Mss. H. et Ch. veſtis omnino ita Gr. et Al.* 4. *vel pellicio. Ch.* 5. *aliam. M.*

z. Bythus Dyrracchinus, etc.) Alii, *Pythus.* Leg. *Bithus.* Salmaſ.

a. Hebetata) Mulierum ſcilicet aſpectu, quae profluuio tali laborant. Nam earum aſpectu ſpeculorum fulgor hebetatur, vt dictum eſt VII. 13. reddi eumdem, ſi eae poſtea ſpeculi partem auerſam contuerentur, credidit Bythus. H.

b. Podagras) Dioſcor. II. 97 Ποδαγρικὰς δὲ ὀδύνας καὶ ἐρυσιπέλατα κουφίζει καταχριόμενον. H.

c. Vel) Menſtruo mulieri inquinatae. H.

d. Ac) Vel tenui filo. Brachiale βραχιόνιον, ornamentum brachiorum: armilla a ceteris appellatur. H.

e. Icetidas) Et Q. Serenus, c. de quartana medicanda: *Quidem etiam miranda ferunt, veniente calore furantes ludum Veneris munuſque petendum.* H.

f. Si) De eo aquae metu poſt canis rabidi morſum, vide quae diximus, VIII. 63. H.

a morſu canis, ſuppoſita tantum calyci [1] lacinia *g.* tali, ſtatim metum eum diſcuti: videlicet praeualente ſympathia illa Graecorum, quum *h.* rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. Cinere eo iumentorum omnium hulcera ſanari certum eſt, addita caminorum farina *i.* et cera. Maculas autem e veſte eas, non niſi eiuſdem vrina [2] ablui. Cinerem *k.* per ſe roſaceo mixtum, feminarum praecipue, capitis ſedare dolores illitum fronti. Aſperrimamque *l.* vim profluuii eius [3] eſſe per ſe *m.* annis virginitate ſoluta. Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menſtruo poſtibus, irritas fieri Magorum artes, generis *n.* vaniſſimi, vt aeſtimare licet. Ponam enim vel modeſtiſſimum e promiſſis eorum: ex homine ſiquidem reſegmina vnguium e pedibus manibuſque cera permixta, ita vt dicatur tertianae *o.* vel quotidianae, vel

 quar-

1. lacinia menſtruo tincta tali. V. Cb. elui. Gr. et Alii. *2. ſic ex Mss. H. et* *3. primis annis. Gr. et vulgg.*

g. Lacinia) Lacinia tali tincta menſtruo. H

h. Quum) L. VII. 13. *In rabiem aguntur guſtato eo canes. H,*

i. Farina) Fuligine. H.

k. Cinerem per ſe roſaceo mixtum) Apographum noſtrum; *Cinerem per ſe roſaceo mixtum*, vt ſit figura tmeſis. Pint.

l. Aſperrimamque vim profluuii eius eſſe primis annis virginitate reſoluta) Legendum, *Aſperrimamque vim profluuii eius eſſe per ſe annis virginitate reſoluta*, ex eod. notanda caſtigatione. Pint.

m. Per ſe) Aetatis ac naturae ſponte, ante coitum, menſtruis fluentibus. Ita MSS. R. 2. et alii: non, vt editi, *primis annis. H.*

n. Generis) Quae ſunt pleniſſimae vanitatis, vt vel ex eo aeſtimare licet. H.

o. Tertianae vel cotidianae vel quartanae febri, etc.) Scribo alio ordine, *Tertianae vel quartane cotidianae febri, etc.* ex eod. Pint.

quartanae febri remedium quaeri, ante Solis ortum alienae ianuae affigi iubent, ad remedia in iis morbis: quanta *p.* vanitate, si falsum est? quantaue [1] noxia *q.*, si transferunt *r.* morbos? [2] Innocentiores *s.* ex his omnium digitorum resegmina vnguium, ad cauernas formicarum abiici iubent: eamque quae prima coeperit trahere, correptam subnecti collo, [3] ita discuti morbum.

XXIV. (VIII.) Haec sunt quae retulisse fas sit, ac pleraque ex iis non nisi honore *t.* dicto. Reliqua-

1. sic ex Mss. H. et Ch. quantaue noxa, si transferunt morbos ad innocentiores. Ex his Gr. et Al. 2. *innocentiores ex iis. Iidem ex omnibus digitis resegmina. V.* 3. *et ita. V.*

p. Quanta vanitate si falsum est, quantaue noxa, si transferunt morbos ad innocentiores? Ex illis omnium digitorum etc. etc.) Praepositio *ad* superfluit, ex eodem, et suppunctionis ratio corrupta est. Legatur igitur in vniuersum sic: *Quanta vanitate si falsum est, quantaue noxa si transferunt morbos. Innocentiores ex his omnium digitorum, etc. Pint.*

q. Noxia) Iniuria. H.

r. Si transferunt morbos ad innocentiores) Quis hoc decernet, ad magis an minus noxios transferantur? Praepositio *Ad* non in Academ. non Men. non Voss. conspicua est. Haud dubie, vt decet: scribendum enim, *quanta vanitate, si falsum est? quantaue noxia, si transferunt morbos? Innocentiores ex his omnium digitorum resegmina vnguium ad cauernas formicarum adiici iubent.* Vbi tamen Voss. *ibici*, et supra primam litteram O, quasi velit *obiici*. Et est in eo nescio quid salis: nam *obiici ad cauernas* videtur dictum, vt apud Liuium *oppositi ad exitus claudendos.* Cicero lib. VI. fam. 4. *ad omnes casos subitorum periculorum magis obiecti sumus.* Idem in Pisonem: *qui non notam opponas ad malum versum, sed poetam armis persequare. Innocentiores ex his,* puta magis. Et hoc fere. Gron.

s. Innocentiores) Ex Magis ii qui minus nocent. H.

t. Honore) Honorem praefati: vti solemus quum quid turpe dicturi sumus: tum enim sic praefamur, *si*

liqua inteſtabilia et infanda, vt feſtinet oratio ab homine fugere. In ceteris claritates *v.* animalium aut operum ſequemur. Elephanti ſanguis, praecipue maris, fluxiones omnes, quas rheumatiſmos vocant, ſiſtit. Ramentis eboris cum melle Attico (vt aiunt) [1] nubeculae *x.* in facie, ſcobe paronychia tolluntur. Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius ſi et [2] ſternuat *y.* Dextra pars proboſcidis cum Lemnia rubrica adalligata, impetus libidinum ſtimulat. Sanguis [3] et ſyntecticis prodeſt, [4] iecurque comitialibus morbis.

XXV. Leonis *z.* [5] adipes cum roſaceo cutem in facie cuſtodiunt a vitiis, candoremque ſeruant. Sanant et aduſta niuibus, articulorumque *a.* tumores. Magorum vanitas perunctis eo adipe, facilio-

1. *maculae. V.* 2. *ſternutet. V.* 3. *et iſchiadicis. M.* 4. *iocuſque Ch.* 5. *adeps cum roſ. cut. in fac cuſtodit, etc. ſeruat. Sanat et ad. ni. oculorumque tum. Mag. vanitates. M. et Ch.*

ſi commemorare fas eſt, honore dicto, bonos ſit auribus, aut res ipſas eo verborum ambitu exprimimus, qui virorum bonorum atque ingenuorum non offendat aures. H.

v. Claritates) Clariora animalia, vt diximus XXII. 69. H.

x. Nubeculae) Nubeculas hic appellat Plinius, (ſic enim MSS. omnes) quas Sext. Platon c. 12. de elephante, plagas et maculas. Sic enim ille, tit. I. *Ad maculas tollendas: Ebur cum melle contritum et impoſitum, mire ſanat.* Et t. 2. *Ad plagas de facie tollendas: Mulier ſi quotidie de puluere eboris faciem ſuam fricauerit, plagas mundabit.* H.

y. Sternuat) Si et elephantus ſternuat. H.

z. Leonis) Plin. Val. III. 46. H.

a. Articulorumque) Sext. Platon. c. 10. de leone, tit. 4. *Ad neruorum et geniculorum* (hoc eſt, articulorum) *dolorem: Adipem leonis cum medulla ceruina et lactuca teres et commiſcebis: tum demum perunges corpus; et ſanabitur.* H.

liorem gratiam apud [1] populos regesue [2] promittit: praecipue tamen eo pingui, quod sit inter supercilia, vbi esse nullum potest. Similia dentis, maxime a dextra parte, villique e rostro inferiori, promissa sunt. Fel aqua addita, claritatem oculis inunctis [3] facit: et cum adipe eiusdem, comitiales *b.* morbos discutit, leui gustu, et vt protinus, qui sumpsere, cursu id digerant. Cor *c.* in cibo sumptum, quartanis medetur: adeps cum rosaceo quotidianis febribus. Perunctos *d.* eo bestiae fugiunt. Resistere *e.* etiam insidiis videtur.

XXVI. Cameli *f.* cerebrum arefactum, potumque ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi: item

1. *sic ex Mss. H. et Ch. apud reges populosue Gr. et Al.* 2. *promittunt. M.* 3. *acuit. M. iacit. Ch.*

b. Comitiales) Ad comitiales morbos fel leoninum pariter commendat Diosc. Εὐπ. I. 18. H.

c. Cor) Plin. Val. III. 6. H.

d. Perunctos) Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchelensi, cap. 42. p. 131. *Adipe leonis contuso cum allio siquis corpus suum obliniet, non timebit feras, imo fugabit eas. Hoc vtuntur Monachi qui in desertis sunt et montibus, medicamine, ne laedantur a bestiis.* H.

e. Resistere etiam insidiis videtur) Numero plurium legendum, *videntur*, non *videtur*, ex antiquo codice. Dale.

Resistere) Diosc. II. 94. Φασὶ δὲ αὐτὸ [λεόντειον στέαρ] καὶ ἀντιφάρμακον ἐπιβουλεύουσιν εἶναι. *Aiunt etiam leoninum adipem insidientibus resistere.* H.

f. Cameli) Sic etiam Galen. L. de theriaca ad Pison. c. 9. p. 942. Et Cael. Aurel. Chron I. 4. de epilepsia: *Dant etiam cameli cerebrum fumo siccatum, atque contusum, sed infantibus vel pueris odorandum: perfectis autem aetatibus bibendum ad modum cyathi, cum mulso et aceto tribus cyathis.* Auctor libri qui Kiranidum Kirani inscribitur, II. 81. *Cerebrum cameli cum roseo inunctum capiti anterius et posterius, epilepsiam sanat: quod et admirabile et excellentissimum.* Medullam stomacho frontique illitam prodesse co-

item *g.* fel cum melle potum: hoc et anginae. Cauda arefacta folui aluum: fimi cinere crifpari capillum cum oleo. Et *h.* dyfentericis prodeft illitus cinis, potufque quantum tribus digitis capiatur, [1] et comitialibus morbis. Vrinam *i.* fullonibus vtiliffimam effe tradunt: itemque hulceribus manantibus: Barbaros [2] eam feruare quinquennio et heminis [3] pota ciere aluum. Setas e cauda contortas, et finiftro brachio [4] alligatas quartanis mederi.

XXVII. Hyaenam *k.* Magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione [5] pofuerunt, vt pote cui et ipfi Magicas artes dederint; vimque, qua alli-

1. *etiam.* M. 2. *fic ex Mss. H. et Ch. Barbaros conftat eam. Gr. et Alii.* 3. *potu.* M. 4. *fic ex Mss. H. et Ch. illigatas.* M. *adalligatas. Gr. et Al.* 5. *proftituunt.* M.

comitialibus, auctor eft Plin. Val. III. 10. H.

g. Item) Vide quae de cameli felle diximus, XI. 74. Inter remedia porro quae peti ex camelo poffunt, miror praetermiffum a Plinio, quod in eius animalis lacte hodieque oriens omnis fingulare effe intelligit, fanandae hydropifi, tefte αὐτόπτῃ Tauernerio It. Tom. I. L. I. 11. p. 116. H.

h. Et) Idem Kiranus l. c. *Arida quoque et trita ftercora cameli, et fuper afperfa aqua et bibita, dyfentericos fanant.* H.

i. Vrinam) Ad fplenis tumores ac iocineris hanc laudat imprimis Habdarrhamanus Aegyptius cap. 59. p. 36. ad humida item hulcera, ac fcabiem, porriginem, ad aurium vitia. H.

k. Hyaenam) Adib Arabes vocant, Dabuth, et Iefef: lupi genus. Arift. cap. 32. lib. VI. hift. Dalec.

l. Qua alliciat ad fe homines, etc.) Quoniam fermonem humanum inter paftorum ftabula affimulat, et nomen alicuius addifcit, quem foras euocatum laceret. Vide fupra cap. 30. liber VIII. Sic et canes fimulato vomitu prodeuntes corripit et vorat. Aelianus cap. 22. VII. de animal. Dal.

Qua) Vide quae dicta funt VIII. 44. H.

alliciat ad se homines mente alienatos. De *m.* [1] permutationis sexus annua vice diximus, ceteraque *n.* [2] de monstrifica natura eius: nunc persequemur [3] quaecumque medicinis produntur. Praecipue *o.* pantheris terrori [4] traditur, vt ne conentur quidem resistere: et aliquid [5] e corio eius habentem non appeti. Mirumque dictu, si pelles vtriusque contrariae suspendantur, decidere pilos pantherae. Quum fugiant venantem, declinare ad dextram, vt [6] praetergressi hominis vestigia occupent. Quod si successerit, alienari [7] mente, [8] ac vel ex equo hominem decidere. [9] At si in laeuam detorserit, deficientis argumentum esse, [10] celeremque capturam. Facilius autem capi, si cinctus suos venator, flagellumque [11] imperitans equo septenis alligauerit nodis. [12] Mox vt est solers ambagibus vanitas Magorum, capi [13] iubent Geminorum signum transeunte Luna, singulosque prope pilos seruari. Capitis dolori [14] alligatam cutem prodesse, quae fuerit in capite eius. Lippitudini *p.* fel

1. *permutatione. Gr.* 2. *de monstrifico naturae. Ch.* 3. *quae eum Ch.* 4. *sic ex Mss. H. et Ch. esse hyaenae traduntur. M. traduntur. Gron. et Al* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. de corio earum. Gr. et Al.* 6. *sic ex Mss. H. praegressi. Gron. et Alii.* 7. *mentem. Ch.* 8. *ac in M. d.* 9. *Aut. M.* 10. *facilemque. M.* 11. *et ipsos equos V.* 12. *Mox autem solers. M.* 13. *iubet. V.* 14. *inligatam. Ch.*

m. De) L. VIII. 44. H.

n. Ceteraque de monstrifica natura eius) Hyaenae et Phocae pellem fulmine non tangi veteres crediderunt. Rhod cap. 6. XXIX. Vide cap. 55. lib. II. Dal.

o. Praecipue pantheris terrori) Pardalin hyaenae inimicam esse scribit Aelianus cap. 22. lib. VI. histor. de animal. Dal.

Praecipue) Vide Aelian. H. A. VI. 22. H.

p. Lippitudini) Hausta haec esse ex Democrito, Marc. Emp. dicit c. 8. p. 51. *Democritus*, inquit, *affir-*

fel illitum frontibus: aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, et croci [1] vncia inunctum: ſic et caligines diſcuti, et ſuffuſiones. Claritatem excitari melius inueterato medicamento. Aſſeruari autem in Cypria pyxide. Eodem ſanari [2] argema, ſcabritias, excreſcentia *q.* in oculis: item cicatrices. Glaucomata *r.* vero iocineris recentis inaſſati ſanie, cum deſpumato melle [3] inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodeſſe, [4] vel adalligatos ordine *s.* humeros humerorum et lacertorum doloribus. Eiuſdem [5] dentes, ſi de ſiniſtra parte roſtri eruti ſint, [6] illigatos pecoris aut capri pelle ſtomachi cruciatibus. Pulmones in cibo ſumptos coeli-

1. *in vncia. Ch.* 2. *Argemata. V.* 3. *inuncta. V.* 4. *vel, in V. d. alligatos. M. et Ch.* 5. *dentes de ſin. parte illigatos per. M.* 6. *inligatos. Ch.*

firmat felle hyaenae ſi frons perfricetur, epiphoras incipientes, et omnem oculorum dolorem poſſe ſedari. Sic et Dioſc. II. 96. et Galen. de theriaca ad Piſon. 9. p. 942. H.

q. Excreſcentia) Carunculas excreſcentes. H.

r. Glaucomata vero iocineris) Feſtiue Plautus in Milite glaucoma errorem velut caecutientis et caligantis oculi dixit: *Et nos facetis fabricis, et doctis dolis Glaucoma ob oculos obiiciemus, eumque ita Faciemus, vt quod viderit, non viderit.* Id eſt, tenebras offundemus. Dal.

Glaucomata) Γλαύκωμα vitium eſt oculi, quum praeter naturam glauceſcit. Seu morbus humoris cryſtallini, mutati in glaucum, ſeu album, aquoſumue colorem: inſanabilis fere. Plaut. in Mil. act. 2. ſc. 1. v. 70. glaucomam vocat: *Et nos facetis fabricis, et doctis dolis Glaucomam oculos obiiciemus: eumque ita Faciemus, vt quod viderit, non viderit.* Qui hoc genere morbi tenetur, in Notis, quae vulgo Tironis dicuntur, apud Gruterum, p. 149. Glaucomaticus appellatur. H.

s. Ordine humeros humerorum et lacertorum doloribus) in

[1] coeliacis. Ventriculis, cinerem cum oleo illitum. Neruis *t.*, medullas e dorſo cum oleo vetere ac [2] felle. Febribus quartanis, iecur deguſtatum [3] ter ante acceſſiones. Podagris *v.*, ſpinae cinerem cum lingua et dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atque illita hyaenae [4] pelle. In eodem morbo prodeſſe et fel cum lapide [5] Aſſio. Tremulis, [6] ſpaſticis, exſilientibus, et quibus cor palpitet, aliquid ex [7] corde coctum mandendum, ita vt reliquae partis cinis cum cerebro hyaenae illinatur. Pilos etiam auferri hac *x.* compoſitione [8] illita, aut *y.* per ſe felle, euulſis prius quos renaſci non libeat. Sic *z.* et palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes e lumbis edendas, illinendaſque cum oleo. Sterilitatem mulierum emendari, oculo cum glycyrrhiza et anetho ſumpto in cibo, promiſſo intra

1. *iliacis. M.* 2. *melle. V.* 3. *ter, in M. d.* 4. *pelli. V.* 5. *Aſio. Ch.* 6. *iſchiadicis. M.* 7. *ſic ex Mss. H. et Ch. ex corde mandendam. Gr. et Alii.* 8. *per ſe illita, aut cum felle. V.*

in apographo noſtro *humeros ordine humerorum, lacertorum doloribus.* Ego vero, etſi duriore correctione, legendum contenderim, non *doloribus*, ſed *lacertos*, vt omnia ſibi mutuo reſpondeant: dentes doloribus dentium, humeros humerorum, lacertos lacertorum. Pint.

t. Neruis) Haec pariter Marc. Emp. c. 36. p. 240. vbi Democritum rurſus laudat auctorem. H.

v. Podagris) Vide Marc. Emp. c. 36. p. 246. vbi calciamenta hiaenae pelle ſi quis in vſu quotidiano habuerit, podagrae morbo cariturum ait. H.

x. Hac compoſitione illita) Felle cum lapide Aſſio: vel cinere cordis cum cerebro ſubacto. Dalec.

Hac) Cordis cinere cum cerebro illito. H.

y. Aut) Marc. Emp. c. 8. p. 70. H.

z. Sic) Subintellige, pilos. Marc. Emp. l. c. H.

tra triduum conceptu. Contra nocturnos pauores, vmbrarumque terrorem, vnus e magnis 1 dentibus lino alligatus succurrere narratur. Furentes *a.* suffiri eodem, et circumligari ante *b.* pectus, 2 cum adipe renium, aut iocinere, aut pelle praecipiunt. Mulieri 3 candida a pectore hyaenae caro, et pili septem, et genitale cerui, si illigentur dorcadis pelle, collo suspensa, continere partus 4 promittuntur. Venerem 5 stimulare genitalia ad *c.* sexus suos in melle sumpta, etiamsi viri mulierum coitus oderint. Quinimo totius domus concordiam, eodem genitali et articulo spinae *d.* cum adhaerente corio 6 asseruatis constare: 7 hunc spinae articulum, siue nodum, Atlantion *e.* vocant: est autem primus. In comitialium quoque remediis 8 habent eum. Adipe accenso, serpentes fugari dicunt. 9 Maxilla comminuta 10 in aniso, et in cibo sumpta, horrores sedari.

1. *dentibus adalligatus prodest. M.* 2. *suum cum Ch.* 3. *praegnanti. M.* 4. 5. *sic ex Mss. H. M. et Ch. promittunt. Venerem stimulari, genitali sumpto. Gr. et Al.* 6. *conseruatis. M.* 7. *sic ex Mss. H. hinc Ch. quem Gr. et Alii.* 8. *adhibent. V.* 9. *sic ex Mss. H. maxilla cum Ch. maxillae parte com. Gr. et Alii.* 10. *cum. V.*

a. Furentes) Dente vsto suffiri, eumdemque circumligari ante pectus, etc. H.

b. Ante) R. 2. et Ch. *ante pectus suum, cum adipe renium, etc. H.*

c. Ad) Pro sexuum diuersitate. H.

d. Spinae) Dorsi, aut lumborum. Nam colli spina, sine articulis, osse continuo riget. cap. 30. lib. VIII. Dal.

e. Atlantion) Et sane ἄτλας est extrema colli vertebra, quae pondus sustinet. Iul. Pollux. II. 4. de collo et vertebris eius, pag. 101. Ὁ τελευταῖος (σπόνδυλος) ὡς ἀρθοφορῶν, ἄτλας ὀνομάζεται· Translatione ducta ab Atlante, qui ea corporis parte sustinere caelum pingitur a poetis. H.

dari. [1] Eodem [2] suffitu mulierum menses euocari. Tantumque est vanitatis, vt si ad brachium [3] alligetur superioris rostri *f.* dextrae partis dens, iaculantium ictus deerraturos negent. Palato eiusdem arefacto, et cum alumine Aegyptio calefacto, ac ter in ore permutato, foetores et hulcera oris emendari. Eos vero qui linguam in calceamento sub pede habeant, non latrari a canibus. Sinistra parte cerebri naribus illita, morbos perniciosos mitigari, siue hominum, siue quadrupedum. Frontis corium fascinationibus resistere. Ceruicis carnes, siue mandantur, siue bibantur arefactae, lumborum doloribus. Neruis a dorso armisque, [4] suffiendos neruorum dolores. Pilos rostri admotos mulierum labris amatorium esse. Iecur in [5] potu datum, torminibus et calculis mederi. [6] Iam cor in cibo potuue sumptum, omnibus doloribus corporum auxiliari: lienem lienibus: omentum, hulcerum inflammationibus cum oleo: medullas, doloribus spinae et neruorum [7] lassitudini. Renium *g.* neruos potos in vino cum thure, fecunditatem restituere ademptam veneficio. Vuluam cum mali Punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum vuluae. Adipe e lumbis suffiri difficulter parientes, et statim parere. E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. [8] Spasticis, genitale e maribus

1. *Eadem. V.* 2. *suffitis. Ch. suffitis mulieribus. M.* 3. *adalligetur. Gr.* 4. *fugandos. M.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. iecur potum Gr. et Alii.* 6. *Nam. Ch.* 7. *sic ex Mss. H. M. et Ch. Et neruorum, lassitudini renum. Neruos. Gr. et Al.* 8. *ischiadicis. M.*

f. Rostri) Maxillae. Rostrum, quod auium est, de animalibus vsurpatur. Dal. *Rostri*) Conf. c. D. H.

g. Renium) Sic MSS. R. Ch. aliique. H.

bus suffitu. Item lippientibus, ruptis, et contra [1] inflammationes: seruatos pedes, tactu: laeuos dextris partibus, dextros laeuis. Sinistrum pedem superlatum parturienti, lethalem esse: dextro illato facile eniti. Membranam quae fel [2] continuerit, cardiacis potam in vino, vel in cibo sumptam, [3] succurrere: vesicam in vino potam, contra vrinae incontinentiam. Quae autem in vesica inuenta sit vrina, additis oleo ac sesamo, et melle, haustam prodesse [4] aegrimoniae *h.* veteri. Costarum primam et octauam, suffitu [5] ruptis salutarem esse: ex spina vero parturientibus ossa: sanguinem cum polenta sumptum, torminibus. Eodem tactis postibus, vbicumque Magorum infestari artes, non elici Deos, nec colloqui, siue *i.* lucernis, siue pelui, [6] siue aqua, siue *k.* pila, siue [7] quo alio genere tententur. Carnes si edantur, contra canis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum iecur efficacius. Carnes vel ossa hominis, si quae in ventriculo occisae inueniantur, suffitu podagricis auxiliari. Si vngues inueniantur in his, mortem alicuius capientium significari. Excrementa siue ossa reddita, quum [8] interimitur, contra Magicas insidias pollere. Fimum, [9] quod in intestinis inuentum sit, arefactum, ad dysentericos valere potum: illitumque cum adipe anserino

O 2 opi-

1. *inflationes. Alii. et Ch.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. continuerat. M. contineat. Gr. et Al.* 3. *contra succurrere. Ch.* 4. *acrimoniae. V.* 5. *raptis. Ch.* 6. *siue visu, siue aqua. V.* 7. *quod ad gen. tentetur. Ch.* 8. *interimatur. Ch.* 9. *qui in int. inuentus sit. M.*

h. Aegrimoniae) Vox Tullio Horatioque nota, pro aegritudine. H.

i. Siue lucernis) De his Magiae generibus opportunius agetur XXX. 5. H.

k. Siue pila) Siue sphaeris. H.

opitulari toto corpore laesis malo medicamento: a cane vero morsis adipem illitum, et corium substratum. Rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelae, [1] perunctos omnibus odio venire: idem fieri oculo decocto. Super omnia est, quod extremam fistulam *l.* intestini contra ducum, ac potestatum iniquitates commonstrant, et ad successus petitionum, iudiciorumque ac litium euentus, si omnino [2] tantum aliquis secum habeat. [3] Eiusdem *m.* cauerna sinistro lacerto alligata, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam praesens, vt illico sequatur. Eiusdem loci pilorum [4] cinerem ex oleo illitum viris, qui sint probrosae mollitiei, [5] seueros, non modo pudicos mores [6] induere.

XXVII. Proxime fabulosus est crocodilus, [7] ingens quoque ille, cui vita in aqua terraque communis. Duo *n.* enim genera eorum: illius *o.*

1. *perunctis omnibus optata venire. M.* 2. *tantillum. V. aliquantum. M. aliquantulum quis secum. Alii. V.* 3. *At eius cauerna. V. habet. Ad eiusdem cauernam sin. lac. religatam, si quis mulier. prospiciat. Cb.* 4. *cinere ex oleo illito viros. M.* 5. *sic ex Mss. H. et Cb. non modo pudicos, sed et seueros. Gr et Al.* 6. *inducere. V.* 7. *sic ex Mss. H. ingenio quoque illo, Gr. et Al.*

l. Extremam fistulam, etc.) Postremam et vltimam partem intestini recti. Dal.

Extremam) Postremam partem intestini recti. H.

m. Eiusdem) Foramen, quo exitus excrementorum est. Alibi cauerna Plinio auris est, siue quod aurium loco alicui animalium est. Sic XI. 50. de vitulo marino ac delphino: *Haec cauernas tantum habent aurium loco.* Et paulo post, de auibus: *Ceteris cauernae ad auditum. H.*

n. Duo enim genera eorum) Prior in aquis et terra aeque degit, alter in terra tantum. Dal.

Duo) Alter ingens in aquis aeque ac terra degit: alter minor in terra tantum. H.

o. Illius) Prioris, siue amphibii. Auctor libri, qui

e dextra maxilla dentes adalligari dextro lacerto, coitus (ſi credimus) ſtimulant. Canini *p.* eius dentes febres ſtatas arcent *q.* thure repleti, ſunt enim caui: ita ne diebus quinque ab aegro cernatur, qui adalligauerit. [1] Idem pollere et ventre exemptos lapillos, aduerſus febrium horrores venientes tradunt. Eadem de cauſa Aegyptii perungunt et adipe aegros ſuos. Alter *r.* illi ſimilis, multum infra [2] magnitudine, in terra tantum, odoratiſſimiſque floribus viuit. Ob id inteſtina eius diligenter exquiruntur *s.* iucundo [3] nidore referta. Crocodileam [4] vocant, oculorum vitiis vtiliſſimam, cum porri ſucco [5] inunctis, et contra

O 3

1. *Iidem. Dal. magi.* 2. *ſic ex Mss. H. infra magnitudinem. Gr. et Alii.* 3. *ſic ex* Mss. *H. odore referta. V. nidore farcta. Gr. et Al.* 4. *vocant* Ocul. *vit. vtiliſſima cum porri ſucco inuncta. M.* 5. *inunctam. V.*

qui Kiranidum Kirani inſcribitur, II. p. 83. ſq. *Dentes autem* (Crocodili) *dextri abſtracti, eoque viuo dimiſſo geſtati, coitum ſtimulant: ſiniſtri autem mulieribus. Si vero vtrique adaptentur, facient incontinentiam. H.*

p. Canini) Habdarrahmanus Aegyptius, interprete Ecchellenſi c. 17. p. 88. *Dens crocodili ex ſiniſtra maxilla appenſus laboranti vehementi febri, curat illum. H.*

q. Arcent thure repleti) In antiquo codice, *Arcent vt repleti*: ex quibus verbis eliciat quiſque veriorem ſenſum. Pintian.

r. Alter illi ſimilis) Cordylum vocant. Dalec.

s. Iucundo nidore farcta) Impreſſa exemplaria non *farcta* habent, ſed *refracta*: ſcribe, *referta*, ex noſtro apographo. Pint.

t. Crocodileam vocant) Nempe eius ſtercus. Pint.

Crocodileam) In eo animali, inquit, id quod crocodileam vocant, oculorum vitiis ſanandis vtiliſſimum eſt. Stercus eſt ſiue fimum crocodili, de quo multa Albert. M. p. 632. XXIV. de anim. Caue R. Stephano credas in Theſ. Lat. linguae, aienti *crocodileam eſſe animal ſimile crocodilo*. H.

tra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo cyprino, molestias in facie enascentes tollit: ex aqua vero morbos omnes, quorum natura serpit *v.* in facie, nitoremque *x.* reddit. Lentigines *y.* tollit ac varos, maculasque [1] omnes. Et contra comitiales [2] morbos bibitur ex aceto mulso binis obolis. Apposita menses ciet. Optima *z.* [3] quae candidissima, et friabilis, minimeque ponderosa: quum teratur, inter digitos fermentescens *a.* Lauatur, vt cerussa. Adulterant *b.* amylo, aut Ci-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. omnesque maculas Gr. et Alii.* 2. *morbos in Ch. deest.* 3. *quae est cand.*

v. Serpit in facie) Horat. — *nec illi Iam manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili.* Antiphanes apud Clemen. Alexand. III Paedagogi, *κροκοδείλων ἀποπάτοις χρωμέναι καὶ σηπεδόνον ἀφροῖς ἐνχριόμεναι, καὶ ταῖς ὀφρῦσι τὴν ἀσβολὴν ἀναματτόμεναι, καὶ ψιμμυθίῳ τὰς παρειὰς ἐντριβόμεναι.* Victorius cap. 4. XI. Putrem spumam, quod Victorius non exposuit, hic vocat Alcyonium, odorem grauem et putridum spirans, qualis est algae ad smegmata feminarum vtile, et lentigines, lepras, nigritias, vitiligines, maculas omnes. Dalec.

x. Nitoremque) Diosc. II. 98. *Ἡ δὲ τοῦ χερσαίου κροκοδείλου (ἄφοδος) ἁρμόζει ἐπὶ τῶν γυναικῶν, πρὸς εὐχροιαν καὶ ςίλβωσιν τοῦ προσώπου. Terrestris crocodili fimum mulieribus confert ad colorandam illustrandamqae faciem.* Horatius, Epod. 12, v. 11. in anum: *Nec illi Iam manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili. H.*

y. Lentigines) Galen. de fac. simpl. m. X. p. 294. H.

z. Optima) Toridem verbis Diosc. l. c. H.

a. Fermentescens) Quum teritur inter digitos, resoluitur, leuior, solutiorque efficitur. Diosc. l. c. *Ζυμίζουσα τὴν ὀσμὴν, fermentum redolens:* minus recte, vt arbitror. H.

b. Adulterant amylo, aut Cimolia) Adulterant sturnorum fimo, quos captos oryza pascunt, fimum id quod simile est vendentes. Alii amylum vel cimoliam miscent. Diosc. Dal.

Adulterant) *Δολίζουσι δὲ ἄμυλον ἢ κιμωλίαν φυρῶντες.* H.

Cimolia, sed *c.* maxime, [1] qui captos oryza tantum pascunt. Felle *d.* inunctis oculis ex melle contra suffusiones, nihil vtilius praedicant. Intestinis et reliquo corpore eius suffiri [2] vulua laborantes salutare tradunt. Item velleribus circumdari vapore *e.* eiusdem [3] infectis. Corii *f.* vtriusque cinis ex aceto illitus his partibus, quas secari opus sit, aut nidor cremati, sensum omnem scalpelli aufert. Sanguis *g.* vtriusque claritatem visus inunctis donat, et cicatrices oculo-

 rum

1. *qui sturnos captos oryza pascunt.* V. 2. *Vuluam laborantis* M. 3. *sic ex* Mss. *H. et Ch. vapore eius Gr. et Alii.*

c. Sed maxime qui captos oryza) Sentit enim Plinius, crocodileam ex captiuis adulterinam esse: vtpote longe deteriorem, nimirum mutato animalis victu. Gel.

Sed) Crocodilos scilicet. Existimat enim crocodileam ex captiuis deteriorem esse, mutato scilicet animalis victu. Hanc vim esse oryzae, vt stercus sturnorum qui ea pascuntur, praestare eadem existimetur, quae crocodilea efficiat, docent Diosc. l. c. Oribasius de virtut. simpl. II. p. 75. Aegineta XXVIII. 8. aliique. H.

d. Felle) Auctor Kiranidum II 8. de crocodilo terreno: *Stercus quoque cum felle mixtum, et inunctum albulas aufert*: Albugines oculorum intelligit. Habdarrhamanus, 17. p. 87. *Fel crocodili illitum oculis per modum collyrii amouet ab illis albuginem.* H.

e. Vapore) Fumo, nidore calido H.

f. Corii) Tum amphibii, tum terrestris. De terreno, auctor Kiranidum, II. p. 83. *De huius pelle combusto si quis fecerit ξηρόν, id est, aridum puluerem, et superasperserit membro quod debet comburi vel incidi, absque dolore fiet.* H.

g. Sanguis vtriusque claritatem visus inunctis donat, et cicatrices oculorum emendat) Duo illa verba *donat et*, redundant, ex antiquo codice. Pint.

Sanguis) Auctor Kiranidum p. 84. *Sanguis autem eius inunctus hebetationem oculorum perfecte curat.* Negat Galen. de fac. simpl. m. VI. p. 279. id experiri se voluisse. H.

rum emendat. Corpus *h.* ipſum excepto capite pedibuſque, elixum manditur iſchiadicis, tuſſimque veterem ſanat, praecipue in pueris: item *i.* lumborum dolores. Habent et adipem, quo tactus pilus defluit. Hic *k.* perunctos, a crocodilis [1] tuetur *l.* inſtillaturque morſibus. Cor annexum in lana ouis nigrae, cui nullus [2] alius color incurſauerit, et primo partu genitae, quartanas abigere dicitur.

XXIX. Iungemus illis ſimillima [3] et peregrina aeque animalia: priuſque [4] chamaeleonem *m.*, peculiari volumine dignum exiſtimatum Democrito, ac per ſingula membra [5] deſecratum *n.*, non ſine magna voluptate noſtra, cognitis proditiſque mendaciis Graecae *o.* vanitatis. Similis

1. *defendit. M.* 2. *aries in curſ. et quae pr. par. genita ſit. M.* 3. *Aul. Gell. lib. X. cap.* 12. *haec taxat, magis ex affectu quam animo ſecundum Hermolaum Barbarum. Iacob. Cell.* 4. *ſic et Ch. chamaeleontem. Gr. et Alii.* 5. *diſſectum. V. diſſecatum. V. Alii.*

h. Corpus) Sic et Marc. Emp. c. 25. p. 174. H.

i. Item) Marc. Emp. l. c. H.

k. Hic) Habet aliquid admirabilius, ſi tamen credimus, auctor Kiranidum, II. p. 83. *Si quis fixerit crocodilum, et vnxerit de eo, quaecumque vulnera vel plagas recipiet, nullo modo ſentiet.* Propius vero, placitoque Pliniano affinius illud, quod Habdarrhamanus refert, 17. p. 88. *Adeps crocodili applicatus morſui viperae aliorumque reptilium, plurimum proderit, et ſanabit patientem. H.*

l. Inſtillaturque) Ita Galenus de ther. ad Piſ. 10. p. 944. H.

m. Chamaeleonem) Sic Mss. vbique, non *Chamaeleontem.* H.

n. Deſecratum) Variis deſtinatum, conſecratumque morbis. Sic paulo inferius: *Siniſtrum humerum quibus monſtris conſecret . . . pudet referre. H.*

o. Graecae) Quum pleniſſima haec vanitatis eſſe Plinius fateatur, eoque conſilio

lis *p.* et magnitudine eſt ſupra dicto crocodilo, ſpinae *q.* tantum [1] acutiore curuatura, et caudae amplitudine diſtans. Nullum animal pauidius exiſtimatur, et ideo verſicoloris eſſe mutationis. Vis eius maxima contra accipitrum genus. Detrahere *r.* enim [2] ſuperuolantem ad ſe traditur, et [3] voluntarium praebere lacerandum ceteris animalibus. Caput *s.* eius et guttur ſi roboreis lignis accendantur, imbrium et tonitruum concurſus facere, Democritus narrat: item iecur in tegulis vſtum.

O 5 Reli-

1. *vitio ac recuruatura. M ſuperuolantem Gr. et Al.* 2. *ſic ex Mss. H. et Ch.* 3. *deuolutum. V. volucrum pr. lacerandam. Alii. V.*

lio tantum referat, vt vel riſu refellat, temere in eum virus acerbitatis ſuae vomuiſſe Gellium perſpicuum eſt, quum hunc locum ita coarguit, X. 12. *Librum eſſe Democriti, nobiliſſimi Philoſophorum, de vi et natura chamaeleonis, eumque ſe legiſſe Plinius Secundus in Naturalis Hiſtoriae viceſimo octauo refert, multaque vana atque intolerabilia auribus deinde quaſi a Democrito ſcripta tradit* Inter Democriti ſane opera iſtud de chamaeleone a Laertio non cenſetur. Forte fuit Boli Mendeſii, vt in auctorum Indice monuimus, verbo *Democritus.* H.

p. Similis et magnitudine) In eodem: *ſimilis ex magnitudine*: ſcribendum forte, *ſimilis extra magnitudinem.* Pint. *Similis et magnitudine eſt.* Lege: *Similis et magnitudine ſupra dicto crocodilo ſpinae tantum vt in piſce curuatura, et caudae amplitudine diſtans.* Vide *Salmaſ. p. 873.* b. *874.* a.

Similis) Poſteriori videlicet, ſiue terreſtri, qui multum infra alterum, ſiue amphibium, magnitudine eſt, vt dictum eſt ſup. ſect. H.

q. Spinae) Spina chamaeleoni eminet et recuruatur, vt piſcibus: crocodilo non item. H.

r. Detrahere) Gellius X. 12. p. 522. haec transſcribens: *Accipitrem, ait, auium rapidiſſimum a chamaeleone humi reptante, et ſi eum forte ſuperuolet, detrahi et cadere vi quadam in terram, ceteriſque auibus laniendum ſponte ſua obiicere ſeſe ac dedere. H.*

s. Caput) Totidem verbis haec Gellius, l. c. H.

Reliqua ad veneficia pertinentia quae [1] dicit, [1] quamquam falsa existimantes, omittemus, praeterquam vbi irrisu [2] coarguendum. Dextro oculo, si viuenti eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli: lingua [3] adalligata, pericula puerperii. Eumdem *t.* salutarem esse parturientibus, [4] si sit domi: si [5] vero inferatur, perniciosissimum. Linguam, si viuenti ademta sit, ad iudiciorum euentus pollere. Cor aduersus quartanas illigatum nigra lana primae tonsurae. Pedem e prioribus dextrum, hyaenae pelle adalligatum sinistro brachio; contra latrocinia terroresque nocturnos [6] pollere. Item dextram mamillam contra formidines, pauoresque. Sinistrum *v.* vero pedem torreri in furno cum herba, [7] quae aeque chamaeleon vocetur, additoque vnguento in pastillos digeri: eos [8] in ligneum vas conditos, praestare (si credimus) ne cernatur ab aliis qui habeat. Armum dextrum ad vincendos aduersarios [9] vel hostes valere, vtique si abiectos eiusdem [10] neruos calcauerit. Sinistrum [11] humerum quibus *x.* monstris

1. *tanquam. V. M.* 2. *coarguendus. V.* 3. *alligatam. M.* 4. *circa domum. V.* 5. *sin vero domibus infert. M.* 6. *valere. It. dex. maxillam. V.* 7. *sic ex Mss. H. et Ch. quae etiam. Gr. et Al.* 8. *sic ex Mss. H. et Ch. in ligneo vase Gr. et Al.* 9. *vel hostes. in M. d.* 10. *neruos aliquis calcauerit. V. neruos calcauerint. V. Alii. sub hostes.* 11. *mirum. M.*

t. Eundem salutarem esse parturientibus, etc.) Sensus est: Chamaeleontem salutarem esse, si multo ante parturitionem illatus sit: sin idem parturienti iam superueniat, perniciosissimum esse. Gelen.

Eumdem) Sententia est, chamaeleonem salutarem esse, si multo ante parturitionem illatus sit: sin idem parturienti iam superueniat, perniciosum esse. H.

v. Sinistrum) Et haec ad verbum Gellius l. c. p. 523. H.

x. Quibus) Quibus veneficiis. H.

ſtris conſecret, qualiter ſomnia quae velis, [1] et quibus velis, [2] mittantur, pudet referre. Omnia *y.* ea dextro pede reſolui: ſicut ſiniſtro latere lethargos, quos *z.* fecerit [3] dexter. Capitis dolores, inſperſo vino, in quo latus alterutrum maceratum ſit, [4] ſanari. Feminis *a.* ſiniſtri, vel pedis cineri ſi miſceatur lac ſuillum, podagricos fieri illitis pedibus. Felle *b.* glaucomata et ſuffuſiones corrigi [5] prope creditur, tridui inunctione: ſerpentes fugari [6] ignibus inſtillato: muſtelas *c.* contrahi in aquam coniecto: corpore vero illito detrahi pilos. Idem praeſtare narrant iecur, cum [7] ranae rubetae pulmone illitum. Praeterea iocinere amatoria *d.* diſſolui. Melancholicos *e.* autem ſanari, ſi

1. *ac Ch.* 2. *mittat. V.* 3. *ſic ex* Mss. *H.* M. *et Ch. dextrum Gr. et Alii.* 4. *ſanari feminis. Si ſiniſtri pedis cineri miſceatur. V.* 5. *creditur, prope tridui. V.* 6. *liene.* M. *lienibus. Ch.* 7. *viuae.* M

y. Omnia ea dextro pede reſolui) *Somnia* magis arridet quam *omnia. Pint.*

Omnia) Nempe ſomnia. H.

z. Quos) Pedem ſubintellige. In editis hactenus libris, *dextrum.* Sed exemplaria primitiuā ſequimur R. 2. et Ch. alioſque H.

a. Feminis) Femoris. H.

b. Felle) A Marcello ſane Emp. creditur, 8. p. 59. A Scribonio Largo, Comp. 38. ad ſuffuſiones commendatur. H.

c. Muſtelas) Hoc eſt, colligi, congregari. Sic infra ſ. 42. contrahi ſerpentes dixit, cui verbo mox *diſſipari* opponitur. H.

d. Amatoria diſſolui) Τὰ Φίλτρα. Illis vtebantur piatrices, ſagae, ſimulatrices, fictrices, veratrices Stygialibus, ſiue Cocytiis ſacris, ad pelliciendos in amorem ſui quos vellent. Virgilius. *Sacra Ioui Stygio quae rite incoepta paraui.* Horatius: *Nec tu inultus riſeris Cocytia.* Philtra recenſet apud Apuleium Laelius Poeta, *Philtra omnia vndique eruunt: Antipathes illud quaeritur: Trochili iunges, taeniae, Radiculae, herbae, ſurculi, Auriplices bitortilae, Hinnientium dulcedi-*

si ex *f.* corio [1] chamaeleonis herbae succus bibatur. Intestina *g.* et [2] fartum eorum, quum *ee.* id animal

1. *Sic et Ch. chamaeleonis succus herbae. Gr.* 2. *Sic ex* Mss. *H fimum. Gr. et Al. falsum, Ch. forte, fartum.*

cedines. *Antipathes* notum est. *Trochisci*, rotulae, instrumenta magica, quibus sortes circumagebant, vt et rhombi. *Iunges*, iynges, anis nota, de qua Theocritus in Pharmaceutria. *Hinnientium dulcedines*, hippomanes. *Auriplices bitortilae*, laminae in quibus insculpebatur eius effigies, quem deuouebant, et defigebant: *ipsiplices* vocat Festus, vel vt alii legunt, *ipsullices.* Sculptarum imaginum loco interdum cereas statuas fingebant, et eas fasciis, taeniis, vittis religabant. Inde simulatrices et fictrices dictae magae. Dido apud Virgilium, *Effigiemque toro locat haud ignara futuri.* *Veratrices* praeterea, quia se vera dicturas profitebantur. Scalig.

e. Melancholicos) *Melancholia dicta*, inquit Cael. Aurel. l. 6. *quod nigra fella aegrotantibus saepe per vomitum veniant. Graeci enim nigrum μέλαν vocauerunt, fel autem χολὴν appellant: et non, vt plerique existimant, quod passionis causa vel generatio nigra sit fella: hoc enim est aestimantium magis quam videntium veritatem, vel potius falsum, sicut in aliis ostendimus. Nam Tullius atram bilem dixit, veluti altam iracundiam. Item Virgilius, Hercule alta iracundia moto, Hic vero inquit, Alcidae furiis exarserat atro felle dolor. Siquidem melancholici semper tristes, etc. H.*

f. Si ex corio chamaeleontis herbae succus bibatur) Ex Chiflet. affertur *chamaeleonis succus herbae.* Sed praeterea Voss. *chamaeleonis succus herbae debente bibatur.* Acad. *herbe habente bibatur.* Menap. et Gud. *habente.* Numquid *herbae gentilis*? i. cognominis. *Gr.*

Si) In R. aliisque: *si ex corio chamaeleonis herbae succus hebente bibatur.* Forte, *tepente*, corio videlicet, vel *tepens* succus bibatur in vase quod ex corio animalis conflatum sit. H.

g. Intestina et fimum eorum) Qui Chiflet. contulit, notauit ex eo *falsum* et coniicit *fartum.* Quod ille coniicit, id ipsum est in Voss. manu prima: *Intestina et fartis meorum.* Acad. omissa dubia voce: *intestina et eorum.* Gr.

e e. Cum id animal nullo cibo viuat) Errat cum vulgo Plinius: muscas enim, culices

animal nullo cibo viuat, quum fimiarum vrina illita inimicorum ianuae, odium omnium hominum his conciliare. Cauda flumina et aquarum impetus fifti, ferpentes foporari. Eadem medicata cedro et myrrha, illigataque gemino ramo [1] palmae, percuffam aquam difcuti, vt quae intus fint omnia appareant: [2] vtinamque eo ramo contactus effet Democritus, quoniam [3] ita loquacitates immodicas promifit inhiberi. Palamque eft, virum alias fagacem et vitae vtiliffimum, nimio iuuandi mortales ftudio prolapfum.

XXX. Ex eadem fimilitudine eft fcincus *ff.*, quem quidam terreftrem crocodilum effe dixerunt, [4] candidiore autem, et tenuiore cute. Praecipua tamen differentia dignofcitur a crocodilo, [5] fquamarum *gg.* ferie a cauda ad caput verfa. Maximus *h.* Indicus, deinde Arabicus. Afferuntur *i.* falfi. Roftrum *k.* eius et pedes in vino albo poti, cupidi-

1. palmo. Cb. 2. atque vtinam eo. M. 3. illita. V. 4. Sic ex Mss. H. candidiore autem Cb. candidiore tantum. Gr. et Alii. 5. Sic ex Mss. H. feta Gr. et Alii.

ces et alia id genus animalia fectatur et vorat. Dalec.

Quum) Vide quae diximus VIII. 51. H.

ff. Scincus) Hunc crocodilum terreftrem fed fui generis Diofc. appellat, II. 71. Σκίγκος . . . ἐϛὶ δὲ κροκόδειλος χερσαῖος, ἰδιογενής, etc. H.

gg. Squamarum feta cauda ad caput verfa) Scribe, *ferie*, non *feta*, ex archetypo noftro. Pint.

h. Maximus) Triplici in regione nafci Diofcorides eft auctor l. c. in India primum, tum in Arabia, poftremum in Mauretaniae parte. H.

i. Afferuntur) Addito nafturtio fale conditi. Diofc. l. c. ταριχευόμενοι σὺν καρδάμῳ. H.

k. Roftrum) Nicetas in Andronico II. n. 2. p. 206. Ἤσθιε δὲ καὶ ζῶον Νειλῷον, κροκοδείλῳ πάνυ τοι ἐμφερὲς

cupiditates Veneris accendunt: vtique *l.* cum satyrio et erucae semine, singulis drachmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita vt pastilli singularum drachmarum bibantur: per *m.* se laterum carnes obolis binis cum myrrha et pipere pari modo potae, efficaciores ad idem creduntur. Prodest et contra sagittarum venena, vt Apelles tradit, ante posteaque sumtus. In *n.* antidota quoque nobilia additur. [1] Sextius *o.* plus quam drachmae pondere in vini hemina potum, perniciem afferre tradit. Praeterea *p.* eiusdem decocti ius cum melle sumptum, Venerem inhibere.

XXXI.

1. Sextius M. vt ī. Sestius. Gr.

ῥὲς, σκίγγον λεγόμεν, ἀπόσιτον μὲν τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα βρωτέα κρίνουσι· διερεθίζον δ' ὅμως καὶ διανιςῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πρὸς συνουσιασμόν. *Vescebatur item Nilotica bestiola, crocodilo non absimili, quem scincum vocant: a quo cibo quum plerique abhorreant, tamen tentiginem excitat, et ad rem Veneream paratos facit. H.*

l. Vtique) Theod. Prisc. II. P. I. c. II. *de satyriasi, vel impedimento vsus venerei... Virile semper officium reparauerunt, et piper, satyrion, et stinchus, et erui semina.* Lege *et scincus, et erucae semina.* H.

m. Per) Partem eam quae renes amplectitur, drachmae pondere e vino potam. Venerem accendere Diosc. l. c. prodidit: Φασὶ δὲ δύναμιν ἔχειν ποθὲν τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς αὐτοῦ μέρος, ὅσον < πλῆθος μετ' οἴνῳ, ὁρμητικὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια. A Sextio Nigro videtur Diosc. id hausisse. A Diosc. Galenus, de fac. simpl. med. XI. p. 305. H.

n. In) Diosc. Μίγνυται, δὲ καὶ ἀντιδότοις. l. c. et in Alexiph. praef. p. 396. H.

o. Sextius) Et ex Sextio, auctor. L. de simpl. med. ad Patern. Tom. XIII. Opp. Galeni p. 1001. *Ad venerea,* inquit, *facit, drachma vna carunculae illius* (scinci) *ex vini cyatho potata: si enim plus sumatur, affert periculum* H.

p. Praeterea) Non scinci, sed lentis, hoc est, non σκίγκου, sed φακοῦ decocto cum melle, venerem scinci potu excitatam inhiberi prodidit Diosc. II. 71.

quem

XXXI. Eſt *q.* crocodilo [1] cognatio quaedam amnis eiuſdem, geminique victus, cum hippopotamo, repertore [2] detrahendi ſanguinis, vt *r.* diximus. Plurimi autem ſuper Saiticam [3] praefecturam. Huius corii cinis cum aqua illitus, panos *ſ.* ſanat: adeps *t.* frigidas febres: item [4] fimum ſuffitu. Dentes e parte laeua dolores dentium, ſcarificatis *v.* gingiuis. Pellis eius e ſiniſtra parte frontis [5] in inguina adalligata, Venerem inhibet. Eiuſdem cinis alopecias explet. Teſticuli *x.* drachma ex aqua contra ſerpentes bibitur. Sanguine pictores vtuntur.

XXXII. Peregrinae ſunt et lynces, quae clariſſime omnium quadrupedum cernunt. Vngues earum omnes cum corio exuri efficaciſſime in Carpatho

1. *quaedam affinitatis.* M. *cognatio quaedam affinitaſque.* V. 2. *trahendi.* Ch. 3. *inter Aegypti praefecturas.* V. 4. *fimus.* M. 5. *in angina.* M.

quem Galenus ſequitur, de fac. ſimpl. med. XI. p. 305. At Sextus aliter, quem idcirco Plinius auctorem appellat. H.

q. Eſt crocodilo cognatio quaedam amnis eiuſdem, geminique victus cum Hippopotamo repertore detrahendi ſanguinis) Corrigendus, vt puto, ordo verborum, legendumque ad hunc modum: *Eſt crocodilo cognatio quaedam gemini conuictus cum hippopotamo amnis eiuſdem, repertore trahendi ſanguinis.* Pint.

r. Vt) L. VIII. 40. H.

ſ. Panos) Galen. de theriaca ad Piſon. c. 9. p. 642. H.

t. Adeps frigidas febres) Cum frigore inuadentes: aut horrificas: aut in quibus aegri vix vel nunquam incaleſcunt. Dalec.

v. Scarificatis) Mss. omnes, *ſcarifatis.* H.

x. Teſticuli) Nicander in Ther. pag. 40. aduerſus ſerpentes laudat, Ἢ κάστορος οὔλοον ὄρχιν, Ἢ ἵππου τὴν Νεῖλος ὑπὲρ Σάιν αἰθαλόεσσαν βόσκει. Gorraeus interpres: *Vel Caſtoris accipe teſtem, Aut paſcentis equi per Nili magna Saitae Flumina.* Id deinde ſumi iubet ex aqua, adiectis et aliis medicaminibus Dioſc. II. 25. per ſe tritum e vino bibi ſuadet. H.

patho insula tradunt. Hoc cinere poto [1] propudia *y.* virorum: eiusdem aspersu, feminarum libidines inhiberi: item pruritus corporum: vrina *z.*, stillicidia vesicae. Itaque *a.* eam [2] protinus terra pedibus aggesta obruere traditur. Eadem autem et [3] iugulorum dolori monstratur in remedio. Hactenus de externis.

XXXIII. Nunc *b.* reuertemur ad nostrum orbem: primumque communia animalium remedia atque eximia dicemus: (IX.) Sicuti [4] de lactis vsu. Vtilissimum cuique maternum. Concipere *c.* nutrices exitiosum est: hi sunt enim infantes, qui *d.* colo-

1. *praeputia virorum libidinesque inhibiberi. M.* 2. *protinus fera pedibus obruere. V. protinus pedibus obruere. V. alii.* 3. *vngularum. M.* 4. *A. Gell. lib. XII. c. 1. Macrob. lib. V. cap. 11. Iacob. Cellar.*

y. Propudia) Pudendam libidinem. H.

z. Vrina) Λυγκέριον vocant. Dal.

Vrina) Quam λυγκούριον vocant, vt diximus VIII. 57. Hac etiam pota calculos frangi prodit Phile, de propriet. anim. p. 108. Negat Plinius id esse verum XXXVII. 13. H.

a. Itaque eam protinus terra, etc.) Id scilicet natura magistra facit, ne lotii odor praetereuntes, quibus insidiatur, abigat: qua ratione feles stercus puluere contegunt. Dal.

Itaque) Vel nobis bonum id inuidentes, vel ob caussam aliam quam l. c. attulimus, VIII. 57. H.

b. Nunc reuertemur ad nostrum orbem) Voss. *praeuertens.* Lege, *praeuertemur.* i. potius nos vertemus. Sic cap. 11. huius libri: *Hinc deinde praeuertemur ad genera morborum.* Et cap. vlt. *Hinc deinde praeuertemur ad animalia sui generis.* id est, primum vertemur. lib. XXX. 10. *Nunc praeuertemur ad ea, quae totis corporibus metuenda sunt.* Haec tot locis consentiens praestantissimarum membranarum scriptura est. Gron.

c. Concipere) Exitiosum ea re id videtur, quod purius alimentum fetui, qui in vtero est, nutriendo, non mammis replendis natura tum sufficit. H.

d. Qui colostrati appellantur) Fallitur Plinius. *Colostrati* dicuntur, qui praepropere statim a puerperio crassius

colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. Est *e.* autem [1] colostra *f.*, prima a partu spongiosa densitas lactis. Maxime *ff.* autem alit quodcumque humanum, mox caprinum: vnde fortassis fabulae *g.* Iouem ita nutritum dixere. Dulcissimum

1. *colostrum. V.*

crassius lac matris, ideoque in ventriculo spissescens, fuxerunt. Lac autem earum, quae concipiunt, ob id noxium esse censetur, quoniam fetui et infanti nutriendis, sanguis ex quo lac conficitur, non sufficit: tum etiam, quia, quae in vtero supersunt quod excrementa, a nutrimento fetus in mammas recurrunt, natura, quod purius est in alimentum fetus retinente: tum quia grauidae primis mensibus consuetos cibos fastidientes alienis vtuntur, ex quibus vitiosus sanguis fit: tum quia sub horam conceptus magna fit humorum in corpore perturbatio et agitatio, quae bonos cum prauis miscet. Vide cap. 41. lib. XI. Dal.

Qui) Et hoc superius indicauimus IX. 96. H.

e. Est) Ita Nonius, Seruius, Palladius, aliique, quos laudat Vossius in Etymol. verbo *Colustrum*. Vide quae diximus XI. 96. H.

f. Colostra) Blandiendo vocem eam Plautus vsurpat in Penulo: *Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus.* Martialis: *De primo matrum lacte colostra damus.* Vide Arist. 21. VI. Hist. Dal.

ff. Maxime autem alit quodcunque, etc.) Non quidem maxime alit, sed hominis naturae conuenientissimum et familiarissimum est. Ouillum, bubulum, caprinum, multo plus alimenti praebent. Dal.

g. Fabulae) Quem a capella, Amalthea nomine, nutritum ferunt. Vide Hygin. in Astron. Poet. c. *Heniochus.* Nummus est ex aere maximo Antonini Pii in Thesauro Regio sine epigraphe, in quo Iupiter puerulus caprae insidet: e regione laurus e basi emicat: in ipsa basi Aquila Iouem et caprum respicit. Significat Antoninum Pium aegrotum lacte caprino nutritum fuisse, et nutriri dignum, vt Iouem olim. Aquila Imperatorem denotat, laurus, domum Caesaris, ex Plinio XV. 39. Confer nummum Commodi Imp. qui nepos Antonini, inscriptum, IOVI IVVENI. H.

ciſſimum ad *h.* hominis camelinum, efficaciſſimum ex aſinis. Magnorum *i.* animalium et corporum facilius *k.* redditur. Stomacho accommodatiſſimum caprinum, quoniam fronde magis, quam herba, veſcuntur. Bubulum *l.* medicatius. Ouillum *m.* dulcius et magis [1] alit, ſtomacho minus vtile, quoniam *n.* eſt pinguius. Omne *o.* autem vernum aquatius *p.* aeſtiuo, et *r.* de nouellis: probatiſſimum vero, quod in vngue haeret, nec defluit. Innocentius *ſ.* decoctum, praecipue cum calculis

1. *appetibile. M.*

h. Ad) Poſt humanum. H.

i. Magnorum animalium et corporum facilius redditur) Aptior lectio, vt ſentio, *e corpore*, quam *et corpore*. P.

k. Facilius redditur) Per aluum exit. Dal. Conſ. H.

l. Bubulum) Maioris eſt, inquit, efficientiae in medendo. Medicamentoſum Cato dixit de R. R. *De omnibus braſſicis nulla eſt medicamentoſior.* H.

m. Ouillum) Totidem verba facit de ouillo lacte Dioſc. II. 75. H.

n. Quoniam eſt pinguius) Et ob craſſitiem aegrius coquitur. Dal.

o. Omne) Sic etiam Dioſc. l. c. Ὑδαρέϛερον μέντοι τὸ ἐαρινὸν τοῦ θερινοῦ, καὶ τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλόν ἐϛι μαλακτικὸν κοιλίας· ἐϛι δὲ καλὸν γάλα τὸ λευκὸν καὶ ὁμαλὸν τῇ παχύτητι, καὶ συϛρεφόμενον, ἐπειδὰν ἐπιϛαγῇ ὄνυχι. *Vernum tamen aquatius aeſtiuo, et quod e viridi paſcuo eſt, aluum magis emollit. Probatur maxime candidum, et aequali craſſitudine, quod inſtillatum vngui conglobatur.* H.

p. Aquatius aeſtiuo) Seroſius, ideoque caſeus ex eo minus pinguis. Dal.

Aquatius) Dilutius. H.

r. Et) Et de nouellis pratis, *paſcuiſque viridibus.* H.

ſ. Innocentius decoctum) Quoniam minus in nidorem corrumpit ventriculus. Dalec.

Innocentius) Dioſc. l. c. Ἑψηθὲν δὲ πᾶν γάλα ϛεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας· καὶ μάλιϛα τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθὲν, etc. *Lac omne decoctum, et illud quidem praecipue a quo lapillorum ſeu calculorum ignitorum vi tenuior pars exhauſta eſt, ventrem adſtringit*, etc. Calculos marinos Plinius adhibet: fluuiatiles Dioſcorides: hos

calculis marinis. Aluus *t.* maxime soluitur bubulo. [1] Minus *v.* autem inflat quodcumque [2] decoctum. Vsus *x.* lactis ad omnia intus exhulcerata, maxime renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones: [3] foris pruritum cutis, eruptiones *y.* pituitae, [4] post abstinentiam. Nam vt in Arcadia bubulum biberent phthisici, [5] syntecticique, et cachectae, diximus *z.* in ratione herbarum. Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati [6] sint podagra, chiragraue. Medici *a.* speciem vnam addidere lactis generibus, quod *b.* schiston appellauere. Id *c.*

P 2 fit

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. minus inflat Gr. et Al.* 2. *decoctum. Sanat vuas, lichenas, ad omnia vtile (sic et V.) intus* M. *contusa, aut luxata maxime. V.* 3. *foris ad pruritum cutis. V. foris pruritum, aut intus.* M. 4. *cibi aut potus.* M. 5. *syntectici cacoethe. Ch.* 6. *sunt.* M.

hos enim, Suida teste, signat vox Graeca κόχλακες. Porro calculorum vice, ferreos cylindros ignitos immittere se lacti solitum Galenus testatur de fac. simpl. med. X. pag. 280. atque id quidem multo efficacius. H.

t. Aluus) Bubulo, asinino, equino, inquit Diosc. l. c. H.

v. Minus) Minus inflat quodcumque semel feruefactum est, ἀποζεσθὲν ἅπαξ, inquit Diosc. l. c. H.

x. Vsus) Haec omnia totidem fere verbis Diosc. l. c. H.

y. Eruptiones pituitae) Pustulas succo pituitoso tumentes, τὰ ψυδράκια. Ruellius apud Diosc. cap. de butyro vertit pustulas albidas. Dal.

Eruptiones) Seu papularum, vt diximus XXIV. 5. Diosc. l. c. πρὸς ἐξανθήματα. H.

z. Diximus) L. XXV. 53. *Arcades quidem non medicaminibus vti, sed lacte circa ver, quoniam tunc maxime succis herbae turgeant, medicenturque vbera pascuis. Bibunt autem vaccinum.* Adiuuat etiam Cels. III. 22. *Lac quoque.* inquit, *quod in capitis doloribus, et in acutis febribus ..: pro veneno est: in phthisi tamen, sicut in omnibus longis difficilibusque febribus recte dari potest.* H.

a. Medici) Haec totidem verbis Diosc. II. 77. H.

b. Quod) Σχιστὸν, hoc est, lactis genus, ex quo serum exemtum fuit. Theod. Prisc.

II.

ſit hoc modo: fictili nouo feruet caprinum maxime, ramiſque *d.* ficulneis recentibus miſcetur *e.*, additis totidem [1] cyathis *f.* mulſi, quot ſint heminae lactis. Quum *g.* feruet, ne circumfundatur, praeſtat cyathus argenteus cum frigida aqua demiſſus, ita ne quid [2] infundat *h.*: ablatum deinde igni, [3] refrigeratione diuiditur, et diſcedit ſerum a lacte. Quidam *i.* et ipſum ſerum iam *k.* [4] mulſo potentiſſimum, decoquunt ad tertias partes, et ſub dio refrigerant. Bibitur *l.* autem efficaciſſime heminis per interualla [5] ſingulis, diebus quinis: melius a potu geſtari. Datur *m.* comitialibus, melancholicis,

1. *cyathis aceti mulſi. Dioſc.* 2. *effundat. V. effundatur. Alii. V. fundat Gr.* 3. *poſt refrigerationem. Alii.* 4. *Sic V. et Ch. muſto Gr. et Al.* 5. *diebus quinque, a potu illius ſolitis geſtari M. ſingulis vſque ad quinas. Dioſc. ſalis diebus, etc. Ch.*

II. P. I. c. 9. *Ventrem prouocabis ex lacte decocto, quod ſchiſton aliqui vocauere.* H.

c. Id) Dioſc. l. c. H.

d. Ramiſque) *Καὶ κινούμενον κλάδῳ συκίνῳ νεοτμήτῳ.* H.

e. Miſcetur) Mouetur, agitatur. H.

f. Cyathis) Dioſc. acetum mulſum adſciſcit, ὀξύμελι. H.

g. Quum) Dioſc. l. c. H.

h. Infundat) Ne quid aquae in lac infundatur e cyatho. H.

i. Quidam) *Le petit lait, le lait clair.* H.

k. Iam) Vide N. et Em. N. XX. (hic conſp.) *Iam*) Sic reſtituimus admonitu cod. Ch. quin et ipſa ſcriptoris ſententia ita poſtulante: antecedit enim, *additis totidem cyathis mulſi*, quae nunc verba ſpectat. In editis perperam *muſto.* In R. 2. *multo.* H.

l. Bibitur) Dioſc. l. c. Ποτίζεται δὲ ὁ ὀῤῥὸς ἐκ διαστήματος, κατὰ κοτύλην ἄχρι πέντε κοτυλῶν· ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ διαστήμασι περιπατείτωσαν οἱ πιόντες. *Bibitur porro ſerum, heminis per interualla ſingulis, vſque ad quinas: ita vt intercedentibus ſpatiis potantes deambulent.* H.

m. Datur) Nempe ſerum lactis. Haec fere omnia Dioſc. II. 76. H.

cis, paralyticis, in lepris, elephantiasi *n.*, articularibus morbis. Infunditur quoque lac contra rosiones a medicamentis factas. Etsi *o.* [1] vrat dysenteria, decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptisana hordeacea. [2] Item *p.* ad rosiones intestinorum, bubulum aut ouillum vtilius. Recens quoque dysentericis infunditur: ad *q.* colum autem, crudum: item *r.* vuluae, [3] et propter serpentium ictus: potisue *s.* pityocampes, bupreftis, cantharidum, aut sala-

P 3

1. Sic ex Mss. H. et Ch. vrget V. vratur Gr. et Al. 2. Item contra ros. M. *3. et contra serpentium ictus: phtisicis, cantharidum, aut salamandrae, aut bupreftis, aut pityocampes veneni Gr. et Al.*

n. Elephantiasi) Q. Seren. c. 11. de elephantiasi propellenda, p. 130. *Nonnulli dixere serum prodesse bibendo.* H.

o. Et) Si fuerit cum alui exhulceratione coniuncta dysenteria, propter bilem quae intestina adurit, infunditur decoctum candentium silicum ope, aut cum hordeacea. Diosc. l. c. H.

p. Item) Diosc. l. c. H.

q. Ad colum autem crudum) Intestini coli cruciatus, praesertim ex acri humore. D. *Crudum*) Minime coctum. H.

r. Item vuluae, et contra serpentium ictus, phthisicis, cantharidum aut salamandrae aut bupreftis aut pytiocampes venenis) Vetus exemplar, *Item vuluae et propter serpentium ictus potisue pytiocampes, bupreftis, cantharidum, aut salamandrae venenis.* P.

r. Item vuluae) Exhulceratae vuluae infundi vtiliter Diosc. quoque admonet l. c. ἐγκλύζεται δὲ καὶ μήτρα εἱλκωμένη. H.

s. Potisue) Vide N. et Em. N. XXI. (hic pos.) *Potisue*) Sinceram lectionem ex R. 2. cod. et eo quem Pintianus vidit, totidem apicibus repraesentamus: neglecta librorum hactenus editorum scriptura: *phthisicis, cantharidum, aut salamandrae, bupreftis, aut pityocampes venenis.* Cui orationi prior eo nomine anteponi debet, quod expeditiorem ac planiorem intellectum habet; nec venena modo extrinsecus excepta, sed et intus hausta declarat. Sic etiam Diosc. II. 77. Ποιεῖ δὲ τὸ πρόσφατον γάλα καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν θανασίμων φαρμάκων δηγμοὺς, καὶ πυρώσεις, ὡς κανθαρίδος,

salamandrae venenis. Priuatim *t.* bubulum his qui Colchicon *v.* biberint, aut cicutam, aut dorycnium, aut leporem marinum; sicut asininum contra *x.* gypsum, et cerussam, et *y.* sulphur, et argentum viuum: item durae aluo in febri. Gargarizatur *z.* quoque faucibus exhulceratis vtilissime. Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos *a.* atrophos vocant: in *b.* febri etiam quae

δος, ἢ πιτυοκάμπης, ἢ σαλαμάνδρας, ἢ βουπρήστεως. *Lac autem recens etiam efficax est contra rosiones, et inflammationes a medicamentis exitialibus factas, vti a cantharide, pityocampe, salamandra aut bupreste,* etc. H.

t. Priuatim) Diosc. l. c. et IV. 84. Scribon. Larg. comp. 184. 186. 189. 190. et 191. H.

v. Colchicon) Diosc. ἐφήμερον et Κολχικὸν, in Alex. c. 5. Herba venenata est, vt quidem suspicamur, de qua XXV. 107. H.

x. Contra) Contra haec venena Diosc. lac quoduis adsciscit, Εὐπ. II. 161. sq. H.

y. Et sulphur) Mirum quod sulphur inter venenata recenseat, cum citra noxam dari possit. Suspicor in Graeco fuisse θρύον, id est, solanum manicon, Pliniumque legisse θεῖον, id est, sulphur. Dal.

Et) Vide N. et Em. N. XXII. (hic consp.) *Contra*) Inanis est hoc loco Dalecampii coniectura, qui Graecos arbitratur, vnde hausit Plinius, θρύον scripsisse, hoc est, solanum manicum: Pliniumque incaute ac raptim θεῖον legisse, quae vox sulphur significat. Quum proxime antea Plinius dorycnii mentionem fecerit, quod idem plane est, ac solanum. Neque vero citra noxam sumi genera omnia sulphuris queunt, si praesertim paulo largius hauriantur. H.

z. Gargarizatur) Diosc. II. 77. et Marc. Emp. 14. p. 103. H.

a. Quos atrophos vocant) Supra c. 25. lib. XXII. *atrophos* illos vocat qui cibum non sentiunt. Dal.

Quos) Qui sint atrophi Celsus docet III. 22. *de tabe et eius speciebus: Vna est,* inquit, *qua corpus non alitur, et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur: et, nisi occurritur, tollit: ἀτροφίαν hanc Graeci vocant. Ea duabus fere de causis*

quae careat dolore capitis. Pueris ante cibum, lactis asinini heminam dari, [1] aut *c.* si exitus cibi rosiones *d.* sentirent, antiqui in arcanis habuerunt: si hoc non [2] esset, caprini. Bubuli serum orthopnoicis prodest ante cetera, addito nasturtio. Inunguntur etiam oculi, in lactis heminis sesamae additis drachmis quatuor tritis in lippitudine. Caprino *e.* lienes sanantur, post bidui inediam tertia die edera pastis capris, per triduum poto sine alio cibo. Lactis *f.* vsus alias contrarius capitis doloribus, hepaticis, [3] splenicis *g.*, neruorum [4] vitio, febres habentibus, vertigini, praeterquam *h.* purgationis *i.* gratia, grauedini, tussientibus, lippis.

P 4 Suillum

1. *Sic ex* Mss. *H. aut si in exitu cibi Gr. et Al.* 2. *Sic ex* Mss. *H. adesset, caprini. V. Si hoc non esset, habuerunt e caprino Gr. et Al.* 3. *spleneticis Gr. et Al.* 4. *vitiis. V.*

sis incidere consueuit: aut enim nimio timore aliquis minus, aut auiditate nimia plus quam debet, assumit: ita vel quod deest, infirmat: vel quod superat, corrumpitur. H.

b. In) Celsus, loco paulo ante a nobis allato. H.

c. Aut si in exitu cibi rosiones sentirent) Voss. *aut si exitus cibi rosiones sentirent.* Exquisitius. Mox, *si hoc non esse e caprino.* Lege, *si hoc non esset, caprini.* Gron.

d. Rosiones) In intestinis, τῶν ἐντέρων δῆξιν Diosc. II. 77. H.

e. Caprino) Scrib. Larg. comp. 132. *Inflatibus lienosis dare oportebit aquam, in qua candens ferrum demissum, vel lac caprinum, capra tantummodo edera pasta.* H.

f. Lactis vsus alias contrarius, etc.) Quia crassum sanguinem gignit, quamuis bonum. Hippocr. aphoris. 65. lib. V. Dal.

Lactis) Ita Cels. III. 22. Hippocrates quoque S. V. aph. 64. Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακὸν etc. H.

g. Splenicis) *Lienis morbo dulcia omnia inimica esse, item lac ac caseum,* auctor est pariter Cels. IV. 9. H.

h. Praeterquam) Nisi si cui purgationis gratia schistum exhibeatur, hoc est, lac sero diuisum, inquit Diosc. II. 78. H.

i. Purgationis gratia) Si schiston detur. Dal.

Suillum *k.* vtilissimum tenesmo, dysenteriae, nec non phthisicis. [1] Hoc et mulieribus *kk.* saluberrimum qui dicerent, fuerunt.

XXXIV. De *l.* generibus caseorum diximus, quum de vberibus singulisque animalium membris diceremus. Sextius *m.* eosdem effectus equino, quos bubulo, tradit. Hunc *n.* vocant hippacen. Stomacho *o.* vtiles, qui non [2] sint salsi, id est, recentes. Veteres *p.* aluum sistunt, corpusque minuunt, stomacho *q.* [3] vtiliores: et in totum [4] salsa minuunt corpus, alunt mollia. Caseus *r.* recens cum melle, [5] sugillata emendat, [6] mollis *s.* aluum sistit.

1. *Sic ex* Mss. *H. etiam mulieres, quae dicerent saluberrimum, fuerunt.* M. *Hoc si mulieres. Cb. hoc et mulieri saluberrimum Gr. et Al.* 2. *sunt. V.* 3. *inutiliores. Diosc.* κακοςόμαχοι. 4. *salsi, et molles, Dioscor.* 5. *sugillata emendat: mollit aluum: sistit sedatque tormina, pastillis. Cb. suggillata Gr.* 6. *minus Cb.*

k. Suillum) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic coll.) *Suillum*) Ita libri omnes: etsi nihil Dioscorides de suillo. Quamobrem haud temere suspicamur vnius litterulae immutatione *ouillum* legi fortassis posse commodius: nam ouillum tenesmo pariter et dysenteriae prodesse scribit Diosc. II. 77. H.

kk. Mulieri saluberrimum) Morbis supra recitatis vexatae. Dal.

l. De) L. XI. 96. sq. H.

m. Sextius) Et Diosc. quoque II. 80. H.

n. Hunc) Equinum. Diosc. l. c. Ἡ δὲ καλουμένη ἱππακὴ, τυρός ἐςιν ἵππιος, etc. Sic et Hipp. de morb. IV. t. 25. p. 144. H.

o. Stomacho) Totidem verbis Diosc. II. 79. H.

p. Veteres) Diosc. l. c. Ὁ δὲ παλαιότερος, κοιλίας ςαλτικός. H.

q. Stomacho vtiliores). Vti vice versa inutiliores stomacho iidem, quum recens saliti sunt: ὁ δὲ νεαλὴς... κακοςόμαχος. Diosc. l. c. H.

r. Caseus) Diosc. l. c. H.

s. Mollis aluum sistit) Leg. *Vetus aluum sistit.* ὁ δὲ παλαιότερος κοιλίας ςαλτικός. Diosc. Dal.

Mollis) Sic rursum idem c. 58. Caseum recentem vaccinum infundi suadet ad dysenterias et tormina. Vim aluum

ſiſtit. Sedat tormina paſtillis in vino auſtero decoctis, rurſuſque in patina toſtis [1] cum melle. Sapron *t.* vocant, qui cum ſale et ſorbis ſiccis e vino tritus potuſque medetur coeliacis. Genitalium carbunculis caprinus tritus et impoſitus: item acidus cum oxymelite. Maculis in balineo illitus oleo interlinitur *v.*

XXXV. E lacte fit et butyrum, barbararum gentium [2] lautiſſimus cibus, et qui *x.* diuites a plebe diſcernat. Plurimum e bubulo, et *y.* inde nomen: pinguiſſimum *z.* ex ouibus. Fit *a.* et ex caprino, ſed hieme, [3] calefacto lacte: aeſtate, expreſſo *b.* tantum crebro iactatu in longis vaſis, anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore, alias *c.* praeligato. Additur [4] paulum aquae, vt *d.* aceſ-

 cat.

1. *cum melle, in* M. *d.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. laudatiſſimus Gr. et Al.* 3. *in vaſe calefac.* M. 4. *paulum. Ch.*

aluum ſiſtendi caſeo attribuit paſſim Galenus. Vide Braſſauoli Indicem. H.

t. Sapron) Σαπρὸν, quaſi marcidum, putrem, vetuſtate putidum. H.

v. Interlinitur) Viciſſim illinitur. H.

x. Qui diuites a plebe diſcernat) Nam diuites plurimum quotannis e ſuis armentis reponunt, quod vendant: plebeii parum, et quod in vſum quotidianum tantum ſatis ſit. Itaque locupletibus in cenſu et reditu eſt. Dal.

y. Et) Βούτυρον, quod ſit quaſi bouis caſeus, qui plurimum e lacte fit bubulo. H.

z. Pinguiſſimum) Dioſc. II. 21. H.

a. Fit) Agitato ſcilicet tamdiu in vaſis lacte, donec pingue ſecernatur a ſero, acidoque lacte. Ita Dioſc. l. c. H.

b. Expreſſo tantum crebro, etc.) Frequenti catilli lignei, qui baculi extremo affixus eſt, ictu diuiſo, ſic vt hinc butyrum, illinc acidum lac ſecernatur. Nota ea eſt ratio in tota Gallia. Dal.

c. Alias praeligato) Vel panniculo, qui foramini aduolutus manu ſiniſtra continetur, obturato. Dal.

Alias) Praeligato, obturatoque vaſis ore panniculo, ne butyrum effluat. H.

cat. Quod eſt maxime coactum, in ſummo fluitat *e.*: id exemptum addito ſale, oxygala *f.* appellant. [1] Reliquum decoquunt in ollis. Ibi quod ſupernatat, butyrum eſt, oleoſum *g.* natura. Quo magis virus *h.* reſipit, hoc *i.* praeſtantius iudicatur. Pluribus compoſitionibus miſcetur inueteratum. Natura *k.* eius [2] adſtringere *l.*, mollire, replere *m.*, purgare.

XXXVI.

1. *Sic ex* Mss. *H. V. et Ch. reliquias. V. Reliquum Gr.*
2. *digerere.* Mercer.

d. Vt aceſcat) Imo vt facilius diuidatur. Dal.

e. Fluitat) Leg. *fluitat, id butyrum eſt, oleoſum natura. Reliquum decoquunt in ollis: ibi quod ſupernatat, exemptum, addito ſale, oxygala appellant. Butyrum quo minus virus reſipit, etc.* Sic emendandus hic locus Plinii: alioqui huius rei fuiſſe ignorantiſſimum fatendum eſt. Dalec.

f. Oxygala) Τὸ ὀξύγαλα. Etſi Columella oxygalam vocat, quaſi lac acidum dicat, eiuſque compoſitionem docet II. 8. Eſt illud porro lactis acidi genus, ita prodente Buſbequio ep. I. p. 36. hodieque in cibatu Turcis familiare: Iugurtam id appellant: diluunt aqua frigidiſſima, panemque interunt: eoque vtuntur in magno aeſtu et ſiti: Cibus is quum palato et ventriculo gratiſſimus ſit, tum ad exſtinguendam vehementiorem ſitim vim habet admirabilem. Copia eius paſſim venalis, vbicumque Turcarum diuerſoria ſunt. H.

g. Oleoſum) Quod vim habet olei, ἔχεται δὲ δυνάμιν ἐλαιώδους. Dioſc. II. 81. H.

h. Virus reſipit) Odorem inſuauem, agitato lacti peculiarem. Dal.

i. Hoc) Ad medicinam. H.

k. Natura) Dyſentericis idcirco prodeſſe infuſum docet Dioſc. II. 81. nec aluum laxare, niſi largiore menſura potum, πλέον ποθὲν, quod et Plinius docet inferius, ſ. 58. Cetera de butyro eadem Dioſc. l. c. Τὸ δὲ αὐτὸ πληροῖ, καὶ καθαίρει, καὶ σαρκοῖ. *Replet, purgat, et carnem creat.* Ac paulo antea, μαλακτικῆς ἐςὶ δυνάμεως, *molliendi vim habet.* H.

l. Adſtringere) Propter additum ſalem. Dal.

m. Replere) Replere carne hulcera. Πληροῖ τὰ ἕλκη, inquit Dioſ. Εὐπ. I. 188. H.

XXXVI. Oxygala fit et alio modo, acido lacte addito in recens [1] quod velis inacefcere, vtiliffimum ftomacho. Effectus [2] dicemus fuis locis.

XXXVII. Proxima in *n.* communibus [3] adipi laus eft, fed maxime fuillo, apud antiquos etiam religiofius. Certe *o.* nouae nuptae intrantes, etiamnum folenne habent poftes *p.* eo attingere. Inueteratur duobus modis, aut cum fale, aut fincerus: tanto vtilior, quanto fit vetuftior. Axungiam *q.* Graeci etiam appellauere [4] iam in voluminibus

1. *Sic ex* Mss. *H. quod dum acefcit vtiliffimum eft ftomacho.* M. *quod inmarcefcere. Ch. acefcere Gr. et Al.* 2. *docemus. Ch.* 3. *Sic ex* Mss. *H. Apud ant. et. religiofus erat.* M. *et Ch. adipis — fuilli — religiofi Gr. et Al.* 4. *Sic ex* Mss. *H. axungiam etiam Graeci appellauere eum in Gr. et Al. eum in* M. *d.*

n. In) In communibus remediis. H.

o. Certe) Id vero vel fuillo fieri adipe, vel lupino folebat, ne quid mali medicamenti inferretur, vt dicetur extrema hac fectione. Donat. in 2. Sc. Act. I. Hecyr. Terentii: *Vxor dicitur vel ab vngendis poftibus, et figenda lana, id eft, quod quum puellae nuberent, maritorum poftes vngebant, ibique lanam figebant, etc.* Seru. in IV. Aen. *Moris fuit, vt nubentes puellae, fimul ac venisfent ad limen mariti, poftes, antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, et oleo vngerent: et ideo vxores dictae quafi vnxores.* Quae verba Ifidorus in fuam Etymologiarum farraginem transtulit IX. c. vlt. Arnob. contra Gentes, III. *O egregia numinum, ac fingularis interpretatio poteftatum! Nifi poftes virorum adipali vnguine oblinerentur ab fponfis,* et quae fequuntur; vbi etiam vnctionibus iis Vnxiam deam praefuiffe fcribit. Vide plura apud Briffon. de ritu nupt. pag. 193. H.

p. Poftes eo attingere) Vide quod notatum cap. 2. fequentis libri. Vngendis poftibus fuillo adipe vtebantur augurio felici, vt tam fecundae effent, quam fcrophae, quae denos pariunt. Mox tamen hoc ipfo capite ex Maffurio palma in hunc vfum lupino adipi datur. D.

q. Axungiam etiam Graeci appellauere) Seculo Plinii alio-

bus suis. Neque est occulta virium causa, quoniam id animal herbarum [1] radicibus vescitur. Itaque etiam fimo innumeri vsus. Quamobrem *r.* non de alia loquimur sue, multo efficaciore femina, et quae non peperit. Multo vero praestantior in apris est. Vsus *s.* igitur axungiae est ad [2] emollienda, excalfacienda, discutienda, purgandaque. Medicorum aliqui admixto anseris adipe, taurorumque seuo et oesypo, ad podagras vti iubent. Si vero [3] permanet dolor, cum cera, myrto, resina, pice. Sincera *v.* axungia medetur ambustis vel niue: pernionibus autem cum hordei cinere et galla pari modo. Prodest et confricatis membris, itinerumque lassitudines et fatigationes leuat. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle. Vetus *x.* etiam phthisin in pilulis sumpta sanat, quae

1. *causa radic. Ch.* 2. *emolienda. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. permaneat Gr. et Al.*

alioqui vox prorsus Latina est, ab axibus dicta, vel ipso auctore post paulo. Dal.

Axungiam) Ὀξύγγιον. Vsus ea voce Diosc. II. 3. laudandus a nobis XXXII. 23. iterumque III. 104. H.

r. Quamobrem non de alia loquimur sue, multo efficaciore femina) Scribo partim ex coniectura: *quam ob rem non de alia loquemur. E sue multo efficacior est femina.* vt paulo post: *E sue quae non peperit, aptissime vtuntur, etc.* Pintian. *Quamobrem, etc.)* Quam quae ad pascua exit, et radicibus alitur, non autem de illa, quae in hara domi conclusa saginatur. D.

Quamobrem) Praeterquam de ea quae herbarum radicibus vescitur: non vero ea quae in hara domi conclusa saginatur. H.

s. Vsus) Diosc. II. 94. H.

v. Sincera) Quae sine admixto sale. Diosc. II. 94. de suillo adipe, καὶ πυρικαύστοις ἁρμόζει. H.

x. Vetus etiam phthisin in pilulis sumpta sanat.) Vide an commodius legi possit, *Vetustam phthisin in pilulis, etc.* Nam sequitur illico: *quae sine sale inueterata est.* Pint.

quae ſine ſale inueterata eſt. Omnino enim non niſi ad ea quae purganda ſint, aut quae non ſint exhulcerata, [1] ſalſa *y.* petitur. Quidam quadrantes axungiae et *z.* [2] mulſi in vini cyathis [3] tribus decoquunt contra [4] phthiſes, [5] quarto *a.* quoque die picem liquidam in ouo ſumi iubent, [6] circumligatis lateribus, et pectoribus, et ſcapulis eorum qui phthiſin ſentiunt. Tantaque *b.* eſt vis, vt genibus etiam adalligata, redeat in os ſapor, eamque exſpuere videantur. E ſue quae non [7] peperit, aptiſſime vtuntur ad cutem mulieres. Contra *c.* ſcabiem vero [8] quiuis, admixto iumentorum ſeuo, pro parte tertia, et pice, [9] pariterque ſubferuefactis. Sincera *d.* partus in abortum vergentes [10] nutrit, collyrii modo ſubdita. Cicatrices *e.* conco-

1. *gallica recipitur.* Ch. *ſalſa recipitur.* M. 2. *mellis.* V. 3. *ternis.* Ch. 4. *phthiſin.* Alii. 5. *ſic ex Mſs.* H. *quintoque die.* Gr. et Al. 6. *circumligatur lateribus pectoris.* Ch. 7. *ſic ex Mſs.* H. et Ch. *pepererit.* Gr. et Alii. 8. *quamuis.* V. 9. *pariterue.* Ch. 10. *ſanat.* M.

Vetus) Marc. Emp. 16. p. 119. *Axungiae ſuillae,* inquit, *vnciae tres, ex vini vetuſtiſſimi cotyla vna decoctae, potui phthiſicis datae potenter remediantur.* H.

y. Salſa) In Mss. R. 2. et Ch. *Gallica recipitur.* H.

z. Et mulſi in vini cyathis, etc.) Duo illa verba *in vini,* non leguntur in noſtro apographo. Pint.

a. Quintoque die picem liquidam) *Quarto quoque die picem, etc.* in eodem. Pint.

b. Tantaque eſt vis, vt genibus etiam adalligata redeat in os ſapor) Conſiderandum an non *genibus adalligata,* legendum ſit, ſed *genis illita.* Pint. *Tantaque eſt vis, etc.*) Hinc putant quidam vnguenta ad morbum Gallicum ſolennia, ex axungia parata, magnam ſaliuae copiam per os educere. Dal.

c. Contra) Hoc eſt, quauis, qualibet: Siue e ſue quae non peperit, ſiue quae peperit. H.

d. Sincera) Minime ſale condita, aut aſperſa. H.

e. Cicatrices) Marc. Emp. 4. p. 40. H.

colores facit ceruſſa admixta, vel argenti ſpuma. At cum ſulphure, vnguium ſcabritias emendat. Medetur et capillo fluenti: et hulceribus in capite mulierum cum gallae parte quarta: et infumata [1] pilis oculorum. Datur et phthiſicis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec *f.* tres vnciae e toto [2] reſtent. Aliqui et mellis exiguum adiiciunt. [3] Panis *g.* illinitur cum calce, item furunculis, duritiaeque mammarum. Rupta, [4] conuulſa, et luxata ſanat. Clauos, et rimas, callique vitia, cum elleboro albo: parotidas admixta farina *h.* [5] ſalſamentariae *i.* teſtae: quo genere proficit et ad ſtrumas. Pruritus et papulas in balineo perunctis tollit: alioque etiamnum modo podagris prodeſt mixto oleo vetere, contrito vna ſarcophago lapide, et quinquefolio tuſo in vino, vel cum calce, vel cum cinere. Facit et peculiare *k.* emplaſtrum [6] LXXV. *l.* X. pon-

1. *filiis M. et Ch.* 2. *ſic ex Mss. H. V. et Ch. reſident. Gr. et Alii.* 3. *Panos ſanat illita cum cal. it. furunculos, duritiemque. M.* 4. *Rupta et co uulſa, et ſpaſmata et lux. Gr. et Al.* 5. *a ſalſamentaria teſta. V. farina ſalſamentaria teſtae. Ch.* 6. *ſic ex Mss. H. LXXXV. pondo. Gr. et Al.*

f. Donec) Sunt in hemina drachmae ſexagenae, vt dictum eſt XXI. 109. atque adeo vnciae in hemina ſeptem cum ſemiſſe, vt ibidem ex Cleopatra diximus. H.

g. Panis) Ad panos ſanandos. H.

h. Farina) Puluere teſtae, in qua ſalſamenta condita. H.

i. Salſamentariae teſtae) Salſamentariae teſtae farinam vocat ſalſuginis puluerem, qui teſtae et fundo, et lateribus inhaereſcens decutitur, vel teſtae minutim tritae puluiſculum. Dalec.

k. Peculiare emplaſtrum LXXXV. pondo) Mss. *Facit et peculiare emplaſtrum LXXV. X. ponderi centum ſpumae argenteae mixtis.* id eſt, ſeptuaginta quinque denarium ponderi centum denariis. Gr.

l. LXXV. X. p.) Hoc eſt ſeptuaginta quinque denari-

ponderi centum ſpumae argenteae mixtis, [1] vtiliſſimum contra inflammationes [2] hulcerum. Adipe *m.* verrino [3] inungi putant vtile, quaeque *n.* ſerpant, illinire cum reſina. Antiqui maxime axibus vehiculorum perungendis, ad faciliorem circumactum rotarum vtebantur: vnde *o.* nomen: ſic quoque vtili [4] medicina cum illa ferrugine *p.* rotarum, ad ſedis vitia virilitatiſque. Et per ſe axungiam Medici *q.* antiqui maxime probabant renibus detractam, [5] exemptiſque venis aqua caeleſti fricabant [6] crebro, decoquebantque *r.* fictili nouo

1. *vtiliſſime. Ch.* 2. *inflammationes. Hulcera quae ſerpunt adipe verrino inungi putant vtile cum reſina. V.* 3. *ſic ex Mss. H. et inungi. Gr. et Al.* 4. *medicinae V.* 5. *ſic ex Mss. H. M. et Ch. et exemtis. Gr. et Al.* 6. *cribro Ch. Hoc ſi placet, mallem, affricabant cribro. Non placet.*

rium ponderi axungiae, centum ſpumae argenteae denariis mixtis. H.

m. Adipe) MSS. omnes, vetuſto more *inungui.* Vt ſupra ſ. 14. *Vngui, fricari.* H.

n. Quaeque) Etiam hulcera quae ſerpunt. H.

o. Vnde) Axungia nempe ita dicta, quo ea curruum axes vngantur, vt facilius circa eos voluantur rotae, breuique tempore maius conficiant ſpatium. Graecis plerumque λῖπος eſt. Gloſſae Philoxeni: *Axungia* λῖπος ἐν ᾧ τούς ἄξονας χρίουσιν. H.

p. Ferrugine) Nigra ſorde, quae axis ferrei contactu eum colorem contraxit D.

Ferrugine) Hoc eſt, cum ramentis illis, nigriſque ſordibus, quae ex attritu ferramentorum in modiolo et axe creſcunt. H.

q. Medici) Quos etiam ſequutus eſt Dioſc II. 81. vbi de ſuillo adipe: Λαβὼν τὸ πρόσφατον καὶ καταπίμελον, οἷόν ἐςι τὸ νεφριαῖον εἰς ὕδωρ δαψιλὲς ὄμβριον, ὡς ὅτι ψυχρότατον ἐξυμένισον, καὶ τρῖβε ταῖς χερσὶν ἐπιμελῶς ἀνατρίβων αὐτὸ etc. *Sumito recentem praepinguem, qualis is eſt, qui renibus detrahitur, et in largiorem aquam caeleſtem quam frigidiſſimam exemptis pelliculis immittito, manibuſque terito, ipſum accurate fricans, ac veluti diſtringens, etc.* Idem c. 90. ἐκτρίβων σφόδρως, *valde confricando.* H.

r. De-

nouo saepius, tum demum asseruantes. Conuenit salsam magis [1] emollire, excalfacere, discutere, vtilioremque esse vino lotam. Masurius *s.* palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Ideo *t.* nouas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur.

XXXVIII. Quae ratio adipis, eadem in his quae ruminant seui est, aliis modis, non minoris potentiae. Perficitur *v.* omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in *x.* pila tusum, [2] aspersa [3] marina. Crebro postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. [4] Mox assiduo Sole ad candorem reducitur. A renibus [5] autem laudatissimum est. Si *y.* vero vetus reuocetur ad curam,

1. *molliendo calfacere. V.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. aspersum. Gr. et Alii.* 3. *marina crebro. Postea V.* 4. *Mox, in M. d.* 5. *autem omne laud. Gr. et Al.*

r. Decoquebantque fictili nouo saepius, tum demum asseruantes) Scribe, *Decoquebantque fictili nouo semiustum demum asseruantes*, ex antiquo codice. Pint.

s. Massurius palmam lupino adipi, etc.) Scribendum vnico tantum *s*, *Masurius;* primam enim habet breuem: vt in illo Persii: *Excepto si quid Masuri rubrica vocauit.* Astipulante etiam nostro archetypo. recentiores etiam et impressi codices sic habent. Pint.

t. Ideo) Vide quae de suillo adipe diximus initio huius sectionis. Vide et Sext. Pl. c. 8. de lupo t. 1. vbi de lupini adipis facultate ad pellenda phantasmata, daemones, vmbras. H.

v. Perficitur) Haec totidem verbis Diosc. II 89. Καὶ τοῦ βοείου δὲ στέατος ἐξυμνισέον τὸ νεφριαῖον, καὶ θαλάττῃ πελαγίᾳ πλυτέον· εἶτα εἰς ὅλμον ἐμβλητέον, καὶ κοπτέον ἐπιμελῶς, ἐπιῤῥαινομένης τῆς θαλάττης etc. *Bubulo quoque seu renibus maxime detracto eximendae pelliculae, ipsumque aqua marina ex alto petita eluendum: mox in pilam tundendum aspera maris aqua coniectum diligenter etc. H.*

x. In) Mortario. H.

y. Si) Eamdem et in recenti curam adhibet Diosc. II. 90. H.

ram, liquefieri prius iubent: mox frigida aqua lauari saepius, dein liquefacere affuso vino quam odoratissimo. Eodemque modo iterum ac saepius coquunt, donec virus euanescat. Multi *z* priuatim sic taurorum, leonumque, ac pantherarum, et camelorum pinguia curari iubent. Vsus dicetur suis locis.

XXXIX. Communis et ratio medullarum est. Omnes *a.* molliunt, explent *b.*, siccant, excalfaciunt. Laudatissima *d.* ceruina, mox vitulina, dein hircina, et caprina. Curantur *e.* ante autumnum recentes lotae, siccataeque in [1] vmbra: per cribrum dein *f.* liquatae, per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili, locis frigidis.

XL. Inter *g.* omnia autem communia animalium [2] vel praestantissimi effectus fel est. Vis *h.* eius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discu-

1. sic ex Mss. H. vmbra. Deinde liquatae per cribrum aut lintea. V. in vmbra per cribrum. Dein Gr. et Al.
2. sed praestantius in effectu. M. vel praestantium in effectus. Ch.

z. *Multi)* Diosc. totidem verbis II. 90. H.

a. Omnes) Diosc. II. 95. Ἅπαντες δέ εἰσι μαλακτικοί, θεραπευτικοί, πληρωτικοὶ ἑλκῶν. *Omnes porro medullae molliunt, rarefaciunt, ad curationem faciunt, et hulcera explent. H.*

b. Explent) Carne replent *hulcera. H.*

c. *Excalfaciunt)* Hoc falsum, nisi ex calidissimis animalibus fuerint. Sunt enim natura temperatae. Dalec.

d. Laudatissima) Dioscor. l. c. Μυελῶν δὲ κράτιστός ἐστιν ἐλάφειος, εἶτα μόσχειος, καὶ μετὰ τοῦτον ταύρειος, εἶτα αἴγειος, καὶ προβάτειος. Ita et Galenus de fac. simpl. med. XI. 1. pag. 302. H.

e Curantur) Diosc. fere ad verbum l. c. H.

f. Dein) Diosc. l. c. H.

g Inter) Inter remedia. H.

h. Vis) Εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ χολαὶ δριμεῖαι θερμαντικαί. etc. H.

cutere. Minorum animalium ſubtilius intelligitur, et ideo ad oculorum medicamenta vtilius exiſtimatur. Taurino *i.* praecipua potentia, etiam in aere [1] pellibuſque colore aureo [2] ducendis. Omne autem curatur recens praeligato *k.* ore lino craſſo, demiſſum in feruentem aquam ſemihora, mox ſiccatum ſine Sole, atque in melle conditum. Damnatur [3] equinum, tantum inter venena: ideo *l.* Flamini ſacrorum equum tangere non licet, quum *m.* Romae publicis ſacris equus etiam immoletur.

XLI. Quin *n.* et ſanguis eorum ſepticam vim habet. Item equarum, praeterquam virginum, ero-

1. *peluibuſque. V.* 2. *inducendo V.* 3. *equorum. V.*

i. Taurino) In medicinae vſu taurinum ouillo, hircino, ſuillo, vrſinoque anteponit Dioſc. l. c. H.

k. Praeligato) Os folliculi, quo fel continetur, lino praeligandum. Dioſc. l. c. Χολὴ πᾶσα ἀποτίθεται τούτῳ τῷ τρόπῳ. Λαβὼν τὸν πρόσφατον, καὶ ἀποδήσας τὸ ςόμα, αὐτῆς λίνῳ, κάθεσο εἰς ὕδωρ ζέον, etc. H.

l. Ideo) Affert cauſam aliam Feſtus: *Equo vehi Flamini Diali non licebat: ne ſi longius digrederetur, ſacra negligerentur.* Gellius X. 15. pag. 528. ex Fabii Pictoris libris annalibus: *Equo Dialem Flaminem vehi religio eſt.* H.

m. Quum) Feſtus: *October equus appellatur, qui in campo Martio menſe Octobri immolatur quotannis Marti, etc.* Et verbo *Panibus: Panibus redimebant caput equi immolati Idibus octobribus in campo Martio, quia ſacrificium fiebat ob frugum euentum: et equus potius quam bos immolabatur, quod hic bos frugibus pariendis aptus.* Idibus item Decembribus, Equeſtribus ludis dexter equus victor Marti ſacer immolabatur, teſte Plut. in Quu. R. pag. 287. Fuit et iſte mos aliarum gentium: vt Perſarum exempli gratia, Ouidio teſte in Faſtis, I. 385. *Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda Deo. H.*

n. Quin) Dioſcor. II. 97. Τὸ δὲ τῶν ὀχευτῶν ἵππων αἷμα σηπταῖς μίγνυται. *Equorum admiſſariorum ſanguis*

erodit, emarginat hulcera. Taurinus *o.* quidem recens inter venena eſt, excepta Aegira. Ibi enim ſacerdos Terrae vaticinatura, tauri ſanguinem bibit priuſquam [1] in ſpecum deſcendat. Tantum poteſt ſympathia illa, de qua loquimur, vt *p.* aliquando religione, aut loco fiat. [2] Druſus *q.* Tribunus [3] plebei traditur caprinum bibiſſe, quum pallore et inuidia veneni ſibi dati inſimulare Q. [4] Caepionem [5] inimicum vellet. Hircorum [6] ſanguini tanta vis eſt, vt ferramentorum ſubtilitas non aliter [7] acrius induretur, ſcabritia [8] poliatur vehementius, quam lima. Non igitur et ſanguis animalium inter communia dici poteſt, et ideo ſuis quiſque dicetur effectibus.

Q 2 XLII.

1. *deſcendat in ſpecus. M. in ſpec. deſc. Cb.* 2. *Furius tribunus traditur M.* 3. *ſic ex Mss. H. et Cb. plebis Gr. et Alii.* 4. *inimicum, in M. d.* 5. *Cepionem Gr.* 6. *ſic ex Mss. H. et M. ſanguine Cb. ſanguinis Gr. et Alii.* 7. *acuatur, aut induretur, aut ſcabritia poliatur, vehementiuſque limet. M.* 8. *ſic ex Mss. H. et Cb. tollatur. Gr. et Al.*

ſanguis in ſeptica, hoc eſt, erodentia medicamenta additur. H.

o. Taurinus quidem recens, etc.) Eius potu Midas et Themiſtocles mortem ſibi conſciuerunt. Ariſtophanes in Equitibus: βέλτιςον ἡμῖν αἷμα ταύρειον· ὁ Θεμιςικλέυς γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. Vide Rhod. cap. 12. XIV. et ſupra cap. 30. lib. XI. Dal.

Taurinus) Vide Dioſc. in Alex. 25. H.

p. Vt) Ea eſt aliquando vel religionis, vel ſoli vis, vt ſympathia, conſenſioque, et concordia inde ſentiatur, inter res alioqui aduerſas, ita vt ne venena quidem tum noceant. H.

q. Druſus) De Druſo et Caepione dicetur XXXIII. 6. Meminit caprini ſanguinis a Druſo epoti, vt Latinorum poſtulata differret, qui ciuitatem per illum ſperabat. Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 66. adiicitque repente concidiſſe, ſemianimemque domum relatum; vota pro illo per Italiam publice ſuſcepta etc. H.

XLII. Digeremus *r.* enim in [1] mala ſingula vſus *s.*, plurimumque contra ſerpentes. Exitio *t.* his eſſe ceruos nemo ignorat, vt *v.* ſi quae [2] ſunt, extractas cauernis mandentes. Nec *x.* vero ipſi [3] ſpiranteſque tantum aduerſantur, ſed membratim quoque. Fugari *y.* eas nidore [4] cornus, eorum ſi vratur, dictum eſt: at e ſummo gutture vſtis oſſibus, congregari dicuntur. Pelles *z.* eiuſdem animalis ſubſtratae, ſecuros praeſtant ab eo metu ſomnos. Coagulum quoque ex aceto potum ab ictu:

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. animalia Gr et Al.* 2. *ſunt extracta cauernis mandant. M.* 3. *ſpirans tantum. M.* 4. *ſic ex Mss. H. et Ch. cornus ſi. Gr. et Alii.*

r. Digeremus) Vide N et Em. N. XXIV. (hic poſ.) *Digeremus*) Prius legebatur *in animalia ſingula*, plane contra veterum exemplarium fidem R. 2. et Ch. quem religioſe ſequuti ſumus: contraque ſcriptoris ſententiam, qui toto hoc deinceps reliquo volumine, ab hoc primum loco auſpicatus, non in animalium ſed morborum genera, medicinas digerit. Adde huius loci indicem: in quo diſerte legitur: *Priuatae ex animalibus medicinae digeſtae in morbos.* H.

s. Plurimumque contra ſerpentes) Scribendum reor, *Primum*, non *Plurimum.* P.

Plurimumque) Ita libri omnes. Prouidentiam naturae commendat, quae plurima ſuggerat remedia contra malorum omnium peſſimum, hoc eſt, ſerpentium ictum. H.

t. Exitio) Serpentibus. Vide que diximus VIII. 50. H.

v. Vt ſi quae ſunt, extractas cauernis mandentes) Sribo, *Vtique ſpiritu extractas cauernis mandentes*: ſequitur enim continuo, *Nec vero ipſi ſpiranteſque tantum*, etc. cauſa erroris librario fuit dictio illa, *ſpiritu*, compendio ſcripta: pro *ſpu* enim accepit, *ſunt.* P.

x. Nec vero ipſi ſpiranteſque tantum aduerſantur) *Nec vero ipſis ſpirantes tantum aduerſantur*, in noſtro exemplari. Pint.

Ipſi) Toti et integri. H.

y. Fugari) L. VIII. 50. H.

z. Pelles) Q. Seren. c. 47. *de ſerpentium morſibus excludendis*, pag. 155. *Diſcendum et quae ſit praecox medici-*

ictu: et *a.* si omnino tractatum sit, eo die non ferit serpens. Testes quoque eius inueterati, vel *b.* genitale maris, salutariter dantur in vino: item *c.* [1] venter, quem centipellionem *d.* vocant.

 Fu-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. ventres, qui centipelliones vocantur. Gr. et Alii.*

dicina timenti: Cautio namque potest diros praeuertere morsus, Si tu ceruina per noctem in pelle quiesces, Aut genere ex ipso dentem portabis amicum. Sext. Plat. c. I. de ceruo nro. 23. *In ceruina pelle si iacuerit, nullus ad hominem serpens accedit.* H.

a. Et si omnino tractatum sit) *Tactum* legerem potius quam *tractatum.* nam in vetere codice *tractum* habetur. Pint.

Et) In Mss. *tractum*: forte, *tactum.* H.

b. Vel) Nicand. in Ther. pag. 43. Dioscorid. II. 43. Sext. Plat. c. I. de ceruo. nro. 15. *Naturae cerui,* (hoc est genitalis) *siccatae, et corrasae, si drachmam vnam in sorbitione q u i potaueris, omnis morsus serpentis apud te innocuus fiet, etc.* H.

c. Item) In ceruis, ceterisque ruminantibus, geminus venter est, vt diximus XI. 78. Ex his alter in ceruis centipellio nuncupatur, a Gr. echinus et reticulum, quod multis constet plicaturis sinubusque, ac veluti pellibus. Nostris, *la Double,* Vide N. et Emend. N. XXV.

Item) Sic optime cod. R. 2. et Ch. non, vt editi, *ventres, centipelliones q u i vocantur.* Signat enim e gemino cerui ventre alterum tantum, vt diximus: sequutus videlicet summum rei medicae auctorem Nicandrum, in Theriac pag. 40. vbi hoc pariter medicamentum adsciscit aduersus serpentium morsus: Ἢ ἐλάφου νηδὺν, τὴν δὴ καλέουσιν ἐχῖνον, Ἄλλει δ' ἐγκατόεντα κεκρύφαλον· ὧν ἀπερύσας Δραχμάων ὅσσοντε δύω καταβάλλεο μοίρας Τέτρασιν ἐν κυάθοις μέθυος πολιοῦ ἀπομίξας. Hoc est, Gorraeo interprete: *Aut cerui uentrem, quem multi nomine echinum, Reticulumque vocant, alio sub ventre latentem. Exempta haec praebe drachmarum pondere binûm, Antiqui cyathis temeti mixta quaternis.* Scholiastes vetus in eum locum p. 27. Ἰςέον δὲ ὅτι τρεῖς εἰσὶ κοιλίαι· Καὶ ἡ μὲν πρώτη καὶ ἄνω κεκρύφαλος καλεῖται, παρὰ τὸ κρύπτειν τὴν τροφὴν

Fugiunt *e.* et omnino [1] dentem cerui habentes, aut medulla perunctos, seuoue *f.* cerui, aut *g.* [2] vituli. 2. Summis *h.* autem remediis praefertur hinnulei coagulum, matris vtero exsecti, vt *i.* indicauimus. Sanguine quoque ceruino, si *k.* vna vrantur dracontion, et cunilago, et anchusa lentisci ligno, contrahi *l.* serpentes [3] tradunt. Dissipari deinde, si sanguine detracto adiiciatur pyrethrum *m.* 3. Inuenio apud auctores Graecos animal ceruo minus, et pilo demum [4] simile, quod ophion *n.* vo-

1. *aliqui. M.* 2. *sic ex Mss. H. et M. hinnuli. Gr. et Alii.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. dicunt Gr. et Alii.* 4. *simili. M.*

φήν. Ἡ δὲ δευτέρα, ἐχῖνος, διὰ τὸ ἔχεσθαι ἐκεῖ τὴν τροφὴν, ἢ διὰ τὸ τραχὺ, ἵν᾽ ἢ πολύπτυχος. Τρίτη δὲ, ἡ ἀποκριτικὴ, ceteraque quae sequuntur, digna lectu. H.

d. Centipelliones vocantur) Nos vulgo vocamus, *le Myrefeuillet.* Echinum Aristoteles vocat: ἤνυστρον, omasum, *le Mullachon*: κεκρύφαλον, reticulum, *la Corffe*: et μεγάλην κοιλίαν, *la Double. Dalec.*

e. Fugiunt) Q. Serenus, loco antea citato a nobis. H.

f. Seuoue) Diosc. II. 94. Elephantinus adeps, inquit, *et ceruinus perunctì, serpentes fugant.* Τὸ δὲ ἐλεφάντειον καὶ ἐλάφειον στέαρ, ἑρπετὰ διώκει καταχριόμενον. H.

g. Aut) Sic MSS. R. 2. aliique, non *binuli,* vt libri editi. H.

h. Summis) Schol. Nicandri in Ther. pag. 27. Νικόων ἐν ταῖς δυνάμεσι, ἀρίστην τὴν πιτύαν εἶναί φησι, πρώτην τοῦ νεβροῦ, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ λαγωοῦ, καὶ τρίτην τὴν τοῦ ἐρίφου. Vide Scrib. Larg. comp. med. c. 2. H.

i. Vt) L. VIII. 50. H.

k. Si) Si simul vrantur lentisci ligno. H.

l. Contrahi) Congregari. H.

m. Pyrethrum) Πύρεθρον Diosc III. 86. In Nothis p. 456. Ῥωμαῖοι, σαλίβαρις. Saliuarem Latini appellauere: quod, vt ait Diosc. l. c. commanducata radix pituitam extrahit. In officinis retinet pyrethri nomen: Gallis, *Pied d' Alexandre.* Pingitur a Lobelio in Obs. p. 447. H.

n. Ophion vocatur) Impositum nomen id fuit, quia serpentibus aduersetur, et

[1] vocaretur. Sardiniam id tantum ferre solitam. Hoc *o.* interiisse arbitror, et ideo medicinas ex eo omitto. (X.) 4. Apri *p.* quoque cerebrum contra eas laudatur cum sanguine. Iecur *q.* etiam inueteratum [2] cum ruta potum ex vino. Item adeps cum melle resinaque. Simili modo verrinum *r.* iecur, et fellis *s.* dumtaxat fibra, X. quatuor *t.* pondere, vel cerebrum in vino potum. 5. Caprarum *v.* cornu vel pilis accensis, fugari serpentes dicunt, [5] cineremque e cornu *x.* potum vel illitum contra ictus valere: item lactis haustus cum vua ta-

1. vocatur. Gr. *2. potum cum ruta et vino. M.* *3. adips. Ch.* *4. Exemptis dumtaxat fibris, quatuor obolorum pondere. Gr. et Alii.* *5. sic ex Mss. H. cinerem eorum. Gr. et Alii.*

et infestum sit. Musmonem esse puto descriptum supra cap. 49. lib. VIII. Fit et eius mentio sub finem cap. 15. lib. XXX. Vel obliuiosus, vel parum attentus hic Plinius fuit. Dal.

o. Hoc) Vix ego genus aliquod animalis perire in totum arbitror: naturae perpetuitati prospiciente imprimis eiusdem auctore Deo. Sunt qui musmonem hunc esse putent, de quo VIII. 75. H.

p. Apri) Contra serpentes. Sext. Plat. c. 7. de apro t. 3. ad serpentium morsus cerebrum apri laudat, ex melle contritum, impositumque. H.

q. Iecur) Nicand. in Ther. p. 40. Diosc. II. 48. H.

r. Verrinum iecur exemptis dumtaxat fibris quatuor obolorum pondere) Voss. *verrinum iecur et fellis dumtaxat fibra* (consentit hactenus Chifflet.) XIIII. *pondere.* hoc est, denariorum quatuor Gud. et Menap. *Verrinum et iecore fellis dumtaxat librae pondere.* Vt et Academ. nisi quod *ciccore* pro *iecore.* Gron.

s. Exemptis dumtaxat fibris) *Et fellis duntaxat fibra*; in vetusto exemplari. Pint.

Et) Et fibra quae vergit ad fellis folliculum. Vide N. et Emend. N. XXVI. (hic pos.) *Simili*) In libris hactenus vulgatis, *exemptis dumtaxat fibris*, ex interpolatorum videlicet officina, imperite prorsus: nam quid exemtis fibris superesse iecoris ad medicinae vsum, amabo, possit? In R. 2. cod. et eo

[1] taminia, vel vrinae cum aceto [2] scillite: caseum caprinum cum origano impositum, vel seuum cum cera. Millia praeterea remediorum ex eo animali demonstrantur, sicut apparebit: quod equidem miror, quum *y.* febri negetur carere. Amplior *z.* potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum esse diximus. Alia vero et hircis. Democritus [3] etiamnum effectus eius auget, qui

1. *aminea;* M. 2. *scillitico.* M. *scillato.* Ch. 3. *et biennis effectus auget, eius qui.* M.

quem Pintianus vidit, totidem plane apicibus *et fellis dumtaxat fibra*, quae sincera sane scriptura est, egregie stabilita Nicandri testimonio in Theriac. pag. 40, vbi hanc ipsam medicinam tradit et explicat: Ἢ ἀπὸ κάπρου Ἥπατος ἀκρότατον κέρσας λοβὸν, ὅς τε τραπέζης Ἐκφύεται, νεύει δὲ χολῆς σχεδὸν ἠδὲ πυλάων. Καὶ τὰ μὲν ἂν σύμμικτα πίειν θόδι, ἄνδιχα κόψας Ὄξεος ἢ οἴνης· πλεῖον δ᾽ ἄκος ἔψεται οἴνης· Gorraeus interpres: *Aut cape summam, Aprugni fibram iecoris, quae nata trapeza Vergitur ab bilis follem, portisque propinquat. Haec tusa, et mixto diluta bibantur aceto, Aut vino: virtus sed longe maxima vino.* Τράπεζα et πύλη τῆς τροφῆς, partes sunt iecoris Anatomicis cognitae. Sic paulo post, vbi scripsimus X *quatuor*, h. est, denariûm quaternûm pondere, interpolatorum pari oscitantia, *quatuor obolorum* in libris hactenus editis legebatur. H.

t. X. *Quatuor*) Hoc est, denariorum quatuor. H.

v. Caprarum) Sext. Plat. c. 5. *de capro et capra* t. 3. *Ad serpentis morsum: Puluerem de cornu caprae et eius lac cum origano, et vini cyathis tribus bibat, venenum excutit.* H.

x. Cineremque eornm potum vel illitum) Voss. *cinereque et cornu.* Scribe: *cineremque e cornu potum vel illitum*: vt Gud. Academicus, Menapius. Gron.

y. Cum febri negetur carere) Obnoxias quidem esse morbo comitiali Plutarchus scribit in Quaest. Romanis, quaest. 3. Dalec.

Quum) Vide quae diximus VIII. 76. H.

z. Amplior) Siluestribus: capreis, rupicapris, aliisque, de quibus VIII. 79. H.

qui *a.* ſingularis natus ſit. [1] Fimo quoque caprarum in aceto decocto illini ictus ſerpentium placet, et recentis cinere in vino: atque in totum difficilius [2] ſe recolligentes a ſerpentium ictu, in *b.* caprilibus optime conualeſcunt. [3] Qui *c.* efficacius volunt mederi, occiſae caprae aluum diſſectam cum fimo intus reperto ſtatim illigant. Alii carnem recentem hoedorum pilo *d.* [4] ſuffiunt, [5] eodemque nidore fugant ſerpentes. Vtuntur *e.* et pelle eorum recente ad plagas, [6] carne et fimo equi in agro paſti, coagulo *f.* leporis ex aceto, contraque ſcorpionem et murem araneum. Aiunt autem non feriri leporis coagulo perunctos. A ſcorpione percuſſis, fimum caprae efficacius cum aceto decoctum auxiliatur: lardum *g.* iuſque decocti potum [7] his, qui bupreſtim hauſerint. 6. Quinetiam *h.* ſi quis aſino in

1. Fimus, et decoctus, et illitus, in ictus ſerp. placet, et recens cinis in M. 2. ſeſe. Ch. 3. Qui medicorum efficacius volunt. M. 4. ſuffitam, V. 5. eoque. V. alii. 6. et carne. Ch. 7. iis. V. et bis Ch.

a. Qui) Qui ſolus ex matre ſit genitus. H.

b. In) Caprile, locus eſt, in quo caprae ſeruantur. Vox etiam Columellae familiaris. H.

c. Qui) Nicand. in Ther. p. 67. H.

d. Pilo) Cum pilo. H.

e. Vtuntur) Habdarrhamanus Aegyptius, 9. p. 68. *Hoedi ſtatim atque excoriatur, ſi pellis accipies particulam, eamque morſui ſerpentum applicabis, educetur venenum, et curabitur patiens. H.*

f. Coagulo) Dioſc. II. 21. pariter ex aceto potandum: e vino praebet Sext. Plat. c. 2. de lepore, t. 16. Imponi cum propoli iubet auctor Kiranidum II. p. 86. H.

g. Lardum) Scrib. Larg. comp. 190. ad bupreſtim: *Adiuuantur item paſſo plurimum, et lacte muliebri, et iure ſuillo pingui accepto,* etc. H.

h. Quin etiam ſi quis aſino) Ab homine ad aſinum. Dalec.

Quin) Auctor Kiranidum p. 90. *Si quis autem a ſcorpione percuſſus fuerit, et dixerit in auricula aſini, Quantum ſcorpio me percuſſit!*

[1] in aurem percuſſum a ſcorpione ſe dicat, tranſire malum protinus tradunt: venenataque omnia [2] accenſo eius pulmone fugere. Et fimo vituli ſuffiri percuſſos a ſcorpione prodeſt.

XLIII. 1. Canis [3] rabioſi morſu facta vulnera circumcidunt ad viuas vſque [4] partes quidam, carnemque vituli admouent, et ius [5] ex eodem carnis decoctae dant potui, aut axungiam cum calce tuſam. 2. [6] Hirci *i.* iecore impoſito, ne tentari quidem aquae metu affirmant. 3. Laudant *k.* et caprae fimum ex *l.* [7] vino illitum: melis, et cuculi, et hirundinis decoctum [8] et potum. Ad *m.* reliquos beſtiarum morſus caprinum caſeum ſiccum cum origano imponunt, et bibi iubent: ad *n.* hominis

1. *in aurem dixerit, percuſſum a ſcorpione, tranſire malum prot. M.* 2. *accenſa pulmone eius. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. rabidi Gr. et Al.* 4. *partes. Quidam carnem vituli. M. carnes, etc. V.* 5. *eiuſdem carnis. V.* 6. *Laudant hirci iecur, quo imp. Gr. et Al.* 7. *Sic ex Mss. H. illitum aut melle, melis Gr. et Al.* 8. *et, in V. d.*

ſit! percuſſus quidem ſanabitur, aſinus autem morietur. H.

i. Laudant hirci iecur: quo impoſito ne tentari quidem aquae metu affirmant) Breuior ſcripta lectio, *Hirci iecore ne tentari quidem, etc.* reliqua redundant. Pint.

k. Laudant) Habdarrhamanus Aegyptius interprete Ecchellenſi, c. 9. p. 68. *Capri fimus cum aliqua parte ſeminis raparum applicatus morſui canis rabidi, proderit non parum, et ſanabit etiam.* H.

l. Ex vino illitum aut melle) Duo poſtrema verba delenda, ex eodem. Dal.

m. Ad) Q. Serenus, c. de ictibus ſcorpii, etc. *Ad cunctos autem morſus, ictuſque minorum, Caſeus aptus erit ſimae de lacte capellae: Cumque hoc abſumi debebit origanus herba, Haec duo mirificis curabunt iſta medelis.* H.

n. Ad hominis) Haec verbis totidem Plin. Val. III. 52. H.

minis morſus carnem bubulam coctam, efficacius vituli, ſi non [1] ante quintum diem ſoluant.

XLIV. Veneficiis roſtrum lupi reſiſtere inueteratum aiunt, ob idque [2] villarum portis praefigunt. Hoc idem praeſtare et pellis e ceruice *o.* [3] ſolida *p.* exiſtimatur: quippe tanta vis eſt [4] animalis, praeter ea quae *q.* retulimus, vt *r.* veſtigia eius calcata equis afferant torporem.

XLV. Iis qui argentum viuum biberint, lardum remedio eſt. Aſinino *ſ.* lacte poto venena reſtinguuntur, peculiariter *t.* ſi hyoſcyamum potum ſit, aut viſcum, aut *v.* cicuta, aut *x.* lepus marinus, aut *y.* [5] opocarpathum, aut pharicon, *z.* aut

1. *ante quintum diem quam ſoluant. M.* 2. *villarum, in M. d.* 3. *ſolida manica exiſt. Ch.* 4. *animalis. Praeterea quae ret. et veſt. e. cal. e. afferunt. M.* 5. *opocarpaſum. Dioſc. Actius. Aegiueta.*

o. E ceruice) Integra. Mss. R. 2. et Ch. *E ceruice ſolida manica exiſtimatur.* H.

p. Solida exiſtimatur) Sola, abſque carne ſubiecta. Dal.

q. Quae) L. VIII. 34. H.

r. Vt) Dicetur de ea re iterum. ſ. 80. H.

ſ. Aſinino) Plin. Val. III. 53. H.

t. Peculiariter) Scrib. L. in comp. 181. *ad alterum, ſiue hyoſcyamum: Adiuuatur lacte poto aſinino quam plurimo: vel quolibet alio recenti per ſe, vel decocto,* etc. H.

v. Aut) Scrib. Larg. comp. 179. H.

x. Aut lepus) Scrib. L. c. 186. H.

y. Aut opocarpathum) Ea vox Carpathi ſuccum ſignificat. Dioſc. in praef. Alex. et c. 13. τὸν τοῦ Καρπάσου ὀπὸν et ὀποκάρπασον vocat, atque in lethalium cenſu ponit. Apparet ex Galeno I. de antid. myrrhae ſpeciem odore mentiri, et venenum eſſe. H.

z. Pharicon) Pharicon quibuſdam ab inſula Pharo: aliis ab Arcadicis Pharis: aliis a Phaeris Theſſaliae: aliis a Pharide Lacedaemoniae: interpreti Nicandri ab inuentore Pharico, Cretenſi, venefico. Dioſcorides inter ſimplicia venena recenſet, cum taxo, dorycnio, ſolano, manico, etc. Heſychius et Scribonius Largus compoſitum eſſe volunt. Euaneſcit mortifera vis illius

aut *a.* dorycnium, et si [1] coagulum *b.* alicui nocuerit: nam *c.* id quoque venenum [2] est prima lactis *d.* coagulatione. Multos eius et alios vsus *e.* dicemus. Sed meminisse oportebit recenti vtendum, aut non [3] multo postea tepefacto. Nullum enim celerius euanescit. Ossa quoque asini confracta et decocta, contra leporis marini venenum dantur. Omnia eadem [4] onagris *f.* efficaciora. De *g.* equiferis non scrip-

1. *coagulatum lac. alic. n. V.* 2. *est vt et prima lactis coagulatio. V.* 3. *multum. Ch.* 4. *ex onagris. V.*

us auctore Phylarcho, vel odore solo mali cydonii: quod cum accidat et veneno parari solito ab Hispanis, ex albo veratro, tingendis in venatu sagittis. Guillandinus Hispanicum id venenum Pharicum esse suspicatur. Dal.

Aut pharicon) De pharico pariter Diosc. in Alex. c. 19. Scrib. Larg. comp. 195. *Pharicum et ipsum dicitur et compluribus componi, gustumque habere nardi. Potum autem facit spasmon, cito exanimat etc.* A Pharico Cretensi venefico alii, alii a Pharo insula nomen deducunt. Tam nobis incognitum, quam priscis notum. H.

a. Aut dorycnion) Scrib. comp. 191. Diosc. in Alex. c 6. H.

b. Coagulum) Lac coagulatum: est enim illud venenum, quum epotum in stomacho coagulatur. H.

c. Nam) Aduersus lac intus coagulatum remedia alia Dioscorides sufficit in Alex. c. 26. Plin. XX. 53. de menta: *Ipsa acescere, aut coire, densérique lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur.* H.

d. Lactis coagulatione) Supra c. 14. lib. XX. *Menta coire densarique lac non patitur: quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur.* Primam lactis coagulationem, *colostrationem* vocat, cuius supra meminit cap. 41. lib. XI. et proximo superiori huius. Dal.

e. Vsus dicemus) Vsum carnis asininae in tabidis Plinius tacet, quam, sanato Bathylide Cretensi, veluti per iocum, apud Aelianum cap. 35. lib. XI. de animal. Serapis dens ὀνησιφόρον θεραπείαν καὶ ἴασιν vocat. Dalec.

f. Onagris) Ex asinis filuestribus petita. H.

ſcripſerunt Graeci, quoniam terrae illae non gignebant. Verumtamen fortiora omnia eadem, quam in equis intelligi debent. Lacte *h.* equino venena leporis marini, et toxica expugnantur. Nec vros aut biſontes habuerunt Graeci in experimentis, quanquam boue fero refertis Indiae ſiluis: portione tamen eadem efficaciora *i.* omnia ex his credi par eſt. Sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maxime *k.* ſupra dicta: et *l.* ſi ephemerum [1] impactum ſit: aut ſi cantharides datae, vomitione omnia egeri: ſic *m.* et caprino [2] iure cantharidas. Contra ea vero quae exhulceratione *n.* enecant, ſebum *o.* vitulinum [3] vel bubulum auxiliatur. Nam *p.* contra ſanguiſugas potas butyrum [4] remedio eſt, cum aceto ferro calefacto: quod

1. *ſumptum ſit. V.* 2. *rurſum. V.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. ſeu Gr.* 4. *remedium. Ch.*

g. De equiferis non ſcripſerunt Graeci) Vide cap. 15. lib. VIII. et c. 9. lib. XVI. apud Aelianum de animal. Ariſt. quaeſt. 44. Sect. 10. Problem. Idem ἱππελάφες memorauit cap. 1. hiſt. vroſque ac biſontes boum ſilueſtrium nomine. Dal.

De) Equiferum credimus eſſe eum, quem Germanorum vocabulo *Elan* appellamus: Equiceruum Albertus, vt diximus VIII. 16. H.

h. Lacte) Scrib. Larg. comp. 186. H.

i. Efficaciora) *Quam e domeſticis et noſtris.* H.

k. Maxime) Hac ipſa ſectione. H.

l. Et ſi) Dioſc. II. 77. H.

m. Sic) De caprino iure Dioſc. ſuffragatur II. 94. Etiam de agnino Scrib. Larg. comp. 189. *Ad cantharidas, adiuuat bene et ius pingue agninum, et ex bubula factum, etc.* H.

n. Exhulceratione) *Stomachi et inteſtinorum.* H.

o. Sebum) Mss. fere vbique, *ſebum* pro ſeuo ſcribunt. H.

p. Nam) Marc. Emp. c. 16. p. 121. *In eo aceto,* inquit, *in quo prius ferrum feruens ſit exſtinctum, butyrum miſſum, et calefactum, paulatim, ſi abſorbeatur, eiiciet de ſtomacho ſanguiſugas.* H.

quod et per *q.* se prodest contra venena. Nam *r.* si oleum non sit, vicem eius repraesentat. [1] Multipedae morsus cum melle sanat. Omasi *s.* [2] quoque

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. millipedum V. Multipedum Gr. et Al.* 2. *quoqui. Ch. vide num, coci, vel coqui.*

q. Per se) Solum, *ac sine alio adiumento.* H.

r. Nam si) Diosc. similiter II. 81. de butyro: Καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα, μὴ παρόντος ἐλαίου χρησιμεύει. *Vsurpatur et contra venena, si desit oleum.* H.

s. Omasi quoque iure poto, etc.) In vetusto exemplari, *Omnia si quoquiquitur iure,* quae lectio castigatores impulit sic emendarent, vti dixi: cum tamen impressi codices habeant, *Omnia sesami quoque iure poto, etc.* quam lectionem non omnino spernendam censeo, cum Dioscorides libro secundo, sesamum contra venenatorum animalium morsus pollere tradat. Pint.

Omasi) Neque omasi modo, quod pinguius est, crassiusque bouis intestinum, sed et carnis bubulae iure aconita pelli Nicander admonet. Vide N. et Em. N. XXVII. (hic consp.) *Omasi*) Sic libri omnes post Hermolaum editi. Parm. editio, *Omnia sesami quoque iure poto,* improbanda penitus lectione, quamquam Pintianus approbat: neque enim medicinae modo tractantur, quae ex frugibus, sed quae ex animalibus peti possunt. Neque vero ex omaso tantum, vt diximus, sed et e pingui bubula carne ius prodesse ad aconita pellenda, auctor est Nicand. in Alex. p. 132. Καὶ τε βοὸς νεαγέντα περιφλιδόωντος ἀλοιφῇ, Τηξάμενος κορέσαιο πότῳ ἐγχανδέα νηδύν. Vbi Scholiastes vetus: Καὶ μοσχαρίου, inquit, κρέατος (sic enim emendo, pro κέρατος) ἑψήσας περισφριγῶντος καὶ περιπλήθοντος τῷ λίπει, πλήρωσον τὸ ποτὸν ζωμοῦ. Καθ᾽ ὑπερβολὴν γὰρ ὁ τοιοῦτος ζωμὸς ὠφελεῖ. Gorraeus Nicandri versus sic transtulit: *Pocula sint etiam, quibus exsaturere, liquamen Excocti vituli, atque in pinguia iura soluti.* Ζωμὸν βόειον, et κρέως λιπαροῦ ζωμὸν, ius bubulum e pingui carne bubula aduersus aconita commendat etiam Diosc. Εὐπ. II. n. 137. p. 120. et Scrib. Larg. comp. 188. Quin et *omasi cocti iure poto* satius fuerit fortasse scribi, quum in codd. R. 2. et Ch. *omasi quoqui* legatur. H.

que iure poto venena supra dicta expugnari putant, priuatim vero aconita et cicutas: itemque vitulino seuo. Caprinus caseus recens, his qui viscum biberint: lac *t.* vero contra cantharidas remedio est, et contra [1] ephemeri potum [2] cum taminia vua. Sanguis *v.* caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena sumitur: hoedinus contra reliqua. Coagulum hoedi [3] contra *x.* viscum, et [4] chamaeleonem album, sanguinemque taurinum, contra quem et leporis coagulum est ex aceto. Contra *y.* pastinacam vero et omnium marinorum ictus vel morsus, coagulum leporis, vel hoedi, vel agni, drachmae pondere ex vino. Leporis *z.* [6] coagulum et contra venena additur antidotis. Papilio quoque lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium est iecur caprinum: sicut fel veneficiis ex *a.* mustela

1. *Sic et Ch. ephemerum Gr. et Al.* 2. *contra nimia vina. M.* 3. *contra chamaeleontis albi viscum. V.* 4. *chamaeleontem, Gr.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. coagulum ex. Gr. et Al.* 6. *coagulum contra venena additum. M.*

t. Lac) Caprinum videlicet. Sext. Plat. c. 5. de capra et capro, tit. 33. *Si quis cantharidas biberit: Caprae lac bibat, liberabitur.* H.

v. Sanguis) De caprino hoedinoque sanguine contra toxicum subscripsit et Diosc. in Alex. c. 20. H.

x. Viscum) Ἰξίαν. Viscosus is humor est, qui ex radice et fructu chamaeleontis albi, cum praeciduntur, manat. Cetera, chamaeleontis albi planta innoxia est, quod intellexisse Plinius non videtur. Dal.

Contra) Hoc est, contra viscum, quem et chamaeleonem album vocant, vt diximus XX. 51. Figura haec est quam Grammatici vocant, ἓν διὰ δυοῖν, familiaris praesertim poetis. H.

y. Contra pastinacam) Totidem fere verbis Plin. Val. III. 54. H.

z. Leporis) Nicand. in Ther. p. 40. et in Alex. p. 132. H.

mustela rustica factis. (XI.) Hinc deinde reuertemur ad genera morborum.

XLVI. Capilli *b.* defluuia vrsinus adeps admixto ladano et adianto continet, alopeciasque emendat, et raritatem superciliorum, cum fungis lucernarum, ac fuligine, quae est in *c.* rostris earum. Porrigini *d.* cum vino prodest. Ad *e.* hanc et cornus ceruini cinis e vino, vtque non taedia *f.* animalium capillis [1] increscant. Item *g.* fel caprinum cum creta Cimolia et aceto, sic *h.* vt [2] paulum capiti

1. Sic et Alii, et Ch. M. inhaerescant Gr. et Al. *2. paululum Gr.*

a. Ex mustela rustica factis) Nam eius fel contra aspidas efficax, cetero venenum est, infra cap. 4. lib. XXIX. Dal.

Ex) Vide quae diximus XI. 109. H.

b. Capilli) Haec pariter Marc. Emp. c. 6. p. 45. sq. Sext. Platon. c. 13. de vrso t. 1. *Ad capillos* fluentes, et vt crescant: *Vrsinus adeps cum ladano et vino vetere mixtus*, etc. Diosc. item L. II. 94. Galenus de fac. simpl. m. X. 1. p. 302. H.

c. In) Pars est acuminata lucernarum, quae manubrio aduersa est. Icones varias lucernarum apud antiquos Fortunius Licetus exhibet, opere singulari de Lucernis, p. 600. sqq. Habemus et nos in Museo nostro. H.

d. Porrigini) Adeps ursinus. H.

e. Ad)] Ad porriginem emendandam. Marc. Emp. c. 6. p. 46. H.

f. Taedia) Lendes, pediculosque intelligit. Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic coll.) *Vtque*) In libris editis, *inhaerescant.* Nos ex R. 2. et Ch. *increscant.* Fauet Marc. Emp. c. 4. p. 41. *Cornu ceruinum in scobem limatum, et cum vino potum, lendes enecat, renascique non patitur.* Et p. 43. *Ceruini cornus scobes limatae, et ex vino potui datae, pedunculos in capite, lendesque nasci non sinunt.* H.

g. Item) Nempe ad porriginem tollendam. H.

h. Sic vt paululum capilli inarescant) *Sic vti paulum capiti inarescant*: in vetusto codice, vt infra hoc ipso capite: *ad palpebras vero euulso prius pilo cum succo oleris, ita vt vnctio inarescat.* Pint.

piti inarescant. Item *i.* [1] fel scrofinum cum vrina tauri. Si vero vetus sit, [2] etiam furfures adiecto sulphure emendat. Cinere genitalis asinini, spissari capillum putant, [3] et a canitie vindicari, si *k.* rasis illinatur, [4] plumboque *l.* tritus cum oleo. Densari *m.* et asinini pulli cum vrina: admiscentque nardum fastidii *n.* gratia. Alopecias *o.* felle taurino cum Aegyptio alumine [5] tepefactis *p.* illinunt. Capitis *q.* hulcera manantia vrina tauri efficaciter sanat;

1. fel scrofinum vrina, cui admiscent. Ch. fel hircinum Gr. et Al. 2. *et, M.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. e can. Gr. et can. Al.* 4. *plumbo tritus, etc. pulli vrina cui admiscent. V.* 5. *tepefacto. V. tepefactas. Alii. V.*

i. Item fel) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic adi.) *Item*) Libri omnes editi hactenus: *item fel hircinum.* Nos *scrofinum* restituimus, admonitu codicum R. 2. et Ch. tum vero adducti testimonio Marc. Emp. c. 4. p. 41. ita scribentis, *Lotio taurino caput si laueris, porriginem vetustissimam tollit. Vetustam porriginem mire adimes, si herbae cyclaminis, id est, orbicularis, succo sulphuris aliquantum miscueris, et fel scrofinum, atque inde caput in balneo bene perfricabis.* Et sulphur quoque Plinius mox adiicit, ad porriginem vetustam. H.

k. Si) Si rasis capillis capiti illinatur. H.

l. Plumboque tritus cum oleo) Nam plumbum contactu colorem nigrum inducit. Dalec.

m. Densari) Subintellige genitali. H.

n. Fastidii gratia) Ne fastidium moueat vrinae grauis odor. Dal.

Fastidii) Fastidii abigendi gratia: ne fastidium moueat vrinae grauis odor. H.

o. Alopecias) Marc. Emp. 4. p. 42. cum nitro et vino adhibet. H.

p. Tepefactis) Tepefactis prius capillis. H.

q. Capitis) Habdarrhamanus Aegyptius c. 6. p. 49. *Qui caput lauabit vrina boum, capillorum impediet fluxum, et si quae sunt in capite hulcera, sanabuntur.* Ad porriginem eximendam eodem medicamento vtitur Marc. Emp. c. 4. p. 41. adiecto similiter sulphure, et cyclamino. H.

ſanat: item hominis vetus, ſi cyclaminum adiiciatur, [1] et ſulphur. Efficacius *r*. tamen et vitulinum fel: quo cum aceto calefacto et lendes tolluntur. Seuum *ſ*. vitulinum cum ſale tritum, capitis hulceribus vtiliſſimum. Laudatur *t*. et vulpium adeps: ſed *v*. [2] praecipue felis fimum cum ſinapis pari modo illitum. Caprini *x*. cornus farina vel cinis, magiſque hircini, addito nitro et tamaricis ſemine, et butyro oleoque, prius capite raſo, mire continent [3] ita fluentem capillum. [4] Sicuti carnis cinere ex oleo illito ſupercilia nigreſcunt. Lacte *y*. caprino lendes tolli tradunt: fimo cum melle alopecias expleri: item *z*. vngularum [5] cinere cum pice, fluentem

1. *et, in V. d.* 2. *Sed praecipue fel, fimum Gr. et Al.* 3. *iſta. V.* 4. *Sic ex Mss. H. et Ch. Sicut et canis Gr. et Al.* 5. *cinis cum, etc. continet. M.*

r. Efficacius) Plin. Val. I. 5. et Marc. Emp. 4. p. 41. H.

ſ. Seuum) Plin. Val. l. c. et Marc. Emp. 4. p. 40. H.

t. Laudatur) Item ſanguis, Habdarrhamano auctore, ad abigendos furfures, ſcabiemque capitis, commendatur in primis, c. 29. pag. 111. H.

v. Sed praecipue fel et fimum cum ſinapis) *Sed praecipue fel lupinum cum ſinapis, etc.* in vetuſto codice. Pint. *Sed*) Vide Not. et Em. N. XXX. (hic conſp.) *Sed*) In R. 2. cod. et eo quem Pintianus vidit, *ſed praecipue fel lupinum.* In libris ad hunc diem editis, et in Colb. 3. ceteriſque Mss. *ſed praecipue fel et fimum.* Nos ex indubitata coniectura, *felis fimum* reſcripſimus. Auctor enim ſic emendandi Sext. Platon. exſtitit, c. 18. *de cata* t. 1. *Ad capitis alopecias: Catae ſtercus ſiccum cum ſinape aequis ponderibus cum aceto contritum, et impoſitum, capitis alopecias ſanat.* Felem vero ab aſtutia catum vocari, tralatitium eſt, tritumque iam ſermone vulgi. H.

x. Caprini) Sext. Plat. c. 5. de capro et capra t. 8. *Ad capillos fluentes: Caprae cornu furfure mixto cum oleo myrtino, capillos fluentes retinet, et creſcere facit.* H.

y. Lacte) Alopecias eo ſanari egregie Marc. Emp. prodidit c. 6. p. 45. H.

z. Item) Dioſc. II. 46. Οἱ δὲ τῶν αἰγῶν ὄνυχες καέντες,

entem capillum contineri. Leporinus *a.* cinis cum oleo myrteo capitis [1] dolorem sedat: item *b.* aqua pota, quae e bouis aut asini potu relicta est: et *c.*, si credimus, vulpis masculae genitale circumligatum: cornus *d.* ceruini cinis illitus ex aceto [2] aut rosaceo, aut ex irino.

XLVII. Oculorum epiphoras bubulo seuo cum oleo cocto illinunt. Ceruini *e.* cornus cinere [3] scabrities eorumdem inungunt: mucrones autem ipsos efficaciores putant. Lupi excrementis circumlini suffusiones *f.* prodest. Cinere eorum cum

 Attico

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. dolores Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. vel rosaceo Gr. et Al. haec verba desunt in M.* 3. *Sic ex Mss. H. scabritias. Ch. eorum. Gr.*

καέντες, ἀλωπεκίας καταχριόμενοι σὺν ὄξει θεραπεύουσι. H.

a. Leporinus) Plin. Val. I. 6. H.

b. Item aqua) Plin. Val. I. 1. et Marc. Emp. c. 1. pag. 35. H.

c. Et) Credit Sextius Platonicus c. 3. de vulpe, t. 10. *Ad capitis dolorem. Natura vulpis circumdata capiti, dolorem statim tollit.* Naturam veteres genitale dixere. H.

d. Cornus) Marc. Emp. 1. *ad capitis dolores*, p. 37. *Cornus ceruini exusti cinis, illitus fronti ex aceto et rosaceo prodest.* Et Plin. Val. I. 1. *Ceruini cornu cinis illinitus ex aceto et rosaceo prodest.* Mss. omnes hoc loco, *aut rosaceo*, prae se ferunt. H.

e. Ceruini cornus cinere scabritias eorum inungunt) Vossianus, *scabricias eadem.* Lege, *scabricias eorundem inungunt.* Acad. Gud. Men. *eodem unguine sanat. mucrones etiam ipsos.* Gron.

Ceruini) Diosc. II. 63. hunc cinerem impense laudat, ad fluxiones oculorum et hulcera, πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἕλκη καὶ ῥεύματα. Addi in collyriis auctor est Sext. Plat. c. 1. de ceruo. H.

f. Suffusiones prodest) Palpebras in suffusione. Dal.

Suffusiones) Hoc est, palpebras circumlini eo fimo iuuat, in suffusione oculorum. Marc. Emp. c. 8. pag. 59. *Lupi fimus diu perfrictus ad summam laeuitatem, cum melle mixtus et inunctione adhibitus, oculorum ὑποχύσεις discutit, et ad summam claritatem eos perducit, suffusione siccata.* De eiusdem

Attico melle inungi obſcuritates: item *g.* felle vrſino. Epinyctidas, adipe aprugno cum roſaceo. Vngulae *h.* aſininae cinis inunctus e ſuo lacte, cicatrices oculorum, et albugines tollit. Medulla *i.* bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine, pilis et palpebrarum vitiis angulorumque occurrit: [1] calliblephari modo fuligo [2] in hoc vſu temperatur: optime ellychnio papyraceo, oleoque ſeſamino, fuligine in nouum vas pennis deterſa. Efficaciſſime tamen euulſos ibi pilos coercet. Felle tauri cum oui albo, collyria fiunt: aquaque diſſoluta [3] inungunt per quatriduum. Seuum vituli cum anſeris adipe et ocimi ſucco, genarum *k.* vitiis aptiſſimum eſt. Eiuſdem *l.* [4] medullae cum pari pondere cerae et olei vel roſacei, addito ouo, duritiae *m.* genarum [5] illinuntur. Caſeo molli *n.* capri-

1. *ſic ex Mss. H. Ch. et* M. *calliblephati Gr. et Alii.* 2. *in hos vſus. V. in hunc vſum. Dalec.* 3. *ſic ex Mss. H. et Ch. inunguntur. Gr. et Alii.* 4. *medulla. M.* 5. *illinitur. M.*

dem felle Habdarrhamanus, c. 23. p. 95. *Lupi fel inditum oculis per modum collyrii, ipſorum abiget caligationem, et aquam in eos deſcendentem impediet, ne coaleſcat.* H.

g. Item) Marc. Emp. 8. pag. 62. H.

h. Vngulae) Marc. Emp. 8. pag. 68. Sed cum aſinino, muliebre lac idem adſciſcit: cetera ſunt paria. H.

i. Medulla) Marc. Emp. 8. p. 70. *Lucernam fictilem de papyro, et medulla vaccina concinnato, atque eius fumo ſiue fuligine pro calliblepharo vtere, quo palpebras exeſas et glabras ſaepius inungendo, decentiſſimas facies.* H.

k. Genarum) Hoc eſt, palpebrarum. Vide quae diximus XI. 36 et 57. H.

l. Eiuſdem) Marc. Emp. 8. p. 71. *Vituli medulla cum cera et oleo roſaceo aequis ponderibus liquefacta, et permixta, et ad emplaſtri modum impoſita, duritias palpebrarum; et ſi qua illic in modum pilularum naſcuntur, commolit ac diſcutit.* H.

m. Duritiae genarum illinuntur) Duri ac ſcirrhoſi tumo-

caprino impoſito ex aqua calida epiphorae ſedantur: ſi tumor ſit, ex melle. Vtrumque *o.* vero ſero calido fouendum. Sicca *p.* lippitudo, lumbulis *q.* ſuum [1] exuſtis atque contritis, et impoſitis, tollitur. Capras negant lippire, quoniam eae quaſdam herbas edant: item *r.* [2] dorcadas: et ob id fimum earum cera circumdatum noua Luna deuorare [3] iubent. Et quoniam noctu aeque quoque cernant, ſanguine *s.* hircino ſanari luſcioſos

R 3 putant,

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. toſtis Gr. et Al.* 2. *dorcades. Gr.* 3. *iubent et quoniam noctu aeque quoque cernant, ſanguine. V. iubent, et quoniam . . . quoque cernant. Sanguine. Gr. et Al.*

mores, grandines Pauli, calculi Aetii. Dal.

n. Caſeo) Marc. Emp. 8. pag. 57. Et Plin. Val. I. 14. H.

o. Vtrumque vero ſero calido fouendum) Epiphora cum tumore palpebrarum et oculorum, et ſine tumore. Dalec.

Vtrumque) Vtraque epiphora: et quae cum tumore coniuncta, et quae ſine tumore, Serum caprinum idcirco Plin. Val. adhibet, quo foueri oculos praecipit, per quindenos dies, I. 22. H.

p. Sicca lippitudo) Ξηροφθαλμία Graecorum, arida lippitudo Celſo, in qua non fluunt oculi, ſed tument, rubent, cum dolore et prurigine graueſcunt, palpebris nocturna pituita cohaerentibus. Dal.

Sicca) Ξηροφθαλμία, arida lippitudo Corn. Celſo: quum in oculorum angulis aſperitates et prurigines, et veluti hulcera fiunt, pruritus oculorum ſine rheumate: a ſiccitate nomen habet. H.

q. Lumbulis ſuum toſtis atque, etc.) Muſculis lumborum interioribus, quos ψόας vocant: toſtis potius, quam retorridis. Dal.

r. Item) His nomen eſt ab acie, a ſubtilitate viſus. Δορκὰς, παρὰ τὸ βλέπω. Ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον, καὶ εὐόμματον, inquit Etymologus. Plura vide apud Bochart. P. I. L. III. de anim. c. 25. p. 925. H.

s. Sanguine) Marc. Emp. cap. 8. p. 70. H.

putant, nyctalopas *t.* a Graecis dictos: caprae *v.* vero iocinere, in vino austero decocto. Quidam *x.* inassati iocineris sanie inungunt, aut felle caprae, [1] carnesque eas vesci, et dum coquantur oculos vaporari [2] his praecipiunt Id *y.* quo-

1. *carneque ea vesci, et dum coquitur. V.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. vaporari praecipiunt. Gr. et Al.*

t. *Nyctalopas*) Νυκτάλωπας, Graecis νυκτάλωψ proprie is olim esse videtur, qui noctu melius quam interdiu cerneret: a nocturno enim aspectu vox ea deducta est. Sic Theod. Prisc l. 10. *Nyctalopes vero, qui per noctem vident, et per diem obscuritatem patiuntur.* Eadem his deinde remedia suggerit, quae mox a Plinio afferuntur: Festus *Luscitio, vitium oculorum, quod clarius vesperi quam meridie cernit.* Sic Hipp. Praed. II. t. 40. pag. 517. Sic in Isagoge sua Galenus. Sed idem rursus ibidem nyctalopas etiam dici testatur, qui contra parum die, vespere autem noctuque nihil aspiciant: atque ita prorsus nyctalopas Paulus Aegineta, e Latinis Corn. Cels. VI. 6. fere accepit. Eosdem et lusciosos, et Nusciosos dixere Latini, parum et ipsi sibi quoque dum Graecos sequuntur, in earumdem vocum significatone constantes. H.

v. *Caprae*) Sext. Plat. de caprea, c. 4. t. 2. *Ad eos qui ab hora decima,* (hoc est, binis horis ante Solis occasum) *non vident: Iecur capreae in aqua calida salsa coquatur, et eius vaporem oculi excipiant, et ex eadem aqua oculos foueant: sed et iecur edant, et ex liquefacto inunguntur. Quidam iecur eius assant in craticula: et fluentem saporem colligunt, et ex eo inunguntur. Quidam coctum vel assum iecur capreae cum pane edunt, et idem bibunt.* Quod de capris domesticis Plinius retulit, hoc Sextus de capreis: quoniam, vt Plinius animaduertit, s. 42. *amplior potentia est feris eius generis. H.*

x. *Quidam*) Cels. VI. 6. *Praeter haec imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdiu satis, noctu nihil cernunt . . . Sic laborantes inungi oportet humore iocineris, maxime hircini: si minus, caprini, vbi id assum coquitur, excepto: atque edi quoque ipsum iecur debet. H.*

y. *Id*) Habdarrhamanus Aegyptius, c. 9. p. 61. *Rubrae caprae iecur si torrebis, et*

quoque referre arbitrantur, vt rutili z. coloris [1] fuerit. Volunt et oculos suffiri, iocinere in ollis decocto: quidam inassato. Fel *a.* quidem caprinum pluribus modis assumunt: cum *b.* melle, contra caligines: cum veratri candidi tertia parte, contra glaucomata: cum *c.* vino, contra cicatrices, et albugines, et caligines, pterygia, et argema: ad *d.* palpebras vero euulso prius pilo, cum succo oleris *e.*, ita vt [2] vnctio inarescat. Contra *f.* ruptas tuniculas, cum lacte mulieris. Ad *g.* omnia in-

1. *sic ex Mss. H. et M. si rutili coloris fuerint. Gr. et Alii.* 2. *sic ex Mss. H. M. et Ch. inunctio. Gr. et Alii.*

et instillabis ex eo in oculos, proderit eorum caligationibus, et sanabit eos. H.

z. *Si rutili coloris fuerint)* *Vt rutili coloris fuerint*, in antiquo codice, et paulo post, *Rupta in ea parte*, lege contrario ordine, *In ea parte rupta. Pint.*

a. Fel) Sext. Plat. de caprea, tit 5. et 8. haec totidem fere verbis. H.

b. Cum) Q. Serenus cap. 14. de oculorum dolore mitigando, pag. 133. *Hyblaei mellis succi cum felle caprino, Subueniunt oculis dira caligine pressis. H.*

c. Cum vino) Plin. Val. I. 20. Cum melle contra albugines Habdarrhamanus adhibet c. 9. pag. 217. H.

d. Ad palpebras vero euulso prius pilo) Pilo pungente. Dalec.

Ad) Habdarrhamanus Aeg. c. 9. p. 63. *Si redundantes in palpebris pilos depilabis, et obduces locum felle caprae, nequaquam amplius renascentur. H.*

e. Oleris) Brassicae. H.

f. Contra) Sext. Plat. I. c. Hard.

g. Ad omnia) Ad oculorum mala proxime numerata. Vide N. et Em. N. XXXI. (hic adi). *Ad)* Hactenus legebatur, *ad omnia inueterata*, quum vel ipsa loci sententia *fel inueteratum* scribi hoc loco postulet: id quo egregie confirmat Sext. Platon. c. 4. de caprea t. 8. vbi eadem prorsus cum Plinio tradit. *Ad caliginem oculorum*, inquit, *Fel capreae drachma* I. *et modicum vini cum melle, vt possit teri: inunges: sanantur: idem facit et ad cicatricem, et argemata, et nephelion, et glaucomata, et pterygia, si ex eo felle inunguntur.*

[1] inueteratum [2] fel efficacius putant. Nec *h.* abdicant fimum ex melle illitum, epiphoris: contraque dolores, medullam: item *i.* pulmonem leporis. Et *k.* ad [3] caligines fel cum passo aut melle. Lupino quoque adipe, vel medulla suum, fricari oculos contra lippitudines praecipiunt. [4] Nam *l.* vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant.

XLVIII. Aurium *m.* dolori et vitiis [5] medetur vrina apri in [6] vitro seruata: [7] fel *n.* apri vel suis, vel

1. *sic ex Mss. H. et Ch. omnia autem Gr. et Alii.*
2. *sic ex Mss. H. et V. inueterata fel. Gr. et Alii.*
3. *sic ex Mss. H. et Ch. Sedat caliginem. Gr. et Alii.*
4. *Nam in V. d.* 5. *medentur. Dal.* 6. *vitrio. Ch. lego, vitreo, sub. vase.* 7. *et fel. Dal. vel apri Gr. et Alii.*

gantur. Item ex eo felle inunguntur palpebrae cum oleris succo: extractos pilos non sinit renasci. Facit et ad ruptiones ex ictu tunicularum cum lacte mulieris tepido. Hoc autem fel quanto vetustius fuerit, tanto melius erit H.

h. Nec) Plin. Val. I. 14. H.

i. Item) Sext. Plat. de lepore l. c. t. 3. *Ad oculorum dolores. Pulmo leporis superpositus, et alligatus dolores oculorum mirifice sanat. H.*

k. Sedat caliginem fel cum passo) Ex Chifflet. praebent *caligines.* Sed praeterea Vossianus *item pulmonem leporis. Et ad caligines fel cum passo aut melle.* Idque multo commodius orationi, cum praecesserit: *Ad omnia inueterata. Gr.*

Et ad) Sext. Plat II. de lepore, t. 8. *Ad caliginem oculorum: Leporis fel cum melle mixtum et inunctum, oculos clarificat. H.*

l. Nam) Similis superstitionis et illud est quod refert Marc. Emp. c. 8. p. 66. *Ad albuginem oculorum detergendam efficax hoc remedium. Vulpem viuam capies, eique linguam praecides, ipsamque viuam dimittes: linguam autem eius arefactam phoenicio ligabis, et collo eius, qui albuginem patietur suspendes. H.*

m. Aurium) Marc. Emp. 9. p. 75. *Vrina apri seruatur in vitro, sed melius cum vesica ipsius, quo modo ei sublata*

vel o. bubulum cum oleo [1] cicino et rosaceo aequis portionibus. Praecipue p. vero taurinum, cum porri succo tepidum, vel cum melle, si [2] suppuret. Contraque odorem grauem per se tepefactum in malicorio. In q. ea parte rupta cum

 lacte

1. *citrino.* Ch. 2. *suppurent.* V. *superet.* Ch. *sub. dolor.*

lata fuerit: haec tepens infusa auribus vnice prodest. Et pag. 81. *Apri lotium infusum auriculae valde medetur: quod quia vetustum magis prodest, collectum seruari debet in vase vitreo, vt sit ad remedia praeparatum.* Sic etiam Plin. Val. I. 9. et Sext. Plat. c. 7. de apro tit. 12. H.

n. *Fel)* Sic Mss. R. 2. et alii. Sic Marc. Emp. p. 75. sed aprugnum, aut verrinum, porcinumue, dummodo non de scrofa, ad eos vsus commendat. H.

o. *Vel)* Pro cicino laurinum habet Habdarrhamanus Aegyptius, nisi vitium interpretis est: Sic enim ille c. 6. p. 39. *Tauri fel addito oleo lauri, vel vnguento rosarum, inditum auribus, hulcera ibi enata curat, et mitigat dolores.* In cod. Ch. *citrino*, mendose. H.

p. *Praecipue)* Vide N. et Em. N. XXXII. (hic adi.) *Praecipue)* Sic libri omnes editi, cum R. 2. cod. aliisque. Dalecampius ex Ch. *si superet*, subintellige *dolor*, inquit, plane contra auctoris sententiam. Est enim eius loci intellectus, si suppuret, si pus auricula faciat, mel adiici oportere. Plin. Val. I. 10. *si putruerit auricula, aut vermiculos fecerit, fel taurinum ex melle despumato aequis mensuris mittes in testam rudem, quam suppones carbonibus, vt lento igne ferueat, donec in vnum admisceatur. Hocque medicamen in vase vitreo colliges: et quum necesse fuerit ad curam tepefacies in calyce, et mundata aure ex lana medicamentum infundes.* Mel Plin. Val. adhibet tantum: mulsum Sext. Plat. c. 11. de tauro, t. 5. *ad aurium dolorem: Fel taurinum mulso infusum, et auribus instillatum sanat.* Porri modo succum, vt noster Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Echellensi c. 5. p. 38. *Fel boum liquefactum in aqua porrorum, et instillatum auribus, ipsarum sedat dolores.* H.

q. *In)* Fractas auriculas. H.

lacte mulierum efficaciter sanat. Quidam r. [1] etiam ingrauatas s. aures sic perluendas putant. Alii t. cum senecta serpentium et aceto [2] includunt v. lana collutas ante calida aqua. Aut x. si maior sit grauitas aurium, [3] fel cum myrrha et ruta in malicorio excalfactum infundunt: lardum y. quoque pingue: item fimum asini recens [4] cum rosaceo [5] instillatur: omniaque [6] ea tepefacta Vtilior z. equi spuma, vel a. equini fimi recentis cinis cum rosaceo. Seuum b. bubulum cum adipe an-

1. *et Ch. etiam in grauitate aurium. Gr. et Alii.* 2. *indunt lanas. Alii. lana ante aqua calida colluta V. includunt lanas, ante aqua calida collutas. Gr et Al.* 3. *sic ex Mss. H. vel c. Gr et Al.* 4. *cui rosaceum. M.* 5. *instillant. V.* 6. *omnia tepefacta. M. et Ch.*

r. *Quidam etiam in grauitate aures sic perluendas putant) Ingrauatas* non *in grauitate*, in eodem. Pint.

s. *Ingrauatas)* Audiendi grauitate laborantes. H.

t. *Alii)* Dioscor. II. 19. Marc. Emp. c. 9. pag 81. *Cum felle vitulino, et aceto pari mensura, serpentis senectus, id est, exuuiae decoctae, et lanula madefacta medicamentum auriculae insertum, maximae vtilitatis esse creditur, si prius feruenti aqua de spongia aurem foueris.* H.

v. *Includunt)* Non, vt editi hactenus libri, *lanas.* Ipse paulo inferius hac sectione. *Lana autem medicamina ea includuntur.* H.

x. *Aut)* Habdarrhamanus c. 6. p. 49. *Fel vaccae liquefactum cum aliqua parte corticum malogranatorum contusorum, et instillatum auribus proderit tinnitui et sonitui.* H.

y. *Lardum)* Marc. Emp. c. 9 pag. 79. *Ad aurium dolorem, quae pus emittent, lardum vetustissimum teres in mortario, et succum illum lana delicata collectum, in auriculam immittes, et subinde aqua calida fouebis, et iterum succum illum infundes: mira velocitate sanabis.* H.

z. *Vtilior)* Marc. Emp. c. 9. p. 81. *Spuma equi recens detracta et cum oleo roseo infusa, auricularum quamuis vehementes dolores resoluit.* H.

a. *Vel)* Ad verbum Plin. Val. I. 9. H.

b. *Seuum)* Vel vt in Mss. *sebum.* Plin. Val. l. c. H.

anserino, butyrum *c.* recens. Vrina [1] caprae, vel tauri, [2] aut fullonia vetus calfacta, vapore per lagenae collum subeunte. Admiscent et aceti tertiam partem: et aliquid vrinae vituli, qui nondum herbam gustauerit. Fimum etiam mixto felle eiusdem. Et cutem, quam relinquunt angues, excalfactis prius auribus. Lana autem, medicamina ea includuntur. Prodest *d.* et seuum vituli cum anseris adipe, et ocimi succo: eiusdem *e.* medulla admixto cumino trito infusa. Virus *f.* verrinum [3] e scrofa exceptum priusquam terram attingat, contra dolores. Auribus fractis glutinum, [4] e naturis *g.* vitulorum factum, et in aqua liquatum. Aliis *h.* vitiis adeps vulpium. Item *i.* fel caprinum

1. *sic ex Mss. H. et Ch. capri. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. vel fullonia. Gr. et Al.* 3. *e scrofa a coitu exceptum. M. scropha. Gr.* 4. *e natura. V. e naribus. Dal.*

c. Butyrum) Marc. Emp. c. 9. p. 81. H.

d. Prodest) Plin. Val. l. c. et Marc. Emp. c. 9. p. 75. H.

e. Eiusdem) Marc. Emp. c. 9. p. 11. H.

f. Virus verrinum) Quod verres in coitu effundit. Dalec.

Virus) Semen quod effundit in coitu. Marc. Emp. l. c. *Verris quum scropham saliet, priusquam in terram destillet, de verendis eius virus exceptum tepefactumque: et cum aquae modico auriculae inditum, quamuis molestos dolores releuat: quod etiam circa auriculam illitum plurimum prodest.* H.

g. E naturis) E genitalibus. Naturas Latini genitalia appellarunt, vt alibi monuimus. Ita Sext. Plat. cap. 3. *Naturam vulpis* dixit. Id vero Dalecampius quum nesciret, *e naribus vitulorum* emendare nitebatur. At Plinius infra, f. 50. *glutinum factum e genitalibus vitulorum* aperte dixit. Hard.

h. Aliis vitiis) Aurium vt grauitati. Dal.

Aliis) Aliis aurium doloribus. Sext. Plat. c. 3. de vulpe tit. 15. *Ad aurium dolorem: Adeps vulpis remissus, et instillatus sanat.* Diosc. II. 41 de vulpe: Καὶ τὸ στέαρ αὐτῆς

num cum rosaceo tepido, aut porri succo: aut *k.* si sint [1] rupta ibi aliqua, e lacte mulieris. Si *l.* grauitas sit audiendi, [2] fel bubulum cum vrina caprae, vel hirci, vel si pus sit. In *gg.* quocumque autem vsu putant haec efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata. Laudant *hh.* et coagulum leporis tertia denarii parte, [3] dimidiaque saco-

1. *suppurata ibi, aut suppurantia ibi. Dal.* 2. *vel bubulum Gr. et Alii.* 3. *sic ex Mss. H. ex dimidiaque sacopemi Ch. sagapeni. Gr. et Al.*

αὐτῆς τακὲν καὶ ἐγχυθὲν, ὦτος πόνον παύει. Adeps lupinus liquefactus, infusus que etc. Sic et Galen. κατὰ τόπ. III. 1. p. 403. H.

i. Item) Plin. Val. I. 9. Apollon. apud Galen. κατὰ τόπ. III. 1. p. 395. ad verbum. Et Habdarrhamanus Aegyptius, 9. p. 62. *Recipe de felle caprarum, admisce aliquid aquae porrorum, instilla in aures doloribus affectas, mitigabuntur eorum dolores. H.*

k. Aut) Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic pos.) *Aut)* Ita libri omnes editi R. 2. *Aut si rupta sint aliqua ibi.* Non placet tamen ea scriptura Dalecampio: legi *si sint suppurata*, vel *suppurantia ibi aliqua* mauult. Defendit vulgatam lectionem Marc. Emp. c. 9. pag. 76. *Fel ouillum,* inquit, *cum lacte mulieris instillatum, etiam ruptas interius auriculas certissime sanat.* Sic paulo ante hac sect. Plinius idem *in ea parte,* hoc est, in auricula, *felle taurino* dixit *cum lacte muliebri efficaciter rupta sanari. H.*

l. Si) Q. Serenus, cap. 13. de aurium vitiis, pag 132. *Felque bouis surdis etiam prodesse loquuntur. Si iungas olidae graue quod minxere capellae.* Marc. Emp. 9. p. 79. *Aduersus grauitatem audiendi,* inquit, *fel bubulum cum vrina hirci, auriculae, quae molestiam surdiginis patitur, instillabis. etc.* Lotium caprae per se laudat Sext. Plat. 5. tit. 18. ad aurium dolorem. H.

gg. In) Siue ad aures fractas, siue ad audiendi grauitatem, siue ad alia vitia haec adhibeantur. Marc. Emp. 9. p. 181. *Lotium caprinum instillatum dolorem sedat: quod magis prodesse suppuratis auribus affirmatur: ob quam causam praesentis*

ſacopeni in ammineo vino Parotidas *ii.* vrſinus adeps comprimit pari pondere cerae et taurini ſeui. Addunt quidam hypociſthidem, et per ſe butyrum illitum, ſi prius foueantur feni Graeci decocti ſucco. Efficacius cum ſtrychno. Proſunt *kk.* et vulpium teſtes, et taurinus ſanguis aridus tritus. Vrina *ll.* caprae calefacta inſtillata auribus: fimumque *m.* eiuſdem cum axungia illitum.

XLIX. Dentes *n.* mobiles confirmat ceruini cornus cinis, doloreſque *o.* eorum mitigat, ſiue in-

1. adips. Ch.

ſentis auxilii, plures exceptum, et cornu caprino inditum, in fumo ſuſpenſum, diligenter ad neceſſarias medelas reſeruant. H.

hh. Laudant) Sext. Plat. 2. de lepore, tit. 15. *Ad aurium dolorem: Leporis coagulum auriculae infunditur. H.*

ii. Parotidas) Plin. Val. I. 13. et Marc. Emp. 15. p. 107. H.

kk. Proſunt) Marc. Emp. c. 15. p. 109. Sext. Plat. c. de vulpe tit. 7. *Ad parotidas.* Et auctor Kiranidum p. 103. Hard.

ll. Vrina) Non externo igne et aduentitio, ſed natiuo calore, ſi Marcello Empirico credimus, c. 9. p. 79. *Lotium caprinum,* inquit, *ſub eo momento quo egeritur, tepidum auri obtuſae infundes. H.*

m. Fimumque) Sext. Plat. 5. de capro et capra, t. 21. *ad parotidas, etc. Caprae ſtercus cum melle commixtum mire ſanat.* Sic etiam Plin. Valer. I. 13. H.

n. Dentes mobiles confirmat) Affectum cum eodem citato remedio Galen. l. V. κατὰ τόπους γομφίασιν vocat, vt et Dioſcor. cap. 63. lib. II. Dalec.

Dentes) Marc. Emp. 12. p. 92. et 15. p. 109. Sext. Plat. I. de ceruo, n. 2. *Cornu cerui combuſtum* (hoc eſt, redactum in cinerem) *dentes qui mouentur, confirmat, ſi eo pro dentifricio quis vtatur.* Sic et Dioſc. II. 63. et ante hos Celſ. VI. 9. Scrib. Larg. comp. 60. *Hoc cum eo quod candidos facit dentes, tum etiam confirmat: Auguſtam conſtat vſam: Nam Meſſalina Dei noſtri Caeſaris* (Claudii) *hoc vtitur: Cornuorum cerui vſtorum in ollam nouam ad cinerem redactorum ſextario vno, etc. H.*

o. Doloreſque) Plin. Val. I. 36. H.

infricetur, siue colluantur. Quidam *p.* efficaciorem ad omnes eosdem vsus crudi *q.* cornus farinam arbitrantur. Dentifricia *r.* vtroque modo fiunt. Magnum remedium est in luporum capitis cinere. Certumque est in excrementis eorum plerumque inueniri ossa. Haec adalligata eumdem effectum habent. Item *s.* leporina coagula per aurem infusa contra dolores: et *t.* capitis eorum cinis dentifricium est, adiectoque *v.* nardo mulcet graueolentiam oris. Aliqui *x.* murinorum capitum cinerem miscuisse malunt. Reperitur [1] in latere leporis acui *y.* os simile: hoc *z.* scarificari dentes in dolore suadent. Talus bubulus accensus, eos *a.* qui [2] labant cum dolore, admotus confirmat. Eiusdem cinis cum myrrha, dentifricium est. Ossa *b.* quoque ex vngulis suum combusta, eumdem vsum praebent: item *c.* ossa ex acetabulis pernarum, circa

1. *in latere capitis leporis. V.* 2. *labent. Ch.*

p. Quidam) Marc. Emp. 12. p. 94. H.

q. Crudi) Non exusti. H.

r. Dentifricia) Hoc est, et ex cinere combusti cornus ceruini, et ex scobe crudi. De his Q. Serenus c. 15. p. 134. *Quod vero assumsit nomen de dente fricando, Ceruino ex cornu cinis est, aut vngula porcae Torrida: vel cinis ex ouis: sed non sine vino, Muricis aut tosti, vel bulbi exstincta fauilla*, etc. H.

s. Item) Sext. Plat. 2. de lepore, t. 15. H.

t. Et) Marc. Emp. c. 11. p. 88. H.

v. Adiectoque) Marc. Emp. l. c. H.

x. Aliqui) Huc pertinet quod ait Marc. Emp. l. c. *Murinus cinis, id est, puluis exusti muris, cum melle, dentibus infrictus, halitum foetidi oris emendat.* H.

y. Acui os simile) Acutum et mucronatum processum intelligit, quem anatomes periti, ob eadem cum acu similitudinem, βελονοειδῆ ἀπόφυσιν vocant. Situm est id os in latere capitis ad maxillae radicem. Dal.

z. Hoc) Mss. R 2. aliique, *hoc scarifare.* H.

a. Eos) Dentes. H.

b. Ossa) Q. Seren. loco allato. Marc. Emp. 12. pag. 94. et Plin. Val. I. 36. H.

c. Item) Marc. Emp. 13.

ca quae coxendices vertuntur. Iisdem sanari, demissis in *d.* fauces iumentorum, verminationes *e.* notum est: sed et [1] combustis dentes confirmari. Asinino quoque lacte percussu vexatos, aut dentium eiusdem cinere: lichene *f.* item equi cum oleo infuso per aurem. Est *g.* autem hoc non hippomanes *h.*, quod alioqui noxium omitto, sed *i.* in equorum genibus, ac super vngulas. Praeterea

1. *consumptis. Ch. corruptis. M. fortassis, combustis corruptos dentes.*

pag. 99. *Pernae scrofinae os,* inquit, *quod est amplissimum, combustum, tritumque, optimum, et salubre dentifricium praestat: gingiuas enim siccat et adstringit: dentesque ab humoris iniuria et tumore defendit.* H.

d. In fauces iumentorum) Cornu indito, vt fit a veterinariis. Dal.

e. Verminationes notum est) Vermina Festo: dolores corporis cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindantur: tormina, στρόφος. Dal.

Verminationes) Dentium vermes. Ea vox vermium proprie ortum significat, siue in dente fiat, siue in aure, siue in interaneis, seu in alia quacumque parte corporis. Hinc verminare aurem dixit Martial. XIV. ep. 23. Nunc de morbis dentium sermo est. H.

f. Lichene) Diosc. II. 45. Λειχῆνες ἵππων, εἰσὶ δὲ τύλοι κατ᾽ ἐπιγραφὴν ἐντετυλωμένοι παρὰ τοῖς γόνασι καὶ παρὰ ταῖς ὁπλαῖς. *Lichenes equorum calli sunt,* tuberosae verrucae instar, *circa genua et vngulas in earum partium flexu indurati.* Veterinariis in Gallia, *Sur-os.* H.

g. Est) Non illud nimirum est, de quo egimus VIII. 66. H.

h. Hippomanes) Aspera tuberosaque verruca. vulgo *les Sourots.* Dal.

i. Sed in equorum genibus) Hippomanes tria significat: primum quidem herbam in Arcadia nascentem: de qua Theocritus ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ᾽ Ἀρκάσι: alterum, carunculam nigram, magnitudine caricae, fronti pulli recens nati adhaerescentem, veneficium amoris, quam statim deuorat foeta, aut ad vbera partum non admittit. cap. 42. lib. VIII. tertium, virus geniturae simile maris, sed liquidius, quod ex equae pudendo ad Venerem concitatae fluit, veneficiis expetitum, et Hippomanes pariter vocatum infra

rea *k.* in corde equorum inuenitur os *l.*, dentibus *m.* caninis [1] maximis simile: hoc *n.* scarificari dolorem, aut exempto dente emortui equi maxillis *o.*, ad numerum eius qui [2] doleat, demonstrant. Equarum virus a coitu in [3] lychnis accensum Anaxilaus prodidit, equinorum capitum visus repraesentare monstrifice: similiter ex asinis. Nam hippomanes tantas in veneficio vires habet, vt *p.* affusum aeris mixturae in effigiem equae Olympiae, admotos [4] mares equos ad rabiem coitus [5] agat. Medetur dentibus et fabrile glutinum, in aqua decoctum, illitumque, et mox paulo detractum, ita vt confestim colluantur vino, in quo decocti sunt cortices mali Punici dulcis. Efficax *q.* habetur et caprino lacte

1. *maxime Gr. et Al.* 2. *dolet. V.* 3. *Sic ex Mss. H. et V. elychniis Gr. et Al.* 4. *mares, in V. d.* 5. *ageret. V.*

infra cap. 19. huius libri. Vide Victorium cap. 6. VII. Aelianum cap. 18. XIV. de animal. quo loco etiam πιόλιον vocatum fuisse scribit. Dalec.

k. Praeterea) Vide quae diximus, XI. 70. H.

l. Os) Cordis id ligamentum est, cartilaginosum, in vastis animalibus, vt equo, boue, ceruo, tam durum et crassum, vt in ossis naturam exemptum facile solidescat. Venatores vocant, *la croix du coeur.* Dal.

m. Dentibus caninis maxime simile) Voss. Gud. And. Menap. *dentibus caninis maximis simile.* Hoc lib. cap. 19. *Dentes quidem eorum maximi, equis alligati.* Lib. XXX. 4. *Caninus dens sinister maximus.* Aud. quoque *maximis.* Gron.

n. Hoc) Mss. *scarifari.* H.

o. Maxillis ad numerum eius qui doleat.) Scribendum reor, *admouere*, non *ad numerum.* Pint.

p. Adfusum aeris misturae) Intra aeream statuam recónditum fuisse tradit Aelianus cap. 18. lib. XIV. de animal. At equum fuisse, opus Dionysii Argiui, non equam, scribit Pausanias lib. V. Dal.

Vt) Vt simul cum aere fuso mixtum, in effigiem equae Olympiae, etc. H.

q. Efficax) Plin. Val. I. 42. Sext. Plat. 5. de capro et capra t 32. Q. Serenus c. 15. p. 134. *Vel lacte capellae*

lacte collui dentes, vel felle taurino. Talorum caprae recentium cinis dentifricio placet, et omnium fere villaticarum r. quadrupedum, ne saepius eadem dicantur.

L. (XII.) Cutem in facie erugari et tenerescere, [1] et candorem custodire lacte asinino putant. Notumque [2] est quasdam *s.* [3] quotidie sentingenties *t.* custodito numero fouere. Poppaea *v.* hoc Neronis principis [4] instituit, [5] balinearum quoque solia sic temperans, asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitae [6] in facie, butyro illito tolluntur: efficacius cum cerussa. Sincero *x.* vero [7] vitia quae serpunt, insuper imposita farina hordeacea. Hulcera in facie membrana e [8] partu bouis

1. candore custodito lacte. Ch. 2. *est, in M. d.* 3. *Sic et septingentas. Ch. quotidie D. cust. Gr. et Al.* 4. *vxor inst. V.* 5. *Sic ex* Mss. *H. balneorum. M. balnearum Ch. balinearum quoque sic solio temperato Gr. et Al.* 6. *in faciem. V.* 7. *ea vitia quae serpunt, superimposita. Ch.* 8. *parith. Ch.*

pellae sanescunt dentes, vel tauri felle iuuantur. H.

r. V*illaticarum*) Quae ruri nutriuntur. H.

s. Quasdam) Nonnullas feminas septingenties fouere cutem quotidie seruato numero. H.

t. Septingenties) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic coll.) *Notumque*) R. codicis secundi fidem sequuti sumus, sententiamque ipsam, vt remur, scriptoris: quae est eiuscemodi: nonnullas feminas cutem fouere solitas quotidie vsque ad septingentas vices. Plinius. XI. 96. quingentas asinas a Poppaea trahi solitas quum dixit, coniecturam facit aliquibus, hoc quoque loco non *septingenties*, vt cod. R. 2. aliique exhibent, sed *quingentas* scribi oportere. At non asinarum hoc loco numerum recenset, sed assiduitatem in cute fouenda nimiam irridet. Occupauit hoc ante nos Hermolaus. H.

v. Poppaea) Egimus iam de eo illius more, XI. 69 H.

x. Sincero) *Cui nihil aut salis aut cerussae admixtum,* eo emendentur vitia quae serpunt, etc. H.

bouis madida. Friuolum [1] videatur, non tamen omittendum, propter desideria [2] mulierum. Talum *y.* candidi iuuenci, quadraginta diebus noctibusque, donec resoluatur in liquorem decoctum, et [3] illitum linteolo, candorem, [4] cutisque erugationem praestare. Fimo taurino malas rubescere aiunt: [5] non *z.* crocodileam illini melius: sed foueri frigida et ante et postea iubent. Aestates *a.*, et quae decolorem faciunt cutem, fimum vituli cum oleo et gummi manu subactum emendat. Hulcera *b.* oris ac rimas, seuum vituli vel bouis cum adipe [6] anserino, et ocimi succo. Est et alia mixtura, [7] e seuo vituli cum medulla cerui, et albae spinae foliis vna tritis. Idem praestat et medulla cum resina, vel si vaccina sit: [8] et ius e carne vaccina.

Liche-

1. *videtur M. licet videatur. V.* 2. *mulierum, talum candidi iumenti. Dal.* 3. *illinitum. Ch.* 4. *cutique. Ch.* 5. *nec V. non vt croc. Ch.* 6. *Sic ex Mss. H. et Ch. anseris Gr. et Al.* 7. *Sic ex Mss. H. et Ch. mixtura, seuo Gr. et Al.* 8. *Sic ex Mss. H. et Ch. iusque Gr. et Al.*

y. Talum) Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellensi, c. 6. *Ad faciem egregie emundandam recipe talum tauri, contunde, et accipe ex illo XX. partes, et vnam ex piscium glutine, itemque vnam ex draghanto. Maceretur gluten tepida aqua, et madefiet draghantum, donec dissoluetur: tum contundantur omnia simul, donec fient instar mellis. Tunc bene lauetur facies et mundetur, abstergaturque diligentissime: deinde illiniatur ea mixtura, et sic per mediam horam relinquatur, postea abluatur aqua frigida, et optime abstergatur.* H.

z. Non) Nec crocodileae, inquit, fimum taurinum vlla re cedit. Vt crocodilea molestias in facie enascentes tollat, nitoremque reddat, dictum est superius, s. 28. H.

a. Aestates et quae decolorem faciunt cutem) *Testas aeque faciunt cutem*, in apographo nostro. Pint.

Aestates) Maculas ab aestiuo sole. H.

b. Hulcera) Marc. Emp. 11. p. 88. Plin. Val. I. 29. sq. H.

Lichenas *c.* oris praeſtantiſſime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum *d.* aceto cum ſulphure viuo, ramo ficulneo permixtum *e.*, ita vt bis die recens illinatur. Item *f.* lepras ex melle et aceto decoctum, quas et iecur hirci [1] illitum tollit: ſicut elephantiaſin fel caprinum: etiamnum *g.* lepras ac furfures, [2] tauri fel addito nitro: vrina aſini circa Canis ortum: Maculas *h.* in facie: fel vtriuſque per ſeſe aqua infractum, euitatiſque ſolibus ac ventis poſt [3] detractam cutem. Similis *i.* effectus et [4] in taurino vitulinoue felle, cum ſemine cunilae, ac cinere e cornu ceruino, ſi Canicula exoriente comburatur. Aſinino ſeuo cicatricibus ac licheni lepriſque maxime color redditur. Hirci *k.* fel et lentigines tollit, admixto ca-

S 2 ſeo,

1. *multum. Ch. hirci calidum illitum Gr. et Al.* 2. *ſic ex Mſs. H. tauri, vel Gr. et Al.* 3. *detectam. V.* 4. *Sic ex Mſs. H. et Ch. effectus in taurino ſeuo vit. Gr. et Al.*

c. Lichenas) Marc. Emp. ad verbum 19. pag. 129. et Plin. Val. II. 56. H.

d. Liquatum aceto cum ſulfure viuo) *Liquatum ex aceto cum ſulfure viuo.* In eodem. Pint.

Liquatum) Aceto remiſſum, inquit Marc. Emp. l. c. vel liquefactum, vt idem ait, 18. p. 239. H.

e. Permixtum) Agitatum. H.

f. Item) Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. H.

g. Etiamnum lepras ac furfures tauri, vel addito nitro) Scribe, *etiamnum lepras ac furfures tauri fel addito nitro*, tum ex noſtro apographo, tum etiam ex Dioſc. lib. II. de tauri felle agente: *cum nitro*, inquit, *cretaue Cimolia lepras furfureſque efficaciſſime exterit.* Pint.

Etiamnum) Dioſc. II. 96. Πρὸς δὲ λέπρας καὶ πίτυρα σὺν νίτρῳ ἢ γῆ Κιμωλίᾳ σμῆγμα κράτιστον. H.

h. Maculas) Tauri et aſini. H.

i. Similis effectus in taurino ſeuo vitulinoue felle) Verbum *ſeuo*, redundat, ex eodem Pint.

k. Hirci) Et capreae quoque, teſte Sexto Platonico, c. 4. t. 10. *ad lentigines.* Et tauri, eodem iterum ita pro-

ſeo, [1] cum *l.* viuo ſulphure ſpongiaeque cinere, vt mellis ſit craſſitudo. Aliqui inueterato felle vti maluere, mixtis calidis furfuribus pondere oboli vnius, quatuorque mellis, prius defricatis maculis. Efficax *m.* eiuſdem et ſeuum cum melanthio, ſulphure et iride. Labrorum fiſſuris cum adipe anſerino, ac medulla ceruina reſinaque et calce. Inuenio apud auctores, his *n.* qui [2] lentiginem habent, negari Magicis ſacrificiorum [3] vſus.

LI. Lacte *o.* bubulo aut caprino tonſillae *p.* et arteriae exhulceratae [4] iuuantur. Gargarizatur tepidum, [5] vt eſt expreſſum, aut calefactum. Caprinum *q.* vtilius, cum malua decoctum et ſale exiguo. Linguae exhulcerationi et arteriarum prod-eſt

1. *Sic ex Mss. H. et Cb. ac viuo Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Cb. lentiginem — Magicae Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. et Cb. vſum Gr. et Al.* 4. *Sic ex Mss. H. leuantur Gr. et Al.* 5. *vt eſt vſus expr. Cb.*

prodente, X. XI. de tauro, t. 6. ad *lentigines in facie.* H.

l. Cum) Simili temperamento ad tollendas e facie lentigines felle capreae Sext. Platon. vtitur c. 4. t. 10. *Ad lentigines in facie: Fel capreae cum melle et nitro commixto, et ſpongia combuſta, et ſulphure viuo ad mellis craſſitudinem redactum, et in faciem illitum, emendat.* H.

m. Efficax) Hirci. H.

n. His) Eos qui lentigines habeant, non eſſe idoneos ad ſacra Magica peragenda. H.

o. Lacte) Marc. Emp. 15. p. 106. *Lac caprinum, vel bubulum, vel ouillum recens mulſum, dum calet, vel etiam calefactum gargarizatum, tonſillarum dolores et tumores cito ſedat.* Et c. 14. p. 103. *Lac bubulum recens mulſum, et lento igne calefactum, gargarizatumque, arteriam conſtrictam infuſo catarrho, et fauces exaſperatas, priſtinae ſanitati reſtituta perſanat.* H.

p. Tonſillae et arteriae exhulceratae leuantur) In eodem, non *leuantur*, ſed *iubentur* legitur: ſcribo, *iuuantur.* Pint.

q. Caprinum) Vide N. et Em. N. XXXV. *Caprinum)* Haec totidem verbis Marc. Emp. c. 15. p. 108. ſed pro malua

est *r.* ius omasi [1] gargarizatu: tonsillis *s.* autem priuatim renes vulpium aridi, cum melle triti illitique: [2] anginae *t.* fel taurinum vel caprinum cum melle. Iecur melis ex [3] aqua oris grauitatem, hulceraque [4] butyrum emendat. Spinam aliudue quid faucibus adhaerens, [5] extrinsecus fimo perfricatis, aut *v.* reddi aut delabi tradunt. Strumas *x.* discu-

S 3 tit

1. *si gargarizatur. V.* 2. *anginis. M.* 3. *aqua. Oris. M.* 4. *Vetera. V.* 5. *adhaerens felis extrinsecus Gr. et vulgg.*

malua myrrham adsciscit Plin. Val. I. 45. amanuensium, vt remur, errore. H.

r. Prodest ius omasi gargarizatu) *Prodest ius magis gargarizatum*, in eodem. Pint.

Prodest) In Mss. R. 2. aliisque, *prodest ius magis.* H.

s. Tonsillis) Vide N. et Em. N. XXXVI. (hic coll.) *Tonsillis*) Plin. Val. I. 45. *Tonsillis priuatim medentur renes vulpis aridi, cum melle triti, et illiti.* Marc. Emp. c. 15. p. 106. *Tonsillis renes vulturini aridi in melle triti, vel decocti mirum remedium praestant, si pro emplastro apponantur.* Sext. Plat. c. 3. de vulpe t. 9. *Ad faucium tumorem: Rene vulpis in melle saepius fauces tumentes confrica.* Ex Plinii nostri praesertim loco, quem vel ex eo sanum esse constat, quod de quadrupedum, non de auium medicinis hic agitur, Marcelli textum in mendo cubare perspicuum est, ac pro *vulturini* scribi *vulpini* oportere. H.

t. Anginae) Marc. Emp. 15. p. 106. H.

v. Aut reddi aut delabi tradunt) Nam fetore tantum impetum vomendi concitat, vt vehemens is conatus affixas spinas reuellat. Dal.

Aut) Aut reddi vomitu, aut delabi in aluum. H.

x. Strumas) Vide N. et Em. N. XXXVII. (hic pos.) *Strumas*) Sic. Mss. R 2. aliique. Sic totidem syllabis Plin. Val. III. 29. Malim ego tamen, si quid audendum, *caprinum* legi: tum quia haec fellis genera duo a Plinio fere copulantur, caprinum ac bubulum: Tum vero maxime quoniam ita Marc. Emp. prodidit c. 15. p. 108. praeeunte Plinio, vt apparet: *Fel bubulum*, inquit, *vel caprinum*, *ad incipientes strumas optime facere experimenta docuerunt: nam penitus crescere non sinentur*,

tit fel [1] aprinum, vel bubulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis e vino in linteolo exhulceratis dumtaxat imponitur. Discutit *y.* et vngulae asini vel equi cinis, ex oleo, [2] vel aqua illitus, et vrina calefacta: et bouis vngulae cinis ex aqua: fimum quoque feruens ex aceto. Item *z.* seuum caprinum cum calce, aut fimum ex aceto decoctum, testesque vulpini. Prodest *a.* et sapo: [3] Galliarum *b.* hoc inuentum rutilandis capillis. [4] Fit ex sebo et cinere. Optimus *c.* fagino et [5] caprino: duobus

1. *afrunum. Ch. leg. aprugnum.* 2. *Sic ex Mss. H. aquaue illitus. V. vel aliqua. Ch. ex oleo aqua illitus Gr. et Al* 3. *Sic ex Mss. H. Gallorum Gr. et Al.* 4 *Sic ex Mss. H. et Ch. capillis fit. Gr. et Al.* 5. *carpineo. V.*

nentur, si eo assidue tangantur. H.

y. Discutit) Marc. Emp. c. 15. p. 108. et Galen. de simpl. med. fac. XI. p. 305. cum Diosc. III. 44. H.

z. Item) Marc. Emp. 15. p. 109. H.

a. Prodest et sapo) Nostro seculo sapo Gallicus, siue spissus, fit ex lixiuii acris et duri, quod capitellum vocant, partibus duabus, et vna seui veruecis: mollis vero ex duabus partibus lixiuii supra memorati, et vna olei: lixiuium autem ex duabus partibus cineris culmorum fabae et vna calcis. Dalec.

Prodest) Nostris, *du Savon.* Nunc paulo aliter temperatur, adiiciturque mixturae oleum. H.

b. Galliarum) Vnde Gallicus sapo nuncupatur a Theod. Prisc. l. 3. *decrementis capillorum ... Attamen Gallico sapone caput lauabis.* Qui mos deinde translatus in Latium: Vnde Martialis VIII. ep. 33. *Et mutat Latias spuma Batava comas.* Quod Romanae mulieres flauedinem eo sapone mentirentur. Val. Max. II. 1. n. 5. de Romanis feminis: *Ceterum vt non et horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis et auro abundanti, et multa purpura vsae sunt: et quo formam suam cincinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt.* H.

c. Optimus) Optimus e fagino cinere, et caprino seuo. H.

duobus modis, spissus ac liquidus: vterque apud *d.* Germanos maiore in vsu viris quam feminis.

LII. Ceruicum *e.* dolores butyro aut adipe vrsino perfricantur: rigores *f.* bubulo seuo: quod et strumis prodest cum oleo. [1] Dolorem *g.* inflexibilem (opisthotonon *h.* vocant) leuat vrina caprae auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum: vngues contusos fel cuiuscumque animalis circumligatum: pterygia digitorum fel [2] tauri aridum aqua calida dissolutum. Quidam adiiciunt sulphur et alumen, pari pondere omnium.

S 4 LIII.

1. *Rigorem. V. et Dal.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. fel taurinum aq. Gr. et Al.*

d. Apud) Auctor libri de simpl. med. ad Pat. T. XIII. Opp. Galeni p. 100. *Sapo conficitur ex seuo bubulo, vel caprino, aut veruecino, et lixiuio cum calce. Optimum iudicamus Germanicum: est enim mundissimum, et veluti pinguissimum: deinde Gallicum.* Hinc saponis globuli a Martiale XIV. ep. 27. Mattiacae pilae vocantur, a Mattiaco Germaniae oppido: *Si mutare paras longaeuos cana capillos: Accipe Mattiacas, quo tibi calua? pilas.* Et epigr. 26. cuius lemma: *Sapo: Caustica Teutonicos accendit spuma capillos,* etc. Denique Q. Seren. de capillo tingendo sic praecipit: *Ad rutilam speciem nigros flauescere crines Vnguento cineris, praedixit Tullius auctor.* Hinc pro Germanis Tertullianus ad Vxorem II. 8. *cinerarios* dixit, *peregrinae proceritatis.* H.

e. Ceruicum) Plin. Val. I. 54. et Marc. Emp. 18. pag. 127. H.

f. Rigores) Marc. Emp. l. c. H.

g. Dolorem) Totidem verbis Marc. Emp. l. c. *Ceruicis dolor inflexibilis, quem opisthotonon Graeci vocant, leuatur vrina caprae auribus infusa, aut bulbo trito cum fimo eiusdem caprae ceruici illito.* Plin. Val. I. 54. Q. Seren. c. 17. *At si ceruices, durataque colla rigebunt, Anseris aut pingui torpentia colla fouebis. Illinitur valido multum lens cocta in aceto: Aut caprae fimus et bulbi, aut ceruina medulla.* Egimus de eo morbi genere, XXIII. 24. H.

h. Opisthotonon vocant) Supinum et prosterganeum raptum

LIII. Tuſſim *i.* iecur lupi ex vino tepido ſanat: vrſinumque *k.* fel admixto melle, aut ex [1] cornus bubuli ſummis partibus [2] cinis: vel *l.* ſaliua equi triduo [3] pota: at equum mori tradunt: pulmo *m.* ceruinus cum gula ſua arefactus in fumo, dein

1. Cornu. Gr. 2. *cinis. Saliua equi triduo pota eam maturari. V. quatriduo pota commori tradunt. M.* 3. *potae commori. potu eam mori tradunt Gr. et Al.*

raptum vocat Aurelianus c. 6. lib. III. acutorum. Dal.

i. Tuſſim) Marc. Emp. 16. p. 117. et. Plin. Val. I. 58. H.

k. Vrſinumque) Plin. Valer. l. c. H.

l. Vel) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic adi.) *Vel)* In libris hactenus vulgatis, *triduo potu eam mori tradunt*: vt eſſet ſententia, *triduo ſaliuae potu mori tuſſim.* An vero hoc medicae, an Romanae aures ferant? In R. 2. *triduo potae commori tradunt.* Nihil eſt noſtra emendatione certius: *ecom* amanuenſes ſcilicet, pro *equum* ſcripſere: librarii denique *eam* pro *equum.* Sext. Plat. 16. de equo t. 1. *Ad phthiſicos, et qui male tuſſiunt: Equi ſaliuam ſi biberint, ſani efficiuntur: Expertiſſimum, ſed equus morietur.* Marc. Emp. 16. p. 120. *Ad phthiſicos*, inquit, *remedium et praeſens et maximum: nam etiam vitae dubios ſanat, et quibus ſpes ſupereſſe nulla videatur: Equi ſaliuam vel ſpumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis: etiam quem tuſſi intoleranda et diutina laborare videris, hoc remedio liberabis: aegrum quidem ſine cunctatione ſanabis: ſed equum mors ſubita conſequetur.* Theod. Priſc. IV. *Ad tuſſim facit, et maximum remedium eſt: Equi ſaliuam ex aqua calida bibat per triduum: is qui tuſſierit, viuet: equus morietur.* Simile eſt, quod ſuſpirioſis praecipit idem Marcell. c. 17. pag. 124. vt ſpumam ex ore mulae collectam hauriant: id ipſi ſaluti fore: mulam morituram. Plin. Val. I. 58. *Saliuae equi triduo potatae ternis potionibus ex aqua calida tuſſim ſanant: equum morti tradunt, hominem ſanant.* H.

m. Pulmo) Iiſdem verbis Marc. Emp. 16. p. 119. et Plin. Val. I. 8. Et ad ſuſpirium pulmonem ceruinum in olla fictili redactum ad cinerem, datumque cum aquae calidae cyathis tribus, commendat Scrib. Larg. comp. 76. H.

dein tufus ex melle, quotidiano ecligmate. Efficacior eſt ad id ſubulo *n.* ceruorum generis. Sanguinem *o.* exſpuentes, ceruini cornus cinis: [1] coagulum *p.* leporis tertia parte [2] denarii cum terra Samia et vino myrteo potum ſanat. Eiuſdem fimi cinis in vino veſperi potus, nocturnas [3] tuſſes: pili quoque leporis ſuffiti, extrahunt pulmonibus difficiles exſcreationes. Purulentas *q.* autem exhulcerationes pectoris pulmoniſque, et a pulmone graueolentiam halitus, butyrum efficaciſſime iuuat, cum pari modo mellis Attici decoctum, donec rufeſcat, et matutinis ſumptum ad *r.* menſuram [4] lingulae. Quidam pro melle, laricis reſinam addere [5] maluere. Si *ſ.* ſanguiis reiiciatur, efficacem tradunt bubulum ſanguinem, modice et cum aceto ſumptum: nam de taurino credere, temerarium

S 5 eſt.

1. *vel coagulum. V.* 2. *nardi. M.* 3. *tuſſeis Gr.* 4. *ligulae. Gr.* 5. *Sic ex Mss. H. et Cb. maluerunt Gr. et Al.*

n. Subulo ceruorum generis) Subulones cerui, quorum cornua in ramos non explicantur, ſed acuminata, oblonga, ſimplicia creſcunt, et attolluntur. Vide infra cap. 17. huius libri, et ſupra 37. XI. Dal.

o. Sanguinem) Marc. Emp. 16. p. 120. Plin. Val. I. 64. et Dioſc. II. 63. H.

p. Coagulum) Marc. Emp. c. 16. p. 120. *Coagulum ceruinum, ſiue leporinum, ſiue hoedinum, in potione ſolutum, bibitur vtiliter ab empyicis et haemoptoicis.* Et ſ. 17. p. 124. *Benefacit ad arteriae eruptionem ... cretae Samiae denarius vnus, ſumtus ex aquae frigidae rigore detracto, cyathis tribus,* etc. H.

q. Purulentas autem exhulcerationes) Purulentos abſceſſus poſt pleuritidem, et peripneumoniam. Dal.

Purulentas) Totidem verbis Marc. Emp. 16. p. 119. H.

r. Ad) Vel ligulae, vt alibi diximus. Singula cochlearia dari matutinis iubet Marc. l. c. Idem paulo antea *plenam ligulam.* H.

ſ. Si) Ad verbum haec Marc. Emp. 16. p. 120. et Plin. Val. I. 64. H.

est. Sed *t.* glutinum taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere sanguinis exscreatione.

LIV. (XIII.) Stomachum exhulceratum lactis asinini potus reficit: item *v.* bubuli. Rosiones *x.* eius caro bubula [1] admixto aceto et vino cocta. Rheumatismos *y.* cornus ceruini cinis. Sanguinis *z.* exscreationes hoedinus sanguis recens, ad cyathos ternos cum [2] aceto acri pari modo feruens potus, coagulum *a.* tertia parte ex aceto potum.

LV. Iocineris *b.* dolores, lupi iecur aridum [3] ex mulso: [4] asini *c.* iecur aridum cum petroselini parti-

1. *misto. Ch.* 2. *aceto et vino acri. Ch.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch.* 4. *asininum iecur. Gr. et Al.*

t. Sed) Marc. Emp. ad verbum l. c. H.

v. Item) Marc. Emp. 20. p. 148. *Lac bubulum tepidum incoctum, subinde sumtum, exhulceratum quoque stomachum sanabit.* De lacte autem asinino refert scriptor libri Gallici, *Mélanges d' Histoire et de Litterature*, Tom. II. p. 130. audiuisse se a Patino medico, quum diceret, plurimos se nouisse, qui quum constanter annis singulis per hebdomadas sex septemue asinino lacte vsi fuissent, ad annum octogesimum vitam produxissent. H.

x. Rosiones) Marc. Emp. 20. p. 143. *Rancorem stomachi,* inquit, *temperat caro vaccina, ex vini et aceti aequa portione discocta, et cibo sumpta. H.*

y. Rheumatismos) Fluxiones. H.

z. Sanguinis) Marc. Emp. 16. p. 120. H.

a. Coagulum) Marc. Emp. l. c. H.

b. Iocineris dolores) Ex obstructione natos. Dal.

Iocineris) Q. Serenus. c. 23. *de iecoris vitiis* pag. 139. *Nec non et iecoris quaeretur fibra lupini, Iungenturque simul costum, foliumque, piperque: Quae diluta mero dantur potanda Lyaeo.* Scrib. Larg. comp. med. 30. n. 123. *Ad tumorem et dolorem iocineris, it. ad duritiem facit bene lupi iecur primum in aqua feruenti dimissum, atque ita arefactum. H.*

c. Asini) Totidem syllabis Marc. Emp. 22. p. 160. H.

partibus duabus, [1] ac nucibus tribus, ex melle tritum et in cibo ſumptum: ſanguis *d.* hircinus [2] cibo aptatus. Suſpirioſis ante omnia efficax eſt potus equiferorum *e.* ſanguinis. Proxime lactis aſinini tepidi cum bulbis [3] decocti, ita vt ſerum ex eo bibatur: addito in tres heminas cyatho naſturtii *f.* [4] perfuſi aqua, deinde melle diluti. Iecur *g.* quoque vulpinum, aut pulmo, in vino nigro, aut *h.* fel vrſinum in aqua, laxat *i.* meatus ſpirandi.

LVI. Lumborum *k.* dolores, et quaecumque alia [5] molliri opus ſit, vrſino adipe [6] fricari conuenit:

1. *ſic ex Mſs. H. et nunc tribus Ch. ac melle Gr. et Al.* 2. *vide Annotat. quintam.* 3. *decocti. Ita et ſerum ex eo bibitur. V.* 4. *ſic ex Mſs. H. et Ch. naſturtii albi Gr. et Al.* 5. *mollire. Gr.* 6. *ſic ex Mſs. H. et Ch. perfricari M. perfricare Gr. et Al.*

d. Sanguis) Marc. Emp. 22. p. 156. *Hircinus ſanguis adhuc calens ſupra prunas excoctus, et cibatui datus ieiuno, iocineroſo mederi traditur. H.*

e. Equiferorum ſanguinis) Equorum ſilueſtrium. Horum mentio fit cap. 15. lib. VIII. Dal.

f. Naſturtii albi) Hortenſis. Silueſtre nigricat. Dal.

g. Iecur) Ita Celſus IV. 4. *de difficultate ſpirandi. Eſt etiam non vana opinio, vulpinum iecur, vbi ſiccum et aridum factum eſt, contundi oportere, polentamque ex eo potioni adſpergi: vel eiuſdem pulmonem quam recentiſſimum aſſum, ſed ſine ferro coctum, edendum eſſe.* Marc. Emp. 17. p. 122. *Profuit multis,* inquit, *ad ſuſpirium, vel dyſpnoeam depellendam pulmo vulpis, vel iecur in olla fictili exuſtum, atque ad cinerem redactum, et datum ad diem ieiuno, menſura cochleariorum trium, cum aquae calidae cyathis tribus, ſi febricitabit: ſi ſanus erit, ex vino vetere.* Pulmone vulpino aſtmathicos iuuari ſcribit etiam Dioſc. II. 41. et Sext. Plat. 3. de vulpe, t. 5. H.

h. Aut) Sext. Plat. 13. de vrſo t. 3. Marc. Emp. 17. p. 124. *Ad ſuſpirioſos ſanandos fel vrſinum aqua dilutum bibendum optime datur, etc.* H.

i. Laxat meatus ſpirandi) Impeditos et infarctos pituita craſſa facilemque anhelitum praebet. Dal.

k. Lumborum) Sext. Plat. 7. de apro t. 13. *ad coxendices.*

uenit: cinerem *l.* aprini aut fuilli fimi inueterati ¹ afpergi potioni vini. Afferunt *m.* et Magi fua commenta. Primum omnium, rabiem hircorum, fi *mm.* mulceatur barba, mitigari: eadem praecifa, non abire eos in alienum gregem. Huic *n.* admifcent fimum caprinum, et fubdito linteolo vncto, caua manu, quantum pati poffit, feruens fuftinere iubent: ita vt fi laeua *o.* pars doleat, haec medicina in dextra manu fiat, aut e contrario. Fimum quoque ad eum vfum acus aereae punctis *p.* tolli iubent. Modus curationis eft, donec vapor *q.* ad lum-

1. *infpergi. V.*

dices. Marc. Emp. 25. pag. 172. *Adipe vrfina, dolentes coxas perfrica, continuo fanabis. H.*

l. Cinerem) Marc. Emp. 25. p. 174. H.

m. Afferunt et Magi fua commenta) Hae duae claufulae reponendae et legendae funt ante initium illius, *fufpiriofis ante omnia, etc.* Nam eo loco proxime fecit hircini fanguinis mentionem. Dal.

mm. Si) Si infricetur barba tali medicamento, hoc eft, cinere aprini vel fuilli fimi cum vino. H.

n. Huic admifcent fimum caprinum) Aut vrfino adipi, aut vino, aut cineri fimi aprini, fuilliue. Ego potius adipem intelligo, quo perunctum fimum cum igni admouetur, facilius ardet: aut cum Diofcoride lego, *oleo admifcent.* Is cap. 98. lib. II. id remedium paulo aliter explicat, de ifchiade, his verbis: *Vtilem ifchiadici vftionem hunc in modum accipiunt. Eo interftitio vbi brachiali pollex committitur, caua veluti lacuna fubfidet, in qua lana oleo imbuta fubfternitur: deinde figillatim feruentes caprini ftercoris pilulae imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam fentiatur peruenire, et coxendicis dolorem mitigare. Aduftio id genus Arabica vocatur. Dal.*

Huic) Nempe fimo aprino fuilloue. H.

o. Laeue) Lumbus finifter. H.

p. Punctis) Extremo acumine. H.

q. Vapor) Calor. H.

lumbos [1] peruenisse sentiatur. Postea vero manum *r.* porro tuso illinunt, item lumbos ipso fimo cum melle: suadentque *s.* in eodem dolore et testes leporis deuorare. Ischiadicis *t.* fimum bubulum imponunt, calfactum [2] in foliis cinere feruenti. In *v.* renumque dolore leporis renes crudos deuorari iubent, aut certe coctos, ita ne dente contingantur. Ventris *x.* quidem dolore tentari negant talum leporis habentes.

LVII. Lienem *y.* sedat fel apri vel suis potum, vel *z.* ceruini cornus cinis in aceto Efficacissime

1. sic ex Mss. H. et Ch. sentiatur peruenire. Gr. et Al.
2. in soliis. V.

r. Manum porro tuso illinunt) Idem praecipit Antylus apud Aetium, cum pollicem pedis stercore caprae sic accenso in ischiade vssit. Dal.

s. Suadentque) Marc. Emp. 25. p. 172. *Qui testiculum leporinum coctum ieiunus comederit, cito coxarum dolore releuabitur. H.*

t. Ischiadicis.) Vide N. et Em. N. XXXIX. (hic adi) *Ischiadicis*) Monet Dalecampius in vetere nescio quo exemplari legi *in soliis*. Sane minus commode. Nam folia brassicae Plinius intellexit, vti ex Plinio altero Valeriano discimus, eadem prodente II. 45. *Sciae* (hoc est, ischiadi) *sanandae. Fimus quoque bubulus calefactus in cinere feruenti, locis dolentibus, in foliis cuiuscumque oleris imponitur.* Habet idem medicamentum et Marc. Emp. 25. p. 174. sed eas voces *in foliis*, quas non intellexit, omisit. Repetitur iterum forma loquendi haec eadem sect. 63. vbi Hermolaus *in soliis*, nescio quis *in pulte* legendum somniat. H.

v. In) Marc. Emp. totidem verbis, 26. pag. 176. H.

x. Ventris) Sext. Plat. de lepore 2, t. 18. *Ad ventris dolorem.* Hoc vero ceu muliercularum commentum irridet Plin. Val. II. 20. Refert quoque Marc. Emp. 27. p. 194. et 28. p. 200. H.

y. Lienem) Ad verbum Plin. Val. II. 18. H.

z. Vel ceruini cornus cinis in aceto) Vetustus codex, *Vel vnicornii cinis in aceto.* Posset

cissime *a.* tamen inueteratus lien asini, ita vt in triduo sentiatur vtilitas. Asinini *b.* pulli fimum, quod primum edidit (poleam vocant Syri) [1] dant in aceto mulso: datur *c.* et equi lingua inueterata, ex vino, praesentaneo [2] medicamento, didicisse se ex barbaris Caecilius Bion tradidit: et *d.* lien bubulus simili modo: recens autem assus vel elixus in cibo. In *e.* vesica quoque bouis, allii capita XX. tusa,

1. *sic ex Mss. H. et Ch. datur. Gr. et Al.* 2. *medicamento vt didicisse. Gr. et Al.*

Posset legi *vnicornis*: nam de vnicorne boue in octauo disseruit cap. 21. et paulo post in eodem, *Caelius Bion*, non *Caecilius*. Pint.

a. Efficacissime) Marc. Emp. 23. p. 165. totidem verbis. H.

b. Asinini pulli fimum, quod primum edidit (poleam Syri vocant) datur in aceto mulso) Contra lienis dolores. Syriaca lingua sic dici falsum. πωλέαν enim vel πολίαν Graeci id vocauissent, haud Syri. *Poleam* etiam nominat capitib. seqq. Sed Arist. VIII. hist. anim. c. 29. πώλιον appellari id quod egerunt equae antequam pariant, scripsit: reddunt *pullium*. Vide et *Salmas.* pag. 939. *Reines.* Var. lect. lib. II. cap. 7. 173.

Asinini) Etiam et muli, teste Marc. Emp. 23. p. 164. *Stercus mulinum*, inquit, *cum oxymelle lienosis potui datum, dolores efficaciter tollit.* Vt infantium primum stercus a partu meconium appellari superius vidimus, s. 13. sic asinini pulli a Syris poleam dici significat. Quam vocem de secundis, siue membranis, quibus fetus inuoluitur perperam Salmasius intellexit, in Solin. pag. 939. a Reinesio eo nomine reprehensus. H.

c. Datur) Plin. Val. II. 18. Marc. Emp. 23. p. 164. *Equi lingua arefacta*, inquit, *et ad laeuitatem trita, atque ex vino potui data, protinus vtilitatem suam sedato lienis dolore manifestat. H.*

d. Et) Cels. l. IV. 9 de lienis morbo: *Lien quoque bubulus vtiliter esui datur. H.*

e. In) Plin. Val. II. 18. vesicam bubulam praetermisit: cetera ad verbum reddidit. Hanc Marc. Emp. adhibet, 23. pag. 163. sed idem sinapi pro allio, et aeris florem adsciscit. Alia

tusa, cum aceti sextario, imponuntur ad lienis [1] dolores. Eadem *f.* ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus *g.* sit, iubent Magi, nulla *h.* praetii contatione: quoniam hoc quoque religiose pertineat: diuisumque per longitudinem annecti tunicae vtrimque, et induentem pati decidere ad pedes: dein collectum [2] in *i.* vmbra arefacere. Quum hoc [3] fiat, simul residere lienem aegri vitiatum, liberarique morbo dicitur. Prodest *k.* et pulmo vulpium cinere siccatus, atque in aqua potus. Item *l.* hoedorum lien impositus.

LVIII.

1. *dolorem.* Gr. 2. *in vmbra, in M. d.* 3. *fiet.* V. *faciat.* Cb.

lia tamen et in hunc vsum laudat idem p. 165. et 168. H.

f. Eadem) Haec totidem fere verbis Marc. Emp. 23. p. 165. H.

g. Indicatus) Aestimatus. H.

h. Nulla) Sine vlla cunctatione, aut percontatione precii. H.

i. In) In fumo suspendi, ibique arefieri Marcellus iubet. H.

k. Prodest) Sext. Plat. 3. de vulpe t. 4. *Ad splenis dolorem: Pulmo vulpis in cinere assatus et tritus, in potione datus, splenem sanat.* Marc. Emp. 23. p. 167. hanc vulpino iocineri vim adscribit. H.

l. Item haedorum lien impositus) Verbum, *lien,* non agnoscit nostrum exemplar. Pint.

Item) Vide N. et Em. N. XL. (hic consp.) *Item)* Carere ait suum exemplar Pintianus ea voce *lien.* Excidit ergo amanuensibus imprudenter. Nam et Marc. Emp. et Plin. Val. agnoscunt. Ille c. 23. pag. 165. *Hoedinus vero lien, inquit, similiter vt hircinus, super splenem infantis appositus, et tumores, et dolorem eius emendabit.* Iste II. 18. cui titulus: *Spleni quomodo succurrendum. Hoedi lien, inquit, impositus idem praestat.* Agnoscit et Q. Seren. c. 24. de splene curando: *Arida ficus item feruente domatur aceto. Et trita illinitur: vel splen apponitur hoedi.* Denique et eam vocem habent R. 1. cod. aliique fere, quos vidimus. H.

LVIII. (XIV) Aluum *m.* sistit [1] cerui sanguis: item *n.* cornus cinis: iecur *o.* aprinum ex vino potum citra salem, recensque: item *p.* assum *q.* suillum, vel *r.* hircinum decoctum ad quintam heminam [2] in vino. Coagulum *s.* leporis in vino ciceris magnitudine: aut si febris sit, ex aqua. Aliqui *t.* et gallam adiiciunt, alii per se leporis sanguine contenti [3] sunt lacte cocto. Equini *v.* fimi cinis in aqua potus. Taurini cornus veteris ex parte ima cinis, inspersus potioni aquae. Sanguis *x.* hircinus in carbone decoctus: corium caprinum cum suo pilo decoctum, succo epoto. Coagulum equi, et sanguis caprinus, vel medulla, vel

1. *sic ex Mss. H. et Ch. ceruinus sanguis. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. in vini hemina. Gr.* 3. *sunt in lacte. V.*

m. Aluum) Diosc. II. 97. H.

n. Item) Galen. κατὰ τόπ. IX. p. 616. H.

o. Iecur) Sext. Plat. 7. de apro, t. 5. *ad ventris fluxum: Iecur apri recens ex vino potatum, mire restringit.* H.

p. Item) Marc. Emp. cap. 27. pag. 194. H.

q. Assum suillum vel hircinum decoctum in vini hemina) Voss. vt et Chiflet. *decoctum ad quintam heminam in vino* Lege, *decoctum ad quintam heminae in vino.* Quatuor alii: *decoctum eminam in vino.* Gron.

r. Vel) Vide N. et Em. N. XLI. (hic coll.) *Vel)* In libris hactenus editis, *vel hircinum decoctum in hemina vini.* Probabilior nobis visa scriptura R. 2. cod. et Ch. quam amplexi sumus: adstipulante fere Marc. Emp. 27. p. 195. *Iecur hircinum,* inquit, *missum in ollam nouam, cum vini austeri cotylis sex, ad tertias decoctum: sed dum excoquitur, compunctum: vt humor eius eum vino permisceatur: postea dysenterico potui datum, efficaciter prodest.* H.

s. Coagulum) Sext. Plat. c. 2. de lepore t. 17. *Ad infantium ventris fluxum, etc.* Marc. Emp. c. 27. p. 192. Plin. Valer. II. 26. et Diosc. II. 85. H.

t. Aliqui) Sext. Plat. l. c. H.

v. Equini) Marc. Emp. 27. pag. 191. sq. H.

x. Sanguis) Marc. Emp. 27. p. 194. H.

vel iecur, aluum soluit: Fel *y.* lupi cum elaterio vmbilico [1] illigatum. Vel *z.* lactis equini potus: item *a.* caprini cum sale et melle. Caprae *b.* fel cum *c.* cyclamini succo [2] et aluminis momento. Aliqui et nitrum et aquam adiecisse malunt. Fel *d.* tauri cum absinthio tritum ac subditum pastillo *e.* Butyrum *f.* largius sumptum. Coe-

1. *illitum. V.* 2. *sic ex Mss. H. aluminis modico. Gr. et Al.*

y. Fel) Vide N. et Em. N. XLII. (hic pos.) *Fel*) Annon *illinitum* potius? Nam Plin. Val. II. 23. *Ventri molliendo*: *Fel lupi*, inquit, *elaterio ventriculo illinuntur.* H.

z. Vel) Q. Serenus. c. 29. de ventre molliendo, p. 104. *Crede tamen potum meliorem lactis equini, Dicitur hic validos asini peruincere succos.* Marc. Emp. 30. pag. 218. *Serum de lacte equino, ventrem molliter purgat.* H

a. Item) Marc. Emp. c. 27. p. 189. caprino lacte per se vel ouillo vtitur tepido, aut decocto etiam cum butyro. H.

b. Caprae) Sext. Plat. c. 4. de caprea, t. 13. *Ad ventrem soluendum*: *Fel capreae suppositum ano cum succo cyclaminis herbae, et alumine aliquantulum, aut anetho combustum induito.* E capra et caprea easdem fere peti medicinas alibi monuimus. H.

c. Cum cyclamini succo et aluminis modico) Voss. et Pintiani: *et aluminis momento.* Pulcherrime, nam ponduſculum est certum. Lib. XXX. 7, *vt cinis earum bibatur in vino, addito resinae momento.* Eodem lib. cap. 11. *sordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum myrrhae momento.* Cap. 15. *Somnos allicit oesipum cum myrrhae momento in vini cyathis duobus. Gr.*

d. Fel) Id est, in modum pastilli globuliue inuolutum linteolo, anoque inditum. H.

e. Pastillo) Glandis loco quidam pastillum globulumue formant, et inuolutum linteolo ano indunt: quod auctor hic indicat. D.

f. Butyrum) Vide N. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *Butyrum*) Locus hic praepostera ad hunc diem interpunctione, et criticorum interpolatione laborauit, in hunc modum: *Butyrum largius sumtum coeliacis.... medetur, et iecur vaccinum.* Verum interpunctionis vitio-

[1] Coeliacis *g.* et dysentericis medetur [2] iecur vaccinum. Cornus *h.* ceruini cinis tribus digitis captus in potione aquae. Coagulum *i.* leporis subactum in pane: si vero sanguinem [3] detrahunt, in polenta. Aprini vel suilli vel leporini fimi cinis, insparsus potioni [4] tepidi vini. Vituli quoque [5] ius vulgariter datum, inter auxilia coeliacorum et dysentericorum tradunt. Lactis asinini potus vtilior, addito melle. Nec minus efficax fimi cinis ex vino vtrique vitio. Item *k.* polea supra dicta. Equi *l.* coagulum, quod aliqui hippacen *m.* [6] appel-

1. *Coeliacis: at dysent. V. coeliacis medetur: et dys. iecur. Alii V. butyrum largius sumtum coeliacis et dysentericis medetur, et .iecur. Gr. et Al.* 2. *sic et Ch.* 3. *detrahant. Ch. detrudunt. Dalec.* 4. *tepidae. Gr.* 5. *suis vulg. dati, etc. traduntur. Ch.* 6. *sic ex Mss. H. et Ch. vocant Gr. et Al.*

tiosae non modo R. 2. cod. sed et res ipsa admonuit: ad superiora videlicet, hoc est, ad ea remedia quae aluo soluendae traduntur, quae de butyro nunc prodit auctor, referri oportere: vt intellectus sit butyrum quoque largius sumtum aluum soluere, nedum coeliacis aut dysentericis eo pacto prodesse. Sic et Diosc. II. 81. de butyro, ὅθεν κοιλίας τε ἐκλύει πλέον ποθέν. Itaque frustra illi Plinii editores, vt fucum facerent, voculam *et* adiecerunt: quam MSS. codicum nullus repraesentat, non R. 1. 2. Colb. aliiue: quum etsi adesset illa, nihil tamen orationis perspicuitati obesset, aut veritati. Hard.

g. Coeliacis) Ob flauae bilis acrimoniam eo malo vexatis. Dal.

h. Cornus) Binûm cochlearium mensura potus, inquit Dioscor. II. 63. Marc. Emp. 27. p. 194. *Ceruini cornus*, inquit, *de ipsis radicibus, quae capiti haerent, scobes lima tenuissima factus, et ad drachmae mensuram cum vini austeri cyatho datus, sistet nimios ventris fluores, si vel triduo iugiter bibatur.* H.

i. Coagulum) Marc. Emp. 27. p. 194. H.

k. Item.) Sup. sect. H.

l. Equi) Totidem fere verbis Diosc. II. 85. Ἡ δὲ τοῦ

pellant, etiam si sanguinem detrahant, vel fimi cinis, dentiumque eiusdem tusorum farina, salutaris dicitur: et bubuli lactis decocti potus. Dysentericis addi mellis exiguum praecipiunt: et si tormina sint, cornus ceruini cinerem: aut fel taurinum cumino *n.* mixtum, et cucurbitae *o.* carnes vmbilico imponere. Caseus *p.* recens vaccinus immittitur *q.* ad vtrumque vitium. Item *r.* butyrum heminis quatuor, cum *s.* resinae terebinthinae sextante, aut cum malua decocta, aut rosaceo. Datur *t.* et seuum vitulinum, aut bubulum. Item *v.* medullae excoquuntur cum farina [1] ceraeque exiguo, et oleo, vt sorberi possint. Medulla et in pane subigitur. Lac *x.* caprinum ad dimidias partes

T 2

1. *sic ex Mss. H. et Ch. et cera exiguoque sale. Gr. et Alii.*

τοῦ ἵππου, ἱππάκη καλουμένη, *etc. H.*

m. Hippacen vocant) Auctori Hippace nunc herba, nunc coagulum, nunc caseus, magna leuitate, et inconstantia. Dal.

n. Cumino mistum) Cum flatus adsunt. Dal.

o. Cucurbitae carnes) Si exurens et mordax bilis descendit. Dal.

p. Caseus) Iisdem verbis Plin. Val. II. 33. Immitti hoc loco infundi clystere est, vt quidem videtur. Mandi iubet Marc. Emp. 27. p. 195. H.

q. Immittitur) Clystere.

r. Item) Aluum eo sisti ex Diosc. diximus superius c. 35. H.

s. Cum resinae therebinthinae sextante) Si vlcus tergendum est.

t. Datur) Marc. Emp. 27. p. 193. H.

v. Item) Marc. Emp. c. 27. p. 195 *Medulla vaccina cum farina tenui subacta, et velut excoctus panis cibatui data, mire dysentericos sanat. H.*

x. Lac) Marc. Emp. c. 27. p. 192. *Lac caprinum feruens, adiecto polentae quantum satis sit, quum fuerit quasi tenuis pulticula, dabis dysenterico bibendum.* At Plin. Val. II. 33. vel sic infundi clystere iubet. Hard.

tes decoctum. Si ſint et tormina, additur protropum. Torminibus *y.* ſatis eſſe remedii in leporis coagulo poto e vino tepido, vel ſemel, arbitrantur aliqui. Cautiores *z.* et ſanguine caprino cum farina hordeacea et reſina, ventrem illinunt. Ad *a.* omnes epiphoras ventris illini caſeum mollem ſuadent: veterem autem in *b.* [1] farina tritum coeliacis et dyſentericis dari, cyatho caſei in *c.* cyathis vini tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis. Iecur *d.* aſſum caprae coeliacis ſubuenit, magiſque etiam hirci, in vino auſtero decoctum potumque, vel ex oleo myrteo vmbilico impoſitum. Quidam decoquunt a tribus ſextariis aquae ad heminam, addita ruta. Vtuntur *e.* et liene aſſo caprae hirciue, et *f.* ſeuo hirci in pane qui cinere coctus ſit: [2] caprae *g.* a renibus maxi-

1. *farinam. V.* 2. *capro. V.*

y. Torminibus) Ad verbum Plin. Val. II. 22. H.

z. Cautiores) Haec totidem verbis Marc. Emp. c. 27. p. 194. Item Sext. Plat. c. 5. de capro et capra, t. 15. *Ad torminoſos.* H.

a. Ad) Plin. Val. II. 23. Marc. Emp. 27. p. 194. *Ad omnes epiphoras ventris caſeum vaccinum mollem calidum imponi oportet: quo tempore dyſentericis potiones ferro candenti calefactas dari conuenit.* H.

b. In) Sic libri omnes. Plin. Val. l. c. *in modum farinae*, vt plane *in farinam* legiſſe videatur. H.

c. In cyathis vini tribus) Noſtrum apographum, *In vini cibarii cyathis tribus.* Pint.

d. Iecur) Marc. Emp. c. 27. p. 192. H.

e. Vtuntur) Sext. Plat. c. 4. de caprea, t. 17. *Ad torminoſos: ſplen caprae potatum mire ſanat.* Eadem et in caprae liene vis, vt alibi diximus, quamquam imbecillior. H.

f. Et ſeuo hirci in pane qui cinere coctus ſit) Dictio *hirci*, non eſt in cod. Pint.

g. Caprae) Caprae ſeuo, inquit, quod maxime a renibus prodeſt. Marc. Emp. cap. 27. pag. 195. *Adipem caprinum de renibus ſublatum, miſce cum polentae furfuribus, atque adiice illic cumi-*

maxime, vt per se hauriatur [1] protinus *h.*: inque modice frigida sorberi iubent. Aliqui et in aqua decoctum seuum admixta polenta, et cumino, et *i.* [2] anetho, acetoque. Illinunt et ventrem coeliacis, fimo cum melle decocto. Vtuntur *k.* ad vtrumque vitium et coagulo hoedi in vino myrtite, magnitudine fabae poto: et *l.* sanguine eiusdem in cibum formato, quem *m.* [3] sanguiculum vocant. Infundunt *n.* dysentericis et glutinum taurinum aqua calida resolutum. Inflationes *o.* [4] discutit vitulinum fimum in vino decoctum. Intestinorum *p.* vitiis magnopere prodest coagulum ceruorum, decoctum cum lente betaque, atque in cibo sumptum.

1. *sic ex Mss. H. protinus lique Ch. leg. protinus aliqui. protinusque modice frigidam. Gr. et Al.* 2. *aneso. Ch. sic saepius scriptum pro aniso.* 3. *sanguinculum. Ch.* 4. *sic et M. inflationes autem discutit. Gr. et Alii.*

cuminum, et anethum, et acetum, aequis portionibus: atque ex aqua decoque, et colatum, sorbitionis more, dysenterico dato sumendum, etc. H.

h. Protinusque modice frigidam sorberi iubent) Acad. *protinusque huiusmodi frigidum.* Tres alii, *protinusque modi frigidum.* Antiquissimus et Chifl. *protinus lique* Vnde coniiciunt, *protinus aliqui.* Sed Vossianus etiam *frigida.* Scribe igitur: *vt per se hauriatur protinus, inque modicus frigida sorberi iubent.* Sic mox, *vti protinus hauriatur frigida aqua. Gron.*

i. Et) Sic R. 1. et Marc. Emp. In R. 2. et Ch. *aneso,* hoc est, *aniso.* H.

k. Vtuntur) Marc. Emp. ad verbum c. 27. pag. 193 H.

l. Et sanguine eiusdem, etc. Aqua calida elixo, deind in sartagine frixo. Allobrogibus *Sanchet. Dal.*

m. Quem) Sic etiam R. 1. In R. 2. et Ch. *sanguinculum* In Gallia *Boudin* vulgus appellat. H.

n. Infundunt) Ad verbum Plin. Val. II. 33. H.

o. Inflationes) Plin. Val. l. c. *Imponitur item inflationi fimus vitulinus in vino decoctus. H.*

p. Intestinorum) His cerui medullam opitulari ait Sext. Plat. c. 1. de ceruo, t. 19. Hard.

Leporis *q.* pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus, [1] decocti cum *r.* malua, exiguo sale addito. Si *s.* [2] et coagulum addatur, maioribus emolumentis fiat. Eadem *t.* vis est et in seuo caprino in sorbitione [3] aliqua, vti protinus hauriatur frigida aqua. Item feminum hoedi cinis rupta intestina sarcire mire traditur. Fimum *v.* leporis cum melle decoctum, et quotidie fabae magnitudine sumtum, ita *x.* vt [4] deploratos [5] sanauerint. Laudant *y.* et caprini capitis cum suis pilis decocti succum.

LIX. Tenesmos *z.*, id est, crebra et inanis voluntas [6] desurgendi *a.* tollitur poto lacte asinino: item

1. *sic ex Mss. H. V. et Ch. potus decoctus Gr. et Al.* 2. *si et coagulum etc. Ch. fiet. M.* 3. *aliqua vti, si protinus. M.* 4. *deplanatos. Ch.* 5. *sanauerit. V.* 6. *sic et M. anis voluntas desurgendi. Ch. egerendi. Gr. et Alii.*

q. Leporis) Plin. Val. II. 32. Marc. Emp. c. 27. pag. 196. *Pilos leporinos adiecto melle comprehendes, atque inde globulos paruos facies: hi singuli saepius degluttiti, intestina quamuis perniciose rupta, certa coniunctione connectunt.* H.

r. Cum) Plin. Val. l. c. cum melle et sale: forte mendose. H.

s. Si) Q. Serenus c. 32. p. 146. *Cum colus inuisum morbi genus intima carpit, Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt: Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.* H.

t. Eadem) Hoc medicamentum refert ad hydropicos Sext. Platon. c. 5. de capro et capra t. 17. H.

v. Fimum) Plin. Val. II. 32. H.

x. Ita) Quamuis perniciose ruptis intestinis, inquit Marc. Emp. c. 28. p. 202. H.

y. Laudant) Marc. Emp. c. 27. p. 196. H.

z. Tenesmos) Vel, vt alii scribunt, *Tenasmos*: Graecis Τεινεσμὸς et τηνεσμὸς, hoc est, vt Cels. ait, IV. 18. morbus in quo frequens desidendi cupiditas est. Vide N. et Em. N. XLIV. (hic pos.) *Tenesmos*) Hanc *desurgendi* vocem, quam Mss. omnes repraesentant R. 1. 2. Colb. 3. Ch. aliique, quum

item *b.* bubulo. [1] Taeniarum *c.* genera pellit ceruini cornus cinis potus. Quae *d.* in excrementis lupi diximus inueniri ossa, si terram non attigerint, colo medentur, adalligata brachio. Polea *e.* quoque supra dicta, magnopere prodest in sapa decocta. Item suilli fimi farina addito cumino in aqua rutae [2] decoctae. Cornus *f.* ceruini [3] teneri cinis,

T 4 cochleis

1. *Tinearum. Gr. et Alii.* 2. *decocto. V.* 3. *teneri, in M. d.*

quum quae vis ei subesset haud satis perciperent Plinii editores, eradendam duxere, atque *egerendi* verbum inseri satius fore, quod in hunc diem libri vulgati praeferunt. *Desurgere*, verbum est medicum, quo saepe Largus Scribonius vtitur, praesertim vero in definitione tenesmi quae Plinianae similis est ac plane par. *Est*, inquit, *irrita crebro desurgendi voluntas*, hoc est, secedendi, vt diximus in interpretatione. Graeci ἀφεδρεύειν dicunt. Cels. IV. 15. *frequentem deiiciendi cupiditatem*: *desidendi*, c. 18. Hinc apud Marc. Emp. 27. p. 187. *coeliaci propter frequentes desurrectiones viribus defecti.* Item Scribonius, proxime antea laudatus, c. 38. cui titulus est, *Ad prolapsionem, et libidinem nimiam desurgendi extremi intestini.* Comp. 142. *Tenesmos est irritatio vltimae partis directi intestini, in quo vltimo saepius libet desurgere sine causa.* Non sic tamen intelligendus Horat. II. Sat. 2. v. 76. *Vides vt pallidus omnis Coena desurgat dubia.* Sed *desurgat* ibi dictum, pro *de coena surgat.* H.

a. Desurgendi) Secedendi ad exonerandam aluum. H.

b. Item) Plin. Val. II. 24. et Marc. Emp. 29. p. 203. H.

c. Taeniarum) Ita Mss. non *tinearum.* Sunt autem taeniae, tineaeue, ventris lumbrici, quorum alii lati, qui peiores sunt, alii teretes ac rotundi. Vide Cels. IV. 17. Sextum Plat. I. de ceruo. n. 8. *Ceruinum cornu combustum datum in vino, vel aqua calida, lumbricos necat et eiicit.* Sic et Plin. Val. II. 21. Scrib. Larg. comp. 122. Marc. Emp. c. 28. p. 200. Q. Seren. c. 31. de lumbricis et tineis purgandis, p. 145. *Ergo cinis cornu ceruini proderit haustus.* H.

d. Quae) Nempe s. 49. Haec totidem verbis Marc. Emp. 29. p. 202. H.

e. Polea) S. 58. H.

cochleis Africanis cum testa sua tusis mixtus, in vini potione.

LX. (XV.) Vesicae *g.* calculorumque cruciatibus auxiliatur vrina apri, et ipsa vesica pro cibo sumpta: Efficacius *h.*, si prius [1] fumo maceretur vtrumque. [2] Vesicam *i.* elixam mandi oportet: et a muliere, feminae suis. Inueniuntur et in iocineribus eorum lapilli, aut [3] duritie lapillis similes, candidi sicuti in vulgari sue: quibus contritis atque potis in vino, pelli calculos aiunt. Ipsi *k.* apro tam

1. *fimo.* Ch. 2. *Vesicam feminae suis elixatione emollitam mandi oportet. Inueniuntur.* V. 3. *duritiae lap. sim. candidae.* M.

f. Cornus) Plin. Val. II. 18. *Cornus ceruini teneri cinis cum cochleis Africanis, cum testis suis tusis mixtus, datus in potione vini, facit optime ad colum.* Tenerum cornu vocat, quod vt ait Marc. c. 27. p. 194. de ipsis radicibus sumitur quae capiti haerent. H.

g. Vesicae) Marc. Emp. iisdem verbis, 26. p. 180. H.

h. Efficacius) Vide N. et Em. N. XLV. (hic pos.) *Efficacius*) Sic libri omnes, At in Ch. *si prius fimo.* Inepte: Nam Marc. Emp. Plinium sequutus c. 26. p. 180. *Verris siluatici,* inquit, *lotium cum sua vesica, in fumo suspensum et asseruatum, stranguriosis cum potione mixtum, potui datum efficacissime prodest.* Et Sext. Plat. 7. de apro t. 9. *ad stranguriam et vesicae dolorem: Vesica apri cum lotio infuso, si suspensa et passa fuerit,* (solem nimirum, ventosque, aut fumum) *donec aquaticus humor effluat, et discoctam dederis manducare iis, qui patiuntur, mire sanantur.* H.

i. Vesicam) Apri scilicet maris a viro, feminae a muliere mandi suadet. Plin. Val. II. 39. *Vesicae et calculo purgando: Vesica apri in cibo elixa sumitur.* Apertius vero Marc. Emp. 26. pag. 183. *Vesica apri recte aduersum vesicae dolores in cibo sumitur: ita vt mulier feminae, vir masculi sumat.* H.

k. Ipsi apro tam grauis sua vrina est, vt nisi egesta fugae non sufficiat) In vetusto exemplari superfluit verbum *sua*: *effugere,* legitur, non *fugae.* Pint.

Ipsi) Diximus ea de re supra VIII. 77. H.

tam grauis sua vrina est, vt nisi egesta, fugae non sufficiat, ac velut [1] deuinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis *l.* renes inueterati, [2] in vino poti, calculos pellunt. In *m.* perna suum [3] articulos esse diximus, [4] quorum decoctum ius facit vrinae vtile. [5] Asini *n.* renes inueterati, tritique, et in vino mero dati, vesicae medentur. Calculos expellunt lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus XL. Prodest *o.* et vngulae equinae cinis, in vino, aut aqua. Item *p.* fimum caprarum in mulso; efficacius siluestrium. Pili *q.* quoque caprini cinis. Verendorum *r.* carbunculis, cerebrum apri vel suis, sanguisque. Vitia *f.* vero, quae in

T 5

1. *defunctus. M.* 2. *in vini potu. Cb.* 3. *Sic ex Mss. H. M. et Cb. suis Gr. et Al.* 4. *qui decocti ius faciunt. M.* 5. *Sic ex Mss. H. et Cb. asinini Gr.*

l. Leporis) Totidem verbis ac syllabis Plin. Val. II. 39. In Sole coctos derasosque in potione dari Sext. Plat. iubet, c. 2. de lepore t. 10. Ad calculosos. H.

m. In) S. 49. *Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quae coxendices vertuntur.* H.

n. Asinini) Marc. Emp. c. 26. pag. 180. H.

o. Prodest) Plin. Val. II. 39. et Marc. Emp. 26. pag. 181. H.

p. Item) Marc. Emp. 26. pag. 177. H.

q. Pili) Marc. Emp. c. 26. pag. 180. H.

r. Verendorum) Sext. Platon. 7. de apro, t. 2. *Ad carbunculos et dolores veretri: Apri cerebrum coctum, contritum ex melle, et impositum, mire sanat.* H.

f. Vitia) Arrhenicon, siue arsenicum, auripigmentum est, de quo dicemus XXXIV. 56. Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic adi.) *Vitia*) Sic libri fere omnes editi, cum Mss. R. 1. 2. Colb. 3. ceterisque. Editio Parm. *cum charta Armeniaca*: codex Ch. *carteti Armenico*. Vtrobique mendum. His nos neglectis sinceram priorum exemplarium non modo retinemus, sed etiam Marcelli Empirici suffragio defendimus, apud quem hoc medicamentum totidem fere verbis exstat, c. 33. p. 227. *Mirifice*, inquit, *hoc medicamentum purgat hulcera quaelibet, etiamsi cancer tentauerit. Est autem*

in eadem parte ſerpunt, iecur eorum combuſtum, maxime iuniperi ligno, cum [1] charta et arrhenico ſanat: fimi cinis: fel *t.* bubulum cum alumine Aegyptio ac [2] myrrha ad craſſitudinem mellis ſubactum: inſuper beta ex vino cocta impoſita: [3] caro *v.* quoque. Manantia vero hulcera, ſeuum cum medulla vituli in vino decoctum, [4] fel *x.* caprinum cum

1. *charta Armeniaca ſanat. V. carteti armenico. Ch.*
2. *murra. Ch. ſic ſaepe pro myrrha. muria Gr. et Al.*
3. *caroque. Ch.* 4. *vel capr. Gr. et Al.*

autem lene. Conficitur ſic. Auripigmenti denarios VI. Aeris ſquamae X. tres Elaterii X. I. Chartae combuſtae cineris X. III. Ex his tritis quum opus, cochlearia tria roſae cyatho permiſcentur, et linteola carpta in eo tinguntur, atque ita hulceri ſuperponuntur. Hoc medicamentum cito et ſine vllo morſu expurgat ſordidiſſima hulcera, ac ſanat. H.

t. Fel) Vide N. et Emend. N. XLVII. (hic coll.) *Fel.)* Ita reſcripſimus ope cod. R. 2. in quo *myrrha* diſerte legitur: in R. 1. et Ch. *ac murra*, vetuſto more, pro myrrha. In libris hactenus editis, *at muria*, peruerſe. Plin. Val. II. 41. Ad verendorum vitia: *Fel item bubulum*, inquit, *cum alumine Aegyptio ad craſſitudinem mellis ſubactum illinitur*, etc. Marc. Emp. 33. pag. 230. *Permixto alumine et myrrha, fel bubulum ad craſſitudinem mellis, ſubactum, et illitum, ea quae veretris ſerpunt, mira celeritate perſanat: ſupra etiam beta vino recte imponitur.* Habdarrhamanus Aegyptius c. 6. fel bubulum per ſe adſciſcit ad virilium hulcera, nihil praeterea adiicit. H.

v. Caro quoque) Bouis, ex vino cocta et impoſita. D.

Caro) Bubula videlicet, aut vaccina. Marc. Emp. 33. p. 229. *Caro vaccina recens veretro impoſita, hulcera eius et epiphoras mire ſanat*, etc. H.

x. Vel caprinum cum melle rubique ſucco) Fel in apographo noſtro, non *vel.* Pint.

Fel caprinum) Vide N. et Em. N. XLVIII. (hic adi.) *Fel)* Sic R. 2. codex et quem Pintianus vidit: non vt hactenus editi, *vel caprinum*, quaſi ſeuum ſubintelligi hic quoque ex antecedentibus oporteat. Confirmat Q. Seren. c. 37. *de obſcenis medendis*, p. 149. *Obſcenos ſi pone locos noua vulnera carpent, Horrentum manſa curantur fronde ruborum.* Et paulo ante: *Languidus antiquo purgatur penis*

cum melle rubique succo: vel si serpant, fimum *y.* etiam prodesse cum melle dicunt, aut cum aceto, et per se butyrum. Testium *z.* tumor seuo vituli, addito nitro cohibetur: vel fimo eiusdem ex aceto decocto. Vrinae *a.* incontinentiam cohibet vesica aprina, si assa mandatur. Vngularum *b.* apri vel suis cinis potioni inspersus. Vesica feminae suis combusta ac pota: Item *c.* hoedi, vel pulmo: Cerebrum

nis Iaccho, Ac super illinitur fecundae felle capellae. Et Marc. Emp. 33. p. 229. *Fel caprinum*, inquit, *cum melle, veretri doloribus, hulceribusque illitum prodest.* H.

y. Fimum etiam prodesse cum melle dicunt) Vox vltima non est in optimo, et suspicor inculcatam ab aliquo, qui parum meminisset passim Plinio *fimum* dici neutro genere, cum et ex *prode*, cum superposita virgula liceret ei facere tam *prodesse* quam prodest. Sed Plinii fuerat: *fimum etiam prodest cum melle aut cum aceto.* Sic cap. 17. *Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est.* Gr.

z. Testium tumor cum seuo vituli addito nitro cohibetur) Voss. expungit τὸ *cum*: et eo non aegre caret oratio. In quatuor aliis deest vox *tumor*, latens scilicet in praepositione. Gron.

Testium) Marc. Emp. 33. p. 228. Adeps vituli, et nitri modicum, vna permixta, et ceroti modo imposita testiculis, tumores omnes et dolores persanare dicuntur. H.

a. Vrinae) Sext. Plat. 7. de apro, t. 10. *Ad vrinae incontinentiam: Vesicam apri assatam da ad manducandum, et curantur.* Idem de verrina vesica Marc. Emp. prodidit 26. p. 184. H.

b. Vngularum) Diosc. Εὐπορ. II. 101. Τοὺς δὲ ἐνοροῦντας ἰᾶσθαι δεῖ... καπρείας ὁπλῆς... κοχλιάριον μετὰ μελικράτου, τὸ αὐτό. Sic etiam Plin. Val. II. 40. At Marc. Emp. parum sibi constans, modo dysuriae, modo vrinae incontinentiae hoc medicamentum assignat. Nam. c. 26. p. 181. *Vngularum aprugnarum*, inquit, *exustarum cinis potioni inspersus, plurimum vrinae difficultates iuuat.* At. p. 184. *Vngues aprugni*, ait, *exusti, tritique, in potione sumti efficaciter submeiulis prosunt.* H.

c. Item) Caprae vesicam Marc. Emp. anteponit. *Qui vrinam tenere non poterit*, inquit ille c. 26. pag. 185. *caprae vesicam comburat, et cinerem*

rebrum *d.* leporis in vino. Eiusdem *e.* testiculi tosti, vel coagulum cum anserino adipe in polenta: Renes asinini in mero triti potique. Magi *f.* verrini genitalis cinere poto ex vino dulci [1] demonstrant vrinam facere in canis cubili, ac verba adiicere, ne ipse vrinam faciat, vt canis, in suo cubili. Rursus ciet vrinam vesica suis, si terram non attigerit, imposita pubi.

LXI. Sedis vitiis praeclare prodest fel vrsinum cum adipe. Quidam adiiciunt spumam argenti ac thus. Prodest *g.* et butyrum cum adipe anserino ac rosaceo. Modum *h.* [2] ipsae res statuunt, vt sint [3] illitu faciles. Praeclare *i.* medetur et taurinum fel, in *k.* linteolis [4] concerptis: rimasque perducit ad

1. *deinde monstrant.* M. 2. *ipsum.* Cb. 3. *illitus.* M. 4. *Sic et V. et Cb.* μοτοῖς τιλτοῖς. *conceptis Gr. et Al.*

cinerem eius ex aqua cum vini potione bibet. H.

d. Cerebrum) Plin. Val. II. 40. et Marc. Emp. c. 26. p. 184. H.

e. Eiusdem) Auctores proxime laudati. H.

f. Magi) Marc. Emp. c. 26. p. 185. *Verrini genitalis vsti cinerem bibere debent ex vino, qui vrinam continere non possunt. In cubili canis vrinam faciat, qui vrinam non potest continere: dicatque dum facit, Ne in cubili suo vrinam, vt canis, faciat.* Eadem habet et Plin. Val. II. 40. H.

g. Prodest et butyrum) Ad tumores, mariscas, et condylomata. Dal.

Prodest) Marc. Emp. c. 31. p. 222. *Butyrum et adeps anserina, et oleum rosaceum, permixta, pulcherrime prosunt ani vitiis.* H.

h. Modum ipsae res statuunt) Crassitudinem, et vt vulgo aiunt, consistentiam. Dal.

Modum) Mensuram rerum singularum: eam enim crassitudinem tantum desiderant, vt possint esse illitu faciles. H.

i. Praeclare) Diosc. II. 96. Ἀποθεραπεύει τε τὰ ἐν δακτυλίῳ μέχρις οὐλῆς. *Sedis hulcera persanat, et ad cicatricem perducit.* H.

k. In) Ita recte R. 1. 2. Colb. Ch. non, vt fere editi, *conceptis.* Linteola carpta dixit Marc. Emp. 33. pag. 227. H.

ad cicatricem. Inflationibus *l.* in ea parte, feuum vituli, maxime ab inguinibus cum ruta: ceteris *m.* vitiis medetur fanguis caprinus cum polenta. Item *n.* fel caprinum condylomatis per fe. Item fel lupinum ex vino. Panos *o.* et apoftemata in quacumque parte fanguis vrfinus difcutit: item *p.* taurinus aridus tritus. Praecipuum tamen remedium traditur in calculo onagri: quem [1] dicitur, quum interficiatur, [2] reddere vrina *q.*, liquidiorem initio, fed in terra fpiffantem fe. Hic adalligatus femini, omnes *r.* impetus difcutit, omnique fuppuratione liberat. Eft autem rarus inuentu, nec ex omni onagro, fed celebri remedio. Prodeft et vrina afini cum melanthio. Et *f.* vngulae equinae cinis cum oleo et aqua illitus. Sanguis *t.* equi, praecipue admiffarii: et fanguis bubulus: item fel. Caro quoque eofdem effectus habet calida impofita: et vngulae cinis ex aqua aut melle: vrina caprarum: [3] hircorum quoque carnes in aqua decoctae: aut *v.* fimum ex his cum melle decoctum: verri-

1. *dicunt. M.* 2. *reddere vrinam. V. reddere cum vrina. V. Alii.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. hircorumque — fel vrfinum, fiue verrinum. Gr. et Al.*

l. Inflationibus) In fede, in ano. H.

m. Ceteris) Marc. Emp. 31. p. 222. *Sanguis caprinus cum polenta impofitus, qui vitium omne perfanat.* H.

n. Item) Marc. Emp. l. c. H.

o. Panos) Plin. Val. III. 27. H.

p. Item taur.) Diofc. II. 97. vbi taurinum fanguinem cum polenta impofitum, duritias difcutere et emollire ait. H.

q. Vrina) Cum vrina. H.

r. Impetus difcutit) Humorum collectiones, a quibus pani fiunt. Dal.

Omnes) Epiphoras. Vide quae de hac voce diximus XX. 97. H.

f. Et) Marc. Emp. 32. p. 226. et Plin. Val. III. 27. H.

t. Sanguis) Iidem auctores proxime laudati. H.

v. Aut) Ex hircis. Sic etiam Plin. Val. l. c. et Marc. Emp. 32. p. 224. H.

verrinum fel *x.*: vrina *y.* suum in lana [1] imposita. Femina *z.* atteri adurique equitatu notum est. Vtilissimum *a.* est ad omnes inde causas, spumam equi ex ore, [2] inguinibus illinire. Inguina *b.* et ex hulcerum causa intumescunt. Remedio sunt equi setae [3] tres totidem nodis alligatae intra hulcus.

LXII. (XVI.) Podagris *c.* [4] medetur vrsinus adeps, taurinumque seuum pari pondere et cerae. Addunt quidam [5] hypocisthida et gallam. Alii *d.* hircinum praeferunt seuum cum *e.* fimo caprae, et croco, [6] sinapiue, vel caulibus ederae tritis, ac perdicio, vel flore cucumeris siluestris. Item *f.* bouis fimum

1. *posita.* Cb. 2. *Sic ex Mss. H. et V. inguinibusque Gr. et Alii.* 3. *tres, et cestos berba totidem.* V. 4. *Podagra.* Cb. *leg. podagrae.* 5. *hypocisthiden.* Cb. 6. *et sinapi cum caulibus.* V.

x. Fel vrsinum siue verrinum) *Fel verrinum,* in vetere codice, cetera redundant. Pint.

y. Vrina) Marc. Emp. 32. p. 226. H.

z. Femina atteri) Intertriginem vitium appellant, τὸ τρίμμα. Dal.

Femina) Intertriginem id vitium Latini appellant. H.

a. Vtilissimum) Vide N. et Em. N. XLIX. (hic pos.)

Vtilissimum) In libris ad hunc diem editis, *ex ore, inguinibusque.* At quis spumam equi, quaeso, vidit ex inguinibus? Feminibus attritis inguinibusque illini, sententia eius loci est. Plin. Val. II. 43. *Si autem ex equitatu,* inquit, *femina vexata sunt, spuma equi ex ore, feminibus illinitur, et inguinibus imponitur.* Breuius Marc. Emp. c. 32. pag. 225. *Si ab equitando vexata fuerint inguina, aut intertrigines dolebunt, spuma equi fricentur, statim remediabuntur.* H.

b. Inguina et ex hulcerum) Inguina bubone occupantur ex hulcerum causa, quae in pudendis, pedum digitis, malleolis fiunt. Dal.

c. Podagris) Totidem verbis Plin. Val. III. 14. et Marc. Emp. 36. p. 250. H.

d. Alii) Sic et Diosc. II. 94. et Marc. Emp. 36. pag. 244. H.

e. Cum) Diosc. II. 98. H.

f. Item) Marc. Emp. 36. pag. 242. Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellensi, c. 6. p. 47. *Vaccae*

fimum cum aceti faece. Magnificant *g.* et vituli, qui nondum herbam gustauerit, fimum: aut per se sanguinem tauri: vulpem *gg.* decoctam viuam, donec ossa tantum restent: lupumue viuum oleo cerati *h.* modo incoctum: seuum hircinum, cum helxines parte aequa, sinapis tertia: fimi *i.* caprini cinerem cum axungia. Quin *k.* et ischiadicos vri [1] sub pollicibus pedum eo fimo feruente, vtilissime tradunt. Articulorumque *l.* vitiis fel vrsinum vtilissimum esse, et leporis pedes adalligatos. *m.* Podagras

1. *super. Antylus apud Aetium.*

cae stercus contusum et commixtum cinere, ac oleo subactum, obducatur podagrae, curabit illam. H.

g. Magnificant) Habdarrhamanus c. 6. pag. 48. *Si stercore vitulae, statim atque nascitur, et quae nihil aliud comederit, praeter lac maternum, oblinies pedes laborantis podagra, non mediocrem percipiet vtilitatem: Curat adhuc omnes pedum dolores.* H.

gg. Vulpem) Sext. Plat. c. 9. de vulpe: t. 12. *Ad morbum articulorum: Vulpis viua in amplo vase decocta, donec ossa relinquat, mire sanat, si saepius in aquam in vase quis descenderit, etc.* Marc. Emp. 36. pag. 250. *Vulpem ex aqua coquito, donec mollescat, et ex aqua percolata pedes assidue foueto: quo facto doloribus facile careri hoc remedio quidam frequenter experti sunt.* H.

h. Cerati modo incoctum) Donec ad cerati crassitudinem oleum reducatur. Dal.

i. Fimi caprini cinerem cum axungia, Quin et Ischiadicos, etc.) In archetypo nostro, *fimi caprini cinerem cum axungia equina. Ischiadicos, etc* Pint.

Fimi) Plin. Val. XIII. 14. H.

k. Quin) Meminit huius moris Anthyllus, apud Aet. serm. 12. c. 3. p. 207. *Nos,* inquit, *etiam huiuscemodi vrendi modo vtimur: Stercus caprinum siccum feruefacimus, coque ventrem magni digiti affecti pedis perurimus, paulo infra vnguem vsque ad os ipsum vstione penetrante. Haec ipsa vstio extremas coxendicum affectiones, et quae nulli alii praesidio cedunt, dissoluit* H.

l. Articulorum) Marc. Em. 34. pag. 234. Plin. Val. III. 15. H.

gras *n.* [1] quidem mitigari pede leporis viuentis abſciſſo, ſi quis ſecum aſſidue habeat. Perniones *o.* vrſinus adeps, rimaſque pedum omnes ſarcit: efficacius *p.* alumine addito: ſeuum caprinum: dentium equi farina: [2] aprinum vel ſuillum fel: cum *q.* adipe pulmo *r.* impoſitus: [3] etſi ſubtriti *ſ.* ſint contuſiue offenſatione: ſi vero aduſti frigore, leporini pili cinis. Eiuſdem *t.* pulmo contuſis diſſectus, aut pulmonis cinis. Sole aduſta, ſeuo aſinino aptiſſime curantur: item bubulo cum roſaceo. Clauos *v.* et rimas callique vitia, fimum apri vel ſuis recens illitum, ac tertio die ſolutum ſanat: talorum cinis, pulmo aprinus, aut ſuillus, aut *x.* ceruinus.

1. Sic ex Mss. H. et Ch. quidam Gr. et Al. 2. *aprunum. Ch. et ſic fere ſemper.* 3. *Sic ex Mss. H. et ſi diuiſim Gr. et Al.*

m. Adalligatos) Quidam ratione fortaſſis eadem, ſomno conciliando, aegrorum pileo adnectunt. Dal.

n. Podagras) Marc. Emp. 36. p. 246. H.

o. Perniones) Dioſc. II. 94. et Marc. Emp. 34. p. 236. ad verbum. Pro vrſino anſerinum adhibet Plin. Val. II. 51. H.

p. Efficacius) Idem Marc. l. c. H.

q. Cum) Aprinus videlicet. Sext. Plat. c. 7. de apro 4. *Ad pedes exhulceratos a calciamentis: Apri pulmonem cum melle commixtum, vt malagma ſuperpone pedibus, a calciamentis laeſis et exhulceratis, ſanabuntur.* H.

r. Pulmo impoſitus) Pulmo ſuis recens euulſus, et adhuc calens. Dal.

ſ. Si ſubtriti ſint contuſiue) Si perniones ex attritu aut contuſione geniti ſint. Dal.

t. Eiuſdem) Marc. Emp. 34. p. 232. H.

v. Clauos) Plin. Val. II. 52. et Marc. Emp. 34. pag. 233. ad verbum. H.

x. Aut) Huc pertinet quod habet Marc. Emp. 34. p. 232. in morbo fere ſimili: *Pulmo ceruinus,* inquit, *impoſitus, et ſaepe renouatus, ex calceamento laeſos pedes ſine dolore perſanat.* Suillo, agnino, vrſino, attritus a calceamentis contractos ab inflammatione defendi auctor eſt Dioſc. II. 40. H.

uinus. [1] Attritus calceamentorum, vrina *y.* asini cum luto suo illita. Clauos *z.* seuum bubulum cum thuris polline. Perniones *a.* vero corium combustum: [2] melius si ex vetere calceamento: iniurias *b.* e calceatu, ex oleo corii caprini cinis. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis, cum lilii bulbis [3] decoctus, addito melle modico: itemque omnia inflammata, [4] et suppurationes *c.* Sed *d.* podagricis prodest et articulariis morbis, e maribus praecipue vitulis. Articulorum attritis, fel aprorum vel suum, linteo calefacto impositum: vitulique qui nondum herbam gustauerit, fimum: item *e.* caprinum cum melle in aceto decoctum. Vngues scabros seuum vituli emendat: item *f.* caprinum admixta

1. *Attritum. Ch.* 2. *melius ex. Gr. et Al.* 3. *decoctis. Ch.* 4. *Sic ex Mss. H. et suppurationes, et podagricis, etc. Ch. interiecta non habet. et suppurationes minantia. Eadem res et podagricis Gr. et Al.*

y. Vrina asini cum luto suo illita) Quod meiendo rigauerit et perfuderit. Dal.

Cum) Quod nempe ille meiendo perfuderit. H.

z. Clauos) Plin. Val. II. 52. H.

a. Perniones) Et attritus etiam calciamentorum, teste Oribasio de virt. simpl. II. pag. 62. ex Graeco MS. Δέρματα παλαιὰ ἀπὸ τῶν καττυμάτων καυθέντα, πρὸς τὰ ἐκ τῶν ὑποδημάτων ἕλκη, παυσαμένης τῆς φλεγμονῆς, ὠφελεῖ. *Coria vetera e vetustis soleis, vsta, ad hulcera e calceatu facta, sedata inflammatione prosunt.* Oribasio praeiuit Diosc. II. 51. H.

b. Iniurias) Marc. Emp. 34. p. 232. H.

c. Suppurationes minantia) In abscessum vergentia. D.

d. Sed) Idem Marcellus, 34. p. 234. et Plin. Val. III. 15. H.

e. Item) Sext. Plat. 5. de capro et capra, t. 23. *Ad morbum articulorum: stercus caprae cum acerrimo aceto mixtum sanat.* H.

f. Item capr.) Sext. Plat. c. 5. de capro et capra t. 16. *Ad vngues leprosos: Ex sebo caprino admixta sandaraca cerotum superpositum sine tormento sanat.* H.

admixta sandaracha. Verrucas *g.* vero aufert vituli fimi cinis ex aceto: asini *h.* [1] vrinae lutum.

LXIII. Comitiali *i.* morbo testes vrsinos edisse prodest, vel *k.* aprinos bibisse ex lacte equino aut ex aqua: item *l.* aprinam vrinam ex aceto mulso: [2] efficacius, quae [3] inaruerit [4] in vesica sua. Dantur *m.* et suum testiculi inueterati tritique in suis lacte, praecedente vini abstinentia, et sequente continuis diebus. Dantur et leporis sale custoditi pulmones, cum thuris tertia parte, in vino albo, per dies xxx. Item coagula eiusdem. Asini *n.* cerebrum

1. *vrina elutus. M.* 2. *efficacior.* V. 3. *inoruerit. Ch.* 4. *cum. M.*

g. *Verrucas*) Plin. Val. III. 42. H.

h. Asini) Plin. Val. l. c. Marc. Emp. 34. pag. 233. *Vrina muli, vel mulae, vel asini, cum luto illita, et clauos abolet, et callis medetur.* Hanc vim et vrinae canis cum suo luto assignat Q. Seren. c. 65. de verrucis tollendis, pag. 164. et idem Marc. Emp. c. 34. p. 234. H.

i. Comitiali) Ἐπιληψίαν Graeci et ἱερὰν νόσον, Latini sonticum, et comitialem, et sacrum morbum vocant. Testes aprinos ei morbo opitulari scribit et Plin. Val. II. 58. H.

k. Vel) Idem Plin. Val. l. c. Sext. Plat. c. 7. de apro t. 7. ad caducos; *Testiculos apri ex vino vel aqua potato, et curaberis.* H.

l. Item) Sext. Plat. l. c. c. 11. *Ad caducos. Lotium apri cum oxymelite bibat, et remedium capiet.* H.

m. Dantur) Quod de pulmone leporino Plinius, illud ipsum Sext. Plat. de corde prodit, c. 2. de lepore, t. 6. *Ad caducos. Leporis cor siccum derasum cum parte tertia thuris mannae,* (hoc est, micarum thuris) *trita ex vino albo da bibere per dies septem, liberat. His vero qui saepius cadunt, dabis diebus* 30. H.

n. Asini cerebrum ex aqua mulsa infumatum prius in foliis) Hermolaus, *in foliis.* Pintiani liber, *in fulti semuncia.* Fortasse: *infumatum prius, in pulte, semuncia per dies.* Sic cap. sequenti: *Caprae seuo in pulte alicacea et phthisin et tussim sanari.* Gr.

Asini) Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellensi, c. 5. p. 23. *Cerebrum*

brum ex aqua mulſa, infumatum prius in *o.* [1] foliis, ſemuncia *p.* per dies: vel *q.* vngularum eius cinis cochlearibus binis toto menſe potus. Item teſtes ſale aſſeruati et [2] inſperſi potioni, in aſinarum maxime lacte, vel ex aqua. Membrana partus earum, praecipue ſi marem pepererint, [3] olfactata [4] accedente morbo comitialium reſiſtit. Sunt *r.* qui e mare nigroque cor edendum cum pane ſub dio prima aut ſecunda Luna praecipiant. Alii carnem, aliqui ſanguinem aceto dilutum, per dies XL. bibendum. Quidam vrinam equi aquae [5] ferrariae ex officinis miſcent, eademque potione et lymphaticis medentur. Comitialibus *s.* datur et lactis equini potus, lichenque *t.* in aceto mulſo bibendus. Dantur *v.* et carnes caprinae in rogo hominis toſtae, vt volunt Magi. Seuum earum cum felle taurino pari pondere decoctum, et in folliculo fellis reconditum, ita ne terram attingat, potum

1. *foliis.* V. 2 *ſic ex Mss. H. V. et Ch. adſperſi.* *Gr. et Alii.* 3. *olefacta Ch.* 4. *accedenti morbo comitiali. V.* 5. *ferratae. Ch.*

brum aſini propinabis epileptico, vel mente capto, ex aceto: curabitur. H.

o. In) Sic R. I. aliique cum editis. In foliis braſſicae: vt ſupra ſ. 56. Vide N. et Em. N. XXXVIII. ſupra. H.

p. Semuncia) Forte *per dies V. vel*: accepta quinarii nota ex vocula ſequenti *vel*: ſic enim ſuperius, per dies 30. H.

q. Vel) Dioſc. II. 44. totidem verbis. H.

r. Sunt) Aſino nempe. Cael. Aurel. Chron. I. 4. de epilepſia: *Dant et tunc mandenda corda hominum, atque equorum, quorum crura quaſi impetigines habent, ſiue aſinorum, vel mulorum. H.*

s. Lymphaticis medentur) Per interualla furentibus, et inſanientibus. Dalec.

t. Lichenque) Dioſc. II. 45. de lichenibus equorum: Ποθέντες λεῖοι μετ' ὄξους, ἐπιληψίας ἰϛοϱοῦνται θεϱαπεύειν. Quid lichen ſit, ex eodem Dioſc. diximus ſ. 49. Hard.

v. Dantur) Sext. Plat. c. 5. de capro et capra t. 3. *Ad ca-*

tum vero [1] ex aqua ſub limine. Morbum *x.* ipſum deprehendit caprini cornus vel ceruini vſti nidor. Sideratis *y.* vrina pulli aſinini nardo [2] admixto perunctione prodeſſe dicitur.

LXIV. Regio *z.* morbo cornus ceruini cinis: ſanguis *a.* aſinini pulli ex vino. Item *b.* fimum aſinini pulli, quod *c.* primum edidit a partu, datum fabae magnitudine e vino medetur intra diem tertium. Eadem *d.* et ex equino pullo ſimiliterque vis eſt.

LXV Fractis oſſibus praeſentaneus maxillarum apri cinis vel ſuis. Item *e.* lardum elixum atque circumligatum mira celeritate ſolidat. Coſtis

1. *ſic ex Mss. H. et Cb. recte ſine lumine. V. ſub limine ex aqua Gr. et Al.* 2. *admixta. V.*

calculos: plane totidem verbis, vt et Plin. Val. II. 58. Carnes caprinas ſine ea exceptione de rogo hominis in epilepticorum cibatu commendat pariter Theod. Priſc. IV. H.

x. Morbum) Dioſc. Εὐπ. I. 21. Sext. Plat. l. c. *At ſi caducus vere caducus eſt, caprinum cornu aduſtum naribus ſi ſumſerit, mox cadet.* Nempe quae male olent, faciunt vt comitialis aeſtuet et cadat. H.

y. Sideratis) Iis qui ex paraplexia dimidium corpus reſolutum habent. Dal.

Sideratis) Totidem plane verbis Plin. Valer. III. 16. H.

z. Regio) Dioſc. II. 63. et Sext. Platon. c. 1. de ceruo nro. 4. H.

a. Sanguis aſinini pulli) *Sanguis aſini*, in vetere codice: cetera redundant. P.

Sanguis) Sic R. 1. et editi. In R. 2. *Sanguis aſini ex vino* tantum. *H.*

b. Item) Illud nimirum quod poleam appellari dictum eſt ſuperius ſ. 57. Haec plane ad verbum tranſſcripſit Plin. Val. II. 59. H.

c. Quod primum edidit a partu) Πωλεῖον Ariſtoteles vocat: πωλείαν alii ἀπὸ τοῦ πώλου, poleam. Stercoris in variis animalibus diuerſa nomina vide apud Rhodig. cap. vlt. lib. X. Dalec.

d. Eadem) Plin. Val. l. c. H.

e. Item lardum) Ad verbum Plin. Val. III. 48. H.

ſtis quidem *f.* fractis laudatur vnice caprinum fimum ex vino vetere; aperit, extrahit, perſanat.

LXVI. Febres *g.* arcet ceruorum caro, vt diximus. Eas *h.* [1] quidem quae certo dierum numero redeunt, oculus lupi dexter ſalſus adalligatuſque, ſi credimus Magis. Eſt *i.* genus febrium, quod

1. *vero. Ch.*

f. Coſtis) Haec rurſum totidem verbis Plin. Val. II. 35. et III. 48. H.

g. Febres) L. VIII. 50. Atque huc alluſiſſe Martialem obiter illic indicauimus, quum facete luderet *in lenonem vxoris ſuae*: *Vis ſine febre mori*: quum eum innueret velle ceruorum ritu viuere ac mori, qui et cornua geſtitant, et febri carent. Neque enim heri primum iſtam aut hodie receptam eſſe vulgatamque paroemiam ex Artemidoro liquet Onirocr. II. 12. apud quem deſtinato cuidam proco, et ex ariete qui inſidebat delapſo futurae mox coniugis adulterium portendi nonnemo his verbis auguratur: ὅτι γυνή σου πορνεύει, καὶ τὸ λεγομένον, κέρατα αὐτῷ ποιήσει. *Quod vxor tua moechabitur, et (quod vulgo dici ſolet) cornua tibi faciet.* Feſtiue vſus eſt eo vulgi ioco, qui nummos cudit olim honori Gallieni Auguſti, et Saloninae Auguſtae coniugis. Nam iſte quidem apud Oconem inſcribitur, pag. 474. CORNELIA SALONINA AVG. .)(. IVNONI CONS. AVG. *Iunoni Conſeruatrici Auguſtae.* Ille apud P. Chamillart, GALLIENVS AVG. .)(. IVNONI CONS. AVG. *Iunoni Conſeruatrici Auguſti.* Habet vterque nummus in auerſa area effigiem cerui. Eſt autem Iuno, vt in apologia Homeri diximus, Fides coniugalis. Haec igitur *Conſeruatrix Auguſtae* dicitur eſſe, ne maritum faciat ceruum: eademque *Conſeruatrix Auguſti*, ne ceruus ſit. H.

h. Eas) Sext. Plat. c. 8. de lupo, tit. 4. *Ad quotidianas febres*: *Oculus dexter lupi alligatus febres diſcutit.* Plinii verba ſumma fide reddit Plin. alter Valer. III. 3. H.

i. Eſt) Ἀμφημερινὸς πυρετὸς, quotidiana febris, quae ex pituita prouenit, materia frigida et graui, nullumque diem intermittit. Hard.

quod amphemerinon vocant. Hoc *k.* liberari tradunt, si quis e vena auris asini tres [1] guttas sanguinis in duabus heminis aquae hauserit. Quartanis *l.* Magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent, [2] et *m.* ne recidant, non remoueri septeno circuitu. Quis hoc, quaeso, inuenire potuit? quaeue est ista mixtura? cur digitus potissimum bubonis electus est? Modestiores iecur felis decrescente Luna occisae inueteratum sale, ex vino bibendum ante accessiones [3] quartanae dixere. Iidem *n.* Magi fimi bubuli cinere consperso puerorum vrina illinunt digitos pedum, manibusque leporis cor adalligant. Coagulum *o.* ante [4] accessiones propinant. Datur et caseus caprinus recens cum *p.* melle, diligenter sero expresso.

LXVII. (XVII) Melancholicis *q.* fimum vituli in vino decoctum remedio est. Lethargicos excitat

1. *vstas Hardgu ex errore typogr.* 2. *et ni recedant remoueri. V. et ne decidant, remoueri. V.* 3. *quartana. Ch.* 4. *sic ex Mss. H. et Ch. accessionem. Gr. et Al.*

k. Hoc) Plin. Val. *in tribus heminis* dixit III. 3. H.

l. Quartanis) Sext. Plat. c. 18. *de cata*, hoc est de fele t. 4. *Ad quartanam: Catae stercus cum vngula bubonis in collo vel brachio suspensum, post septimam accessionem, discutit quartanam.* Auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, II. pag. 76. *Stercus felis cum oleo liliaceo inunctum, febres sanat. H.*

m. Et ne) Et ne febris recurrat, continendum vsque in septimam accessionem. H.

n. Iidem) Totidem verbis Plin Val. III. 6. H.

o. Coagulum) Plin. Val. loco proxime citato. H.

p. Cum melle diligenter sero expresso) Verbum *sero* non agnoscitur ab eodem. Pint.

q. Melancholicis) Μελαγχολικοὶ, qui atra bile, furore, insania laborant: cuius affectionis species quaedam apud medicos hypochondriaca nominatur. H.

citat *r.* asini lichen, naribus illitus ex aceto: caprini *s.* cornus nidor aut pilorum: iecur aprinum. Itaque et veternosis datur. Phthisicis medentur, iecur lupi ex vino, macrae *t.* suis feminae herbis pastae lardum, carnes *v.* asininae ex iure sumptae. [1] Hoc genere maxime in Achaia curant id malum. Fimi quoque aridi, sed pabulo viridi pasto boue, fumum *x.* arundine haustum prodesse tradunt. Bubuli quoque cornus mucronem exustum, duorum [2] cochlearium mensura, addito melle, pilulis deuoratis. Caprae seuo in pulte [3] ex alica et phthisin et tussim sanari, vel recenti, cum mulso liquefacto, ita vt vncia in cyathum addatur, rutaeque ramo permisceatur, non pauci tradunt. Rupicaprae seui cyatho, et lactis pari mensura, deploratum phthisicum conualuisse certus auctor affirmat. Sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo: et cerui pulmonem, maxime subulonis, siccatum in fumo, tritumque in vino.

V 4 LXVIII.

1. *Nae hoc. M. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. cochleariorum.* 3. *alicacea. V. alicatia, et Ch.*

r. Lethargicos) Ληθαργικοὶ, qui morbo laborabant, quem Latini veternum appellant. *Marcor est, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas*, inquit Cels. III. 20. Dictum ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est ab obliuione: nam eo vitio memoriae sedes torpet. H.

s. Caprini) Cels. III. 20. *Hos aegros quidam subinde excitare nituntur his, quae per* (lege, *per quae*) *sternutamenta euocantur: et ex his, quae odore foedo mouent: qualis est cruda lana succida, piper, veratrum, castoreum, acetum, allium, caepa: iuxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cornu ceruinum, etc.* Sic etiam Sext. Plat. c. 5. de capro et capra t. 10. *ad lethargicos.* Et Plin. Val. III. 7. H.

t. Macrae) Plin. Val. I. 61. H.

v. Carnes) Plin. Val. l. c. Hard.

x. Fumum) Vt hodie tubo fictili hauriunt tabaci fumum homines e plebe. H.

LXVIII. Hydropicis *y.* auxiliatur vrina vesicae [1] apri paulatim data in potus: efficacius quae inaruerit [2] cum vesica sua. Fimi *z.* [3] taurini maxime, sed et bubuli, de *a.* [4] armentiuis loquor ([5] quod *b.* bolbiton vocant,) cinis [6] cochlearium trium in mulsi hemina, bouis feminae in mulieribus, et ex altero sexu in viris, quod veluti mysterium occultarunt Magi. Fimum *c.* vituli masculi illitum: [7] Fimi vitulini cinis cum semine staphylini, aequa portione ex vino: sanguis *d.* caprinus cum medulla. Efficaciorem *e.* putant [8] hircorum, vtique si lentisco pascantur.

LXIX.

1. *caprae. Diosc.* 2. *in. M.* 3. *sic ex Mss. H. fimi ceruini, maxime sabulonis, sed. Gr. et Al.* 4. *sic ex Mss. H. armentinis Gr. et vulgg.* 5. *quidam. M.* 6. *sic ex Mss. H. et Ch. cochleariorum Gr. et Al.* 7. *sic ex Mss. H. fimi vituli. Gr. et Al.* 8. *hirci. Ch.*

y. Hydropicis) Sic libri omnes. Caprinam tamen vrinam ad eumdem vsum laudat Diosc. II. 99. αἰγὸς δὲ (οὖρον) ὕδρωπα τὸν ὑπὸ σάρκα. H.

z. Fimi ceruini, maxime sabulonis, sed et bubuli, de armentinis loquor) In archetypo nostro *fimi taurini maxime, sed et bubuli, de armentinis loquor*; et paulo post, *fimi vitulini* non *fimi vituli. Pintianus.*

Fimi taurini maxime, sed et bubuli, de armentiuis loquor) Sic Vossianus, perinde vt Pintiani codex. nam *armentiuis* tres quoque alii. Men. *armentis. Gron.*

a. De armentinis loquor) Quae in armento viridibus pascuis aluntur. Dal.

De) Armentiuus, (non armentinus) armentitius, et armentalis, idem sonat: bouem, equumue scilicet, qui sit ex armento. H.

b. Bolbiton) Βόλβιτον, fimus bubulus. Festus bulbitare Latinis hinc inflexum putat, quod significat puerili stercore inquinare. H.

c. Fimum) Plin. Val. III. 12. Theod. Pr. IV. *Ad hydropem: Vituli masculi stercore cum aceto acri permixto, spisse venter liniendus est: tamen vt ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur*: hoc est, dropace, quod est vnguenti genus, liniatur. H.

d. Sanguis caprinus) In cibo sumptus. Dal.

e. Efficaciorem) Sext. Plat. c. 5. de capro et capra, t. 17. *ad*

LXIX. Igni facro vrfinus adeps illinitur: maxime qui eft ad renes: vitulinum *f.* fimum recens, vel bubulum: cafeus caprinus [1] ficcus cum porro: ramenta *g.* pellis ceruinae [2] deiecta pumice, ex aceto trita. Rubori cum prurigine, equi fpuma, aut vngulae cinis. Eruptionibus pituitae, afinini fimi cinis cum butyro. Papulis *h.* nigris, cafeus caprinus ficcus ex melle et aceto in balineis, oleo *i.* remoto. [3] Pufulis *k.* fuilli fimi cinis aqua illitus, vel cornus ceruini cinis.

LXX. Luxatis *l.* recens fimum aprinum vel fuillum: item vitulinum: verris fpuma recens cum aceto: fimum caprinum cum melle: [4] Bubula *m.* caro impofita. [5] Ad tumores fimum

V 5 fuil-

1. *ficcus in Cb. d.* 2. *defecta. V.* 3. *puftulis. Gr.*
4. *Bubula caro impofita tumores fanat. Fimum fuillum. Gr. et Alii.* 5. *tumores. V.*

ad hydropicos, non hircinum fanguinem, fed lotium commendat. H.

f. Vitulinum) Plin. Val. III. 34. H.

g. Ramenta) Plane totidem verbis Plin. Val. l. c. H.

h. Papulis) Papula, pufula eft, fiue tuberculum, quod ieiunae faliuae defricatione curatur. Papulis cutis exafperatur, rubet, leniterque roditur. Ardentes papulae Virg. Georg. III. H.

i. Oleo remoto) Quo lauantium et balneum adeuntium corpus vngebatur. D.

k. Pufulis) Papulis habet Plin. Val. qui hunc locum exfcribit III. 39. fed nihil intereft. H.

l. Luxatis) Plin. Val. III. 47. H.

m. Bubula caro impofita tumorem fanat) In vetere exemplari: *Bubula caro impofita ad tumores,* verbum autem *fanat*, non legitur in eodem. Pint.

Bubula) Vide N. et Em. N. L. (hic pof.) *Bubula)* Perturbata prius omnia ex interpunctionis vitio et interpolatorum audacia, fic legebantur: *Bubula caro impofita tumorem fanat. Fimum fuillum... cum oleo duritias... tollit optime. Adeps... illitus in bis quae... plurimum proficit. Fimum bubulum etc.* Medicinam ei loco fecimus ope R. praefertim cod. 2. qui fingulas, vti

suillum [1] in testa calefactum tritumque cum oleo. Duritias corporum omnes [2] mollit optime adeps e lupis illitus. In *n.* his quae [3] rumpere opus est plurimum proficit fimum bubulum in cinere calfactum, aut *o.* caprinum [4] in vino vel aceto decoctum. In *p.* furunculis seuum bubulum cum sale: [5] aut si dolor est, intinctum oleo, liquefactum sine sale: [6] similique modo caprinum.

LXXI. In ambustis vrsinus adeps cum lilii radicibus: aprinum aut suillum fimum inueteratum: setarum ex his e penicillis *q.* tectoriis cinis cum adipe tritus: tali bubuli cinis cum cera et medulla ceruina, vel tauri: fimum *r.* leporis. [7] Et caprarum

1. *sub testa. Ch.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. tollit optime. Adeps. Gr. et Al.* 3. *erumpere opus sit. Ch.* 4. *in aceto, vel in vino Ch.* 5. *vt si dolores sint, cum oleo liquefactum Ch.* 6. *simili modo. Ch.* 7. *sic ex Mss. H. Sed caprarum. Gr. et Alii.*

vti nos fecimus, sententias maiusculis litteris auspicatur. Adde Plin. Valer. III. 47 qui quum hunc locum transscriberet ad rupta et conuulsa medicinam e bubula carne retulit: ad tumores deinde fimum suillum, etc. Sic enim ille: *Luxatis vero recens fimus, vel aprinus, vel suillus, vel vitulinus imponitur: verris spuma recens, cum aceto illinitur: fimusque caprinus cum melle. Caro bubula ruptis conuulsis illinitur. Fimus quoque suillus sub testa calefactus, et tritus cum oleo, mire aduersus tumores facit. H.*

n. In his quae rumpere opus est) In abscessibus, quae recludere et aperiri est opus. Dalec.

In) In abscessibus quae recludere et aperiri necesse est. Diosc. II. 98. H.

o. Aut) Sext. Plat. 5. de capro et capra, t. 28. *Ad tumores: Caprinum stercus impositum non patitur consurgere tumorem. H*

p. In) Totidem plane syllabis Plin. Val. III. 32. H.

q. E penicillis) Penicilli sunt, quibus parietes inalbantur. Est enim tectorium illinimentum istud, quod quasi pauimentum est, inincrustatioque, ex calce vt plurimum, aut e gypso. H.

r. Fimum) Plin. Val. III. 36. *Ambustis sanandis: Fimus*

rum [1] fimus ſine cicatrice ſanare dicitur. Glutinum *s.* praeſtantiſſimum fit ex auribus taurorum, et genitalibus. Nec *t.* quidquam efficacius prodeſt *v.* ambuſtis. Sed adulteratur nihil aeque, quibuſuis pellibus inueteratis, calceamentiſque etiam decoctis. Rhodiacum *x.* fideliſſimum: eoque pictores et medici vtuntur. Id quoque quo candidius, eo probatius. Nigrum et lignoſum *y.* damnatur.

LXXII. Neruorum *z.* doloribus, fimum caprinum decoctum in aceto cum melle, vtiliſſimum putant, vel putreſcente neruo. Spaſmata *a.*, et percuſſu vitiata, fimo aprugno curant, vere collecto et arefacto. Sic et [2] quadrigis agendis tractos, rotaue vulneratos: et quoquo modo ſanguine

1. *caprinum fimum. M.* 2. *quadrigas agentis. Ch.*

mus leporis et caprae illinitur aequis portionibus. H.

s. Glutinum praeſtantiſſimum, etc.) Glutinum id ξυλοκόλλα ab effectu dicitur, ταυροκόλλα a materia quoniam fit e tauri corio. Dal.

t. Nec) Plin. Valer. c. c. *Ambuſtis ſanandis. Gluten taurinum remiſſum, ſicut ſolet a fabris remitti, ſine cicatrice ſanat. H.*

v. Prodeſt ambuſtis) Aqua calida dilutum et illitum. Dioſcor. Nam lentore ſuo inhaereſcens mediocri colore coquit et ſedat inflammationem Ariſt. quaeſt. I. Sect. 9. Problem. Dal.

x. Rhodiacum) Nempe ad ambuſta ſananda glutinum Rhodiacum inprimis valet. Dioſcorid. III. 101. Κόλλα, ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσιν, ἢ ταυροκόλλαν, καλλίςη ἐςὶ ἡ Ῥοδιακὴ, ἐκ τῶν βοείων βυρσῶν σκευαζομένη· Ἔςι δὲ λευκὴ καὶ διαυγὴς ἡ τοιαύτη· ἡ δὲ μέλαινα ἥττων . . . Πυρίκαυςά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι. *Non patitur ambuſta attolli in puſulas, etc. H.*

y. Lignoſum damnatur.) Ligni modo durum et fragile. Apud Dioſcor. hoc non legitur. Dal.

z. Neruorum) Sext. Plat. c. 5. de capro et capra t. 25. *Ad neruorum contractionem.* Marc. Emp. c. 39. p. 240. ſq. H.

a. Spaſmata) Vulſas muſculorum et vaſorum neruorumque fibras. Dal.

ne *b.* contuso, vel si recens illinatur. Sunt qui incoxisse aceto vtilius putent. Quin *c.* et in potu farinam eam ruptis, conuulneratisque, et euersis, ex aceto salutarem promittunt. Reuentiores *d.* cinerem eius ex aqua bibunt. Feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, quum *e.* sic [1] quoque se trigario approbare vellet. Proximam *f.* suillo fimo vim putant.

LXXIII.

1. *quoque strigaria. M. quoque se trigarium. Lipsius.*

b. Sanguine contuso) Factis contusionibus. Non quidem sanguis contunditur, sed in contusionibus sub cutem effunditur. ἀκυρολογία. Dal.

c. Quin) Plin. Val. III. 47. plane ad verbum. H.

d. Reuerentiores) Plinii Val. l. c. H.

e. Cum sic quoque, etc.) Manuscriptum exemplar habet, *strigaria*. Quod quidam exponunt circa partem, in qua ordo et series equorum ad cursum exspeditorum, collocatur et disponitur, et procurrendi tempus et signum exspectans. Significatum vocis *striga* explicat Scaliger Append. Virg. *Dalec. Cum sic quoque, etc.*) In fine leg. *Cum sic quoque strigario approbari vellet.* vbi *strigarium est* τὸ γυμνάσιον equorum currilium. *Salmas.* p. 56

Quum) Quum sic quoque *sanata facie* equorum agitatori probari se vellet. Sic libri omnes editi cum R. 2. aliisque Mss. Est autem ille trigarius, qui circensibus trigas equarum agitaret. A trigis nomen habet: nam vt bigae, quadrigaeque, sic et trigae appellatae olim. In glossis Philoxeni, *Trigarium* locus est, in quo exercentur equi, Italis *Maneggio* vnde et Gallis *le Manége*: Τόποι ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. P. Victor in descriptione Vrbis Romae, regione nona, *Trigaria septa* collocat, vbi et alter incertus auctor *Trigarium* habet. Tamen R. 1. cod. hoc loco *strigario* praefert, quod quidam magis probant. Fauere certe Papias videtur in Vocabulario: *Striga*, inquit, *castrense vocabulum, vel interuallum turmarum, in quo equi stringuntur: vnde et strigosi dicuntur corpore macilento. H.*

f. Proximam) Plin. Val. ad verbum, III. 47. H.

LXXIII. (XVIII) Sanguinem *g.* ſiſtit coagulum ceruinum ex aceto: item *h.* leporis. Huius *i.* quidem et pilorum cinis: [1] item *k.* ex fimo aſini cinis illitus. Efficacior vis e maribus aceto admixto, et in lana ad omne profluuium impoſito: ſimiliter ex equino capite et femine. Aut *l.* fimi vitulorum cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus vel fimi ex aceto. Hircini *m.* vero iocineris diſſecti ſanies efficacior: et cinis vtriuſque ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus. Hircini quoque vtris vinarii dumtaxat cinis, cum pari pondere reſinae: quo genere ſiſtitur ſanguis, et vulnus glutinatur. Hoedinum quoque coagulum ex aceto, et [2] feminum eius combuſtorum cinis, ſimiliter pollere traduntur.

LXXIV.

1. *ſic ex Mss. H. et Cb. item ex fimo aſinino cinis, et pilorum quidem cinis illitus. Gr. et vulgg.* 2. *ſeminum. Cb.*

g. Sanguinem) Marc. Emp. ad verbum, 31. pag. 222. H.

h. Item) Idem Marc. Emp. l. c. et Plin. Val. I. 64. H.

i. Huius) Plin. Valer. III. 21. *Sanguini ex vulneribus ſiſtendo: Leporis pili de ſubtus mento molliſſimi imponuntur. H.*

k. Item) Theod. Priſc. I. 12. *de fluxu ſanguinis narium: Fimi aſini combuſti puluere, cum oleo roſeo mixto, collyria facta ſupponimus.* Auctor Kiranidum pag. 89. *Fimus aſini omnem fluxum ſanguinis ſiſtit.* Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellenſi c. 5. pag. 25. *Olfactus recentis aſini ſtercoris, ſanguinis e naribus ſiſtit fluxum. H.*

l. Aut) Vaccae ſimiliter, ſi Habdarrhamano fides, 6. p. 47. *Stercus vaccae combuſtum, contuſum, et ſubactum melle apum, ſi oblinies naribus, ſiſtet fluxum ſanguinis illarum. H.*

m. Hircini) Sext. Plat. 4. ad capream id retulit, cuius eſt, vt ſilueſtrium ceterarum, vis in medendo potentior, quemadmodum alibi monuimus. Sic enim ille, tit. 3. *Ad ſanguinem fluentem: Capreae iecur combuſtum et aſperſum ſanguinem ſiſtit.* Et tit. 4. *Ad ſanguinem de naribus profluentem: Capreae iecur contritum, et ex aceto in naribus offultum, ſanguinem mire ſiſtit. H.*

LXXIV. Hulcera *n.* sanat in tibiis cruribusque adeps vrsinus, admixta rubrica. Quae *o.* vero serpunt, fel aprugnum cum resina et cerussa: maxillarum apri vel suum cinis: fimum suum illitum siccum, item caprinum ex aceto subferuefactum. Cetera *p.* purgantur et explentur butyro: cornus ceruini cinere, vel medulla cerui, felle *q.* taurino cum cyprino oleo, [1] aut *r.* irino. Fimum recens suum, vel inueterati farina illinitur vulneribus ferro factis. Phagedaenis *s.* et fistulis immittitur fel tauri, cum succo porri, aut lacte mulierum, vel sanguis aridus cum cotyledone herba. Carcinomata *t.* curat coagulum leporis, cum pari pondere capparis aspersum vino: gangraenas vrsinum fel [2] penna illitum: asini vngularum cinis ea, quae serpunt hulce-

1. *Sic ex Mss. H. aut fimo caprino, aut hircino. Gr. et Alii.* 2. *pinna. Ch.*

n. Hulcera) Marc. Emp. totidem verbis haec omnia refert, c. 34. p. 232. H.

o. Quae) Marc. idem l. c. Hard.

p. Cetera) Marc. l. c. H.

q. Felle taurino cum cyprino oleo aut fimo caprino aut hircino) *Felle taurino cum cyprino aut irino*, in vetusto codice. cetera superfluunt. Pint.

r. Aut) Vide N. et Em. N. LI. (hic pos.) *Cum*) Sic R. 2. cod. et is quem Pintianus vidit. In editis, *aut hircino.* Quod quum minus belle congruere editores intelligerent, inseruere, *aut fimo caprino, aut hircino*: ex *cyprino* scilicet, anteriore voce rursum repetita, *caprino* temere excogitato. Plin. Val. II. 48. apud quem haec totidem verbis exstant, *cum cyprino oleo, et hircino* habet, pro *irino*. Marc. Emp. c. 34. p. 232. iterumque p. 236. *cum oleo cyprino, aut laurino* dixit. H.

s Phagedaenis) Plin. Val. III. 22. *H.*

t. Carcinomata) Iisdem verbis Marc. Emp. 4. pag. 42. et Plin. Valer. III. 22. H.

v. Gangraenas) Auctores laudati locis proxime cit. H.

x. Asini) Iidem locis proxime appellatis. H.

hulcera inſperſus. Sanguis *y.* equi adrodit carnes *z.* ſeptica vi: item fimi equini inueterati fauilla. Ea vero quae phagedaenas vocant in hulcerum genere, corii bubuli cinis cum melle. Caro *a.* vituli recentia vulnera non patitur intumeſcere: fimum bubulum cum melle. Feminum *b.* vituli cinis ſordida hulcera, et quae cacoethe vocant, e lacte mulieris ſanat. Recentes *c.* vero plagas ferro illatas, glutinum taurinum liquefactum, tertio die ſolutum. Caſeus *d.* caprinus ſiccus ex aceto [1] ac melle, purgat hulcera. Quae vero [2] ſerpant, cohibet ſeuum cum cera: [3] item addita pice ac ſulphure percurat. Similiter proficit ad cacoethe, hoedi feminum cinis e lacte mulieris. [4] Et *e.* ad carbunculos, ſuis feminae cerebrum toſtum illitumque.

LXXV.

1. *vel. M.* 2. *ſerpunt. Dal.* 3. *idem.* V. 4. *Sic ex Mss. H. et Cb. aduerſus carb. Gr. et Al.*

y. Sanguis) Idcirco in ſeptica ſiue erodentia medicamenta equorum admiſſariorum ſanguinem addi auctor eſt Dioſc. II. 97. Τὸ δὲ τῶν ὀχευτῶν ἵππων (αἷμα) σηπτοῖς μίγνυται. H.

z. Carnes ſeptica vi) Supra modum excreſcentes, τὰς ὑπερσαρκώσεις. Dal.

a. Caro) Et de vitulina carne et de fimo bubulo plane ſubſcribit Plin. Val. III. 20. H.

b. Feminum) Vide N. et Em. N. LII. (hic poſ.) *Feminum*) Hunc locum Marcellus Emp. quum raptim curſimque legeret, non *feminum vituli,* ſed *fimi vituli* cinerem legit, c. 4. pag. 43. *Hulcera,* inquit, *quae ſordidata ſunt, fimi vitulini cinere et muliebri lacte purgantur.* H.

c. Recentes) Plin. Val. ad verbum III. 20. H.

d. Caſeus) Plin. Val. III. 22. *Caſeus caprinus ſiccus ex aceto ac melle purgat hulcera: Quae ſerpunt, cohibet ſeuum caprinum cum cera: id etiam additis ſulphure et pice purgat.* H.

e. Et) Plin. Val. III. 30. *Suis cerebrum:* Marc. Emp. 33. *Verris cerebrum* dixit. H.

LXXV. Scabiem *f.* hominis, asininae medullae maxime abolent: et *g.* [1] vrinae eiusdem cum suo luto illitae. Butyrum etiam, quod in *h.* iumentis proficit cum resina calida: glutinum *i.* taurinum in aceto liquefactum, addita calce: fel caprinum cum aluminis cinere: boas *k.* fimum bubulum: vnde et nomen traxere. Canum *l.* scabies sanatur bubulo sanguine recenti: iterumque, quum [2] inarescat, illito, et postero die abluto cinere lixiuio.

LXXVI. Spinae *m.* ac similia [3] corpori extrahuntur felis excrementis: item *n.* caprae ex vino: coagulo *o.* quocumque, sed maximae leporis, cum thuris polline et oleo, aut cum visci pari pondere, aut

1. Sic ex Mss. H. et Ch. abolent vrinae. Gr. et Al. 2. inarescit. V. 3. corpore. V. M.

f. Scabiem) Plin. Val. III. 38. H.

g. Et) Q. Serenus, c. 7. p. 128. *Illctus sudor, vel copia nobilis escae Saepe graui scabie correptos asperat artus. Ergo lutum prodest membris adhibere fricatis, Quod facit ex asino saccatus corporis humor. Nec pudeat tractare fimum quod sucula fudit.* Adstipulatur et Plin. Val. III. 38. H.

h. In) In iumentorum scabie. H.

i. Glutinum) Diosc. III. 101. glutinum taurinum pariter admonet in aceto resolutum, impetigines leprasque summae cutis abstergere. Sext. Plat. de tauro c. 11. t. 23. *Ad faciem splendidam faciendam: Membrum tauri in aceto maceratum, et illitum, splendidam facit faciem*: Quia scilicet ita maceratum, dat glutinum candidandae cuti idoneum. H.

k. Boas fimum bubulum) Rubra exanthemata, subsequentesque papulas: vulgo, *la Rougeole.* Dal.

Boas) De hoc vitio egimus XXIV. 35. Mss. hoc loco *bouas* exhibent: a boue, vt Plinius ait. Sed de ea etymo Vossium vide. H.

l. Canum) Plin. Val. III. 38. H.

m. Spinae) Spinae ruborum ac similes aculei infixi corpori. H.

n. Item) Plin. Val. III. 49. H.

o. Coagulo) Haec ad verbum exscripsere Marc. Emp. c. 34. p. 233. et Plin. Val. l. c. H.

aut cum propoli. Cicatrices *p.* nigras seuum asininum reducit ad colorem. Fel *q.* vituli extenuat calefactum. Medici adiiciunt myrrham et mel et crocum, aereaque pyxide condunt. Aliqui et florem aeris admiscent.

LXXVII. (XIX.) Mulierum *r.* purgationes adiuuat fel [1] tauri in [2] lana succida appositum. Olympias Thebana [3] addit hyssopum *s.* et nitrum. Cornus *t.* ceruini cinis potus. Item *v.* [4] vuluas laboran-

1. Sic ex Mss. H. et Ch. fel taurinum lana Gr. et Al. 2. *cum lana. V.* 3. *addidit. Gr.* 4. *vulua. Ch.*

p. Cicatrices) Plin. Val. III. 46. H.

q. Fel) Hoc medicamentum non ad quaslibet, sed ad oculorum tantummodo cicatrices pertinet, ex Marc. Emp. c. 8. p. 68. *Fel vituli,* inquit, *diligenter collectum ad cotylae mensuram, in vas aereum mittitur, tenuique igne admoto ita excoquitur, vt spissetur: deinde mellis boni tantum mittitur: quantum fellis illus decocti remanserit: Adiiciuntur postea myrrhae tritae drachmae duae, et croci vna, et aeris flos pauxillum: ac postea simul omnia diu coagitata ad tertias decoquuntur: quod medicamen in pyxide aerea debet reponi, satis vtile et leucomatis, et cicatricibus, et omnibus vitiis oculorum, si assidue inde et opportune inunguntur.* H.

r. Mulierum) Nec apposi- tu tantum, sed et potu iuuare auctor est Hippocrates, de nat. mul. text. 105. pag. 413. Plinio fere Habdarrhamanus adstipulatur, c. 6. p. 40. Ecchellensi interprete: *Ad prouocanda menstrua, recipe pondus duarum drachmarum fellis tauri, ac tantumdem granorum myrti: contundantur grana, liquefiant deinde in felle, et admisceantur cum melle apum: quo facto madefacito in huiusmodi mixtura lanam, indito vuluae, statim prouocantur menstrua.* H.

s. Hyssopum et nitrum) V. C. *Oesypum.* Diosc. Dal. V. obs. sq.

Hyssopum) Sic. Mss. omnes, quos vidimus. Sunt qui *oesypum* legi malint, quod hanc vim pellendi menstrua Dioscorides oesypo afferat, II. 84. Καὶ ἔμβρυα καὶ ἐμμηνα ἐν ἐρίῳ προστιθέμενος ἄγει. H.

t. Cornus) Muliebri profluuio mederi eum cinerem auctor est Sext. Plat. c. 1. de ceruo, n. 6. H.

corantes, [1] illitu quoque: et fel taurinum cum *x.* [2] opio appositum obolis binis. Vuluas *y.* et pilo ceruino suffire prodest. Tradunt *z.* ceruas, quum senserint se grauidas, lapillum deuorare: quem in excrementis repertum, aut in vulua (nam et ibi inuenitur) custodire partus adalligatum. Inueniuntur *a.* et ossicula in corde et in vulua, perquam vtilia grauidis parturientibusque. Nam de pumice, [3] qui in vaccarum vtero simili modo inuenitur, diximus *b.* in natura boum. Lupi adeps illitus vuluas mollit: dolores [4] earum, iecur. Carnes lupi edisse parituris prodest: aut si incipientibus parturire sit iuxta qui ederit: adeo, vt etiam contra *c.* illatas noxias *d.* valeat. [5] Eumdem superuenire,

1. *illitus. Ch.* 2. *apio. Ch.* 3. *quae Ch.* 4. *Sic ex Mss. H. V. M. et Ch. dolores iecur Gr. et Al.* 5. *Eundem vero super.* V.

v. Item) Diosc. II. 63. H.

x. Cum) Sic R. 1. et editi. In. R. 2. et Ch. *cum apio.* At iidem Mss. inferius, hac sect. *opii.* H.

y. Vuluas) Sext. Plat. c. 1. de ceruo, t. 16. Ad aborsum: *Ex pilis ceruinis suffumigabis, et mulier sanabitur. H.*

z. Tradunt) Sext. Plat. l. c. tit. 17. *Ad aborsum: Lapis, qui in vulua aut in ventriculo cerui inuenitur, phylacterium est praegnanti, et perficit vt partum perferat... Simili ratione ossicula inueniuntur in corde cerui, aut in vulua eius, quae idem praestant.* H.

a. Inueniuntur et ossicula, etc.) Nempe dura et ossea cartilago, qualis et cor suspensum continet, ideoque cordis os vocatur. Dal.

b. Diximus in natura boum) De hac re agitur cap. 45. lib. VIII. Ibi tamen pumicis huius fit mentio. Dal.

Diximus) L. XI. 79. *Et in iuuencarum secundo ventre pilae rotunditate nigricans tophus, nullo pondere: singulare, vt putant, remedium aegre parientibus, si tellurem non attigerit.* Hic Plinium Dalecampius μνημονικοῦ ἁμαρτήματος temere incusarat. H.

c. Contra) Contra illata veneficia. H.

d. Noxias valeat) Veneficia quae partus morantur. Dalec.

nire, perniciosum est. Magnus et leporis vsus mulieribus. Vuluas adiuuat pulmo aridus potus: profluuia iecur cum *e.* Samia terra ex aqua potum: secundas *f.* coagulum: caueantur pridiana balinea. Illitum *g.* quoque cum croco et porri succo, vellere appositum, abortus mortuos expellit. Si *h.* vuluae leporum in cibis sumantur, mares concipi putant. Hoc et testiculis eorum, et *i.* coagulo profici. Conceptum leporis vtero exemptum his quae parere desierint, restibilem fecunditatem afferre. Sed pro conceptu, leporis saniem et viro Magi propinant. Item virgini nouem grana fimi, vt *k.* stent perpetuo mammae. Coagulum quoque ob id cum melle illinunt: sanguinem, vbi euulsos pilos renasci [1] nolunt. Inflationi vuluae, fimum

 apru-

1. *volunt.* *Alii ex* V. *et Cb.*

e. Cum) Ad mulierum purgationes Samiam terram nigram acetabuli mensura potam ex aqua, commendat Hipp. de nat. mul. t. 29. p. 179. H.

f. Secundas coagulum) Tardantes. Dal.

g. Illitum) Iecur leporis Dalec.

h. Si) Sext. Platonic. c. 2. de lepore, t. 13. *Vt mulier masculum concipiat et pariat: Leporis vuluam siccam derasam in potione vini bibant vtrique, et mulier, et masculus. Nam si mulier sola biberit, androgyne nascitur: hoc est, nec masculus, nec femina. Item leporis testiculum post purgationem suam mulier si cum vino contritum accipiat, masculum pariet. Leporis coagulum ad drachmas quatuor in potione datum vini, feminae de feminco, et masculo de masculino: et mox faciant coitum, et post abstineant se, statim concipit,* etc. Q. Seren. c. de conceptione et partu: *Irrita coniugii sterilis si munera languent . . . . Aut igitur leporis, consumit femina vuluam,* etc. H.

i. Et) Hoc referre se ex aliorum sententia Plinius abunde prodit. Diosc. e contrario II. 85. leporis coagulo conceptionem impediri significat. *Restibilis fecunditas,* ea est; quae in sequentem quoque annum veluti restat. H.

k. Vt) Vt ne tumeant, crescantue. H.

aprugnum suillumue cum oleo illini prodest. Efficacius [1] sistit farina aridi, vt aspergatur potioni, vel si grauidae aut puerperae torqueantur *l.* Lacte suis poto cum mulso adiuuantur partus mulierum. Per se vero potum, deficientia vbera puerperarum replet. Eadem circumlita sanguine feminae suis, minus [2] crescent. Si dolent, lactis asinini potu mulcentur: quod addito melle sumptum et purgationes earum adiuuat. Sanat et vuluarum exhulcerationes eiusdem animalis seuum inueteratum, et in vellere appositum duritiem vuluarum emollit. Per se vero recens vel inueteratum, ex aqua illitum, psilothri vim obtinet. Eiusdem animalis lien inueteratus, ex aqua illitus mammis, abundantiam *m.* [3] facit: vuluas *n.* [4] suffitu corrigit. Vngulae *o.* asininae suffitae partum maturant, vt *p.* vel abortus euocetur: nec *q.* aliter adhibentur, quoniam viuentem partum necant. Eiusdem *r.* animalis fimum si recens imponatur, profluuia sanguinis mire sedare dicitur. Necnon et cinis eiusdem

1. *resistit.* V. 2. *crescunt.* Ch. 3. *lactis facit.* D. 4. *sufficio partus maturat.* Ch. *et mox, adhibeatur.*

l. Torqueantur) Inflationibus ac torminibus. Dal.

Torqueantur) Conf. c. D. H.

m. Abundantiam) Lactis copiam. H.

n. Vuluas) Distortas. Dal.

Vuluas) Conuersiones vuluae. H.

o. Vngulae) Habdarrhamanus Aeg. interprete Echellensi, c. 5. p. 24. *Praegnantem mulierem si vngula asini suffies, emittit infantem mortuum, vel viuum.* H.

p. Vt) Ita vt etiam partus mortuos expellant. H.

q. Nec aliter adhibentur) Nisi foetus mortuus sit, aut instantem partu. Dal.

Nec) Nec nisi in suffitu adhibentur. H.

r. Eiusdem) Idem Aegyptius, l. c. *Asini contusum stercus cum vino aut melle potum sanguinis eruptionem sistit: siue eruptio illa sit ex partibus inferioribus, siue superioribus, siue ex naribus, aut sanguis menstrualis* etc. H.

dem fimi, qui et vuluae prodest impositus. Equi *s.* spuma illita per dies [1] XL. prius [2] quam primum nascantur pili, restinguuntur. Item cornus cerui-ni decocto: melius, si recentia sint cornua. Lacte *t.* equino iuuantur vuluae collutae *v.* Quod si mortuus partus sentiatur, lichen *x.* [3] ex aqua dulci potus eiicit. Item *y.* vngulae [4] suffitu, aut fimum aridum. Vuluas [5] procidentes butyrum infusum sistit. Induratam [6] vuluam aperit fel bubulum rosaceo admixto, foris vellere cum resina terebinthina imposito. Aiunt et suffitu fimi e mare boue, procidentes vuluas reprimi, partus adiuuari: conceptus vero vaccini lactis potu. Sterilitatem ob [7] partus vexationem fieri, certum est. Hanc emendari Olympias *z.* Thebana affirmat felle

X 3 taurino,

1. *Sic ex Mss. H. M. et Ch. XX. Gr. et Al.* 2. *quam nascantur primum pili.* V. *quam primum nascentur pili restringuntur. Ch.* 3. *aqua dulci epotus. Ch.* 4. *suffitus.* V. 5. *procedentes. M.* 6. *vuam. Ch.* 7. *a partus vexatione. Ch.*

s. Equi) Sext. Plat. c. 16. de equo t. 2. *Ne puero inuesti pili exeant: Equi spuma si puero inuesti pectinem,* (hoc est, pubem) *linieris, pili eius non crescunt, nec generantur.* H.

t. Lacte) Habdarrhamanus, c. 2. p. 17. *Lac equae recens et calidum ad hoc, si eo per modum clysteris vtatur mulier, vuluae curabit hulcera.* H.

v. Collutae) Infuso clystere. H.

x. Lichen) De hoc licheno dictum est l. 49. H.

y. Item) Habdarrhamanus, c. 2. pag. 17. *Si lacte equino vtatur mulier per modum suffumigii, addita equi vngula, educitur demortuus infans, vel adusta secundina.* Hoc ipsum equi axungiae, nisi vitiosus is locus est, Sext. Plat. adscribit, c. 16. de equo, t. 4. *Ad mortuum partum: Equi axungia suffumigata eiicit partum foras, et secunda sequitur.* H.

z. Olympias) Habdarrhamanus, c. 6. p. 46. eo felle ad labrum vuluae appenso, ante coitum, donec vulua fel ad se trahat, id si ter

fiat,

taurino, et adipe ſerpentium, et [1] aerugine ac melle, medicatis locis ante coitus. Vitulinum *a.* quoque fel, in [2] purgationibus [3] ſub coitu aſperſum vuluae, etiam duritiam [4] ventris emollit, et profluuium minuit vmbilico perunćto: atque in totum vuluae prodeſt. Modum ſtatuunt fellis pondere denarii, [5] opii tertia *b.*, admixto amygdalino oleo, quantum eſſe ſatis appareat: [6] hoc in vellere imponunt. Maſculi fel vituli, cum mellis dimidio tritum, ſeruatur ad vuluas. Carnem vituli ſi cum ariſtolochia, [7] inaſſatam edant circa conceptum, mares parituras promittunt. Medulla vituli [8] in vino ex aqua decocta cum ſeuo, exhulcerationibus vuluarum impoſita prodeſt. Item adeps vulpium, excrementumque *c.* felium: hoc cum reſina et roſaceo impoſitum. Caprino *d.* cornu ſuffiri vuluam, vtiliſſimum putant. Silueſtrium caprarum

1. *Sic ex Mss. H. et Cb. addito melle Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. ſi in purgationibus fuerit Gr et Al.* 3. *vel ſub.* V. 4. *vteri.* V. 5. *Sic ex Mss. H. ad opii partem tertiam.* V. *pondere x. opii tertia. Cb. ad apii tertiam Gr. et Al.* 6. *haec in vellere imponuntur. Maſculinum fel. Cb.* 7. *inaſſata edatur. M. inaſſam edant. Cb.* 8. *cum vino et aqua. Alii. in vino et aqua. Cb.*

fiat, fecunditatem ſpondet. H.

a. Vitulinum quoque fel, ſi in purgationibus fuerit ſub coitu aſperſum vuluae) Vetus codex, *Vitulinum quoque fel in purgationibus ſub coitu, etc.* reliqua ſuperfluunt. Pint.

b. Tertia) Tertia denarii parte. H.

c. Excrementumque) Sext. Plat. c. 18. *de cata*, hoc eſt, de fele, t. 2. *Ad profluuium mulieris: Catae ſtercus cum reſina et roſaceo ſuppoſitum reprimit.* H.

d. Caprino) Habdarrhamanus, c. 9. p. 65. *Cornu caprarum ſi difficultate pariendi laborans ſuffumigabitur, vt fumus ad labrum vuluae adſcendat, facilior redditur partus.* H.

e. Palma marina pilos detrabit) Pila: θαλαττία σφαῖρα,

rum sanguis [1] cum *e.* palma marina pilos detrahit. Ceterarum vero [2] fel, callum vuluarum emollit [3] inspersum, et a purgatione conceptus facit. Sic quoque psilothri vis efficitur, [4] si euulsis pilis triduo seruetur illitum. Profluuium, quamuis immensum, [5] vrina caprae pota sisti, obstetrices promittunt, et si fimum illinatur. Membrana *f.* caprarum in qua partus [6] editur, inueterata, potuque sumpta in vino, secundas pellit. Hoedorum pilis suffiri vuluas *g.*, vtile putant, et in profluuio sanguinis coagulum bibi, aut hyoscyami [7] semen imponi. [8] E boue siluestri nigro si sanguine ricini lumbi perungantur mulieri, taedium Veneris fieri, dicit *h.* [9] Osthanes. Idem amoris, pota hirci vrina, admixto propter fastidium nardo.

LXXVIII. Infantibus *i.* nihil butyro vtilius, per se et cum melle: priuatim et in dentitione, et ad gingiuas, et ad oris hulcera. Dens *k.* lupi adalligatus

1. *cum pila.* V. 2. *fetillum vuluarum,* Cb 3. *pessis inspersum* V. 4. *euulsis pil. trid. seruatur.* M. 5. *vrinae caprae potu.* Cb. 6. *editur, inueteratur.* Cb. 7. *semine.* Cb. 8. *si sanguine ricini ex boue siluestri nigro lumbi.* V. 9. *Ostabanes.* V.

σφαῖρα: cuius meminit Galen. lib. I. κατὰ τόπους, sub fin. Dal.

Cum) Ita libri omnes, etiam Mss. quos quidem vidimus. Et recte vtique: de palmis quae crescunt in Hispaniae maritimis, dictum est XIII. 6. H.

f. Membrana) Sext. Plat. c. 5. de capro et capra t. 29. *Ad secundas eiiciendas: Caprae secunda ex vino pota mulierum secundas eiiciet.* H.

g. *Vuluas*) Procidentes, vt et aliis foedis odoribus. Dalec.

h. Dicit Osthanes) Is fuit vir Persa, professione magus. *Gelen. Dicit Osthanes*) Scribe sine aspiratione, *Ostanes*, ex omnibus. Pint.

i. Infantibus) Plin. Val. I. 42. H.

k. Dens) Hanc vim oculo Habdarrhamanus adiudicat, 23. pag. 96. *Oculus lupi dexter puero appensus, expellet ab illo timorem, qui ei accidit in somnio.* H.

ligatus infantium pauores prohibet, [1] dentientique morbos: quod et pellis lupina praestat. Dentes quidem eorum maximi equis quoque adalligati, infatigabilem [2] cursum praestare dicuntur. Leporum *l.* coagulo illito vbere sistitur infantium aluus. Iecur asini, admixta [3] modice panace, instillatum in os, a comitialibus morbis et aliis infantes tuetur: hoc XL. diebus fieri praecipiunt. Et pellis [4] asini iniecta, impauidos infantes facit. Dentes *m.* qui equis primum cadunt, facilem dentitionem praestant infantibus adalligati: efficacius, si terram non attigere. Lien bubulus in melle editur: et illinitur ad lienis dolores: ad hulcera manantia cum melle. Lien vituli in vino decoctus, tritusque et illitus, [5] hulcuscula oris. Cerebrum *n.* caprae Magi per anulum aureum [6] traiectum, prius quam lac detur, infantibus instillant contra comitiales, ceterosque infantium morbos. Caprinum fimum

1. *dentientiumque.* V. 2. *circum.* Ch. 3. *modica.* V. 4. *Sic ex Mss. H. et Ch. pellis asinina Gr. et Al.* 5. *ad hulcus.* V. 6. *tractum.* Ch.

l. Leporum) Sext. Plat. c. 2. de lepore, t. 17. *Ad infantium ventris fluxum, Leporis coagulum illinitum in Jumine* (hoc est, in mamma) *mulieris*, etc. H.

m. Dentes) Q. Seren. c. 60. *de infantibus dentientibus*, pag. 161. *Collo igitur molli dentes nectentur equini, Qui primi fuerint pullo crescente caduci.* Superstitiosius Sext. Plat. c. 16. de equo tit. 3. *Ad dentium dolorem: Equi dentes qui primum nati fuerint, si dentem qui dolet, tetigerint, remedio erunt. Nam et si infans equi rostrum basiauerit, dentium dolorem non sentit: et nec equus mordebit infantem.* Theod. Prisc. IV. *Ad dentitionem infantium equinus dens auxiliatur.* Plinii nostri verba summa fide transscribit Plinius alter Val. I. 42. H.

n. Cerebrum) Sext. Plat. c. 4. de caprea, t. 16. *Capreae cerebrum per anulum aureum traiectum si dederis infanti ad glutiendum antequam lac sugat, efficit, vt nec caducus fiat, nec phantasma incurrat.* H.

fimum inquietos infantes adalligatum panno cohibet, maxime puellas. Lacte *o.* [1] caprino, aut cerebro leporum perunctae gingiuae, faciles dentitiones faciunt.

LXXIX. [2] Somnos *p.* fieri lepore sumpto in cibis Cato *q.* [3] arbitratur: vulgus et gratiam corpori in [4] VIIII dies, friuolo quidem ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi *r.* felle caprae, sacrificatae dumtaxat, illito oculis, vel *s.* sub puluino posito, somnum allici dicunt.

1. *camino. Gal.* κατὰ τόπȣς. 2. *Somniosos.* V. 3. *arbitrabatur. Ch.* 4. *Sic ex Mss. H. et Ch. in* VII. *dies Gr. et Al.*

o. Lacte) Q. Serenus, c. 60. pag. 161. de infantibus dentientibus: *Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci. Aut leporis niueum bibitur cum lacte caprino.* Plin. Val. I. 42. *Ad dentitionem, quando infantes dentiunt: Lacte caprino et leporis cerebro gingiuae perfricantur.* Sed et canino lacte idem praestari docuit Sext. Plat. 9. de cane t. 4. *Ad dentes infantum.* Cerebro leporum, c. 2. de lepore, tit. 2. H.

p. Somnos fieri lepore) Quidam superstitiose conciliando somno leporis pedes nocturno pileolo alligant. λαγὼ ἀπὸ τοῦ λάειν quidam dictum volunt: iidem et ἔρωτα ἀπὸ τοῦ δρᾶν, indeque fieri vt leporis caro cibus sit ἐρωτικὸς: de quo Martialis epigramma in Lesbiam, et alterum in Alexandrum Seuerum poetae ἀνωνύμȣ. Rhodig. cap. 30. XXVI. Vide quae notata sunt supra c. 55. lib. VIII. D.

q. Cato) Citatur a Diomede. I. p. 358. *Cato ad filium, vel de Oratore: Lepus multum somni adfert, qui illum edit.* H.

r. Magi) Sext. Plat. de cornu id narrat, non de felle. Sic enim ille, c. 5. de capro et capra, t. 2. *Ad somnum. Cornu caprinum capiti infirmi, qui non dormit, suppositum, vigilias in somnum conuertit.* Vtrumque, vt remur, ex aequo futile ac superstitiosum. H.

s. Vel) Hanc vim et cornu ipsi caprino Habdarrhamanus adscribit, c. 9. p. 67. *Cornu capri valde albi comburatur, inuoluaturque eius cinis in panniculo lineo, et supponatur capiti aegroti, qui non dormit, dummodo ipse id sciat, dormiet profecto,*

cunt. Sudores *t.* inhibet cornus caprini cinis e myrteo oleo perunctis.

LXXX. Coitus stimulat fel aprugnum illitum: item medullae suum haustae: seuum *v.* asininum, anseris masculi adipe [1] admixto illitum. Item [2] a coitu equi Virgilio *x.* quoque descriptum virus, et testiculi equini aridi, vt *y.* potioni interi possint: dexterue asini testis in *z.* vino potus [3] proportione, vel adalligatus brachiali. Eiusdem a coitu spuma collecta [4] roseo panno, et inclusa argento, vt [5] Osthanes tradit. Salpe *a.* genitale in oleum feruens mergi iubet septies, eoque perungi [6] pertinentes partes. Bialcon *b.* cinerem ex eodem bibi,

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. permixto Gr et Al.* 2. *ad coitum equi a Virg. Ch.* 3. *pro, in Ch. d.* 4. *russeo. Ch.* 5. *Ostabanes. V. Onestaenas. Ch.* 6. *pectinis. V. Quidam, perinei.*

cto, quamdiu inuolucrum illud sub capite eius detinetur. Nugae. H.

t. Sudores) Totidem verbis Plin. Val. III. 11. H.

v. Seuum) Sext. Plat. c. 14. de asino, t. 1. *Asini adeps et anseris masculi mixtus, et ad anum appositus, concubitum praeparat.* H.

x. Virgilio) Georg. III. v. 280. *Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum destillat ab inguine virus. Hippomanes, quod saepe malae legere nouercae* etc. H.

y. Vt) Vt potioni adspergi contriti possint. H.

z. In vino potus pro portione, vel adalligatus brachiali) In apographo nostro, *in vino potus, portioniue ad alligatus brachiali.* forte non *portioniue*, sed *pertinentiue*: vt paulo post: *eoque perungi pertinentes partes.* Pint.

a. Salpe genitale in oleum feruens) Adde pronomen *id*: *Salpe genitale id in oleum feruens*, ex eodem. Pint.

Salpe) Salpe *obstetrix* genitale *asini* mergi iubet etc. H.

b. Bialcon cinerem ex eodem bibi) Non *Bialcon* in cod. sed *Diacon* scriptum est; lego *Dialcon*, ex ipso Indice tam scripto quam impresso. Pint.

Bialcon) Haec vox in Mss. codacibus variis effingitur modis: *Diacon*, *Biacon*, etc. Verius, vt remur, *Dalion*,

bi, vel tauri a coitu vrinam, lutoque ipſo illini pubem. At e diuerſo muris fimo illito cohibetur virorum Venus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut ſuis aſſus, ieiuni cibo ſumptus eo die, item hoedinus.

LXXXI. (XX.) Mira *c.* praeterea traduntur in eiſdem animalibus. Veſtigium *d.* equi excuſſum vngula (vt ſolet plerunque) ſi quis collectum reponat, ſingultus remedium [1] eſſe recordantibus quonam loco id repoſuerint. Iecur [2] luporum equinae vngulae ſimile *e.* eſſe, et *f.* rumpi equos qui veſtigia luporum ſub equite ſequantur. Talis *g.* ſuum diſcordiae vim quamdam ineſſe. In incendiis ſi fimi aliquid egeratur e ſtabulis, facilius *h.* extrahi, nec recurrere oues boueſque. Hircorum carnes virus non reſipere, ſi panem hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laſerue dilutum

1. *eſt. Ch.* 2. *Sic ex Mss. M. et Ch. leporum Gr. et Al.*

Dalion, de quo dictum eſt in Auctorum Indice. H.

c. Mira) Idcirco dumtaxat ea prodit, quod ſunt prodita, non quod vera putat. H

d. Veſtigium) Ferrea equi ſolea. H.

e. Simile eſſe) Facultate, quae ſingultui medetur. D.

f. Rumpi equos) Diffiſo abdomine. Aeliano c. 36. I. De animal. ſi caſu equus lupi veſtigium calcauerit, torpore corripitur. Quadrigae incitatae, ſi quis lupi talum ſubiiciat, ab equis eo calcato, immobilis currus ſubſiſtit. Dal.

Et) Ilia equorum procidere ruptis inteſtinis, Obtorpeſcere ſolum equos calcatis lupi veſtigiis, ſcripſere Pamphilus, ἐν τῷ περὶ Φυσικῶν, in Geop. XV. I. p. 403. ὅτι λύκων ἴχνη πατήσαντες ἵπποι, ναρκῶσι τὰ σκέλη. Aelian. H. A. I. 36. Phile, pag. 80. aliique quos Plinius ipſe ſequutus eſt, ſ. 44. libri huius. Simile iſtud Haddarrhamani, c. 23. pag. 96. *Equa ſi lupinum lac conculcabit, ſtatim concidet.* H.

g. Talis) Talos ſuum aiunt concitare quodammodo diſcordiam. H.

h. Facilius) Facilius auocari e ſtabulis oues boueſque, nec eo deinde regredi. H.

tum biberint. Nullas vero teredinem ſentire, Luna decreſcente induratas ſale. Adeoque nihil [1] omiſſum eſt, vt leporem [2] ſurdum celerius pingueſcere reperiamus. Animalium vero medicinas: ſi *i.* ſanguis profluat [3] iumenti, ſuillum fimum ex vino infundendum. Boum *k.* autem morbis ſeuum, ſulphur viuum, allium *l.* ſilueſtre, [4] ouum *m.* coctum: [5] omnia haec trita in vino danda, aut vulpis adipem. Carnem caballinam [6] diſcoctam, potu ſuum morbis mederi. Omnium vero quadrupedum morbis, capram ſolidam cum corio, et ranam rubetam [7] diſcoctas. Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui [8] iecur animalis *n.* eius aridum ederint: vel ſi pellicula [9] ex eo collo inducta, galli inierint. [10] Similia in felle muſtelae. Boues *o.* in Cypro

1. *Sic ex Mss. H et Ch. omiſſum, vt Gr. et Al.* 2. *tardum. M.* 3. *iumentis. Gr.* 4. *cum coctum. Ch. videnum, concoctum, anne cum coctum.* 5. *omnia haec in Ch. non leguntur, et videntur gloſſema grammaticam diſcentis.* 6. *decoctam. Ch.* 7. *decoctas. Ch.* 8. *iocur. Ch.* 9. *ex eo collo induta. Ch. ex ea collo indita. M.* 10. *Similiter. Ch.*

i. Si) Simile Habdarrhamani placitum, cap. 27. de ſue, p. 108. *Stercore admiſſarii ſuis ſubtiliter contuſo, et liquefacto in vino, ſi linietur vngula iumenti colliſa, ſanabitur.* H.

k. Boum) Cato de R. R. c. 71. *Bos, ſi aegrotare coeperit, dato continuo ei vnum ouum gallinaceum crudum, integrum facito deuoret. Poſtridie caput vlpici conterito cum hemina vini facitoque ebibat,* etc. Eſt autem vlpicum allii genus, de quo ſuo loco diximus. Columella, VI. 4. *de vitiis boum et medicinis. Saepe etiam languor et nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inſeras, ac poſtero die ſpicas vlpici vel allii cum vino conteras, et in naribus infundas.* H.

l. Allium ſilueſtre) Vlpicum. Cato. Dal.

m. Ouum coctum) Ouum vnum, gallinaceum, crudum, quod integrum deuoret. Cato cap. 71. Dal.

n. Animalis) Vulpis. H.

o. Boues) Vti de pantheris dictum eſt VIII. 41. Venit

Cypro contra tormina, hominum excrementis sibi mederi. Non *p.* subteri pedes boum, si prius *q.* cornua pice liquida perungantur. Lupos in agrum non accedere, si capti vnius pedibus infractis, cultroque adacto paulatim [1] sanguis circa fines agri spargatur: atque ipse defodiatur in eo loco, ex quo coeperit trahi. Aut si vomerem, quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit, excussum aratro, focus Larium, quo familia conuenit, absumat: [2] ac lupum nulli [3] animali nociturum in eo agro, quamdiu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia sui generis, quae aut placida non sunt, aut fera.

1. *paulatim sanguinis,* Ch. *sic, partim illorum, dicimus. quanquam semper fere, sanguinis pro sanguis, illud habet nominandi casu.* 2. *sic.* V. 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. animalium Gr. et Al.*

nit id in vsum prouerbii, teste Suida: Βοῦς Κύπριος· ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναισθήτου· φασὶ γὰρ τοὺς Κυπρίους βόας καπροφαγεῖν. *Bos Cyprius. De homine futili et stupido. Nam boues Cyprii stercoribus, vesci feruntur.* Hesychius: Βοῦς Κύπριος· καπροφάγος, εἰκαῖος, ἀκάθαρτος. Σημαίνει δὲ ἀτοπίαν τῶν Κυπρίων. Καὶ Εὔδοξος ἀφηγεῖται ὅτι κοπροφαγοῦσιν. H.

p. Non) Cato de R. R. c. 72. *Boues, ne pedes subterant, priusquam in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima vnguito.* Dal.

q. Cornua pice liquida perunguntur) Idem Cato cap. 72. Dal.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXIX.

I.

1 Natura remediorum, atque multitudo inſtantium *a.* ac [2] praeceptorum, plura de ipſa medendi arte cogunt dicere: quamquam non ignarus ſim,

1. *Naturae. Ch.* 2. *ſic et Ch. praeteritorum. Gr. et Alii.*

a. Inſtantium) Et eorum quae proxime dicenda ſunt, et eorum quae ſunt ante occupata. Ita Ch. cod. quem ſequuti ſumus prae ceteris, in quibus *ac praeteritorum* legitur. Inſtantia ſunt, ea de quibus dicere proxime incumbit: Sic diem inſtare dicimus. Praecepta, quae ſunt anticipata, ante occupata. *H.*

b. Quamquam non ignarus ſim) MSS. *Naturae remediorum atque multitudo inſtantium ac praeceptorum, plura de ipſa medendi arte cogunt dicere, quamquam non ignaros nulli ante haec Latino ſermone condita, ancepſque lubricum eſſe rerum omnium nouarum, et talium vtique, tam ſterilis gratiae tantaeque difficultatis in promendo.* Sic Voſſianus et maiorem etiam partem Chifletianus: neque aliter legendum eſt. *Praeceptorum* eſt anticipatorum, occupatorum: niſi malis *praeceptorum*. Pintianus ex apographo: *ancepſque ac lubricum eſſe rerum omnium nouarum principium.* Sed hoc condiderunt, qui non intelligebant τὸ *lubricum* eſſe hic poſitum, vt cum dicitur *lubricum iuuentutis.* τὸ *ac* recte ſuſtulit Gelenius. Neque id alii quatuor noſtri agnoſcunt. *Gr.*

[1] sim, [2] nullius ante haec Latino sermone condita, ancepsque *c.* lubricum esse rerum omnium [3] nouarum, [4] talium vtique, tam *d.* sterilis gratiae, tantaeque difficultatis, in promendo. Sed *e.* quoniam occurrere verisimile est omnium qui haec cognoscant cogitationi, quonam modo exoleuerint in medicinae [5] vsu, quae tam parata atque pertinentia erant: [6] mirumque et indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorem, fuisse, [7] et etiamnum saepius mutari, quum sit fructuosior nulla:

1. *sum. V.* 2. *nulli. Ch.* 3. *nouarum principium, tal. V. nouar. initium tal. Alii. V.* 4. *sic ex Mss. H. nec aliquid vtique gratiae, tam steriles difficultates promendo. V. nec aliud vtique gratiae, quam sterilis difficultatis in promendo, Alii. V. et alium vtique quam sterilis gratiae difficultatis in promendo. Ch. talium vtique, quam steriles gratiae, difficultates in pr. Gr. et Alii.* 5. *vsu in Ch. d. et mox pro, tam, legitur, iam. Lego, in medicina, quae iam parata etc.* 6. *mirum et. V.* 7. *aut etiamnum. Ch. omnino melius.*

c. Ancepsque ac lubricum esse rerum omnium nouarum, talium vtique quam steriles gratiae, difficultates in promendo) Scribo, *Ancepsque ac lubricum esse rerum omnium nouarum principium et talium vtique tam sterilis gratiae, tantaeque difficultatis, in promendo*, ex nostro apographo. Pint.

Anceps) Lubricum quasi substantiue, non sine elegantia: sic lubricum iuuentutis dicimus. Ab interpolatorum manu est, quod libri quidam praeferant, *ancepsque ac lubricum. H.*

d Tam) Vide N. et Em. N. I. (*hic* adi.) *Tam)* Haec quae sunt planissima, quaeque totidem omnino syllabis apicibusque repraesentant vetusta exemplaria omnia R. 1. 2. Ch. aliaque, miror neglecta ab editoribus Plinianis, vt tenebras nobis hoc loco meras offunfunderent, his verborum ambagibus: *quam steriles gratiae, difficultates in promendo. H.*

e. Sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui haec cognoscant, cogitationi) Puto legendum permutatis dictionibus: *Sed quoniam occurrere est, verisimili omnium qui haec noscant cogitationi*, sic enim fere est in eodem. P.

nulla: Diis *f.* primum inuentores suos assignauit, et caelo [1] dicauit. Necnon et hodie [2] multifariam ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam *g.* [3] Tyndareum reuocauisset

1. *dictauit. Ch.* 2. *multifaria. Ch. et* M. 3. *Thesiden. V. Thyndariden. Gr. et Alii.*

f. Diis) primum inuentores, etc.) Videlicet Apollini et Aesculapio. Agenorem et Cheironem medicinam primos fecisse scribit Plutarchus in Symposiacis lib. III. Quaest. 1. Dal.

f. Diis) Apollinem, Aesculapiumque intelligit. H.

g. Quoniam Tyndariden, etc.) Thesidem Hippolytum Thesei et Hippolytes reginae Amazonum filium, ab equis discerptum scribit Plutarchus in Parallelis hist. 34. Dal. *Quoniam Tyndariden reuocauisset ad vitam)* Archetypon nostrum non *Tyndariden* praefert, sed *Tyndareum*: scribo *Tyndareon* Attica inflexione ex Luciano, qui ita nominat in lib. de Saltatione, vbi huius fabulae meminit: et Zenobio in Paroemia *Aesopi sanguis. Item* Pindari interprete, cuius verba in Pythiis visum est subiicere: *Aiunt Aesculapium auro corruptum vitae restituisse Hippolytum mortuum: alii Tyndareon malunt, alii Capanaeum, alii Glaucon. Qui Orphaeum sequuti sunt, Hymenaeum, Stesichorus praeter Capaneum etiam Lycurgum. Alii quod Proetidas sanauerit. Alii quod Orionem. Pilarchus, quod Phinei filios curauerit. Pherecydes, quod eos qui Delphis occumberent, reuocaret ad vitam. Pint.*

Tyndareum) Helenae et Clytemnestrae patrem, de quo Hyginum consule fabula 78. fol. 18 *b.* Vide N. et Em. N. II. (hic pos.) *Quoniam)* Ita restituimus id nomen ope codicis R. 2. cui suffragatur et is quem Pintianus vidit: in vtroque enim *Tyndareum* non *Tyndaridem*, vt in editis, legitur. De hoc Tyndareo, praeter Hyginum, vt diximus in Nott. prioribus meminere Tzetzes. chil 10. hist. 349. vers. 720. de Aesculapio: Νεκροὺς ἀνέπλασαν αὐτὸν τινὰς ἀναζῶσαι, Τυνδαρέων, Ἱππόλυτον, σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις. *Mortuos finxerunt quosdam ab eo excitatos, Tyndareum, Hippolytum, aliosque non paucos.* Zenobius in Paroem. Cent. I. n. 47. vbi de Aesopo: Οὕτω γὰρ θεοφιλὴς ἐγένετο ὁ Αἴσοπος, ὡς

ſet ad vitam. Nec *h.* tamen ceſſauit narrare alios reuixiſſe opera ſua, clara Troianis *i.* temporibus, quibus fama *k.* certior, vulnerum tamen dumtaxat remediis.

II. Sequentia eius (mirum dictu) in nocte denſiſſima latuere vſque ad Peloponneſiacum *l.* bellum: tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates *m.*, genitus in inſula Coo, in primis clara ac valida, et Aeſculapio dicata. Is *n.* quum fuiſſet mos,

ὡς Τυνδάρεον, καὶ Ἡρακλῆν, καὶ Γλαῦκον. *Hic adeo carus exiſtit Diis, vt reuocatum in vitam hunc fabulentur, veluti Tyndareum, Herculem, Glaucum.* Apollodorus, L. de Diis, ex diuerſis auctoribus eorum nomina colligit, qui reuocati ad vitam ab Aeſculapio ferebantur. Capaneum ac Lycurgum Steſichorus proferebat: Eriphylen et Hippolytum, is qui Naupactica conſcripſit: Tyndareum, Panyaſis: qui Orpheum ſunt ſequuti, Hymenaeum: Mneſagoras denique, Glaucum Minois filium. H.

h. Nec) Medicina ſcilicet. Dicuntur eadem a Celſo, in praef. ſtatim initio operis: *Vetuſtiſſimus,* inquit, *medicinae auctor Aeſculapius celebratur; qui quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit in Deorum numerum receptus eſt. Huius deinde duo filii, Podalirius, et Machaon, bello Troiano ducem Agamemnonem, ſequuti, non mediocrem opem commilitonibus ſuis attulerunt: Quos tamen Homerus, non in peſtilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attuliſſe auxilii, ſed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi ſolitos eſſe propoſuit. H.*

i. Troianis temporibus) Machaone et Podalirio Aeſculapii filiis in eam expeditionem profectis. Dalec.

k. Fama certior) Celſus in prooemio. Dal.

l. Peloponneſiacum) Bellum in Graecia longe atrociſſimum, maximeque diuturnum, Athenienſes inter et Peloponneſios: quod erupit A. V. C. CCC. ante Chriſtum CCCCLIV. H.

m. Hippocrates) Natus Olymp. LXXX. ex ipſo Aeſculapii genere, quartuſdecimus ab illo, vt quidem aiunt. H.

n. Is) Et hunc Aegyptiis fuiſſe morem tradit Galenus, κατὰ γένη V. 2. p. 775.

mos, liberatos morbis ſcribere in templo eius Dei quid auxiliatum eſſet, vt poſtea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur, atque (vt Varro apud nos credit) [1] templo cremato, inſtituiſſe medicinam hanc, quae Clinice *o.* vocatur. Nec fuit poſtea quaeſtus modus: quoniam Prodicus *p.* Selymbriae natus, [2] e diſcipulis eius, inſtituens quam vocant Iatralepticen *q.*, [3] reunctoribus quoque

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. iam templo Gr. et Alii.* 2. *ſic ex Mss. H. e diſcipulis eius inſtituit. Ch. natus diſcipulis eius, Gr. et Al.* 3 *cultoribus quoque. Ch. reductoribus. Dal.*

735. iuxta Memphim, in templo Vulcani. H.

o. Clinice vocatur) Cubicularia, lectularia, ſic dicta ab inuiſcendis et tractandis aegris decumbentibus. Dal.

Quae) Caue aliquam vnam dumtaxat medicinae partem ea nomenclatione indigitari credas. Antiquis ſic appellata tota medicina eſt, qualis Hippocratis fuit: quia medici eſt aegros cubantes ἐν κλίνῃ *in lectulo*, inuiſere ac curare. Inde clinices nomen. Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 400. P. DECIMIVS. P. L. EROS. MERVLA. MEDICVS. CLINICVS. CHIRVRGVS. OCVLARIVS. Sed ficta ac recens inſcriptio. H.

p. Prodicus) Herodicus apud Plutarchum ex Platone, libro De iis qui ſero a numine puniuntur. Dal.

Prodicus) Vide N. et Em. N. III. (hic adi.) *Prodicus)* Nempe Hippocratis. Ita libri omnes, etiam MSS. Dalecampius tamen, *Herodicus* emendabat, ex neſcio quo Plutarchi loco, quem ſi vidit, praepoſtere haud dubie intellexit. Herodicum enim Hippocrates habuit, non diſcipulum, ſed artis magiſtrum. Teſtis Ioh. Tzetzes chil. 7. hiſt. 155. verſ. 959. Ὁ μέγας, ὁ καὶ δεύτερος, γέγονεν Ἱπποκράτης· Ὃν ὁ πατὴρ Ἡρακλειδᾶς τὰ ἰατρῶν διδάσκει. Ὁ ἐκ τῆς Σελυβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ, Scripſiſſe hunc Herodicum de diaeta, τὰ περὶ δίαιταν, auctor eſt Euſtath. in Iliad. i. p. 763. H.

q. Iatralepticen) Vnguentariam; quae frictionibus, ac oleorum illitu morbos curat, et bonam valetudinem tuetur. Athleticam medicinae

que Medicorum ac mediaſtinis *r.* vectigal inuenit.

III. Horum *s.* placita Chryſippus ingenti garrulitate mutauit, plurimumque [1] et ex Chryſippo diſcipulius eius Eraſiſtratus, Ariſtotelis *t.* filia genitus. Hic *v.* Antiocho rege ſanato C. *x.* talentis donatus eſt a rege Ptolemaeo filio eius, vt incipiamus et praemia artis oſtendere.

1. *ſic ex Mss. H. et M et a Ch. V. etiam ex Gr. et Alii.*

nae addidiſſe Plutarchus ſcribit. Dalec.

Iatralepticen) Ἰατραλειπτική, quae vnguentis et perfrictionibus medetur corporis morbis. Iatraliptae, quorum opera medici in vngendo, et reungendo vtebantur: ſiue potius medici qui reungendo vile mediaſtinorum obirent munus. H.

r. Mediaſtinis) Balneatoribus. Mediaſtinos pro balneatoribus Nonius accipit, quem ſequuti ſumus. De hoc voce Voſſium vide in Etym. H.

s. Horum) De Chryſippo et Eraſiſtrato abunde diximus in Auctorum Indice. De Eraſiſtrato praeterea multa Appianus in Syriac. p. 127. ſqq. H.

t. Ariſtotelis) Non Natura tamen, ſed adoptione filium modo fuiſſe ait Sext. Emp. adu. Mathem. c. 12. p. 51. vbi Pythiadem Ariſtotelis filiam tribus viris nupſiſſe refert: primum quidem Nicanori: deinde Proclo qui genus duxerat a Demarato Lacedaemoniorum rege; poſtremum Μητροδώρῳ ἰατρῷ, Chryſippi diſcipulo, Eraſiſtrati magiſtro Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῇ, Ερασιςράτου δὲ ὑφηγητῇ. Ita Seruium Galbam Imp. a nouerca ſua adoptatum legimus, apud Tranquillum, 4. H.

v. Hic) Vide quae diximus de Cleombroto, quem eumdem eſſe cum Eraſiſtrato coniecimus, VII. 37. Fuit is porro Antiochus, de quo nunc agitur, Seleuci Nicatoris F. quem amore Stratonices nouercae aegrum deprehendit, Eraſiſtratus ſanauit. Vide Valer. Max. V. 7. Macrob. L. vlt. Saturn. 15. Plutarch. in Demetrio, alioſque. H.

x. Centum) Monetae noſtrae libris 240000. vt diximus VII. 39. H.

IV. Alia *y.* factio (ab experimentis [1] cognominant Empiricen *yy.*), coepit in Sicilia, [2] Acrone *z.* Agrigentino Empedoclis Physici auctoritate commendato.

V. Dissederuntque *a.* [3] hae diu scholae: et omnes eas damnauit Herophilus, in *b.* musicos pedes venarum pulsu [4] descripto per aetatum gradus. Deserta deinde et haec secta est: quoniam necesse erat in ea literas scire. Mutata et quam postea Asclepiades (vt *c.* retulimus) inuenerat. Auditor eius Themison *d.* fuit, qui quae *e.* inter initia scripsit,

1. *sic ex Mss. H. experimentis se cognominans Emp. Gr. et Al.* 2. *a Creonte V.* 3. *sic ex Mss. H. eae scholae Gr. et Al.* 4. *discreto. M.*

y. Alia factio ab experimentis se cognominans Empiricem coepit in Silicia Acrone Agrigentino, etc.) In vetusto codice, *Alia factio (ab experimentis cognominant empiricen) coepit in Sicilia Acrone Agragantino, etc. P.*

yy. Empiricen) Ἐμπειρικὴ, secta medicorum dicitur, quae sola experientia vtitur, Hard.

z. Acrone) In quem illud est Empedoclis epigramma, recitatum a Laertio in Empedocle, VIII. Ἄκρον ἰητρὸν Ἀγραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου Κύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης. *Acronem summum medicum summo patre natum, in summa patria tumulus summus habet.* De medicina hunc scripsisse sermone Dorico, et librum vnum de victu sanorum, auctor est Suidas, verbo Ἄκρων. H.

a. Dissederuntque eae scholae: et omnes eas damnauit Herophilus) Quatuor nostri, *Dissederuntque ex schola.* Antiquior *haedischole.* Lege: *Dissederuntque hae diu scholae. Gron.*

b. In.) Plin. supra XI. 88. *Arteriarum pulsus ... index fere morborum in modulos certos legesque metricas ... descriptus ab Herophilo, medicinae vate miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus, etc.* Martianus Capella III. *Herophilus aegrogrorum venas rhythmorum collatione pensabat.* H.

c. Vt) L. XXVI. 7. 8. H.

d. Themison) Egimus de eo in auctorum Indice. H.

e. Qui quae inter initia scripsit illo mox recedente a vita

psit, illo mox [1] recedente a vita, ad sua placita mutauit. Sed *f.* et illa [2] Antonius Musa eiusdem auctoritate Diui Augusti *g.*, quem contraria medi-

Y 3 cina

1. *excedente e vita. V.* 2. *eiusdem Antonius Musa auctor. August. Dalec.*

a vita ad sua placita mutauit.) In cod. *Seque inter initia ascripsit illi. Mox procedente, vitia sua et placita mutauit*: legendum reor, *procedente auaritia. Pint.*

Qui quae inter initia scripsit) Hermolaus, *sed quae inter initia scripsit illi mox rec. a vita ad sua placita mutauit*: aut, *seque inter initia adscripsit, illo mox rec. a vita sua placita mutauit.* Voss. *seque inter initia adscripsit illi mox procedente vita sua et placita.* Vt fere et Chifl. Forte: *Auditor eius Themison fuit, seque inter initia adscripsit illi, mox recedentis a vita sua ad placita mutauit.* Primum sese Asclepiadeum professus est; dein mortui placita mutauit ad sua Men. et Acad. *fuisse qui inter initia.* Pintiani codex prorsus vt Vossianus: ipse, *procedente auaritia. Gr.*

Qui) Vide N. et Emend. N. IV. (hic adi.) *Qui*) Hermolai haec manu reficta: In Parmensi: *Seque inter initia scripsit. Illo*, etc. In R. 2. Pintiani cod. *seque inter initia adscripsit illi: mox procedente vita sua et placita mutauit.* Coniectura Pintiani: *mox procedente auaritia.* Nostra: *Seque inter vitia adscripsit illi: mox recedentis a vita sua ad placiga mutauit.* Primum sese Asclepiadeum professus est: illius deinde mortui placita mutauit ad sua. Sensimus nos postea id iam occupauisse Gronouium. H.

f. Sed et illa Antonius Musa eiusdem Augusti auctoritate) Scribendum forte, *Sed et illa Antonius Musa eius discipulus, Augusti auctoritate. Pint.*

Antonius) Diximus antea de eo. XIX. 38. Sed hoc loco vel scribendum in contextu, vel subintelligendum sane videtur *eiusdem auditor*: vt sententia sit, Asclepiadis, vt Themisonem, ita et Musam auditorem fuisse. H.

g. *Augusti*) Sueton. de Augusto, 81. *Quum destillationibus, iocinere vitiato, ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. H.*

cina graui periculo exemerat. Multos *h.* praetereo Medicos, celeberrimosque ex [1] iis Cassios *i.* [2] Calpetanos *k.*, Arruntios, Albutios, Rubrios. [3] Ducena *l.* quinquagena H - S. annua *m.* mercede iis fuere apud principes. Q. vero Stertinius imputauit principibus, quod H - S. quingenis annuis contentus esset: sexcena *o.* enim sibi quaestu vrbis fuisse numeratis domibus ostendebat. Par et fratri

1. *his Cassios, Carpetanos, Arbuntios, Rubrios, ducena quinquagena bis annuales mercedes fuere. Ch.* 2. *sic ex Mss. H. Calpitanos. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H.* C C L. *Gr. et Al.*

h. Multos praetereo Medicos) Mirum inter medicos famosos praeteritum Craterum, de quo Cicero multis locis ad Atticum. Persius, *Sed quid opus Cratero magnos promittere montes?* Horatius. *Non est cardiacus, Craterum dixisse putato, Hic ager* — Porphyrius lib. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, memorata etiam rara historia serui eius, quum, cum caro ab ossibus discederet et deflueret nouo inauditoque morbo, esu viperae in modum piscis praeparatae sanatus est. Victorius cap. 12. IX. Dal.

i. Cassios) Laudatur Cassius a Galeno κατὰ τόπ IX. 4. pag. 614. *ingeniosissimus saeculi nostri medicus*, inquit Cels. in praef. I. *quem nuper vidimus Cassius*, Laudatur a Scrib. Largo Comp. 120 et 176. Alius ab eo Cassius Iatrosophista, cuius exstant quaestiones siue problemata 85. Graece scripta, conuersa a Gesnero in Latinum sermonem. H.

k. Calpetanos) Sic. R. 1. *Calpitanos.* In R. 2. *Carpetanos:* At in inscript. veruſtis apud Gruter. CALPETANVS. *H.*

l. Ducena) hoc est ducenta quinquaginta sestertia: vel, quod idem est, ducenta quinquaginta millia sestertiûm: monetae Gallicae, librae sunt, vt vocant, 25000. H.

m. Annua) MSS. R. 2. et Ch. *annuales mercedes*, lectione haud poenitenda. H.

n. Imputauit) Id haberi beneficio loco voluit, quod hanc tantum mercedem a Principibus posceret: quingenta sestertia, siue quingenta sestertiûm millia, librae sunt Gallicae 50000. Sexcenta, 60000. H.

o. Sexcena) Sexcentorum sestertiûm quaestum faciebat in vrbe, idque comprobabat

tri eius merces a Claudio Caesare [1] infusa est: censusque, quamquam [2] exhausti, operibus Neapoli exornata, heredi [3] H-S. CCC. *p.* reliquere, quantum *q.* ad eam aetatem Arruntius solus. Exortus deinde est Vectius *r.* Valens, adulterio Messalinae Claudii Caesaris nobilitatus, pariterque eloquentiae affectator. [4] Is eam potentiam nactus, nouam instituit sectam. Eadem aetas Neronis principatu ad *s.* Thessalum [5] transiliuit, delentem cuncta [6] maiorum placita, et rabie quadam in omnis aeui medicos perorantem: quali prudentia ingenioque, aestimari vel vno argumento abunde potest, quum monumento suo (quod est [7] Appia Via) Iatronicen

1. *effusa. V.* 2. *exhaustis opib. M. exhaustis operis Neapolis haeredi. Ch.* 3. *sestertia trecenta. Hermol. sestertium trecenties. Budaeus. aut certe, tricies, reponendum. Hot. de re num. p. 256.* 4. *Is et pot. Al.* 5. *transiit. V.* 6. *maiorum, in Ch. d.* 7. *in Appia. V.*

babat numeratis domibus aegrotorum, *quos inuisebat.* Hard.

p. H-S. CCC) Hoc est, sestertium trecenties, subintellige, centena millia, quae superposita numero lineola designat. Summam id efficit trium, vt vocant in Gallia, millionum seu librarum 3000000. Sic inferius centies HS reliquisse Crinas dicitur. H.

q. Quantum ad eam aetatem Aruntius solus) In codice antiquo, *quadragena dena Aruntius solus. Pint.*

r. Vectius) In inscriptionibus antiquis VETTIVS. De Vettio Valente, adulterium eum, Messalina coniuge Claudii Caesaris confesso vide Tacit. Annal. XI. pag. 169. Anthologias scripsisse dicitur, in quibus et de annis climactericis egit. Scrib. Larg. comp. 76. eo se condiscipulo et familiari vsum testatur. H.

s. Ad) Trallianus id fuit, Methodicorum sectae magno saeculi sui plausu conditor. Omnes ante se medicos, Hippocratem quoque, inscientiae arguebat, vt ex fragmento apparet epistolae eius ad Neronem, quod refert Galen. meth. med. l. 2. p. 3. T. X. quo capite Thessalum ipse inscitiae arrogantiaeque insimulat. Hard.

cen *t.* se inscripserit. Nullius *v.* histrionum equarumque trigarii comitatior [1] egressus in publico erat: quum Crinas Massiliensis arte *x.* geminata vt cautior religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride Mathematica cibos dando, horasque *y.* obseruando, auctoritate eum praecessit. Nuperque centies *z.* H-S. reliquit, muris patriae *a.*, moeni-

1. *egress. in publicum. V. regressus e publico Alii, V.*

t. Iatronicen) Ἰατρονίκης, medicorum victor. H.

v. Nullius histrionum equarumque trigarii comitatior egressus in publico) In eod. *Nullius histrionum equorumque trigarii comitatiore egressus in publico.* sequitur continuo, erat: *cum Crinas Massiliensis arte geminata:* verbum *erat* scribendum cum maiore litera, vt sit initium sequentium, et lege sic, *Erat tunc Crinas Massiliae. Is arte geminata, etc.* Pint. *Nullius histrionum equarumque)* Vult auctoritatem eius demonstrare per turbas in honorem eius affectantium: qua in re confert eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigisque qui Circensibus trigas equarum agitarent; qua exercitatione Nero quoque ipse eius temporis Romanorum princeps in primis delectabatur. Gelen.

Nullius) Vult auctoritatem eius demonstrare per turbas in honorem eius affectantium, inqit Galenus: qua in re confert eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigisque, qui circensibus trigas equarum agitarent: qua exercitatione Nero quoque ipse eius temporis Romanorum Princeps in primis delectabatur, Pantomimos egredientes in publicum etiam Romani equites cingebant, quod fieri amplius Tiberius vetuit. Vide Tacit. Annal. I. pag. 35. H.

x. Arte) Artes geminasse dicitur, quia Mathematicam cum medicina copulauit: cuius generis homines ἰατρομαθηματικούς appellatos esse, auctor est Ptolem. in Tetrab. H.

y. Horasque) Sic etiam Petosiris olim, Mathematicus Aegyptius de quo Iuuenalis, Sat. 6. v. 378. *Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris. H.*

z. Centies H-S) Hoc est centies centena millia sestertiûm, Monetae Gallicae libras efficiunt 1000000. seu millionem vnum. H.

a. Patriae) Massiliae. H.

[1] moenibusque aliis *b.* paene non minori summa exstructis. Hi regebant fata, quum repente [2] ciuitatem Charmis ex eadem Massilia inuasit, damnatis non solum prioribus Medicis, verum et balineis: frigidaque etiam hibernis algoribus lauari persuasit. Mersit aegros in lacus. Videbamus senes Consulares vsque in [3] ostentationem rigentes. Qua de re *c.* exstat etiam Annaei Senecae stipulatio. Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua [4] aucupantes anima *d.* statim nostra negotiari. Hinc illae circa aegros miserae sententiarum con-

Y 5 cer-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. moenibus quoque aliis. Gr. et Alii.* 2. *ciuitate. M. Charmis. Ch. leg. ciuitatem Marcus Charmis.* 3. *ostentione Ch.* 4. *sic ex Mss. H. aucupantes animas statim nostras. Gr. et Alii.*

b. Aliis) Aliorum oppidorum. H.

c. Qua de re exstat etiam Annaei Senecae stipulatio) Gud. Men. Acad. *adstipulatio.* Vossianus et Andeg. *adstipulatio* id est, adfirmatio de sese. Gron.

Qua) Seneca, cap. 53. p. 268. *Memor artificii mei veteris, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet.* Et ep. 63. pag. 360. *Ille tamen psychrolutes* (hoc est, lauator in frigida, ψυχρολούτης,) *qui Calendis Ianuariis in Euripum saltabam etc.* Eadem est Horatii de se adstipulatio, affirmatioue, I. ep. 75. v. 2. auctore nempe Antonio Musa qui calidas Baiarum aquas improbabat: laudabat imprimis ψυχρολουσίας. *Nam mihi Baias Musa superuacuas Antonius, et tamen illis Me facit inuisum, gelida cum perluor vnda Per medium frigus. H.*

Annaei Senecae stipulatio) Lib. VII. epist. ad Lucilium: *Memor artificii mei veteris, frigidae cultor, mitto me in mare, quo modo psychroloutem decet, gausapatus.* Et rursum lib. XII. *Ille tantus psychroloutes, qui Calend. Ianuariis Euripum salutabam, qui anno nouo quemadmodum scribere, legere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire, primum ad Tyberim transtuli castra.* Horat. I. lib. epist. ad Vallam: — *gelida dum perluor vnda Per medium frigus.* — Eo pertinet iocus Plauti in Ru-

certationes, nullo idem cenſente, ne videatur [1] acceſſio *f.* alterius. Hinc illa [2] infelicis monumenti inſcriptio, TVRBA *g.* SE MEDICORVM PERISSE.

1. *aſſertio. M.* 2. *infelix. Ch.*

Rudente, *Aedepol Neptune es balneator frigidus, Cum veſtimentis, poſteaquam abs te abii, algeo.* Dalec.

Adſtipulatio) *Affirmatio de ſe.* H.

e. *Animas ſtatim noſtras negotiari*) Voſſianus, vt Pintiani, *anima ſtatim noſtra negotiari.* Lege: *Nec dubium eſt omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes animae fatum noſtrae negotiari.* Id eſt, periclitando vitam noſtram pecuniam quaerere, diſcrimen animae noſtrae in negotio et quaeſtu habere. Niſi tamen malis *ſtatum*, id eſt, ſalutem. nam *ſtatus* eſt ſalus rei familiaris, de quo vſu vocabuli diximus ad Plinii minoris epiſtolas. Et *ſtare, ſiſtere, ſiſti* eleganter eſt ſaluum eſſe, de quo ad Liuium. Verum hoc puto et auctore noſtro digniſſimum. Gron.

Anima) De vita ipſa noſtra, non modo de fortunis, ſtatim ſibi quaeſtum inſtituere. Vide N. et Em. N. V. (hic adi.) *Anima*) Sic Mss. 1. 2. aliique, non, vt editi, *animas ſtatim noſtras*: neque vt Gronouius coniiciebat, *animae ſtatum* vel *fatum noſtrae* negotiari. Sic *alio* mercaturae *genere negotiari* dixit Colum. in praef. XII. H.

f. Acceſſio) Ne videatur alterius ſententiae acceſſor tantum, et *approbator iners, non etiam auctor.* Verbum id iuris eſt: acceſſorium vulgo dicimus, quod inſtar additamenti eſt, paruoque ſolet aeſtimari, ſi cum principali re conferatur. Ea voce rurſum Plinius vtitur, XXXIII. 2. *Smaragdis teximus calyces . . . aurum iam acceſſio eſt.* Quaſi diceret, principalia luxuriae irritamenta nunc ſunt ſmaragdi gemmaeque: aurum acceſſorium eſt Val Max. V. 7. nro. 2. *Nec acceſſor* (in quibuſdam exemplaribus *acceſſio*) *glorioſae illius pompae, ſed auctor ſpectatus eſt.* Hard.

g. *Turba*) Vulgo id dictum Caeſari Hadriano adſcribitur. Verum ex iſto Plinii loco, atque ex Dione Caſſio, in extrema Hadriani hiſtoria, multo eſſe vetuſtius intelligimus. Senarius eſt, vt putant, Menandri Comici: Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδος μ' ἀπώλεσεν. Hard.

SE. Mutatur ars quotidie, toties interpolis *h.*, et ingeniorum Graeciae [1] flatu impellimur. Palamque est, vt quisque inter istos loquendo [2] polleat, imperatorem *i.* illico vitae nostrae necisque fieri: ceu *k.* vero non millia gentium sine Medicis degant, nec tamen sine Medicina: sicut *l.* populus Romanus vltra sexcentesimum annum, [3] nec ipse in accipiendis artibus lentus, Medicinae vero etiam auidus, donec expertam damnauit.

VI. Etenim [4] percensere insignia priscorum in his moribus conuenit. Cassius Hemina, [5] ex anti-

1. *fastu. V.* 2. *pollet. V. valeat. Ch.* 3. *neque. M. et Ch.* 4. *recensere. Ch.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. ex antiq Gr. et Al.*

h. Interpolis) Interpolata, *immutata.* H.

i. Imperatorem illico, etc.) Est apud Iurisconsultos Alpheni responsum de patrono medico, qui sperabat si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum: quo ex loco medicis aegros, non aegris medicos imperare colligunt. Medico sane magis imperium conuenit, merces tamen, cuius gratia circumambulat, dum aegros inuisit, auctoramentum quoddam seruitutis est. Quin etiam blandiri et assentari aegris, magnasque non raro molestias deuorare, vt ipsis morigeretur, velut quaedam vis ac necessitas est, non secus, ac si regis tyrannide subesset imperio. Huc pertinet locus Senecae, c. 16. VI. de Benef. *Quare medico et praeceptori plus quiddam debeo, nec aduersus illos mercede defungor? quia ex medico et praeceptore in amicum transeunt, et nos non ante quam vendunt obligant, sed benigna et familiari voluntate. Itaque medico, qui nihil amplius quam manum tangit, et me inter eos quos perambulat, ponit, sine vllo affectu facienda vitandaque praecipiens, nihil amplius debeo, quia me non tamquam amicum vidit, sed tamquam imperatorem.* Duarenus cap. 54. I. Anniuers.

k. Ceu) De Babyloniis illud ipsum prodidere Herod. I. et Strabo XVI. de Bastetanis, Hispaniae populis, idem Strabo, de Hispanis antiquioribus, III. Euseb. H. E. X. 11. H.

l. Sicut) Vide quae diximus XX. 33. H.

antiquissimis auctor est, primum e Medicis venisse Romam Peloponneso Archagatum Lysaniae filium, L. Aemilio [1] L. Iulio *m.* Coss. anno vrbis DXXXV. eique ius Quiritium *n.* datum, et tabernam in compito Acilio emptam ob id publice *o.* Vulnerarium *p.* eum [2] fuisse e re dictum: mireque gratum aduentum

1. Sic ex Mss. H. et Ch. M. Liuio Coss. 2. Sic ex Mss. H. fuisse credunt, mireque. Ch. eum tradunt fuisse vocatum, mireque Gr. et Al.

m. L. Iulio) Vide N. et Em. N. VI. (hic coll.) *Lucio*) Veterem scripturam regii codicis 8686 et Chifletiani, quae est optima, quamuis abbreuiata, fide integra repraesentamus. Libri editi habent, *L. Aemilio, M. Liuio Coss.* Atque ita etiam Cassiodorus et Zonaras. Praue: nam plebeia fuit gens Liuia, nec consulatui gerendo habilis. Apud Liuium historicum XXII. cum L. Emilio Paulo, M. Laelius Consul legitur: pari errore. Nos veteris scripturae optimae sequuti vestigia, ita legendum esse coniicimus: *L. Aemilio, L. Iulio Coss.* quoniam Iuliae gentis praenomina nummi veteres tantum tria exhibent: Caii, Lucii, et Sexti. H.

n. Quiritium) Vide quae de Quiritibus diximus ad XVI. 57. Et adde, pro Quirite, Quirinum dixisse Plutarchum in Numa. pag. 61. vbi centum quinquaginta Patres ait, intra se ita partitos esse reipublicae administrationem, vt singuli senis per noctem, totidemque per diem horis, ius dicerent *Quirino*, καὶ χρηματίζειν ἓξ μὲν ὥρας τῆς νυκτὸς, ἓξ μὲν ὥρας τῆς νυκτὸς, ἓξ δὲ τῆς ἡμέρας Κυρίνῳ. *Loco Quirini* vertit interpres praue. Amyottus Gallice, *comme Souverain*: ratus, opinor, legendum esse κυρίως. Salmasius in Nott. ad Vopiscum, in vita Taciti Imp. vocem hanc expungit, quae sententiam turbat, inquit, et prorsus alieno loco insidet. Mutare alius dicitur Κυρίνῳ in κύριον ὄντα. Nihil mutandum, quum sit plana sententia: ius reddidisse quemque Senatorem per vices cuilibet in vrbe Roma genito: cuius esset ius peculiare, *ius Quiritium* appellatum, et quem *Quirinum* pro Quirite Plutarchus vocat. H.

o. Publice) Publico sumtu. H.

p. Vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum mireque) Chifl. Vossiani tres, Acad. Gud.

uentum eius initio: mox a saeuitia secandi vrendique transisse nomen [1] in carnificem, et in taedium artem omnesque Medicos: quod clarissime intelligi potest ex M. Catone, [2] cuius auctoritati triumphus atque Censura minimum conferunt: tanto *q.* plus in ipso est. Quamobrem verba *r.* eius ipsa ponemus.

VII. Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili: quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit? illorum literas inspicere,[4] non perdiscere, vincam *s.* Nequissimum et indocile genus illorum: et hoc puta vatem dixisse: [5] Quandocumque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Tum etiam magis, si Medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros necare omnes Medicina. [6] Et hoc ipsum [7] mercede faciunt, vt fides iis sit, et facile disperdant. Nos quoque dictitant barbaros, et spurcius nos, quam alios opicos *t.*, appellatione foedant. [8] Interdixi *v.* tibi de medicis.

VIII.

1. *in carnifices. Ch.* 2. *cui auctoritatis. Alii.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. eorum Gr. et Al.* 4. *perdiscere. Vincam nequissimum Gr et Al.* 5 *Quandoque. Ch.* 6. *Sic ex Mss. H. sed hoc ipsum Gr. et Al.* 7. *mercedes facient. Ch.* 8. *interdicit ibi. V.*

Gud. *cum fuisse credunt mireque*, sine τῷ *vocatum.* Sed neque *credunt* neque *tradunt*, hic locum habet: pendet enim oratio ἐκ τοῦ *Cassius Hemina auctor est.* Lege: *Vulnerarium eum fuisse e re dictum; mireque gratum aduentum eius.* Gron.

Vulnerarium) Qui vulneribus praesertim curandis operam suam addicit: vt ocularium dicimus, qui sanandis oculis. H.

q. Tanto) Adeo sunt plures aliae in eo dotes ac virtutes. H.

r. Verba eius ipsa ponemus) Haec ex epistolis, quarum mentio apud Sextum Pompeium. Dal.

s. Vincam) Euincam, *arguam, demonstrabo.* H.

t. Opicos) Opicus ἀῤῥητοποιός, cui os spurcum. Opici populi Italiae fuerunt inhonesti, et obscoeni, vt in vitium

VIII. Atque hic Cato DCV. anno vrbis nostrae obiit, LXXXV. suo, ne *x.* quis illi defuisse publice tempora, aut priuatim vitae spatia ad experiendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem vtilissimam credimus? Minime hercules: subiicit enim qua medicina et se et coniugem vsque ad longam senectam perduxerit, iis ipsis scilicet, quae *y.* nunc nos [1] tractamus. Profiteturque esse commentarium sibi, quo medeatur filio, [2] seruis, familiaribus, [3] quem nos per genera *z.* vsus sui digerimus. Non *a.* rem antiqui damnabant, sed artem. Maxime *b.* vero quaestum esse [4] immani pretio vitae,

1. *trademus.* M. *tractamus. Dal. quae nunc nostra scitamus.* Ch. 2. *seruisque. V.* 3. *quae nos etc. differemus.* M. *quem nos, etc. digerimus.* Ch. 4. *immanem. V. manipretio* Ch.

vitium nomen abierit. Ausonius Eunum liguritorem magistrum, *opicum* vocat. Turn. c. 12. lib. X. Aduers. Dalec.

Opicos) Rudes, impolitos, simplices, more antiquo. Sic quosdam compellat Gellius, II. 11. *Hic ego ad nostros iuuenes conuertor: et, Quid, inquam, vos Opici, dicitis mihi?* Et Tullius Tiro apud eumdem Gellium, XIII. 9. *Non vt nostri opici putauerunt:* qua scilicet sententia Plinius XVIII. 66. *quod nostri . . . imperitia appellauere,* dixit. H.

v. Interdixi tibi de medicis: atque hic Cato) Desiderantur haec omnia in antiquo codice, praeter duo vltima verba. Pint.

x. Ne quis) Ne quis aut publice temporum ante actorum vsum Romanis, aut priuatim vitae longioris experientiam Catoni defuisse arbitretur. H.

y. Quae) In R. 1. *quam nunc nostredamus.* In R. 2. et Ch. *quae nunc nostrascitamus.* H.

z. Per) Per genera *morborum, in quibus* plurimus vsus illius est. H.

a. Non rem) Non medicamenta per se damnabant. H.

b Maxime vero quaestum esse immani precio vitae recusabant) Scribo, *Maxime vero quaestum esse in manuprecio vitae recusabant.* Quid sit manuprecium Varro te docebit. Dal.

tae, [1] recusabant. Ideo templum Aesculapii, etiam quum reciperetur is Deus, extra *c.* vrbem fecisse, iterumque *d.* in insula, traduntur. Et quum Graecos Italia pellerent, diu etiam post Catonem, excepisse *e.* Medicos. Augebo *f.* [2] prouidentiam illorum. Solam hanc artium Graecarum nondum exercet Romana grauitas in tanto [3] fructu: paucissimi Quiritium attigere, et ipsi statim ad *g.* Graecos [4] transfugae: imo vero auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus, etiam apud imperitos expertesque linguae, non est. Ac minus credunt, quae

1. *recusabat.* Gr. et Al. 2. *prudentiam.* V. 3. *fructu.* *Quiritium pauciss.* Cb. 4. *transfugere.* M.

Maxime) Immani pretio licere hominum vitam nolebant. In R. 2. cod. *Maxime vero quaestum esse manupretio vitae recusabant*: hoc est aestimata pretio vita, vel accepto pro vita pretio. Credo sincerius id elegantiusque H.

c. Extra vrbem fecisse) Vide caussas apud Plutarchum in Quaest. Roman. quaest. 94. Dalec.

Extra) Huius consilii caussas inuestigat Plutarch. in Quu. Rom. p. 286. H.

d. Iterumque) P. Victor in descript. Vrbis Romae, regione XIV. quae trans Tiberim: *In insula, aedes Iouis et Aesculapii, et aedes Fauni.* Festus: *In insula Aesculapio facta aedes fuit, quod aegroti a medicis aqua maxime sustententur.* H.

e. Excepisse) Nominatim appellasse medicos cum ceteris Graecis Vrbe pellendos. Excipere hoc loco non est demetere, secernere, vel eximere numero: sed nominatim cauere. Cuius significationis exempla plurima in Iureconsultis occurrunt: atque in ipso Cicerone ad Q. Frat. I. ep. 1. *Nominatimque lex exciperet, vt ad templum monumentumque nostrum capere liceret.* H.

f. Augebo) Mandabo, inquit, litteris Latinis, quae medici ad hunc diem Graecis. Ita fiet, vt illis facile careamus: prouideantque Romani magis, ne sese in Vrbem peregrinitas illa infundat. H.

g. Ad) Quoniam spreto Latino sermone Graece etiam homines Romani scripserunt, vt Sextius Niger, aliique. H.

quae ad salutem suam pertinent, si intelligunt. Itaque hercule in hac artium sola euenit, vt cuicumque Medicum se [1] professo statim credatur, quum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. Nulla praeterea lex, quae puniat [2] inscitiam: capitale nullum exemplum vindictae. Discunt periculis nostris, et experimenta per mortes agunt: Medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est. Quinimo *h.* transit [3] conuitium, et intemperantia culpatur: vltroque qui periere arguuntur. Sed *i.* decuriae pro more censuris principum examinantur: inquisitio *k.* per [4] parietes agitur: et *l.* qui de nummo iudicet,

1. *profitenti. M.* 2. *inscitiam eam: capitale nullum exempl. Ch.* 3. *in conuit. V.* 4. *parentes. V. partes. Alii.*

h. Quin) Quin etiam transit a medicis conuitium in aegrotos ipsos: Horum intemperantia culpatur. H.

i. Sed decuriae) Erant Romae decuriae quinque, in singulis ICC. ciues, qui iudices, non equites dicti. Constitutum erat, ne cui ius id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri auoque Paterno sestertia cccc. census esset. Eius principum censura fiebat examen, et inquisitio per parentes (sic enim legendum, *non parietes)* agebatur. Vide infra c. 1. lib. XXXIII. Dal.

Sed) Sed iudices qui sunt in decurias allegendi, mos est a principibus examinari, qui censuram exercent. De iudicum decuriis XXXIII. 7. H.

k. Inquisitio per parietes agitur) Vel, *per parentes*, vt diximus: vel, *per partes.* Quintil. lib. V. Centumuiralium partes in hastas duas diuisas memorat. Cognoscebant autem Centumuiri de haereditatibus, quacunque de causa peterentur, siue ab intestato, inofficioso, iniusto, falso testamento. Haereditatis petitionem. *Centumuirale iudicium* vocat Iustinianus *l. vlt. Cod. de haered. pet.* Diuidebatur in partes, siue hastas, siue consilia, siue tribunalia (tot enim nominibus vtebantur) duas, vel quatuor, pari numero iudicum constantes. Plin. l. 6. Epist. *Quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum*

dicet, a Gadibus columnisque Herculis [1] accersitur: de m. exsilio vero [2] non nisi XLV. electis viris

1. *arcessitur. Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. non nisi de XLV. electis. Fr. Iu not ad Symmach. ep. 1. p. 85. non nisi die XL. r. quinque electis Gr. et Al.*

tum et octoginta: tot enim quatuor consiliis conscribuntur. Et paulo post: *Duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus.* Marcellus *l. si pars de inoff. testam.* Papinianus *l. cum filius de legat.* 2. Cum filius diuisis tribunalibus actionem inofficiosi matris pertulisset, atque ita variae sententiae iudicium extitissent. *Reginaldus.*

Inquisitio) Non per singulas dumtaxat domos, de iudicum moribus inquiritur, explorantibus certis hominibus quid in quaque domo agatur: sed et auriti mittuntur emissarii, qui vel per ipsos parietes candidatorum sermones excipiant, subauscultentque. Vide N. et Em. N. VII. (hic adi.) *Inquisitio)* Formulam hic aliquam iuris latere Iureconsulti alias eruditi, virique critici, falso arbitrati sunt. Quare librorum omnium, etiam condituorum, vt R. 1. 2. Colb. Ch. etc. constantissima lectione neglecta, alii *per parentes*, vt Dalecampius; alii *per partes*, vt Pithoeus, Aduu. II. 19. p. 444. et sq. Gronouius, *per patrias*: alii aliter censuerunt: nemo ex iis probabili sententia, quam nos omnino perspicue, vt quidem remur, ex simplici, nec petita longius Plinianae orationis interpretatione eruimus: Inquisitores eiuscemodi, qui per parietes captabant candidatorum sermones, ὠτακουςὰς Graeci vocabant, quibus Cyrus primum vsus dicitur a Xenophonte Παιδ. VIII. De his etiam Plut. περὶ πολυπρ. Iidem Graecis deinde πευθῆνες. Curiosi a Latinis sequiore aeuo nuncupati: de quibus multa Gothofr. in Cod. Theod. VI. 29 de curiosis p. 193. sqq. Item *auriculares*, in Chronico Noualicensi V. 3. *Hic denique mittens auriculares et praecones, qui lustrarent ciuitates et castella, ne homines inconsulte loquerentur de eo.* In Gallia vulgo appellamus, *des Ecoutes*: ab auscultando; item *des Espions*. H.

l. Et qui de nummo iudicet) Ait aeris Tribunos non temere legi et creari, sed magna cum diligentia et iudicio, vt potius a Gadibus columnisque Herculis, id est, ab vltimis terris, orbisque finibus accersantur. Vide Ascon. Paedianum. *Dalec. Et qui de nummo iudicet)*

viris datur tabella. At *n.* de iudice ipſo quales in conſilium eunt, ſtatim occiſuri? Merito, dum nemini

dicet) Scribendum potius *indicet*, vnde Index lapis. Pint.

Et qui) De leuiſſimis pecuniae ſummis, nedum de vita et capite ciuium. Seneca de ira III. 33. *Euocati e longinquis regionibus iudices ſedent, iudicaturi vtrius iuſtior auaritia ſit.* Mittuntur, inquit, in cuiuſque patriam, qui explorent qua fama et exiſtimatione ſint, quam municipibus ſuis probati: non enim tantum ex Vrbe capiuntur et Italia, ſed ex omnibus euocantur Imperii partibus, qui de pecunia iudicent non magna. Corn. Balbum hoc loco indicat, Gadibus natum, de quo idem agit V. 5. et VII. 44. H.

m. De exilio vero) Certus is magiſtratus non fuit, vt Triumuiorum capitalium. Eligi ex Senatu veteri inſtituto ſolebant. Honorius et Theodoſius poſtea ſortito ad criminalium cauſſarum iudicia vocari iuſſerunt, et de ſummis optimos legi. Nomine reorum delato et recepto, trigeſimo poſt die iudex dabatur, qui quadrageſimo tandem reum de tabula vel damnabat, vel abſoluebat. Vide Pithoeum cap. 19. lib. II. Aduerſ. D. *De*) Datur tabella, hoc eſt, iudicium permittitur. Iudices, inquit, de tabella, deliberatione prius domi habita: medici ſtatim. Iudices electi XLV. vel de eo ordine ac numero aliquot: Medici qualeſcunque ſine delectu. Iudices, quaſi de exſilio tantum dicturi: Medici occiſuri. Iudices, de reo ac facinoroſo: Medici de iudice ipſo ac Praetore pronunciari. Vide N. et Em. N. VIII. (hic adi.) *De*) Sic R. 2. cod. cum Ch. In R. 1. *nonniſi de XLV. electis viris.* Deſciuere ab his editionum, quae hactenus in manus venerunt, concinnatores: qui quum ita ſcripſere, *nonniſi die XL. quinque electis viris*, non in Plinianum modo contextum nouam ſcripturam, ſed et in forum vetus Romanum nouam iudiciorum formam inuexerunt. H.

n. At de iudice ipſo quales, etc.) De medico ipſo (quem tranſlate iudicem vocat, quia aegrum iudicat et morte damnat) ſtatim occiſuro (ita enim reponendum) nulli conſultant, et peritiae periculum faciunt. *Dal. At de iudice ipſo quales in conſilium eunt, ſtatim occiſuri.* Puto mutandum eſſe verborum

mini noſtrum libet ſcire, quid ſaluti ſuae opus ſit. Alienis *o.* pedibus ambulamus: alienis *p.* oculis agnoſcimus: aliena *q.* memoria ſalutamus: aliena *r.* viuimus opera. Perieruntque rerum naturae pretia, et vitae *ſ.* argumenta. Nihil aliud pro noſtro habemus, quam delicias. Non *t.* [1] deſeram Catonem [2] tam ambitioſae artis inuidiae a me obiectum, aut Senatum illum, qui ita cenſebat, idque non criminibus artis arreptis, vt aliquis exſpectauerit. Quid enim [3] venenorum fertilius, aut vnde plures teſtamentorum inſidiae? Iam vero et adulteria etiam in principum domibus, vt *v.* Eudemi in Liuia Druſi

1. Sic ex Mss. H. deferam Gr. et Al. 2. iam ambitione. Ch. 3. veneno. M.

rum ordinem, et legend. *At te de iudice ipſo ſtatim occiſuri quales in conſilium eunt.* Nec legend. arbitror, *iudice*, ſed vt dixi, *indice*, nec *occiſuri*, ſed *occaſuri*. vt quaedam etiam exemplaria proferunt. Pint.

o. Alienis pedibus ambulamus) Lecticarios, anagnoſtas, et nomenclatores exprobrat. Dal.

Alienis) Lecticariorum. H.

p. Alienis oculis) Anagnoſtarum, ſiue lectorum. H.

q. Aliena) Nomenclatorum. Habebant praeſertim candidati comites, qui memoriter vocare vnumquemque ſcirent, et occurrentium ciuium nomina ſuggererent, quos illi deinde honorifice ſalutarent. H.

r. Aliena Medicorum. H.

ſ. Vitae argumenta) Inſtrumenta. Argumenta vitae appellat ea omnia, quibus vitae incolumitas continetur: vnde his voluminibus medicinas repetit. Horum iacere pretia cognitionem negligi ab hominibus, iure queritur. H.

t. Non) Non relinquam Catonem, quem obieci inuidiae medicorum; non deſeram Senatum, qui ita cenſuit, *pellendos Italia medicos*: neque tamen *quod medicis male velim*, crimina artis illius cauſabor, vt aliquis *facturum me* facile crediderit: *nec immerito fortaſſis*: nam quae ars venenorum fertilior, etc. H.

v. Vt Eudemi) Eudemus Liuiae Druſi a Seiano corruptae medicus, et ipſe eiuſdem criminis reus, Tiberii principatu floruit. Tacit. Annal IV. pag. 98. *Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus*

Drusi Caesaris: item Valentis, in *x.* qua dictum est regina. Non *y.* sint artis ista, sed hominum. Non *z.* magis haec vrbi timuit Cato, vt equidem credo, quam reginas. Ne auaritiam quidem arguam, rapacesque nundinas [1] pendentibus *a.* fatis, et dolorum *b.* indicaturam, ac *c.* mortis arrham, aut arcana

1. *impendentib. V.*

cus ac medicus Liuiae, specie artis frequens secretis etc. Alius ab isto Eudemus medicus, cuius Galenus meminit, Liuia, quae et Liuilla Suetonio, Drusi coniux, eius qui Tiberii Imp. filius: Drusi Neronis filia, eius videlicet, qui eiusdem Tiberii frater fuit, eademque Germanici Caesaris et Claudii Imp. soror. H.

x. In) In Messalina, de qua dictum s. 5. H.

y. Non) Non sint sane ista imputanda arti, sed improbitati hominum potius. *Nec videtur haec causa Catoniani odii.* Neque enim, credo, magis haec *adulteria cum reginis* timuerit vrbi Cato, quam reginas ipsas: *nec minus Reipublicae malum, regina: quam familiae principis, adulterium.* H.

z. *Non)* Vide N. et Em. N. IX. (hic pos.) *Non)* Nusquam magis consentiens conspiransque omnium exemplarium, etiam Mss. fides, quam in huius vocis scriptura. Nihilominus Salmas. in praef. ad librum de homonymis 52. sic emendat; *quam resinas*: tum multa de resinata iuuentute affert, quae ante eum Dalecampius commodiore loco protulerat, quoniam ab isto, quem tractamus, prorsus abhorret: vt vel nostra per se interpretatio arguit, qua nihil est planius, nihil ad scriptoris mentem accommodatum magis, praesertim quod nihil adhuc attingere se Plinius profitetur eorum quae Vrbi timuit ac Reipublicae, in quibus resinae: extrema dumtaxat hac sectione ab eo delibanda. H.

a. Pendentibus) Dum mors instat. H.

b. Dolorum indicaturam) Pactam cum aegris pecuniam, vt eorum dolores sedentur. Dal.

Et) Indicatura, vt diximus in praef. ad Vespas. aestimatio, pretium, taxatura est. Indicare vendentium verbum est, vt mercari ac liceri emtoris. Plaut. in Persa act. 4. sc. 4. v. 25. TR. *Hanc eme atque ausculta mihi.* PO. *Modo vt sciam, quanti indicet.* Et v. 37. SA. *Indica, fac pretium.* PO. *Tua merx*

cana *d.* praecepta. Squamam in oculis [1] emouendam *e.* potius, quam extrahendam: per *f.* quae effectum est, vt nihil magis prodesse videretur, quam multitudo grassantium. Neque enim pudor, sed aemuli pretia *g.* summittunt. Notum est ab eodem Charmide vnum aegrum ex prouincialibus H-S. *h.* ducentis [2] reconductum *i.*: Alconti vulnerum *k.* Medico H-S. $\overline{C}$. *l.* damnato ademisse Claudium

Z 3

1. *remouendam. V. amouendam. Alii V.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. conductum Gr. et Al.*

merx est: tua indicatio est. Iterumque v. 109. et 112. Igitur indicatura dolorum, taxatio est, sic fere fieri solita. Leuari hoc genere morbi cupis? Tantum dabis. Isto? tantum. H.

c. Ac) Mortis arrham eleganter vocat id quod veluti pignus pretii numerandi medico datur, statim occisuro. H.

d. Arcana praecepta) Παράδοξα, vulgi fidem et opinionem excedentia, quae non nisi ingenti pretio euulgantur, aut communicantur. Dal.

Aut) Medicamenta, quae non nisi ingenti pretio euulgantur, aut communicantur. H.

e. Emouendam potius) Deorsum pellendam acu. Dal.

Emouendam) Deorsum pellendam acu, vnde subire sursum possit adhuc, et medici operam iterum flagitare. H.

f. Per) Quamquam medici, inquit, multa Romae artis sua licentia nefarie admitterent: potius tamen esse coepit vt plures essent, quam vt pauci. Quum enim pauci essent, pretia immodica aut stipulabantur ab aegris, aut quouis modo exprimebant. Neque enim deterrentur pudore, vt immensis mercedibus abstineant: Sed mutua, vt fit, aemulatione, minoris operas suas addicere tum coeperunt, quum multi eamdem exercuere artem. H..

g. Pretia) Pretia *medicamentorum et operae suae* minuunt. H.

h HS. ducentis) Sestertiis ducentis, siue quod idem est, ducentis sestertiûm millibus, hoc est monetae Gallicae, libris 20000. H.

i. Reconductum) Iterum conductum. H.

k. Vulnerum) Chirurgo, seu vulnerario medico. H.

dium principem. Eidemque in Gallia [1] exsulanti, deinde restituto, acquisitum non minus intra paucos annos. Et haec personis imputentur. Ne facem aut inscitiam eius turbae arguamus, ipsorum [2] intemperantiam in morbis, aquarum calidarum diuerticulis *m.*: imperiosam inediam, et ab iisdem deficientibus cibos saepius die ingestos, mille *n.* praeterea poenitentiae modis, culinarum etiam praeceptis et vnguentorum mixturis, quando nullas omisere vitae illecebras. Inuehi peregrinas merces, conciliarique [3] externa *o.* pretia, displicuisse maioribus crediderim equidem: non tamen hoc Catonem prouidisse, quum damnaret artem. Theriace *p.* vocatur excogitata compositio luxuriae. Fit ex rebus externis, quum tot remedia dederit natura, quae singula sufficerent. [4] Mithridaticum

1. *exsulanti et deinde*, *Gr. et Al.* 2. *intemperiem. V. ipsorumque intemperantiam Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. Ch. et Al. exempto pretio. V. extrema pretia Gr. et Al.* 4. *Mithridatium. Ch.*

l. H- S. $\overline{C}$.) Hoc est, sestertiûm centies: Id enim superposita lineola signat: simulque admonet, centena millia subintelligi oportere. Sunt porro sestertiûm centies, qua summa pecuniae multatus Alcon a Claudio dicitur, Gallicae monetae librae 1000000. Millionem vulgo vocant. H.

m. Diuerticulis) Diuerticula eleganter appellat, quum per tot medicamentorum, et balinearum anfractus, flexionesque, valetudo quaeritur, quae simplici via parari commode potest. H.

n. Mille) Quum mille modis priora errata corrigunt, nouisque cumulant. H.

o. Extrema pretia) Idem argumentum tractatur, sed pressius, cap. 1. lib. XXIV. Dalec.

Externa) Pretia rerum externarum. Ipse XXIV. 1. *Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio aestimantur: hulcerique paruo medicina a Rubro mari imputatur, etc.* H.

p. Theriace) Θηριακή, medicamentum contra venenata; de cuius confectione dictum est, XX. 100. H.

cum *q.* antidotum ex rebus LIV. componitur, interim nullo pondere aequali, et quarumdam rerum [1] sexagesima denarii vnius imperata. Quo *r.* deorum perfidiam istam monstrante? Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. Ostentatio artis et portentosa scientiae venditatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam nouere. Comperique *s.* vulgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi, inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Verum haec ad singulorum salutem pertinent. Illa autem, quae timuit Cato, atque prouidit, innocentiora multo et parua [2] opinatu, quae *t.* proceres artis [3] eius de semet ipsi fateantur. Illa perdidere imperii [4] mores, illa quae sani patimur, luctatus *v.*, ceromata, [5] ceu vale-

1. *parte sexag. V.* 2. *opinato. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. eiusdem in semetipsis fatentur Gr. et Al.* 4. *mores, quae. V.* 5. *seu Gr.*

q. Mithridaticum) Mithridaticum antidotum, quod a Celso describitur, V. 23. rebus dumtaxat sex et tribus componitur. Apud Galen. de antid. II. 9. omnino 44. H.

r. Quo deorum perfidiam istam monstrante) Scribo cum interrogatione, ex vetusto codice: *Quo Deorum per fidem ista monstrante?* vtitur isto interrogandi modo, et interim sine interrogatione, frequenter Quintillianus in declamationibus; aliquando etiam suppressa praepositione; *Fidem vestram iudices.* Pint.

s. Comperique) Vide quae dicturus est inferius XXXIII. 38. sq. Et hunc medicorum errorem Diosc. prodidit V. 109. H.

t. Quae proceres artis eiusdem in semetipsis fatentur) *Quae proceres artis eius de semet ipsi fateantur*, in eod. Pint.

v. Luctatus) De ceromate oleoue, quo luctatores vngebantur, diximus XXVIII. 13. Ideo vero vngebantur, vt membra emollita sine vllius rupturae periculo labores sustinerent: quod Lucianus περὶ γυμνασίων, sic fere prodit: Χρίομεν ἐλαίῳ (τὰ σώματα) καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίγνοιντο, etc. Negat ergo Plinius haec fuisse quondam

valetudinis causa instituta: balineae *x.* ardentes quibus persuasere in corporibus cibos coqui, vt nemo non minus validus exiret, obedientissimi vero efferrentur *y.* Potus *z.* deinde ieiunorum ac vomitiones, et rursus [1] perpotationes, ac *a.* pilorum euiratio instituta resinis *b.* eorum: itemque *c.* pecti-

1. *superpotationes. V.*

dam valetudinis causa instituta, sed luctae potius et exercitationis. H.

x. Balineae) Vt cruditatem deponerent, caldariis vtebantur, Horat. I. ep. 6. v. 61 *Crudi tumidique lauemur.* Iuuenalis Sat. 1. v. 144. *Et crudum pauonem in balnea portas.* Vide quae diximus XIV. 28. H.

y. Efferrentur) *Extincti vapore balinearum* efferrentur ad rogum. H.

z. Potus) De his Seneca, ep. 122. *Isti non videntur tibi contra naturam viuere, qui ieiuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis, et ad cibum ebrii transeunt?... Merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad neruos: illa ebrietas iuuat, quae in vacuum venit.* H.

a. Ac pilorum euiratio instituta etc.) Hoc παρατίλμόν καὶ πίττωσιν vocant Graeci, qua μαλθακοί, id est, molles euirantur et vulsi fiunt. Virilitatis autem etiam signum et indicium pili. Resina autem pilari solitos olim nunc molles et effeminatos viros, nunc quibusdam sacris addictos, vt Isidis caluos, ex veterum scriptis manifestissimum est. Iuenalis, — *resinata iuuentus.* Martialis, *Nec plena turpi matris olla resina, Summoenianae qua pilantur vxores.* Pintianus, *Nuntiat octauam Phariae sua turba iuuencae, Atque pilata redit iamque, subitque cohors.* D.

b. Resinis) Glabros et depiles reddebant olim viros mollicres, adolescentesque, piscis illitu, vel resinae. Vnde apud Iuuenal. Sat. 8. vers. 114. *Resinata iuuentus.* Vide Constantin. in Lexico verbo Πιττόω. Euiratio porro a Plinio appellatur, quoniam virilitatis signum est et indicium pili. Iul. Capitolinus in Pertinace, p. 56. *vasa Samnitica* Commodi Imp. memorat, *calefactandae resinae ac pici deuellendis hominibus ac laeuigandis. H.*

c. Itemque) Pecten in feminis locus est vbi pili nascuntur, Iuuenal. Sat. 6. In-

pectines [1] in feminis quidem publicati *d.* [2] Ita est profecto: lues morum, nec aliunde maior quam e medicina, vatem prorsus quotidie facit Catonem, et oraculum: Satis esse ingenia Graecorum inspicere, non perdiscere. Haec fuerint dicenda pro senatu illo, sexcentisque populi Romani annis, aduersus artem, in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt: simul contra attonitas quorumdam persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa *e.* non putant. Neque enim dubitauerim aliquibus fastidio futura, quae dicentur animalia: at non Virgilio *f.* [3] fuit nominare formicas nulla necessitate, et curculiones, ac lucifugis congesta cubilia blattis: non Homero *g.* inter praelia Deorum improbitatem muscae describere: non naturae gignere ista, quum gignat hominem. Proinde causas quisque et effectus, non res, aestimet.

1. in, in V. d. *2. Ista profecto lues. Cod. ant.* *3. nefas fuit.*

Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Et hos pariter depilabant, Martiali teste, XII. cap. 32. *Nec plena turpi matris olla resina, Summoenianae qua pilantur vxores. H.*

d. Publicati) Medicorum oculis expositi. Vel medicis, vt diximus, vel quum in publico matrona transslucet, vt dictum est VI. 20. Vide quae tum ibi, tum L. XI. 26. in Notis adiecimus. H.

e. Pretiosa) Immani pretio ex alio orbe quaesita remedia. H.

f. Virgilio) De curculione Georg. I. vers. 186. De blattis, IV. eiusdem operis v. 243. H.

g. Homero inter praelia Deorum, etc.) Iliados. Φ. Τίπτ' αὖ ὦ κυνομυῖα θεοὺς ἔριδι ξυνελαύνεις. Θάρσος ἄητον ἔχουσα; Dal.

Homero) Iliad. ρ. v. 570. *Καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν, Ἥτε, καὶ εἰργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο, Ἰσχανάα δακέειν, λαρόν τε οἱ αἷμ' ἀνθρώπου. Et ei muscae audaciam in pectoribus immisit: quae quamuis depulsa frequen-*

IX. Ordiemur autem a [1] confessis, hoc est, lanis ouisque, vt obiter rebus praecipuis honos in primis perhibeatur. Quaedam etiam [2] sic alienis locis, tamen obiter dici necesse erit. Nec *h.* [3] deerat materiae pompa, si quidquam aliud intueri liberet, quam *i.* fidem operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phoenicis nidoque medicinis, ceu vero id certum esset, atque non fabulosum. Irridere est, vitae remedia post *k.* millesimum annum reditura monstrare. (II.) Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes *l.* a nubentibus [4] attingi iubentes. Prae-

1. *concessis. V.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. etiamsi. Gr. et Alii.* 3. *deesse. M.* 4. *ea cingi Lips.*

quenter a corpore humano, mordere appetit : dulcisque illi sanguis hominis est. Affert hic Dalecampius Homeri locum a proposito omnino alienum. H.

h. Nec deerat materiae pompae) Imo legendum e contrario, *Nec deerat materia pompae*, ex antiquo exemplari. Pint.

i. Quam) Quam vt fidem opus obtineat. H.

k. Post) Certum annorum numerum pro incerto ponit. Diuersas veterum sententias de phoenicis reuersione attulimus X. 2. H.

l. Postes) Aedium, in quas accedebat sponsa, ianua, marito illa operiente, lana cingebatur, et coronabatur, lauroque multa ornabatur: postes etiam vittis laneis contegebantur, quas ab introgressa tangi, mos erat, et adipe suillo oleoque, vel lupino vngi, ne quid venenum aut pestilens domui noceret: qua superstitione et magi felle nigri canis domos suffiebant, et genitale sub limine defodiebant. Alex. cap. 5. II. Scribit idem ibidem, Sponsas, cum ex domo patris ad maritum prodibant, colum lana comptum et fusum cum stamine gestare solitas. Quod testatur et Plutarch. ἡ νύμφη, inquiens εἰσφέρει μὲν ἠλακάτην, καὶ τὴν ἄτρακτον· additque, quod propius huic loco est, ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιστέφειν τοῦ ἀνδρός. Nec praetereundum quod tradit Rhod. cap. 14. lib. XXVII. in lanata pelle nouas nuptas sedere solitas, vel more vetusto,

Praeterque cultum et tutelam contra frigora, ſuccidae *m.* plurima praeſtant remedia ex oleo vinoque, aut aceto, prout quaeque mulceri morderiue opus ſit, et adſtringi, laxariue, luxatis membris, dolentibuſque neruis impoſitae, et crebro ſuffuſae *n.* Quidam [1] etiam ſalem admiſcent luxatis. Alii cum lana rutam tritam adipemque imponunt. Item contuſis tumentibuſque. Halitus quoque oris

1. *et M.*

ſto, quod priſcis temporibus in pellium ſtratis dormirent, vel quod lanificium viro praeſtituras ſe eo ſymbolo pollicerentur. Plinius hic tacet cingulum ex ouis lana factum, quod nouae nuptae in lecto vir ſoluebat: apud Verrium Flaccum. D.

Peſtes) Vide N. et Em. N. X. (hic. conſp. *Poſtes*) Sic Mss. omnes R. 1. 2. Colb. aliique. Rectius tamen fortaſſis *cingi*, auctore Plutarcho in Quu. Rom. pag. 271. Ἐρίῳ δὲ τὴν θύραν περιςέφει τοῦ ἀνδρός. *Noua nupta mariti ianuam lana coronat.* Quod et Lucanus reſpexit, ſolennes nuptiarum ritus deſcribens, II. v. 355. *Feſta coronato non pendent limina ſerta, Infulaque in geminos diſcurrit candida poſtes.* *Attingi* tamen haud penitus aſpernandum: quum ritus ille tangendi poſtes lana ea fieri potuerit, qua colus inſtructa, quam nouae nuptae ſecum deferebant, eodem auctore Plutarcho l. c. H.

m. Succidae) Succidam lanam *oſcam* Varro a Naeuio dici tradit, Feſtus et *ſolocem.* Dal.

Saccidae) Recens tonſae. Vnde ſuccida lana appellata ſit, Varro docet, de R. R. II. c. vlt. his verbis: *Tonſurae tempus inter aequinoctium vernum et ſolſtitium, quum ſudare inceperint oues: a quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata.* A ſucco alii deduci malunt. Et ſuccida vellera dixit Martialis, XI. cap. 28. *Succida palliolo vellera quinque petit.* Haec porro totidem cum Plinio verbis habet Dioſc. II. 82. Ἔρια οἰσυπηρὰ . . . ἁρμόζοντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τραύματα, θλάσματα, ἀποσύρματα, πελιώματα, ὀςῶν κατάγματα, βρεχόμενα ὄξει καὶ ἐλαίῳ ἢ οἴνῳ. *Lanae ſuccidae ſubueniunt inter initia vulneribus, contuſis, deſquamatis, liuidis, et oſſium fracturis, aceto, et oleo, aut vino imbutae. H.*

n. Suffuſae) Olei, aceti, vini liquore. Dal.

oris gratiores facere traditur, confricatis *o.* dentibus atque gingiuis, admixto melle. Prodest *p.* et phreneticis suffitu. Sanguinem *q.* in naribus sistit cum oleo rosaceo: [1] et alio modo indita auribus obturatis spissius. Quin *r.* et hulceribus vetustis imponitur cum melle. Vulnera *s.* ex vino, vel aceto, vel aqua frigida et oleo expressa sanat. Arietis *t.* vellera lota frigida ex oleo madefacta, in

1. *et allio modico indito.* M.

o. Confricatis) Et horum quoque candori conferre haud parum succidam lanam melle illitam, si perfricentur auctor est Marc. Emp. 13. p. 97. H.

p. Prodest) Plin. Val. III. 9. Serenus, c. 8. de phrenesi, p. 129. *Illotis etiam lanis suffire memento, Cerritum, etc.* Cerritus dicitur, quasi Cereritus, *Atticis*, Δημητριακός, quasi Cereris ira et laruarum incursione animo vexatus. Haec vox Horatio nota, Plauto maxime familiaris. At non phreneticis modo, sed et lethargicis (qui morbus phrenesi contrarius est) prodesse suffitu lanam succidam auctor est Cels. III. 20. qui hanc inter ea annumerat, quae odore foedo mouent sic affectos. H.

q. Sanguinem) Vide N. et Em. N. XI. (hic pos.) *Sang.*) Geminum adhibendae lanae succidae modum edocet: primum vt in naribus; alterum, vt in aure indatur. Sic etiam Q. Seren. c. 35. p. 148. *Lana oleo madefit, sed nondum lota, rosato: Haec datur in nares, vel claudit densius aures.* Explanatius porro Marc. Emp 10. p. 55. *Lana succida coniicitur in nares cum oleo rosaceo: et auriculae de lana succida obturantur, et ita sanguis profluens continetur.* Ita verbis fere totidem Plin. Val. I. 26. Frustra igitur contra consensum omnium exemplarium ex dubiae fidei vetusto codice profert Dalecampius alteram lectionem, *et allio modico indito in auribus.* Allium in aure indere quid iuuet ad sistendum sanguinem, coniicere haud procliue est. Vtitur hac forma loquendi Plinius rursum inferius, s. 11. *Et alio modo lutea ouorum etc. Hard.*

r. Quin) Plin. Valer. III. 22. H.

s. Vulnera) Plin. Val. III. 20. et Q. Seren. c. *de vulneribus quibuscumque, etc. H.*

in muliebribus malis inflammationes vuluae sedant. Et si procidant, suffitu reprimunt. [1] Succida *v.* lana imposita subditaque mortuos partus euocat. Sistit etiam profluuia [2] earum. At *x.* canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum soluitur. Reduuias *y.* sanat ex aqua frigida. Eadem *z.* nitro, sulphure, oleo, aceto, pice liquida [3] feruentibus tincta, quam calidissima imposita bis die, lumborum dolores sedat. Sanguinem [4] sistit ex ariete succida, articulos *a.* extremitatum praeligans *b.* Lau-

1. *Succidae lanae, etc. euocant.* Ch. 2. *vuluarum.* M. 3. *ferueſcentibus.* Cb. 4. *Sistit et sanguinem.* Cb.

t. Arietis) Sext. Plat. c. 6. de ariete t. 2. *Ad locorum dolorem: Lana eiusdem nigra intincta in aqua, deinde in oleo, et supposita locis dolorem tollit. Et suffumigata, ante prolapsam vuluam reprimit.* H

v. Succida) Q. Serenus, c. 35. p. 148. *Menstruus immenso si profluit impetu sanguis, Succida lana malos remoratur subdita cursus: Mortua quin etiam producit corpora partu.* H.

x. At) Plin. Val. III. 50. Hard.

y. Reduuias) Quas Graeci, vt alibi diximus, παρωνυχίας, et Plinius ipse passim appellant. Theod. Prisc. I. 30. *Paronychiae in initiis lana ex aqua infusa imposita curantur, eaque frigidiore frequentius irriganda erunt.* Hard.

z. Eadem) Totidem verbis Marc. Emp. 25. p. 171. Plin. Val. II. 36. et Q. Seren. 26. pag. 141. *Cum saeuit penitis haerens iniuria lumbis, Aut pice cum molli nitrum, sulphurque et acetum Succida lana rapit contacta calentibus iisdem: Proderit hanc aegris crebro perducere membra.* H

a. Articulos) Extremitates corporis, vt dictum est XXVIII. 17. perstringendo. Cels. IV. 4. de tussi: *Sic ex faucibus interioribusque partibus sanguis processit . . . imponenda extrinsecus supra id quod dolet, lana succida ex aceto est, et id spongia subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoque, et femora brachiaque pluribus locis deligabat. Id Asclepiades adeo non prodesse, vt etiam inimicum esset, proposuit. Sed id saepe commode respondere, experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est: sed

Laudatiſſima omnis e collo: natione vero Galatica, Tarentina, Attica, Mileſia. Succidam *c.* imponunt et deſquamatis, percuſſis, liuidis, incuſſis, colliſis, contritis, deiectis, capitis *d.* et aliis doloribus, ſtomachi inflammationi, ex aceto et roſaceo. Cinis eius illinitur attritis, vulneratis, ambuſtis. Et *e.* in oculorum medicamenta additur: item in fiſtulas, aureſque *f.* ſuppuratas. Ad *g.* haec detonſam eam, [1] alii euulſam, deciſis ſummis partibus ſiccant, carpuntque, et in *h.* fictili crudo componunt, ac melle perfundunt, [2] vruntque. Alii *i.* aſſulis tedae ſubiectis, et ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accendunt, cineremque in *k.* labellis aqua addita confricant manu, et conſidere patiuntur, idque ſaepius mutantes aquam, donec lingua-

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. alii vero euulſam. Gr. et Alii.*
2. *ſic ex Mss. H. V. et Dioſc. vtrumque. Gr. et Al.*

ſed ſat eſt infra inguina et ſuper talos, ſummoſque humeros, etiam brachia. H.

b. Praeligans) Vinculis adſtrictione valida dolorem excitantibus. Dalec.

c. Succidam) Haec pariter Dioſc. II. 182. H.

d. Capitis) Marc. Emp. I. 37. ad capitis dolores: *Lanam ouiculae de inter femora velles, et comburcs, et in aceto intingues, et ſupra tempora dolentis ligabis: Lanam arietis de fronte velles, atque ex aceto fronti illines.* Vide etiam Dioſcor. II. 82. vbi haec verbis totidem exſtant. H.

e. Et) Dioſcorid. II. 83. H.

f. Aureſque) Marc. Emp. 9. p. 79. H.

g. Ad) Totidem verbis Dioſc. II. 83. H.

h. In fictili) Non cocto, ἐν ὠμῇ χύτρᾳ. Dioſc. l. c. H.

i. Alii) Dioſc. l. c. Σχίδακας δαδίων ἰσχνὰς, καὶ ἔρια ἐναλλὰξ, *etc.* *Aſſulas tenues, et lanas viciſſim interſternunt, etc.* Aſſula, vel Aſtula, vt alibi diximus, pars eſt ligni conciſi minuta. Egimus de ea voce L. XVI. 23. H

k. In labellis) In vaſculis Dioſc. ἐν κεραμέῳ κρατῆρι, in vaſe fictili: *Labellum fictile nouum impleto paleis,* inquit Columella, XII. 43. hoc eſt, vas fictile. H.

linguam aſtringat leniter, nec mordeat. Tunc cinerem reponunt *l.* Vis *m.* eius [1] ſeptica eſt, efficaciſſimeque genas *n.* purgat.

X. Quin *o.* ipſae ſordes pecudum, ſudorque feminum, et alarum, adhaerentes lanis (oeſypum vocant) innumeros prope vſus habent. In *p* Atticis ouibus genito palma. Fit pluribus modis: ſed *q.* probatiſſimum, lana *r.* ab his partibus recenti concerpta, aut quibuſcumque ſordibus ſuccidis primum collectis, [2] ac lento igni in *s.* aeneo [3] ſubferuefactis, et refrigeratis, pinguique quod ſuper-

1. *ſmectica eſt. Dioſc.* 2. *ſic et Cb. in aeneo vaſe. Gr.* 3. *et Alii.*

l. Reponunt) Recondunt. Hard.

m. Vis eius ſeptica) Poeni editorum infantium venas in capite lana ſaccida inurunt, vt defluentem pituitam ſiſtant. Pari conſilio Aethiopes ſtatim natorum frontem vrunt, vt capitis et oculorum ſuperuacuum humorem exſiccent. Alexander ab Alexandro cap. 25. lib. II. Dal.

n. Genas) Palpebras. H.

o. Quin) Haec deinceps totidem verbis Dioſc. II. 54. Οἴσυπος, δὲ λέγεται τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος, ὃ κατασκευάσεις οὕτω. *Oeſypum dicitur e ſuccidis lanis collecta pinguitudo, quam ſic praeparabis, etc. H.*

p. In Atticis ouibus) Quae thymo paſcuntur. Dal.

q. Sed) Et hunc modum affert Dioſc. l. c. Item auctor libri de ſimpl. med. ad Patern. Tom. XIII. Opp. Galeni, p. 1003. *Oeſypum,* inquit, *eſt quaſi ſordes et ſuccus lanarum ſuccidarum, quod hac ratione colligitur. Lanas ſuccidas ſordidiſſimas, et iam mox detonſas mittimus in vas quod habeat calidam aquam: et aquam ſuccendimus, vt aliquantulum ferueat: deinde refrigeramus: et quod ſupernatat in modum pinguedinis, abradimus manu, et in vaſe ſtanneo abſternimus: et ſic ipſum vas aqua pluuiali implemus, et rurſus delimpidamus: et tunc oeſypum reponimus. H.*

r. Lana) A feminibus et aliis. H.

s. In aeneo) Subintelige, *vaſe*: neque enim hanc vocem probatae fidei codices habent. H.

[1] supernatet, collecto in fictili vase, iterumque decocta priori materia: quae pinguitudo vtraque frigida aqua lauatur, et *t.* in linteo [2] saccatur *v.*, ac sole torretur, donec candida fiat ac translucida. Tum in stannea pyxide conditur. Probatio *x.* autem, vt sordium virus oleat, et manu fricante ex aqua non liquetur, sed albescat vt cerussa. Oculis *y.* vtilissimum contra inflammationes, genarumque *z.* callum. Quidam *a.* in testa torrent, donec [3] pinguitudinem amittat, vtilius tale existimantes erosis et duris genis *b.* angulis scabiosis et lacrymantibus. Hulcera *c.* non oculorum modo sanat, sed oris etiam et genitalium, cum anserino adipe.

1. *superiacet. Cb.* 2. *sic et V. siccatur. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. et V. pinguedinem. Gr et Alii.*

t. Et) Percolatur. per colum transmittitur. Vide N. et Em. N. XII (hic pos.) *Et)* Libri omnes, tum editi, tum Mss. *siccatur*, manifesto errore, cuius vel ipsa oesypi concinnatio admonet: sed et auctores Graeci pariter ac Latini. Nam Diosc. II. 84. pingue illud quod supernatat, excolatum, elui aqua iubet, confricari, vt candidius reddatur: Ἔνιοι δὲ διηθήσαντες τὸ λίπος, πλύνουσιν ἐν ὕδατι ψυχρῷ ταῖς χερσὶν ἀνατρίβοντες... γίνεται δὲ ὁ τοιοῦτος λευκότερος. Sic etiam Auct. libri de simpl. med. ad Pat. Tom. XIII. Opp. Gal. pag. 1003. H.

v. Siccatur) An *saccatur?* vt lib. XX. cap. 19. id est, per colum transmittitur. Dioscorides tamen habet, in fictilem patellam coniici, quae aquam calidam habeat: linteo vas operiri, insolari, donec candida fiat et satis crassa. Dal.

x. Probatio) Totidem verbis Diosc. II. 48. H.

y. Oculis) Diosc. l. c. H.

z. Genarumque callum) Ciliorum, τῶν βλεφάρων. D. *Generumque)* Palpebrarum. Diosc. Ποιεῖ δὲ πρὸς βλέφαρα τετυλωμένα καὶ τριχοῤῥοοῦντα. *Ad palpebras callosas, et ciliorum defluuio laborantes.* Marc. Emp. c. 8. p. 70. H.

a. Quidam) Diosc. loc. c. ad verbum. H.

b. Genis) Palpebris, angulis oculorum scabiosis. H.

c. Hulcera) Vide N. et Em. N. XIII. (hia adi.) *Hulcera)* Ita

adipe. Medetur *d.* et vuluae inflammationibus, ſedis [1] rhagadiis, et condylomatis cum meliloto ac butyro. Reliquos vſus eius ſuo loco digeremus. Sordes *e.* quoque caudarum concretae in pilulas, ac ſiccatae per ſe tuſaeque in farinam et illitae dentibus mire proſunt, etiam labantibus: gingiuiſque, ſi carcinoma ſerpat. Iam vero pura vellera, aut per ſe impoſita *f.* coecis doloribus, aut accepto ſulphure: et cinis eorum genitalium vitiis. Tantumque pollent, vt medicamentis quoque ſuperponantur. Medentur ante omnia et pecori ipſi, ſi faſtidio non paſcatur. Cauda enim quam arctiſſime praeligata, euulſa illa lana ſtatim veſcuntur. Traduntque quod extra nodum ſit e cauda praemori.

XI. (III.) Lanae *g.* habent et cum ouis ſocietatem ſimul fronti impoſitae contra epiphoras. Non opus eſt eas in hoc vſu *h.* radicula eſſe curatas, neque aliud, quam candidum ex ouo infundi

1. *et ſedis.* Gr. et *Alii.*

Ita Mss. librique publici At ſi Dioſcoridem audimus qui haec ceteroquin verbis totidem repraeſentat, ſed *auris* potius ſcribendum, ſane fuerit. Sic enim ille II. 84. Πρὸς τὰ ἐν ὠσὶ καὶ ἐν αἰδοίῳ σὺν χηνείῳ στέατι. H.

d. Medetur) Dioſc. pariter loc. cit. H.

e. Sordes) Q. Serenus, c. 15 de dentium et oris vitiis, p. 134. *Si vero infandum proſerpit ad intima vulnus, Aut tu ſume pilam, quae caudis haeret ouinis: Haec ſiccata dabit molles, et fracta, farinas: Huius et attritis tetrum mulcebitur ulcus.* H.

f. Coecis doloribus) Internarum partium, vel quorum cauſa ignoratur. Dal.

Coecis) Internarum partium, vel quorum cauſa ignoratur. Idem Plinius l. 13. quum *coecos aut ſubitos dolores* dixit, coecos interpretari ſubitos videtur. H.

g. Lanae) Plin. Val. I. 14. *Lana carminata cum albo oui, et thuris polline, fronti applicatur, contra epiphoras oculorum.* H

h. Radicula) Τῷ στρουθίῳ Nam, vt Dioſcorides ait, Τούτῳ ἐριοπλύται χρῶνται

fundi, ac pollinem thuris. Oua *i.* per se infuso candido oculis epiphoras cohibent, vrentesque refrigerant. Quidam *k.* cum croco praeferunt, et pro aqua miscent collyriis. Infantibus vero contra lippitudines vix aliud [1] remedium est, butyro admixto recenti. Eadem *l.* cum oleo trita ignes sacros leniunt, betae foliis superilligatis. Candido ouorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco trito admixtoque. Et vari in facie cum pineis nucleis ac melle [2] modico. Ipsa *m.* facies illita Sole non aduritur. Ambusta *n.* aquis si statim ouo occupentur, [3] pusulas non sentiunt. Quidam admiscent farinam hordeaceam, et salis parum. Hulceribus *o.* vero ex ambusto, cum candido

1. *remedium conuenientius est. V.* 2. *mixto. Ch. modico tollantur. V.* 3. *pustulas. Gr. et Alii.*

ται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐρίων. Quidam inepte legit, rudicula. *Dal.*

Radicula) Herba, quae lauandis lanis succum habet. De ea antea egimus XIX. 18. H.

i. Oua) Diosc. II. 55. totidem verbis. Plin. Val. I. 14. *Oui album infusum oculis, epiphoras curat, et vredines mitigat.* Item Sext. Pl. parte 2. cap. 9. de gallina, t. 1. H.

k. Quidam) Marc. Emp. 8. p. 67. H.

l. Eadem) Sext. Plat. l. c. t. 3. *Ad ignem sacrum: Ouo crudo linies corpus, vbi feruor fuerit, et desuper folium betae impones: miraberis sanitatem.* Sic etiam Plin. Val. III. 34. ad verbum. H.

m. Ipsa) Diosc. II. 55. Τὸ δὲ λευκὸν αὐτοῦ ... πρόσωπά τε ἀνεπίκαυστα τηρεῖ. Seneca in eam sententiam apposite, ep. 123. p. 515. *Omnium paedagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem laedat: Turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret. H.*

n. Ambusta) *Quae sunt* aqua *feruenti* adusta. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Κατακαύματα οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι παραχρῆμα ἐπιχρισθέν. *Ambustis confestim illitum, pusulas erumpere prohibet.* Sic etiam Galen. de fac. simpl. med. XI. p. 309. H.

o. Hul-

cido ouorum toſtum hordeum,et ſuillo adipe, mire prodeſt. Eadem curatione ad ſedis vitia vtuntur: infantibus quidem, etiam ſi quid ibi [1] procidat. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cum ceruſſae denariorum duûm pondere, pari ſpumae argenti, myrrhae exiguo, deinde vino. Ad *p.* ignem ſacrum, candido ouorum trito cum amylo. Aiunt et vulnera candido glutinari, calculoſque pelli. Lutea *q.* ouorum cocta vt indureſcant, admixto croco modice, item melle et lacte mulieris illita, dolores oculorum mitigant. Vel *r.* cum roſaceo et mulſo lana oculis impoſita, vel cum trito apii ſemine, ac polenta in mulſo illita. Prodeſt et tuſſientibus per ſe luteum deuoratum liquidum, ita vt dentibus non attingatur: thoracis *s.* deſtillationibus, faucium ſcabritiae. Priuatim *t.* contra haemorrhoidum morſum illinitur, ſorbeturque crudum. Prodeſt *v.* et renibus, veſicae roſionibus exhulcerationibuſque, et cruenta exſcreantibus. Quinque ouorum lutea in vini hemina

 cruda

1. *procedat. Cb.*

o. Hulceribus) Q. Seren. c. 61. de combuſturis, p. 162. *Hordea vel franges atque oui candida iunges: Adſit adeps porcae: mira eſt haec forma medelae. H.*

p. Ad) Vide N. et Em. N. XIV. (hic poſ.) *Ad)* Plinius Valer. non *trito* videtur, ſed *trino* legiſſe, vel *terno.* Nam III. 34. *Igni ſacro medendo: Ouorum trium,* inquit, *candidum cum amyli pari menſura imponitur. H.*

q. Lutea) Ita fere Dioſc. II. 54. H.

r. Vel) Plin. Valer. I. 14. Hard.

s. Thoracis) Πρὸς τραχυσμοὺς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ αἵματος ἀναγωγὰς, καὶ καταῤῥους, καὶ θώρακος ῥευματισμοὺς ἁρμόζει, *Confert ad aſperae arteriae ſcabritias, ſanguinis reiectiones, deſtillationes, ac thoracis rheumatiſmos.* Dioſc. II. 55. H.

t. Priuatim) Dioſc. l. c. H.

v. Prodeſt) Dioſc. loc. cit. Πρὸς κύστεως δηγμοὺς, καὶ ἑλκώσιν νεφρῶν, *etc. H.*

cruda ſorbentur dyſentericis, cum x. [1] cinere putaminis ſui, et papaueris ſucco [2] aut vino. Dantur y. coeliacis cum vuae paſſae pinguis pari pondere, et [3] malicorii, per triduum aequis portionibus. Et z. alio modo lutea ouorum trium, [4] lardi veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus, trita ad craſſitudinem mellis, et quum opus ſit, auellanae nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis in aceto. [5] Sic a. et lientericis. Sanguinem autem

1. *mira. M. forſan, farina, puluere. V. cum iure. Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et V. ac vino Gr. et Al.* 3. *Sic et M. et Ch. malicorio Gr. et Al.* 4. *cum lard. V. laridi. Ch.* 5. *Sic et illita lienicis. V. Sic et lienicis Gr. et Al.*

x. *Cum iure putaminis ſui*) Scribo, *cum cinere putaminis ſui*, ex apographo noſtro Pint.

Cum) In MS. R. 1. *cum inira*. R. 2. et is quem Pintianus vidit, *cum cinere*, quod ſincerum eſt. Nullus editis patrocinatur, qui *cum iure* prae ſeferunt. Et quod ius amabo, ex ouorum putamine concinnari queat? qua pinguitudine.? H.

y. *Dantur*) Simile medicamentum habet Marc. Em. loc. cit. 27. p. 193. H.

z. *Et alio*) Totidem ferme verbis Marc. Emp. l. c. et Plin. Val. II. 26. H.

a. *Sic et lienicis*) In eod. *Sic et lieni ericis*; Scribo, *Sic et lientericis*. Eſt lienteria morbus laeuitas inteſtinorum: de cuius duobus generibus et curatione, lege Paulum lib. III. et ceteros. Pint.

Sic) Λειεντερία morbus eſt, quum inteſtina laeuore fluunt: celerrima ſcilicet tranſmiſſio, ac tota ſimul ciborum egeſtio, quum tales excernuntur, quales ingeſti ſunt: λεῖα ἔντερα, inteſtinorum laeuor, ſeu laeuitas. Celſ. IV. 16. *Ex torminibus interdum inteſtinorum laeuitas oritur, quae continere nihil poſſunt, et quidquid aſſumtum eſt, imperfectum protinus reddunt* etc. Vide N. et Em. N. XV. (hic adi.) *Sic*) Sic reſtituimus ex indubitata coniectura, non vno argumento nixa. Nam neque *lienicis*, quod libri hactenus editi praeferunt, vox eſt nota Plinio, qui lienoſos ſemper aut ſplenicos vocat: neque lienoſis prodeſſe

autem reiicientibus cum tribus cyathis musti. Vtuntur iisdem ad liuentia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Sistunt *b.* et menses mulierum cocta, [1] et ex vino pota: et inflationes quoque vuluae cruda cum oleo, [2] aut vino illita. Vtilia *c.* sunt et ceruicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo. Sedis *d.* etiam vitiis [3] indurata igni, vt calore quoque prosint. Et condylomatis cum rosaceo. Item *e.* ambustis durata [4] in aqua, mox in pruna putaminibus exustis: tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt *f.* et tota lutea, quae *g.* vocant sitista,

1. et in eo vino. Ch. 2. Sic et Ch. ac Gr. et Al. 3. indurata. Ch. 4. ex Gr. et Al.

se hoc medicamentum potest, quod nunc affertur: lienteriae quod genus aliquod dysenteriae est, mire prodest. Theod. certe Prisc. II. parte. 2. c. 18. cui titulus est, *de dysentericis*, *vel neutericis* (vbi *lientericis* legi oportere perspicuum est, quum de lienterico eo capite sermo sit, ac nominatim ea appelletur) *oua his in aceto cocta sorbilia conuenire* plane asseuerat. Quamobrem ob affinitatem morbi, hoc loco coeliacis dysentericisque, de quibus proxime antea sermo fuit, lienterici commode subnectuntur. Denique in R. cod. 1. *Sic et in lienterici.* In R. 2. et Colb. 3. *Sic et lienie-ricis*, diserte scribitur, ex quo *lientericis* fingi oportere, facilis coniectura est. Nec minus felix in emendandis Notis, quae falso Tironi ac Senecae adscribuntur apud Gruter. pag. 180. *Sinteria. Sinteriacus. Dissenteria. Dissenteriacus.* Lege: *Lienteria. Lieneriacus. Dysenteria. Dysenteriacus.* H.

b. Sistunt) Sext. Plat. parte 2. cap. 9. de gallina, tit. *Ad profluuium mulieris: Gallinae ouum totum comburas et conteras, et in vino mixtum illinies: restringit.* H.

c. Vtilia) Plin. Val. I. 54. H.

d. Sedis) Sic etiam Diosc. II. 54. H.

e. Item) Plin. Val. III. 36. *Ambustis sanandis: Oua in aqua decoquantur: deinde in pruna torreantur, donec putamina eorum comburantur: tum lintea* (scribo *lutea*) *eorum ex rosaceo illinantur.* H.

f. Fiunt et tota lutea quae vocant schista) Hermolaus *schista* emendauit, cum antea *sicista* legeretur. Ego video

1 sitista, cum triduo 2 incubita tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli *h.* ouorum cum gallae dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant et dysentericis pullos in ipso ouo decoctos, admixta vini austeri hemina, et pari modo olei polentaeque. Membrana putaminis detracta siue crudo, siue cocto, labiorum fissuris medetur. Putaminis *i.* cinis in vino potus, sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet: sic *k.* fit et dentifricium. Idem *l.* cinis et mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est, vt recta, nec vi, nec pondere vllo frangantur, nec nisi 3 paululum inflexa rotunditate. 4 Tota *m.* oua adiuuant partum, cum ruta, et anetho, et cumino pota 5 e vino. Scabiem *n.* cor-

1. *Sic ex Mss. H. schista Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. incubata Gr. et Al.* 3. *paulum. Ch.* 4. *Tosta. Ch. non probo.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. ex Gr. et Al.*

video posse non minus recte legi *synchyta*, hoc est *confusa*, propter commistionem, lutei cum albo et tetro. Pint.

g. Quae) Σιτιςά, altilia Graecis sonant, siue saginata, vt σιτευτά. Ita porro R. 1. cod. In. R. 2. et vetustis editionibus *sicista*, quae vox nauci non est. Hermolaus *schista* rescripserat: quo auctore, obscurum. H.

h. Pulli ouorum) Oua suo pullo plena, resiccata, et in puluerem trita. Dal.

Pulli) Pulli ouis suis inclusi. H.

i. Putaminis) Sic auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur. H.

k. Sic) Q. Serenus, cuius verba retulimus L. sup. s. 49. H.

l. Idem cinis et mulierum menses cum myrrha illitus sistit) In vetere exemplari, *Idem cinis ciet mulierum menses cum myrrha, etc.* Pint.

m. Tota) Q. Serenus de conceptione et partu. *Oua etiam rutae et fragili miscentur anetho Quae diluta simul vino atque exhausta medentur.* Nec plane displicet *tosta oua*, legi, vt in Ch. codice. At R. vterque *tota.* H.

n. Scabiem) Vide N. et Em. N. XVI. (hic pos.) *Scab.)* Addit et Marc. Emp. c. 4. p. 40. sed imprudenter scilicet:

corporum ac pruritum oleo et cedria mixtis tollunt. Hulcera quoque humida in capite, cyclamino admixta. Ad *o.* puris et sanguinis exscreationes ouum crudum cum porri sectiui succo, parique mensura mellis Graeci calefactum hauritur. Dantur *p.* et tussientibus cocta et trita cum melle, et cruda cum passo oleique pari modo. Infunduntur *q.* et virilitatis *r.* vitiis singula, cum ternis passi cyathis, amylique semuncia a balineis. Aduersus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio illinuntur. Cibo quot modis iuuent notum est, quum transmeent faucium tumorem, calfactuque obiter foueant. Nullus est alius cibus, qui in aegritudine [1] alat, neque oneret, simulque [2] vim potus ac cibi habeat. Maceratorum *s.* in aceto molliri diximus putamen. Talibus *t.* cum farina in

Aa 4

1. *magis alat. V.* 2. *vini vsum. M.*

cet: verbis illis *e vino*, quae clausula est superioris sententiae, in hanc transductis. *Ex vino*, inquit, *et oleo*, *et cedria*, *pruritum scabiemque capitis tolli manifestum est*, *si vngatur assidue.* H.

o. Ad) Plin. Val. I. 64. *Si ex alto praecipitati sunt ... cruenta exscreantibus*, *quinque ouorum mediola cruda in vini hemina propinantur*: *si et purulenta sint quae exspuuntur*, *eodem tempore ouum crudum cum pari mensura succi porri sectiui sorbetur. Itemque Graeci mellis calefactum hauritur.* H.

p. Dantur) Ad verbum Plin. Val. I. 58. Q. Serenus c. 18. de tussi medenda: *Ouum molle teres domitum feruentibus vndis*, etc. Cels. IV. 4. dat tussientibus *ouum sorbile sulphure adiecto potui primum aquam calidam, deinde inuicem aliis diebus hanc, aliis vinum.* H.

q. Infunduntur) Et imponi in ani vitiis Galenus iubet Εὐπορ. I. 14. T. X. H.

r. Virilitatis) Pudendorum. H.

s. Maceratorum) L. X. 80. H.

t. Talibus) Q. Serenus c. 27. *Coeliacos autem recreabis pane salubri, Quem madido farre efficies, ac mollibus ouis: Quorum testa fero prius emollescat aceto.* Sic et Marc. Emp. 27. p. 195. Et Plin. Val. II. 33. *Oua pridie*, inquit, *in aceto macerantur*,

in [1] panem subactis coeliaci recreantur. Quidam *v.* ita resoluta in patinis torreri vtilius putant. Quo genere non aluos tantum, sed et menses feminarum sistunt: aut si maior sit impetus, cruda cum farina [2] ex aqua hauriuntur. Et *x.* per se lutea ex iis [3] decocta in aceto, donec indurescant: iterumque *y.* cum trito pipere [4] torrentur ad cohibendas aluos. Fit *z.* et dysentericis remedium singulare, ouo effuso in [5] fictili nouo, eiusdemque oui mensura, vt paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo, confusis crebroque permixtis. Quo fuerint ea excellentiora, hoc praesentius remedium erit. Alii eadem mensura pro oleo et aceto [6] resinam adiiciunt rubentem, vinumque: et alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pineique corticis duabus sexagesimis denariorum, [7] vna eius quod *a.* [8] rhum diximus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita vt cibus alius post quatuor horas sumatur. Torminibus quoque multi medentur, oua bina [9] cum *b.* allii spicis quatuor [10] vna terendo,

1. pane. Gr. 2. et Ch. ex aqua hauriuntur, et per. Gr. et Al. 3. decoctorum. Ch. 4. torreantur. Ch. 5. fictile nouum. V. 6. rhu adiiciunt rubens. V. 7. vna eius. V. 8. Sic ex Mss. *H. et Ch. rhus Gr. et Al. 9. Sic ex Mss. H. et Vet. cod. cum aliis spicis Gr. et Al. 10. Sic ex Mss. H. et Ch. vna atterendo Gr. et Al.*

tur: ex his et farina et aqua, panis coeliacis fit. H.

v. Quidam) Q. Serenus, c. 30. de solutione ventris compescenda, p. 145. *Sin autem longo decurrent intima fluxu, Torridus ex vino cortex potabitur oui.* Marc. Emp. similiter ad verbum, c. 27. p. 193. et Plin. Val. II. 33. H.

x. Et) Totidem verbis Marc. Emp. l. c. H.

y. Iterumque) Idem ibid. H.

z. Fit) Plin. Val. ad verbum II. 22. et Marc. Emp. XXVII. 191. H.

a. Quod) L. XXIV. 54. H.

b. Cum) Vide N. et Em. N. XVII. (hic adi.) *Torminibus)* In libris hactenus editis, *cum aliis piscis*, perinde

rendo, vinique hemina calefaciendo, atque ita [1] potui dando. Et ne quid desit ouorum gratiae, candidum ex his admixtum calci viuae glutinat vitri fragmenta. Vis vero tanta est, vt lignum perfusum ouo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ouis tantum loquuti sumus, quum et reliquarum alitum restent magnae vtilitates, sicut suis locis dicemus.

XII. Praeterea est ouorum genus in magna Galliarum fama, omissum [2] Graecis. Angues *c.* innumeri aestate conuoluti, saliuis faucium corporumque spumis artifici complexu [3] glomerantur, [4] anguinum *d.* appellatur. Druidae *e.* sibilis id dicunt in sublime iactari, sagoque *f.* oportere intercipi,

Aa 5

1. *potando. Ch.* 2. *a Graecis. V.* 3. *glomerari generant id quod ang. Alii.* 5. *ouinum appellatum. Ch.*

inde quasi cum piscium ouis gallinae oua permiscenda censuerit. Sincera lectio quibusdam ante nos ex coniectura suboluit: quibus tamen coniecturam stabilirent, argumenta deerant. Suppeditat ea nobis auctor haud poenitendus, qui e Plinianis floribus maximam vim in suos hortos transtulit, Marc. Emp. c. 27. pag. 192. *Cauliculos ex aceto coctos*, inquit, *alii spicas quatuor purgatas, oua incocta duo simul contere, adiice vini veteris heminam, et feruefactum medicamen dysenterico da bibendum.* Et pag. 195. *Dysenterico et torminoso, et ei qui iam corruptum sanguinem egerit, saluberrimum medicamentum est tale. Allii spicae quatuor, et oua duo incocta in vnum teruntur: hisque additur vini veteris sextarius, et coquitur ad tertias*, etc. H.

c. Angues) Scimus hodieque serpentes generis diuersi ac prope innumeras, in locum vnum conuolare, ab Idibus Iulii ad Idus Augustas, in Delphinatu Sabaudiaeque confinio, ad montem *la Rochette*: spumaque locum opplere, quae horrorem incutiat spectantibus. V. Nic. Chorier, hist. Delph. II. 91. H.

d. Anguinum) Anguinum *id ouum* appellatur. H.

e. Druidae) Serpentium ore ac sibilo. H.

f. Sagoque) Sagum, Nonio teste, vestimentum est militare.

cipi, ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo: ſerpentes [1] enim inſequi, donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius eſſe, ſi contra *g.* aquas fluitet vel auro vinctum. Atque, vt eſt Magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certa Luna capiendum cenſent, tamquam *h.* congruere operationem *i.* eam ſerpentium, humani ſit arbitrii. Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, cruſta *k.* cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne Druidis. Ad victorias litium, ac regum aditus, mire laudatur: tantae vanitatis, vt habentem id in lite in ſinu equitem *l.* Romanum [2] e Vocontiis, a Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud ſciam. Hic tamen complexus anguium et [3] efferatorum concordia, [4] cauſa videtur eſſe, quare exterae gentes caduceum *m.* in pacis argu-

1. *eum. V.* 2. *euocatum, a Diuo, etc. M. euocantem. Ch.* 3. *frugifera eorum concordia. Ch.* 4. *in cauſa. Dal.*

lirare. Plura vide apud Voſſ. in Etymol. H.

g. Contra) Si non labenti amni cedat, ſed aduerſo fluitet, etiam auro vinctum, ſinceri haec oui probatio eſt. H.

h. Tamquam) Tamquam contingere hanc ſerpentium ſaliuationem, ouique partum, certo tempore humani ſit arbitrii H.

i. Operationem eam ſerpentium, etc.) Oui partum, anguium ſaliuationem. Dal.

k. Cruſta) Putamine cartilagineo, habens veluti cauitates crebras, quales ſunt in brachiis polyporum. H.

l. Equitem Rom. e Vocontiis, etc.) Vocontii Galliae ciuitas eſt: et ouorum genus, de quo loquitur, Gallis peculiare. Gelen.

m. Caduceum) Τὸ κηρύκειον, τὴν κηρυκίνην ῥάβδον. Multa de caduceo Rhodig. c. 16. XXI. multa Macrob. in Saturnal. Serpentes eos binos in ſumma caducei parte ſpiris circumplexos fuiſſe, tanquam aduerſa ſibila efflantes, ὄφεις καταγλωττίζοντα, καὶ ἐμπεπαιλεγμένες, Graeci narrant, τῶν σπονδοφόρων, ἐκεχειροφόρων, εἰρηνοδόκων, tecialium inſigne, ac legatorum, qui

argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neque *n.* enim cristatos *o.* esse in caduceo mos est.

XIII. De anserum ouis magnae vtilitatis, ipsoque ansere dicturi hoc in volumine, debemus honorem et Commagenorum clarissimae rei. Fit *p.* ex adipe anserum: alioqui celeberrimi vsus est: ad hoc in Commagene Syriae parte cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quae Commagene *q.* vocatur, obrutis niue vasis, odore iucundo, vtilissimum ad perfrictiones, conuulsiones, coecos [1] aut subitos dolores, omniaque quae acopis curantur: vnguentumque pariter, ac medicamentum est. Fit et in Syria alio modo, adipe auium curato *r.*, vt diximus, additis erysisceptro, xylobalsamo, phoenice elate, item calamo, singulorum pondere, qui sit adipis, cum vino bis aut ter [2] subferuefactum *s.* Fit autem hieme, quoniam aestate non [3] glaciat: nisi

1. Sic ex Mss. H. et Ch. ac subitos Gr. et Al. 2. Sic ex Mss. H. et Ch. subferuefactis Gr. et Al. 3. glaciatur. V.

qui de pace facienda, contrahendo foedere, paciscendis induciis mittebantur. Hadr. Iun. c. 20. V. Dal.

Caduceum) Caduceus, fecialium insigne, qui ad contrahendum foedus mittebantur. Virga fuit, cuius in summa parte angues spiris circumplexi, tamquam aduersa sibila efflantes. H.

n. Neque) Si cristati forent, bellum indicare viderentur, non pacem. H.

o. Cristatos esse in caduceo) Cristati quidam angues sunt. Crista galearum et cassidum ornamentum et insigne est. Si ergo caducei angues cristati forent, magis bellum indicarent, quam pacem. D.

p. Fit) Fit illud medicamentum, quod Commagenum appellatur, ex adipe anserino, etc. H.

q. Comagene vocatur) Syriacam nardum esse putant: alii comacum Theophrasti. Dalec.

Quae) Forte, nardo Syriaca. H.

r. Curato) Modum curandi adipis edocuit, XXVIII. 38. Dal.

s. Subferuefactum) Subintellige, medicamentum. H.

nisi accepta cera *t.* Multa praeterea remedia sunt ex ansere, (quod miror,) aeque *v.* quam in [1] coruis. Namque *x.* anser coruusque ab aestate in autumnum morbo conflictari dicuntur.

XIV. De *y.* anserum honore, quem meruere Gallorum in Capitolium ascensu deprehenso, diximus. Eadem *z.* de causa supplicia *a.* annua canes pendunt inter aedem [2] Iuuentatis *b.* et Summani, viui *c.* in furca sambucea [3] arbore fixi. Sed plura

1. Sic ex Mss. H. panchares. al. capris Gr. et vulgg. 2. Iuuentutis Gr. et vulgg. 3. armo. V.

t. Cera) Quae odoris suauitatem minuit. Dal.

v Aeque quam capris) Nam id miratur Plinius, quod ex animalibus morbo obnoxiis tanta sit remediorum copia, ansere videlicet et capra. Gelen.

Aeque) Id miratur Plinius, quod ex animalibus morbo obnoxiis tanta sit remediorum copia, ansere videlicet et coruo. H.

x. Namque) De coruo id ante delibatum X. 15. Vide quae ibi diximus in Notis. H.

y. De) L. X. 26. H.

z. Eadem) Ob Capitolium negligentius custoditum, ac paene silentio proditum, nisi vociferatus anser fuisset. H.

a. Supplicia annua canes pendunt) Augusto mense Romae πανήγυριν canum fieri solitam Graeci scriptores memorant, vrbis olim a Gallis captae monumentum, in eaque ἀνυλάκτους canes verberibus caesos, anseribus clare vociferantibus. Rhod. c. 29. lib. XVII. Dal.

b. Iuuentatis) Sic enim Mss. omnes, non *Iuuentutis.* Sic etiam Cicero loquutus non semel. Nizolium vide. Et in Nummis M. Aurelii Caesaris apud Tristanum, Deae ipsius effigies cernitur, cum Epigraphe ea, IUUENTAS. Huius aedis mentio apud Liuium: situs prope Capitolium ipsum. P. Victor, in descriptione Vrbis Romae, Regione VIII. *Aedicula Iuuentae. Porta Carmentalis . . . Templum Carmentae. Capitolium, vbi omnium Deorum simulacra,* etc. De Deo Summano, siue Deo summo manium, diximus II. 53. H.

c. Viui in furca sambucea) Ex hoc loco Claudius Puteanus apud Ciceronem pro Roscio Amerino legendum putat, pro, Crura suffringerent, *cruci suffigerent.* Dal.

plura de hoc animali dici cogunt priscorum mores. Catulos *d.* lactentes adeo puros existimabant ad *e.* cibum, vt etiam placandis numinibus hostiarum *f.* vice

d. Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum, vt etiam placandis numinibus hostiarum vice vterentur his. Genito mane catulo, res diuina fit et in coenis Deûm etiam ponitur catulina) Pro *genito mane catulo* legend. *Genitae Manae catulo res diuina fit.* Vide Bouchart. 692. Dalec.

Catulos) Festus: *Catulinam carnem esitauisse, hoc est, comedisse Romanos Plautus in Saturione refert.* Graecos quoque id fecisse scimus ex Ananio poeta, cuius verba recitat Athenaeus, VII. p. 282. Apud alias gentes et hunc morem fuisse docet Galen. de alim. fac. III. 2. Est sane nunc quoque apud Canadenses. Quin et in aegrotantium cibo, perinde atque auiculae, ab Hippocrate catulina caro commendatur, de moribus II. text. 40. pag. 66. Ἔπειτα σκύλακα ἢ ὀρνίθιον κάθεφθον ποιήσας τοῦ ζωμοῦ ῥοφεέτω, καὶ τῶν κρεῶν φαγέτω ὀλίγα. *Deinde catulum aut auiculam coquat, et ius sorbeat, et de carnibus paulum edat.* Et libro pariter. περὶ τῶν παθῶν, text. 41. pag. 186. ac libro denique περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν text. 26. p. 229. κρέα σκύλακος ἑφθά. H.

e. Ad cibum) Catulinam carnem esitauisse, hoc est, comedisse Romanos, Plautus in Saturione refert Festus Pomp. De esu caninae et catulinae carnis Hippoc. lib. II. περὶ διαίτης. Idem lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν lienosis praescribit: ἀψόνιον δ' ἐχέτω κρέας κυνὸς μείζονος. Dalec.

f. Hostiarum vice vterentur his) Lupercalibus canes infesti lupis immolabantur. Pro pecore et frugibus per Rubigalia, vt auerteretur rubigo, lactens catulus, cuius exta thure et myrrha conspergebantur. Sacrificabatur et canis rufa iuxta Catulariam portam placando Caniculae sideri, quod sacrum Canarium dicebatur. *Alex. ab Alex.* c. 12. III. et Gynaeciae Deae, quam bonam Deam etiam vocabant, cum domi puer nasceretur. *Idem ibidem.* Immolabantur et rufae canes secundum Catulariam portam, ad placandum Caniculae sidus frugibus inimicum. *Festus* in voce Catularia. Canarium hoc sacrificium dicebatur, quod περισκυλακισμὸν Plutarchus vocat in Romulo. Fiebat et

vice vterentur his. [1] Genitae *g.* Manae catulo res diuina fit, et *h.* in coenis Deûm etiamnum ponitur catulina. Aditialibus *i.* quidem epulis celebrem fuisse

1. *Genito mane Gr. et Al.*

et cane Gynaeciae Deae, quam Bonam Deam etiam vocabant, cum domi puer nasceretur referente Alex. ab Alex. c. 12. lib. III. Legimus quoque apud Pausaniam in Laconicis, ephebos Lacedaemonios Enyalio Marti canis catulum mactasse: Colophonios vero Enodiae Deae siue Compitalitiae, sed eum nigrum. Dal.

Hostiarum) Vide quae diximus supra in N. et Em. ad L. XVIII. n. XXXVII. Et Pausaniam vide in Lacon. siue III. p. 187. sq. H.

g. Genitae) Sic Dea appellabatur, quae menstruis feminarum praeerat: huic catulus immolabatur. Vide N. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *Genitae)* Prius legebatur, *Genito mane catulo*, contra codicum Mss. R. 1. 2. ceterorumque probatissimorum fidem, in quibus totidem plane apicibus ea lectio conspicua est, quam repraesentamus. Confirmat egregie emendationem Plutarch. de Quu. R. pag. 277. Διὰ τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι: *Cur ei quae Genitae Manae vocatur, canem immolant?* Nempe vt Graeci Lucinae, sic *Genitae Manae* Romani canem immolabant, pro iis quae domi nascerentur, ὑπὲρ τῶν οἰκογενῶν, inquit Plutarch. l. c. et pag. 280. Hanc esse arbitror Maniam Deam Matrem Larum, cui olim pro familiarum sospitate pueri mactabantur, vt refert Macrobius, Saturn. l. 7. pag. 221. eamdemque Deam Menam ab Augustino appellatam, de ciuit. Dei IV. 11. Et qui puerorum natalibus praeesse Dii credebantur, *Genitales Deos* prisca aetas vocauit. In nummo Crispinae Augustae apud Tristan. T. I. p. 780. GENITALIBUS. DIS. H.

h. Et) In coenis quae in Deûm honorem fiunt, praecipue Larium. De his accipiendus Horatius II. Sat. 6. v. 65. etsi interpretes alio detorquent. *O noctes coenaeque Deûm, quibus ipse, meique Ante Larem proprium vescor, vernasque procaces. Pasco libatis dapibus.* H.

i. Aditialibus quidem epulis) Cum inaugurandi alicuius gratia, aut ob publicam laetitiam conuiuium indicebant, epulum aut coenam adiiciebant. Tacitus lib XI. *Rescu-*

fuisse, Plauti *k.* fabulae indicio sunt. Sanguine *l.* canino contra toxica nihil praestantius [1] putant. Vomitiones quoque hoc animal monstrasse homini videtur. Et alios vsus ex eo mire laudatos referemus suis locis.

XV. 1. Nunc ad [2] statutum ordinem pergemus. Aduersus *m.* serpentium ictus efficacia habentur, fimum pecudis recens in vino decoctum illitumque: mures *n.* dissecti et impositi, quorum natura non est spernenda, praecipue in ascensu siderum, vt *o.* diximus*: cum lumine lunae fibrarum numero crescente [3] atque decrescente. Tradunt Magi, iocinere muris dato porcis in fico, sequi dantem id animal. In homine quoque similiter valere, sed resolui cyatho olei poto.

XVI.

1. *Sic ex Mss. H. M. et Ch. putatur Gr. et Al.* 2. *instituti. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. ac Gr. et Al.*

Rescuporis sanciendo, vt dictitabant, foederi conuiuium adiicit, tractaque in multam noctem laetitia per epulas ac vinolentiam, etc. Inde *adiicialis coena*, vt cap. 20. lib. X. Dal. Vellem hoc Scaligero non venisset in mentem. Satis enim multos traxit etiam doctos viros. At sciant tirones *adiiciales coenas* esse nugas meras. *Aditiales* dicendum, vt P. Faber, Gruterus, Lipsius monuere, ab aditu Sacerdotii, vel adeundo sacerdotio. Veteres etiam *aditus aditi*, vt *senatus senati* dicebant. Et interpres optimus Suetonius in Claud. cap. 9. qui *aditialem* interpretatur, quae daretur *pro introitu sacerdotii.* Gronouius in Tacit. loc. cit. Dalec.

Aditialibus) De hac voce egimus X. 23. H.

k. Plauti) Forte in Saturione, de qua Festus proxime appellatus. H.

l. Sanguine) Plin. Val. III. 53. ad verbum. H.

m. Aduersus) Ad verbum Plin. Val. III. 57. H.

n. Mures) Plin. Val. l. c. et Diosc. II. 74. H.

o. Vt) L. II. 41. et L. XI. 76. H.

XVI. 2. Mustelarum duo genera: alterum silvestre, [1] distans magnitudine. Graeci *p.* vocant ictidas. Harum fel contra aspides dicitur efficax, cetero *q.* venenum. Haec *r.* autem quae in domibus nostris oberrat, et catulos suos (vt *s.* auctor est Cicero) quotidie transfert, mutatque *t.* sedem, serpentes *v.* persequitur. Ex *x.* ea inueterata sale denarii

1. Sic ex Mss. H. et Ch. distant. Gr. et Al.

p. Graeci vocant ictidas) Siluestres, nempe Viuerras: vulgo *Furet.* Dal.

Graeci) Nempe siluestres. Furettos vocamus. Vide quae diximus XI. 109. H.

q. Cetero venenum) Eius remedium vide c. 10. vlt. lib. XXVIII. et infra huius libri cap. 5. Dal.

Cetero) Aduersus id venenum remedia tradentur inferius, s. 33. H.

r. Haec) Domestica, quae et vulgaris appellatur inferius, s. 33. Belettam Galli nuncupant. Γαλῆ Graecis: quam de cibo dimicare cum serpentibus murium venatricibus, ταῖς ὄφεσι ταῖς μυοθήραις scribit Arist. H. A. IX. p. 1026. propterea quod ipsa quoque eos venatur. Vide quae diximus VIII. 41. ac in N. et Em. ad eumdem librum N. LXXXII. Eo Plautus allusit in Sticho act. 3. sc. 2. v. 6. *Auspicio hodie hercule optumo exiui foras: Mustela murem mihi abstulit praeter pedes: Eam strenue obsonauit, spertatum hoc mihi est.* H.

s. Vt auctor est Cicero) In admirandis suis id Ciceronem scripsisse quidam putant, quorum mentio fit c. 2. et 4. lib. XXXI. huius operis. Dal.

t. Mutatque sedem) Plautus in Sticho, *Certum est: mustelae nunquam posthac credere. Nam incertiorem nullam noui bestiam: Quin ipsa decies in die mutat locum.* Dalec.

Mutatque) Pro Ciceronis loco, qui intercidit, Plautum subiicimus in eadem fabula v. 43. ita scribentem: *Certum est mustelae post hac numquam credere: Nam incertiorem nullam noui bestiam. Quaene ipsa decies in die mutat locum.* H.

v. Serpentes persequitur) Adde et mures, vnde fortassis nomen inditum. Idem eodem dramate. *Auspicio hodie optimo exiui foras. Mustela murem mihi abstulit praeter pedes: Eum strenue obsonauit, spectatum hoc mihi est.* Dal.

x. Ex ea) Plin. Val. III. 53. *Venenis probibendis et expel-*

denarii pondus [1] in cyathis tribus datur *y.* [2] percussis; aut *z.* ventriculus coriandro fartus inueteratusque et in vino potus. Et *a.* catulus mustelae etiam efficacius.

XVII. 3. Quaedam pudenda dictu tanta auctorum asseueratione commendantur, vt praeterire fas non sit. Siquidem illa concordia rerum, aut repugnantia medicinae gignuntur: veluti *b.* cimicum animalis [3] foedissimi, et dictu quoque fastidiendi natura, contra serpentium morsus, et *c.* praecipue aspidum valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quod [4] dicant gallinas, quo *d.* die id ederint, non interfici ab aspide: [5] carnesque earum percussis plurimum prodesse. Ex his quae tradunt, humanissimum est, illinire *e.* morsibus cum sanguine testudinis: item *f.* suffitu eorum abi-

1. *in vini cyathis. Diosc.* 2. *percussis a serpente. Diosc.* 3. *foetidissimi. V.* 4. *sic ex Mss. H. et Ch. dicunt. Gr. et Alii.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. carnes quoque Gr. et Alii.*

expellendis: Mustela vulgaris inueterata drachmis binis potatur. Sic etiam Diosc. II. 27. Γαλῆ κατοικίδιος περιφλεχθεῖσα, etc. *Mustela, quae in domibus nostris oberrat, flammis ambusta, et exemtis interaneis sale inueterata, et in vmbra siccata, binis drachmis in vino pota, contra serpentium genus omne praesentaneo remedio est.* H.

y. Datur) A bestiis venenatis, θηριοδήκτοις. H.

z. Aut) Totidem verbis Diosc. l. c. Ἡ δὲ κοιλία αὐτῆς κορίῳ πλησθεῖσα καὶ σκελετευθεῖσα, θηριοδήκτοις βοηθεῖ πινομένη. H.

a. Et) Nicand. in Ther. p. 48. H.

b. Veluti) Cimex Gallis *Punaise*; Graecis κόρις. Diosc. II. pag. 36. Κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης, *cimices qui in cubilibus enascuntur. H.*

c. Et) Diosc. loc. cit. H.

d. Quo) Id animal, nempe cimicem. H.

e. Illinire) Aspidum scilicet. H.

f. Item) Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Item)* Haec hactenus ita diuulsa distractaque fuere, vt ab iis vocibus, *sanguisugas adhaerentes*, nouae periodi sumeretur initium: ac praepostera

abigere sanguisugas adhaerentes, haustasque *g.* ab animalibus [1] restinguere *h.* [2] in potu [3] datos. Quamquam et oculos quidam iis inungunt [4] tritis cum sale et lacte mulierum: auresque, cum melle et rosaceo admixtis. Eos qui agrestes sint, et in malua nascantur, crematos, cinere permixto rosaceo infundunt auribus. Cetera quae de [5] his tradunt, vomicae *i.* et *ii.* quartanarum remedia, aliorum-

1. *extinguere. V.* 2. *cum vino, aut aceto. Dioscorid.* 3. *datas. Ch.* 4. *contritis sale e lacte Ch.* 5. *iis. Gr.*

stera interpunctione, non sanguisugas adhaerentes faucibus, sed aspidas, de quibus antea proxime sermo fuit, suffitu cimicum abigi sensus foret. Errorem Marcellus Emp. retexit, c. 6. p. 121. *Ad eos*, inquit, *qui sanguisugas inscii deuorant, cimicum in carbonibus positorum fumus remedio est: si ore hianti, et faucibus apertis excipiantur: eiici enim et expelli deuoratas sanguisugas hac ratione certissimum est.* Certior quoque auctor Colum. VI. 18. pag. 228. *Remedia ad haustam hirudinem . . . potest etiam per fistulam deusti cimicis nidor immitti, qui vbi superponitur igni fumum emittit, et conceptum nidorem fistula vsque ad hirudinem perfert, isque nidor depellit haerentem: etc.* H.

g. *Haustasque ab animalibus restinguere in potu datos)* Datis non datos, in archetypo nostro, frequenti apud hunc auctorem loquendi modo, vt alias notauimus. Pint.

Haustasque) Diosc. l. c. Σὺν οἴνῳ δὲ ἢ ὄξει ποθέντες βδέλλας ἐξάγουσι. *Sanguisugas cum vino aut aceto poti cimices pellunt.* Sic etiam Galen. de fac. simpl. m. XI. p. 313. et Anatol. in Geop. XIII. 17. p. 376. H.

h. *Restinguere in potu datos)* Aut necare, aut ex eo loco deturbare cui adhaerent, abigere Dioscorid. ἐξάγειν *Dal.*

i. *Vomicae et quartanarum remedia)* Vetus codex: *Vomitionum*, non *vomicae.* Pint.

Vomicae) Sic libri editi, cum Colb. 3. cod. In R. 1. *vomine.* R. 2. et is quem Pintianus vidit, *vomitionum*, quod idem valet. Marc. Emp. c. 17. p. 125. *In ouo sorbili cimicem vnum contritum ieiunus ignorans qui sorbeat, desinet vomere: hoc sane expertum est. H.*

ii. Et)

rumque morborum, quamquam ouo, aut cera, aut faba inclusos censeant deuorandos, falsa, nec referanda arbitror. Lethargi *k.* tamen medicinae cum argumento adhibent, quoniam *l.* [1] vincatur aspidum somnifica *m.* vis, septenos in cyatho aquae dantes, puerilibus annis quaternos. [2] Et in *n.* stranguria fistulae *o.* imposuere. Adeo nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus caussis genuit. Quin et [3] adalligatos laeuo brachio binos lana subrepta pastoribus, resistere nocturnis febribus prodide-

1. *vincitur.* Alii 2. *Sic ex Mss. H. Et in stranguria vrinariae fistulae immisere. V. Diosc. et in stranguria fistulae imposuere. Ch. Et stranguriae fistulaeque. Gr. et Alii.* 3. *alligatos. Ch.*

ii. Et) Diosc loc. citat. Κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης, ἐντιθέμενοι βρώμασι μετὰ κυάμων τὸν ἀριθμὸν ζ, καὶ καταπινόμενοι πρὸ τῆς ἐπισημασίας, ὠφελοῦσι τοὺς τεταρταΐζοντας. *Cimices qui in cubilibus enascuntur, numero septeni cum fabis in cibos additi, et ante accessiones deuorati, quartana laborantibus auxilio sunt. H.*

k. Lethargi) Q. Serenus, c. 57. de lethargia expellenda, p. 160. *Quidam dira iubent: septeno cimice trito Vt vitientur aquae, cyathusque bibatur earum: Haec potiora putant, quam dulci morte perire.* Plin. Valer. III. 7. Lethargicis: *Cimices septem triti in aquae cyatho vno dantur, si vir sit: si puer, eodem modo aquae, cimices quatuor. H.*

l. Quoniam) Quoniam pellit soporem, quem aspidum morsus solet afferre. Hard.

m. Somnifica) Demorsos ab aspide premi vrgerique somno, scribit etiam Diosc. in Ther. 17. H.

n. Et in) Sic recte cod. R. 2. et Ch.. non, vt editi hactenus libri, *et strangulae fistulaeque.* Marc. Emp. cap. 26. pag. 183. *Cimex foraminibus veretrorum confricatus, dolores vesicae protinus tollit.* Diosc. II. 36. Δυσουρίαν τε παύουσιν ἐντιθέμενοι τῷ οὐρητικῷ πόρῳ λεῖοι. *Triti vero et vrinariae fistulae impositi, vrinae difficultati medentur. Hard.*

o. Fistulae) Veretri canali. H.

diderunt, diurnis in *p.* [1] roseo pano. Rursus *q.* iis aduersatur scolopendra, suffituque [2] enecat.

XVIII. 4. Aspides *r.* percussos torpore et somno necant, omnium serpentium minime sanabiles. Sed et venenum earum si sanguinem [3] attingit, aut recens vulnus, statim interimit: [4] inueteratum hulcus, tardius. De cetero potum quantalibet copia, non nocet. Non est enim tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia, cibis innoxia sunt. Cunctarer in proferendo ex his [5] remedio, nisi M. Varronem scirem LXXXVIII *s.* vitae anno prodidisse, aspidum ictus efficacissime [6] sanari, hausta a percussis *t.* ipsorum vrina.

XIX. 5. Basilisci *v.*, quem etiam serpentes *x.* [7] ipsae fugiunt, [8] alias olfactu *y.* necantem, qui homi-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. russeo. M. rosaceo. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. necat. Gr. et Al.* 3. *attigit, aut recens vulnus est. V.* 4. *si inueterat. V. et Ch.* 5. *si remedia. M.* 6. *sic ex Mss. H. et Ch. curari. Gr. et Al.* 7. *sic ex Mss. H. et Ch. ipsi fugiunt alios. Gr. et Al.* 8. *illos. V.*

p. In) Ita R. 2. et Ch. *non rosaceo*, vt editi. Sic etiam Palladius I. tit. 35. *roseum* vocat. H.

q. Rursus) Cimicibus. H.

r. Aspides) Nicandr. ad verbum in Ther. p. 12. et Diosc. pariter in Ther. 17. Hard.

s. Anno LXXXVIII) At in R. 1. 2. et Colb. 3. *Anno* LXXXIII. solum legimus, non LXXXVIII. Hard.

t. A percussis ipsorum vrina) Imo potius *a morsis*, mordet enim aspis, non ictu percutit. Dalec.

A percussis) Hoc est, a demorsis. Si morsi ab aspide suam ipsorum vrinam ebibant. Diosc. II. 9. Οὖρον ἀνθρώπου τὸ ἴδιον ποθὲν πρὸς ἐχίδνης δήγματα ἁρμόζει. *Humanam vrinam suam cuique bibere prodest contra viperae morsus.* H.

v. Basilisci) De eo egimus VIII. 33 H.

x. Serpentes ipsi fugiunt) Sibilo eius territi. cap. 212. lib. XXVIII. Dal.

y. Ol-

hominem vel ſi aſpiciat tantum, dicitur interimere, ſanguinem Magi miris laudibus celebrant, coeuntem picis *z.* modo et colore, dilutum cinnabari clariorem fieri. Tribuunt [1] ei et ſucceſſus petitionum a Poteſtatibus, et a Diis etiam precum, morborumque remedia, [2] veneficiorum amuleta. Quidam id Saturni ſanguinem appellant.

XX. 6. Draco *a.* non habet venena. Caput eius limini ianuarum ſubditum, propitiatis adoratione Diis, fortunatam domum facere [3] promittitur. Oculis eius inueteratis, et cum melle tritis, inunctos non paueſcere ad nocturnas imagines, etiam pauidos. Cordis pingue [4] in pelle dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, conferre iudiciorum victoriae. Primum *b.* ſpondylum aditus poteſtatum mulcere. Dentes *c.* eius illigatos [5] pellibus caprearum ceruinis neruis, mites prae-

 ſtare

1. ei, in M. d. 2. beneficiorum munera. M. 3. ſic ex Mss. H. et Ch. promittunt. Gr. et Al. 4. in, V. d. 5. ſic et Ch. pedibus Gr. et Al.

y. Olfactu necantem) Halitu et afflatu, quo necat frutices, exurit herbas, rumpit ſaxa. cap. 31. lib. VIII. Dal.

z. Picis modo et colore dilutum, etc) *Calore*, non *colore* in vetuſto exemplari: et paulo poſt, *expaueſcere*, non *paueſcere.* Pintian.

a. Draco non habet venena) Multis tamen locis huius operis remedia ſcribuntur contra draconis morſus. Dal.

Draco) Vulnere potius quam veneno nocet. Alibi innoxius, in Africa vitioſus. Lucan. Pharſ. IX. verſ. 727. *Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris Serpitis: aurato nitidi fulgore dracones: Peſtiferos ardens facit Africa.* Aetius ſerm. 13. c. 34. de draconibus; pag. 258. *Animal quidem hoc non iacit venena, etc* H.

b. Primum) Primum ſpinae articulum, qua ceruici committitur; vt de hyaena dictum eſt anteriore libro, ſ. 27. H.

c. Dentes) Sic R. 1. 2. Colb. et Ch. non, vt quidam

ſtare dominos, poteſtateſque exorabiles. Sed ſuper omnia eſt compoſitio, qua inuictos faciunt Magorum mendacia: Cauda draconis et capite, pilis leonis e fronte, et medulla eiuſdem, equi victoris ſpuma, canis vnguibus adalligatis ceruino *d.* corio, neruiſque cerui [1] alternatis et dorcadis: quae [2] coarguiſſe non minus refert, quam [3] contraria ſerpentibus remedia demonſtraſſe, quoniam *e.* [4] haec morum veneficia ſunt. Draconum *f.* adipem venenata fugiunt; [5] item *g.*, ſi vratur, ichneumonum; [6] fugiunt et vrticis tritis [7] in aceto perunctos.

XXI.

1. *alternatim. V.* 2. *arguiſſe. Gr. et Al.* 3. *ſic ex Mſs. H. et Ch. contra ſerpentes. Gr. et Al.* 4. *haec morborum veneficia. Gr. et Al.* 5. *item virus ichneumonum: et cutis cinere. Gr. et vulgg.* 6. *et vrticis tritis in aceto perunctis. Ch.* 7. *ex. V.*

dam editi, *pedibus.* Sic paulo antea, *Cordis pingue in pelle dorcadum.* H.

d. Ceruino) Ceruina pelle, neruis cerui et dorcadis alterno nexu ſtringentibus. Hard.

e. Quoniam haec morborum veneficia ſunt) Quem ſenſum habeat, non video: etſi *veneficia* pro eo, quod erat *beneficia*, reſtituerit Hermolaus. Scribe cum Voſſ. *quae coarguiſſe non minus referet* (i. vt ſupra, proderat, vtile erit. Vulgo. *refert.* ſed Voſſ. *referret*) *quam contraria ſerpentibus remedia demonſtraſſe, quoniam et haec morum veneficia ſunt.* Quatuor alii ſaltem. *regeret. Gron.*

Quoniam) Quoniam haec bonos mores corrumpunt. Ita recte Gronouius, pro *morborum.* H.

f. Draconum) Vide N. et Em. N. XX. (hic adi.) *Draconum*) Hoc loco maxime graſſata eſt interpolatorum audacia, inſcitiaque: ſic enim in libris hactenus editis legebatur: *Draconum adipem venenata fugiunt: item virus ichneumonum: vt et cutis cinere in aceto perunctos.* Quae ne Oedipus quidem intelligat. In R. 1. *et vrticis tritis..* At in R. 2. diſerte ac plane: *Draconum adipem venenata fugiunt: item vrature ichneumonum: fugiunt et vrticis tritis in aceto perunctos.* in quibus ſincerae lectionis aperta veſtigia. H.

g. Item virus ichneumonum) Voſſ. *item ſi vratur* ecneu-

XXI. 7. Viperae *h.* caput impositum *i.* vel alterius quam quae percusserit, sine *k.* sine prodest. Item si quis eam ipsam in *l.* vapore [1] baculo sustineat: [2] aiunt *m.* enim [3] praecanere: item *n.* si quis exustae eius cinerem illinat. Reuerti autem ad percussum serpentes necessitate naturae, Nigidius auctor est. Caput *o.* quidem dissecant Scythae inter aures [4] ad *p.* eximendum lapillum *q.*, quem aiunt ab ea deuorari territa. Alii *r.* ipso toto capite vtuntur. Fiunt ex vipera pastilli, qui *s.* theri-

Bb 4

1. *baculo sustinens necet, aiunt eum. V.* 2. *eum futura praecinere. M.* 3. *praecauere. Gr. et Al.* 4. *vt eximant. V. interque aures eximunt. V. Alii.*

ecneumonum fugiunt, et vricis tritis incet ais perunctis. Forte: *Draconum adipem venenata fugiunt et vrticis perunctos.* Semen vrticae contrarium cicutae esse ex Nicandro scribit. l. 22. 13. G.

h. Viperae) Plin. Val. III. 57. ad verbum. H.

i. Impositum) Suo vulneri. Dal.

k. Sine) Nempe percussis a vipera. Negat tamen hoc esse verum, immo et experimentis aduersari, Charasius L. de viperis pag. 108. Hard.

l In vapore) Vel ardentis ligni, vel feruidae aquae. Dal.

In) In calore. H.

m. Aiunt) Aiunt enim tunc viperam recanere, *incantationem repellere.* Vide N. et Em. N. XXI. (hic. adi.) *Aiunt*) In libris hactenus editis, *praecauere.* Qui interpolarunt, adiecto etiam vocabulo, *futurae praecinere*, rescripserunt. Nos codicum auctoritatem sequuti, R. 1. et 2. *praecanere*: cui voci quae vis subsit, aperuimus libro anteriore, s. 4. H.

n. Item) Galen. L. de Ther. ad Pison. c. 10. pag. 944. H.

o. Caput quidem dissecant Scythae) *Caput quidam dissecant scite*, in scripto codice. Pint.

p. Ad) Qui plagae a serpente inflictae imponi possit. H.

q. Lapillum) Qui in potu sumptus veneni vim frangit. Dalec.

r. Alii) Q. Serenus c. 47. p. 154. *Quae nocuit serpens, fertur caput illius apte Vulneribus iungi, sanat quem sauciat ipsa.* H.

s. Qui) Θηριακοὶ, *ad* venenatorum morsus sanandos concinnati. H.

theriaci vocantur a Graecis, [1] ternis *t.* digitis vtrimque amputatis, exemtisque interaneis, et *v.* liuore spinae adhaerente, reliquo corpore in patina ex aqua et *x.* anetho discocto, spinisque *y.* exemtis, et addita similagine *z.*, atque ita in vmbra

1. *sic ex* Mss. *H. ternis digitis mensurae vtrimque amputatis. Ch. quaternis. Gr. et Al.*

t. Quaternis digitis vtrimque, etc.) Dioscorides caudam et caput abscindi scribit, quia carne carent; at fabulosum esse, quod vtrimque certa mensura debeant amputari extrema. Dal.

Ternis) A capite et a cauda ternis digitis amputatis. Vide N. et Em. N XXII. (hic pos.) *Ternis)* Ita R. codices 1. 2. et Ch. Editi, *quaternis.* Sed vtrumlibet legas, exclamat Dalecampius fabulosum esse, quod vtrimque certa mensura amputari extrema oporteat, vno scilicet Dioscor. in consilium eius adhibito. At censuit tamen ita Andromachus senior, Neronis medicus, apud Galen. de antid. I. 6. pag. 876. Censuit et Damocrates, ibidem c. 15. p. 893. E ceruice enim ternos digitos, e cauda amplius paulo praecidi iubet: Τῶν μὲν κεφαλῶν ἀποκοψον, ὡς τρεῖς δακτύλους, Μικρῷ τε πλείους τῶν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς μερῶν, Πρῶτον κεφαλὰς μὲν εἶτα τὰς οὐρὰς τότε. Censuit et Galenus ipse c. 8. eiusdem operis, p. 878. Αὐτάρκες δ' ἐπὶ τῶν μεγάλων ἐχιδνῶν τὸ ἀφαιρεθησόμενον ἑκατέρωθεν εἶναι δακτύλων δ'. *Sufficit in magnis viperis id quod amputabitur vtrobique, quaternos aequare digitos.* Quod iterum repetit, L. de Ther. ad Pis. 13. p. 950. H.

v. Liuore spinae adhaerente) Vena liuida. Dalec. cons. H.

x. Anetho discocto) Albo iure, Galen. oleo, vino, sale, anetho, Dioscorid. Dalec.

Et anetho) Ita senior Andromachus, apud Galen. de antid. I. 6. p. 876. et de Ther. ad Pis. I. 7. p. 983. Ὕδατι ἐγχεύσας ὅσσον ἄρκιον καὶ ἀνήθου Κλῶνας ἐχιδναίῃ σαρκὶ συνεψομένας. *Ante tamen misces frondem graue olentis anethi, Et quantum satis est, prouidus indis aquae.* H.

y. Spinisque) Sic Adromachus, p. 878. et Galen. ipse de antid. I. 8. p. 879. Hard.

z. Similagine) Orobi farina, Galen. Dal.

Similagine) Panis sicci ac bene pisti tantum adiici Andro

bra ſiccatis paſtillis, quibus *a.* ad multa medicamenta vtuntur. Significandum *b.* videtur e vipera tantum hoc fieri. Quidam purgatae, vt ſupra dictum eſt, adipem cum olei ſextario decoquunt ad dimidias. Ex eo, quum opus ſit, ternis ſtillis additis in oleum perunguntur, vt omnes beſtiae fugiant eos.

XXII. 8. Praeterea *c.* conſtat contra omnium ſerpentium ictus, quamuis inſanabiles, ipſarum ſerpentium exta impoſita auxiliari: eoſque qui aliquando viperae iecur coctum hauſerint, numquam poſtea feriri a ſerpente. Neque *d.* anguis venenatus eſt, niſi per menſem luna inſtigatus. Sed prodeſt viuus comprehenſus, et in [1] aqua contuſus, [2] ſi *e.* foueatur ita morſus. Quin et ineſſe ei re-

1. *aqua coctus.* V. 2. *ſi foueantur.* M.

Andromachus iubet, quantum neceſſe ſit ad paſtillos fingendos. Αὐαλέου δ' ἐπὶ ταῖσι βάλοις εὐεργέος ἄρτου, Ὅσσον τέρσυναι σάρκα δύναιτο τροχοὺς Πλάσασθαι. Galen. quoque de antidot. I. p. 879. panem puriſſimum ac fermentatum deſiderat. Triticeum Damocrates, apud eumdem l. c. c. 15. p. 893. Ἄρτου τοῦ καθαροῦ τοῦ πυρίνου πρόσμισγε καὶ λέαινε. Panis ſiliginei vnciam vnam Crito ibidem c. 17. p. 896. σιλιγνίτου ἄρτου οὐγκίαν μίαν. Denique ex ſimilagine ſincera panem concinnatum ipſe Galenus L. de theriaca ad Piſ. c. 13. pag. 950. Ἄρτου ὡς μάλιστα καθαρωτάτου, καὶ ἀπὸ σεμιδάλεως τῆς καθαροτάτης γενομένου μίσγε τὸ σύμμετρον, etc. H.

a. Quibus) Quae prolixe enumerat Andromachus p. 875. ſq. et Galen. de ther. ad Piſon. 15 et 16. H.

b. Significandum) Quamobrem vipera imprimis ad theriacam adſciſcatur, diſputat egregie Galenus, I. c. 8. p. 940. H.

c. Praeterea) Sic ſcorpionem ipſum, tritum impoſitumque, vulneri quod intulir remedio eſſe, ſcribit Dioſc. II. 13. H.

d. Neque) *Vne couleuvre, vn ſerpent.* H.

e. Si) Si foueatur ita contuſo angue is qui morſus ab eo angue fuit. H.

remedia multa creduntur [1] vt *f.* digeremus, et ideo Aesculapio dicatur. Democritus quidem monſtra *g.* quaedam ex his conficit, vt *h.* poſſint auium *i.* ſermones intelligi. [2] Anguis *k.* Aeſculapius Epi-

1. *ſic et Cb. dicemus. Gr. et Al.* 2 *ſic ex Mss. H. Atqui anguis. Gr. et Al.*

f. Vt) Vt ordine ac ſerie dicturi ſumus. Ita MSS. non, *vt dicemus. H.*

g. Monſtra) Monſtruoſas compoſitiones, plenaſque vanitatis. H.

h. Vt) Melampodem, alioſque, finxit vetuſtas ſermones percepiſſe auium: vt Helenus ille Virgilianus, *qui ſidera ſenſit, Et volucrum linguas, et praepetis omina pennae* H.

i. Auium ſermones intelligi) Melampoda, Chalcantem, Mopſum Italum, Tireſiam, Thaletem, Apollonium Tianeum auium ſermonem aſſecutos fuiſſe tradunt: Helenum ſuum Virgilius, — *qui ſidera ſentis, Et volucrum linguas, et praepetis omina pennae. Dal.*

k. Atqui anguis Aeſculapius, etc) Dracones in veneratione fuiſſe, diuinoque cultu honoratos, vide apud Aelianum cap. 2. XVI. et c. 11. lib XI. de anim. Plutarcho lib. de Iſid. et Oſir. draco Mineruae ſacer eſt. Dracones ſacros in Epidaurii Aeſculapii templo educatos fuiſſe tradit Pauſanias in Corinthiacis. Dal.

Anguis) Olim, inquit, allati ſunt Epidauro Romam angues, quod ex eo genere vtiliores crederentur eſſe medicinae. Epitome Liuii XI. *Quum ciuitas peſtilentia laboraret, miſſis legatis vt Aeſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent: anguem, qui ſe in nauem eorum contulerat, in quo ipſo Numen eſſe conſtabat, deportauere: eoque in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco aedes Aeſculapii conſecrata eſt.* Vide Plutarch in Quu. Rom. p. 286. et Auctorem libri de Viris illuſtribus. c. 22 Contigit id A. V. CCCLXXVIII. Q. Fab. Gurgite II. C. Genucio Clepſina Coſſ. vt quidem Faſti ferunt. Inter aerea numiſmata maximi moduli e Theſauro Regio, iſtud eſt inſigne, nro. 37. cui ſimile viſum ſibi fuiſſe in cimelio Cardinalis Buoncampagni narrat Spanhemius Tomo I. pag. 217. nouiſſimae editionis. ANTONINVS AVG. PIVS P.P. TR. P. COS. III. cap. laureatum .)(. Dextro nummi latere pons eſt, ſub cuius fornice vno permeat

Epidauro Romam aduectus est: vulgoque *l.* pascitur *ll.* et in domibus. Ac nisi incendiis semina exurerentur, non *m.* esset fecunditati eorum re-

at nauis: e prora serpens emicat. Ex aduerso fluuius Tiberis in amne sedens, arundinem laeua tenet dextram serpenti aduenienti porrigit: retro, palatium est, cuius pro foribus est laurus arbor. Infra AESCVLAPIVS. Caue hic tamen Aesculapium cogites: quandoquidem in pictura omnino non apparet. Fingi enimuero ille solet vultu senili et graui, togatus, baculum tenens, cui implicitus anguis est. Litterae hic sunt primae totidem vocum, hac sententia: *Anguis Epidaurius Senatus Consulto Valetudini Leuandae Antonii Pii Illatus Vrbem Subit.* Palatium cum lauro pro foribus, domum Caesaris indicat, Plinio teste XV. 39. Nec puto serpentem, nisi foret aereus, in prora nauis constanter hoc situ fuisse permansurum toto itinere, Pons et amnis Epidauro aduectum anguem, significat, quum inde Romam iter sit nisi mari: ad domum autem Caesaris a portu Ostiensi non nisi per fornices pontis impositi Tiberi. Propterea pingi in area nummi Palatium cum lauro ante fores oportuit, pontemque et nauim, cum angue in prora, non in puppe, cum amne ipso denique Tiberi. Feliciter autem in hoc titulo duo accidunt. Primum est, quod nomen integrum, AESCVLAPIVS, perpulchrae sententiae efficiendae apte conuenit; quae totidem vocibus constat, quot vox illa litteris Alterum est, quod nomen illud ipsum eius dei sit, cui dicatus anguis a veteribus fuerit, ob vim medicam; quam artem calluisse fertur praesertim Aesculapius. *Anguis Aesculapius* autem dicatur, an Epidaurius, nil interest, quum Epidauro aduehi constaret: quod *oppidum Aesculapii delubro celebre* Plinius dixit IV. 11. H.

l. Vulgoque) De Tiberio Sueton. cap. 72. *Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, etc. H.*

ll. Pascitur et in domibus) Innoxius, familiaris, domesticus: quales in balneis medicatis Aquarum prope Cameriacum multi gignuntur. Dal.

m. Non) Extinctum demum fuisse id genus anguium Romae suadet allatus

[1] resistere. In *n.* orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, [2] quod *o.* et in aqua viuit, hydri *p.* vocantur, [3] nullis serpentium inferiores veneno. Horum iecur [4] seruatum aduersus percussos [5] ab his auxilium est. Scorpio tritus stellionum veneno aduersatur. Fit [6] enim et e stellionibus malum medicamentum. Nam quum [7] immortuus est vino, faciem eorum qui biberint lentigine obducit. Ob hoc in vnguento necant eum, insidiantes pellicum formae. Remedium est oui luteum, et mel ac nitrum. Fel stellionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur.

XXIII. 9. Inter omnia venenata salamandrae scelus maximum est. Cetera enim singulos feriunt,

1. *resistere in orbe terrarum pulcherrimum. M.* 2. *sic ex Mss. H. et Cb quod in aqua Gr. et Al.* 3. *nullo. Cb.* 4. *seruatum percussis ab his auxilio est. V.* 5. *habetur auxilium. M.* 6. *enim ex stell. M.* 7. *mortuus est in vino. Cb.*

proxime Antonini Pii nummus, qui ipsius causa veterem morem reuocatum esse testatur, ex agro Epidauri anguem aduehendi Romam. Et Senatusconsulto opus fuit, vt inferretur in Vrbem et in Palatium anguis Epidauro allatus. Crebri fuere nummi percussi supremis Antonini Pii annis, cum hac epigraphe, SALVS AVG. qui saepiuscule morbo tentatum fuisse testantur. H.

n. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est) *In vrbe* legit antiquum exemplar, non *in orbe.* Et puto adiungenda haec duo verba praecedentibus: Duo autem quae sequuntur, *terrarum pulcherrimum*, adiecta falso existimo. Pintianus.

o. Quod) Haec totidem verbis Nicander in Ther. p. 31. qui chersydrum dispari forma ab hydro descripserat antea, pag. 26. Hard.

p. Hydri vocantur) Vocantur et chersydri, quod in terra pariter degant, et in aquis: Latinis, natrices, lingua, vt putant, gemina, ac, vt Aristides tradidit, voraces et gulosi, λίχνοι. Rhod. cap. 5. lib. XXVI. D.

unt, nec plures pariter *q.* interimunt: vt omittam, quod perire conſcientia dicuntur homine percuſſo, neque *r.* amplius admitti ad terras: ſalamandra populos pariter [1] necare improuidos poteſt. Nam *s.* ſi [2] arbori irrepſit, omnia poma inficit veneno, et eos qui ederint, necat [3] frigida vi, nihil *t.* aconito diſtans. Quinimo ſi contacto ab ea ligno [4] vel *v.* pede cruſta panis incoquatur, idem veneficium [5] eſt: vel ſi in puteum cadat. Quippe cum ſaliua eius quacumque parte corporis vel in pede imo reſperſa, omnis *x.* in toto corpore defluat pilus. Tamen *y.* talis [6] ac tanti vene-

1. *necari improuidius.* Cb. *populos pro populus ſcriptum.* 2. *arbores irrepſit.* Cb. 3. *frigida, et nihil.* M. 4. *vel lapide.* V. *vel ſede* Al. V. 5 *et ſi.* Cb. 6. *ſic ex Mss.* H. *tanta vis veneni.* Gr. *et* Al.

q. Pariter) Vno ictu. H.

r. Neque) Plin. ſupra II. 63. de terra: *illa ſerpentem homine percuſſo non amplius recipit, poenaſque etiam inertium nomine exigit.* H

s. Nam) Et Geſnero ita referente, dicere ſoliti Narbonenſes, ſi blanda (hoc eſt, vt quidam putant, ſalamandra) in aceruo tritici reperiatur, totum ita infici, vt vel gallinae veſcentes eo deinde intereant. H.

t. Nihil) Interimendi celeritate, non ſimilitudine virtutis: eſt enim calida aconito vis, ſalamandrae frigida. H.

v. Vel) Si vel extremo pede lignum ſalamandra contingat, in quo panis coquitur, eodem modo totum panem veneno inficit. Hard.

x. Omnis) Q. Serenus, 9. p. 129. *Defluit expulſus morbo latitante capillus, Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis, Eximium capitis tactu deiecit honorem.* Raderum vide in iſtud Martialis II. 66. *Hoc ſalamandra nocet vel ſaeua nouacula nudet.* Petron. in Satyr. p. 354. *Quid dicis tu, latro? quae ſalamandra ſupercilia tua excuſſit?* H.

y. Tamen talis, ac tanta vis veneni) Voſſ. *Tamen talis, ac tanti veneni, a quibuſdam animalium vt ſubus manditur.* Pro *ſubus* quidam *cibus*, Quemadmodum et quatuor noſtri. Et non proprie ſuum, ſed aliorum quoque non

neneni a quibusdam animalium [1] vt z. subus manditur, [2] dominante eadem illa rerum dissidentia. Venenum eius [3] restingui primum omnium ab his quae vescantur illa, [4] ex a. his verisimile est [5] quae produntur, cantharidum b. potu, aut lacerta in cibo sumpta: cetera aduersantia diximus, dicemusque suis locis. Ex [6] ipsa quae Magi tradunt contra incendia, [7] quoniam ignes sola animalium extinguat.

1. *sic ex Mss. H. vt cibus. M. suibus. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. domante. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. extingui Gr. et Al.* 4. *sic ex Mss. H. vero simile. Cb. illa veri. Gr et Al.* 5. *sic ex Mss. H. produntur Gr. et Al. Dantur quae prosunt in cantharidum. V.* 6. *sic ex Mss. H. et Ch. ex ipsis. Gr. et Alii.* 7. *quod igne solae anim. extinguant. V.*

non nominatorum animalium id eum fecisse alimentum suadere videntur verba mox sequentia: *Venenum eius restingui primum omnium ab his, quae vescuntur illa, ex iis vero simile est, quae produntur, cantharidum potu aut lacerta in cibo sumpta.* Sic enim legendum. *Restingui* Vossiani est et Chiffletiani, vt et *vero simile*: *ex his* Vossiani: distinctionem ex sententia mutauimus. Respicit autem hunc locum, quum scribit eodem capite infra: *Salamandris cantharides diximus resistere.* lib. XI. tamen caput 53. *Quin et subus serpentes in pabulo sunt.* Quamuis hic quoque varient codices et nonnulli: *Quin et his.* Sed vtrobique *subus* confirmat Aristoteles hist. animal. 9. 1. Ὄφις καὶ γαλῇ καὶ ὗς πολέμιον· τῇ μεγάλῃ, κατὰ οἰκίαν ὅταν ὦσιν ἀμφότερα· ἀπὸ γὰρ δὲ τῆν αὐτῶν ζῶσιν· ἡ δὲ ὗς ἐσθίει τὰς ὄφεις. Pintiani codex posteriori loco: *ab his quae vescantur illa veris simile. Ex his vero similia sunt, quae produntur de cantharidum potu.* Idem *restingui. Gron.*

z. *Vt*) Sic Aelian. H. A. IX. 28 et Sext. Emp. Pyrrh. hypot. I. 14. p. 10. Τὰς ὗς αἳ δὴ χαίρουσι καὶ σαλαμάνδρας ἐσθίουσαι. H.

a. *Ex*) Verisimile esse intelligitur ex iis quae produntur, cantharidum potu, aut lacerta, venenum eius pariter restingui. H.

b. *Cantharidum*) Hunc lolum inferius respicit, s. 29. quum ait: *Salamandris cantharidas diximus resistere. H.*

tinguat, ſi *c.* forent vera, iam eſſet experta Roma. [1] Sextius Venerem accendi cibo earum, ſi detractis interaneis, et pedibus, et capite, in melle ſeruentur, tradit: negatque reſtingui ignem ab iis.

XXIV. 10. 1. Ex volucribus [2] in auxilio contra ſerpentes primi *d.* vultures. [3] Annotatum quoque minus virium eſſe nigris. Pennarum *e.* ex his nidore, ſi vrantur, fugari eas dicunt. Item *f.* cor eius alitis habentes, tutos eſſe ab impetu non ſolum ſerpentium, ſed etiam ferarum, latronumque, et regum ira.

XXV.

1. *Sextus. Cb.* 2. *Sic ex Mss. H. in auxilium con. ſerp. primus. Cb. in auxilio — primum vultur eſt Gr. et Al.* 3. *Annotandum. M.*

c. Si forent vera) Dioſcorides ſcribit, fruſtra creditum eſſe ſalamandram ignibus non vri. *Dal.* Vide quae notata ſunt de ſalamandra ſupra lib. X. c. 67. et *Iacobi Palmerii* exerc. nuper editas p. 613.

d. Primi) In quibus tot curationes eſſe, quot ſunt membra dixit Hieronymus Adu. Iouin. II. H.

e. Pennarum) Aelian. H. A. I. 45. Suffitu vulturum pennis ex cauis ſuis elici ſerpentes tradit. Γυπῶν πτερὰ εἰ θυμιάσαι τις, ὡς ἀκούω, καὶ ἐκ φωλεῶν, καὶ ἐξ ἰλεῶν τὰς ὄφεις προάξει ῥᾷστα. Fugari cum Plinio Sext. Plat. Part. 2. c. 2. de vulture, Plin. Val. III. 57. Q. Serenus, 47. p. 155. H.

f. Item) Plin. Val. III. 51. Q. Seren. II. c. *Namque poteſt diros praeuertere morſus Si iecur exſiccatum tardum de vulture portes.* Sext. Plat. l. c. 2. de vulture, n. 6. *Aduerſus mala medicamenta: Cor vulturis ligatum cum pelle lupina, ſi circa brachium habeas, nullum medicamentum tibi nocere poterit, nec ſerpens, nec latro, nec alia malitia nec quidquam phantaſma ſenties.* Auctor Kiranidum, pag. 120. *Cor quoque eius in pelle ligatum qui portauerit, fugient eum daemonia, et maxime ferae: habebit autem et gratiam ad omnes homines, et in diuitiis viuet: eſt autem et victorioſum ad omnem rem.* Quae pleniſſima vanitatis arbitror: afferenda tamen, ne vltro conficta a Plinio videantur. H.

XXV. 2. Carnibus *g.* gallinaceorum, ita vt [1] tepebant [2] auulsae, appositis, venena serpentium domantur *h.*: item *i.* cerebro in vino poto. Parthi *k.* gallinae malunt cerebrum plagis imponere. Ius quoque ex his potum praeclare medetur, et *l.* in multis aliis vsibus mirabile. Pantherae leonesque non attingunt perunctos eo, praecipue si et allium fuerit incoctum. Aluum *m.* soluit: validius e vetere gallinaceo. Prodest *n.* et contra longinquas febres, et *o.* torpentibus membris, tremulisque

1. Sic ex Mss. H. tepebant. M. et Cb. ita vt tepeant Gr. et Al. 2. *diuulsae. V.*

g. Carnibus) Diosc. in Ther. 19. et 27. et prioris operis II. 52. Celsus, V. 27. *Aduersus omnes morsus serpentium. Viuum gallinaceum pullum per medium diuidere, et protinus calidum super vulnus imponere, sic vt pars interior corpori iungatur.* Plin. Val. III. 57. *Carnibus gallinaceorum discerptorum, ita vt tepeant, extrahitur venenum.* Nigidius L. de animal. citante Gellio VII. 9. *Serpens si momordit, gallina diligitur et apponitur.* Est autem hic diligere, diuidere, discindere, dissecare. Vide Festum et Nonium. H.

h. Domantur) Quoniam foras extrahuntur, ac velut exuguntur. Dal.

i. Item) Petrichus in Ὀφιακοῖς, siue in L. de serpentium venenis ac remediis, laudatus a Scholiaste Nicandri, in Ther. pag. 27. hoc ipsum statuit, ὅτι ὠφελεῖ ὁ ἐγκέφαλος τῆς ὄρνιθος εἰς τοὺς ὀφιοδήκτους. Est autem Petrichus in albo auctorum, quos Plinius sequitur ac laudat. Sic etiam Diosc. ll. cc. H.

k. Partbi) Plin. Val. III. 57. H.

l. Et in) Podagrae depellendae ius illud adhibet Q. Serenus, 47. p. 155. *Gallinae iura vetustae.* H.

m. Aluum) Diosc. II. 53. et Galen. de fac. simpl. m. III. 15. p. 70. Καὶ γάρτοι καὶ ὁ τῶν πρεσβυτέρων ἀλεκτρυόνων ζωμὸς ὑπάγει τὴν γαστέρα, καί τοι τῆς σαρκὸς σαλτικῆς οὔσης. Iterumque L. de Ther. ad Pis. 4. pag. 935. H.

n. Prodest) Q. Seren. c. *Subitaneo dolori, febri,* etc. *Febribus at longis galli des iura vetusti.* H.

o. Et torpentibus membris) Stupori, tremori, quoniam pituitam educit. Dal.

que *p.*, et *q.* articularіis morbis: [1] in capitis doloribus, epiphoris, [2] inflationibus, faſtidiis, incipiente teneſmo, iocineri, renibus, veſicae: contra cruditates, [3] ſuſpiria. Itaque etiam faciendi eius exſtant praecepta. Efficacius *r.* enim cocti cum olere *ſ.* marino, aut *t.* cybio, aut cappari, aut apio, aut herba Mercuriali, aut polypodio, aut anetho: [4] vtiliſſime autem in congiis tribus aquae ad tres heminas cum ſupradictis herbis, et refrigeratum ſub dio dari [5] tempeſtiuis *v.* antecedente vomitione. Non praeteribo miraculum, quamquam ad medicinam non pertinens: ſi *x.* auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur, conſumunt [6] id in ſe. Ita hoc venenum auri eſt. At [7] gallinaceis ipſis circulo e ſarmentis addito in [8] collum, non canunt.

XXVI.

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. et cap. d. Gr. et Al.* 2. *inflammationibus. M.* 3. *et ſuſpiria. V. cruditatis ſuſpiria. Ch.* 4. *vtiliſſimum V.* 5. *tempeſtiuius. V.* 6. *illud in ſe. M.* 7. *gallinacei ipſi. V.* 8. *Sic ex Mss. H. et Ch. addito collo Gr. et Al.*

q. Tremuliſque) Q. Seren. l. c. *Subueniunt etiam tremulis medicantia membris*, galli iura ſcilicet. H.

q. Et) Dioſc. II. 53. Ἁρμόζει δὲ πυρετοῖς χρονίοις, ἄσθμασιν, ἀρθριτικοῖς, ἐμπνευματουμένοις ϛομάχοις. Hard.

r. Efficacius) Haec totidem fere verbis Dioſc. l. c. Hard.

ſ. Olere) Braſſica marina. Hard.

t. Aut) Ita libri omnes. Pro cybio Dioſc. κνίκον habet, quod et hic ſcribi fortaſſis ſatius fuerit, vt herbarum dumtaxat nomina cenſeantur, quibuſcum gallinacei diſcoquantur. Sic enim et Dioſc. Ἔνιοι δὲ συνέψουσι κράμβην θαλασσίαν ἢ λινόζωϛιν, ἢ κνίκον, ἢ πολυπόδιον. H.

v. Tempeſtiuis) Recte valentibus. H.

x. Si auro liqueſcenti etc.) Inde excogitata ratio medicis eſt parandi iuſcula ἀναληπτικά, cum carne gallinae, et auri foliis. Dal.

Si) Vide in eam rem Aldrou. Ornith. XIV. 1. pag. 243. H.

XXVI. 3. Auxiliatur *y.* contra serpentes et columbarum caro recens [1] concerpta, et hirundinum: bubonis pedes vsti cum [2] plumbagine *z.* herba. Nec omittam in hac quoque [3] alite exemplum Magicae vanitatis. Quippe praeter reliqua portentosa mendacia, cor *a.* eius impositum mammae mulieris dormientis sinistrae, tradunt efficere, vt omnia secreta pronuntiet. Praeterea in pugnam ferentes [4] idem, fortes fieri. Eiusdem ouo [5] ad *b.* capillum remedia demonstrat. Quis *c.* autem, quaeso, ouum bubonis vmquam videre potuit, [6] quum ipsam auem vidisse prodigium sit? quis vtique experiri, et praecipue in capillo? Sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari capillum promittunt. Cuius generis prope videri possint, quae tradunt et de vespertilione: si ter circumlatus domui viuus, per fenestram inuerso capite [7] infigatur, amuletum esse: priuatimque ouilibus [8] circum-

1. Sic ex Mss. H. concerptas Al. concepta Gr. et Al. 2. bulbagine. Cb. 3. vanitate medicinam. Quip. pr. rel. portentosam. Cor bubonis. M. 4. Sic ex Mss. H. id fortes Cb. fortiores Gr. et Al. 5. Sic ex Mss. H. et Cb. et capillorum. Alii. ad capulum. ad capillos Gr. et Al. 6. cum etiam ipsam. V. 7. adfigatur. Cb. 8. Sic ex Mss. H. et Cb. circumlutam Gr. et Al.

y. Auxiliatur) Sext. Plat. P. II. c. 10. de columba, t. 1. *Ad serpentium morsus*: „Columba incisa et imposita calida morsui, venena omnia rapit, et sanare creditur." H.

z. Plumbagine herba) Sic vocant dipsacum minorem siluestrem, echino paruo et rotundo. Dal.

Cum) De qua XXV. 97. Hard.

a. Cor) Idem de ranae lingua prodidit Democritus, Plinio XXXII. 18. H.

b. Ad) Ad capillorum defluuium. H.

c. Quis autem quaeso, etc.) Praeter rem id exclamat Plinius: facile enim ex eorum nido ouum haberi potest. Dal.

circumraptum toties, et *d.* pedibus suspensum [1] in *e.* supero limine. Sanguinem quoque eius cum *f.* carduo, contra serpentium ictus inter praecipua laudant.

XXVII. 11. Phalangium *g.* est Italiae ignotum, et plurium generum: vnum *h.* simile formi-

Cc 2 cae,

1. Sic ex Mss. H. in superlimine Ch. sursum in superliminari Gr. et Al.

d. Et pedibus suspensum sursum in superliminari) Chiflet. *suspensum in superlimine.* Voss. *suspensum super limine.* Neutri *sursum.* Scribe: *suspensum supero limine.* Plautus Bacchid. 4. 9. *Nunc superum limen scinditur: nunc adest exitium Ilio.* Noster lib. XXXII. 5. *stella marina vulpino sanguine inlita etc. adfixa limini superiori.* Gron.

e. In) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic app.) *Et)* In libris hactenus editis, addita vocula vna, alteraque corrupta, *suspensum sursum in superliminari.* R. 1. 2. et Chif. *superlimine.* Plin. XXXII. 16. stellam marinam *affixam limini superiori* dixit: superum limen, Plautus in Bachid. H.

f. Cum carduo) Cardui folio trito, vel semine. Dal.

g. Phalangium est, etc.) In agris Apuliae frequens, et reliquis anni partibus, vel nullo morsu infestum, vel innoxium, feruida aestate perniciosissimum, statim obsurdescentibus et obstupescentibus, quos momorderit, deinde caecutientibus, et quasi attonitis ac syderatis. Remedium vsu cognitum est, sonitu musicorum instrumentorum, ac praecipue tympanorum, assiduisque cantionibus sopitos exitare. *Tarantolam* vocant Apulei., et ab eo commorsos *Tarantatos.* Alex. ab Alexand. cap. 16. lib II. Dalec.

Phalangium) Non igitur illud Apuli caeli animal est, Tarantolam vocant, cuius exitiali morsu inductum soporem musicis instrumentis discutiunt, etsi visum ita Dalecampio, ceterisque. Phalangiorum genera, quae Nicander enumerat, picta e Museo Caesareo Lambecius protulit in Bibl. Caes. VI. In Indice huius libri, *Araneorum et phalangiorum genera* XI. H.

h. Vnum) Et inde Μυρμήκιον dictum a Nicandro in Ther. p. 52. vbi totidem verbis describitur, quot et a Plinio,

cae, sed multo maius, rufo capite, reliqua parte corporis [1] nigra, albis [2] incursantibus respersum guttis. [3] Acerbior huius, quam vespae ictus. Viuit maxime circa furnos et molas. In remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat. Et *i.* ad hoc [4] seruantur mortui. Inueniuntur et cortices eorum, qui triti et poti medentur: et mustelae catuli, vt *k.* diximus supra. Aeque *l.* phalangion Graeci vocant inter genera araneorum, sed distinguunt lupi nomine. Tertium genus est eodem phalangii nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quod dissecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum, praestare ne concipiant, vt Caecilius in commentariis reliquit. Vis *m.* ea annua est: quam solam ex *n.* omni atocio dixisse fas sit, quoniam *o.* aliquarum fecunditas plena liberis

1. *nigrum, albis resperf. M.* 2. *intercursantibus. V.* 3. *asperior. M.* 4. *Sic ex Mss. H. seruantur, quum mortui inueniuntur. Et cortices eorum contriti Gr. et Al.*

a Plinio. Aliis Μυρμηκοειδὲς, vt refert etiam Schol. pag. 34. et Μύρμηξ Ἡρακλειωτικός. H.

i. Et ad hoc seruantur cum mortui inueniuntur. Et cortices eorum contriti et poti medentur) In vetusto exemplari, *Et ad hoc seruantur mortui. Inueniuntur et cortices eorum, qui triti et poti medentur.* Pint.

k. Vt) Sect. 16. H.

l. Aeque) Alterum hoc phalangii genus, lupi nomine discretum a ceteris. Egimus de eo XI. 28. H.

m. Vis) Vis ea *sistendi conceptum*, anno dumtaxat durat. H.

n. Ex) Ἀτόκιον dicitur medicamen omne quod sterilitatem inducit, et vim concipiendi adimit. Vox Dioscoridi familiaris in primis H.

o. Quoniam) Abunde declarat se rem ipsam minus probare, cui nonnisi certo casu veniam largiatur. Sed neque tum danda venia est. Nullo non tempore, vt Tertulliani verbis vtar, in Apol. c. 8. p. 9. *Festinatio est*

beris tali venia indiget. Vocatur *p.* et rhagion acino nigro [1] similis, ore minimo [2] sub *q.* aluo, pedibus breuissimis, tamquam imperfectis. Dolor *r.* a morsu eius qualis a scorpione. Vrina *f.* similis [3] araneis textis. Idem *t.* erat [4] asterion, nisi distin-

guere-

1. *simile. V.* 2. *subalbo. Ch.* 3. *araneorum. V.* 4. *astorgion. Herm.*

est homicidii, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est et qui est futurus. Etiam fructus omnis in semine est. Hippocrates in iure iurando, nemini mulieri daturum se πεσσὸν φθόριον, hoc est, abortiuum spondet. H.

p. Vocatur) Quartum genus phalangiorum, Ῥάγιον Graecis est paruus acinus: ῥὰξ siue ῥὼξ acinus: inde nomen. Schol Nicandr. p. 33. in Ther. Ῥὼξ καλεῖται, διὰ τὸ ῥωγὶ ςαφυλῆς ἐοικέναι. H.

q. Sub) Vide N. et Em. N. XXIV. (*hic pos.*) *Ore)* In quibusdam Mss. *subalbo*, mendose. Error enim arguitur ex Nicandro, ita rhagion phalangion describente, in Ther. pag. 51. Ἔργα δέ τοι σύταο περιφράζοιο φάλαγγος, Σήματα δ' ἐν βρυχμοῖσιν· ἐπεὶ ῥ' ὁ μὲν αἰθαλόεις ῥὼξ Κέκληται, πισσῆεν, ἐπασσύτερος ποσὶν ἕρπων Γαςέρι δ' ἐν μεσάτῃ ὀλοοῖς ἔσκληκεν ὀδοῦσι. Hoc est, Gorraeo interprete: *Nunc attende notas et vulnera dira phalangis Pestiferi: piceo distinguitur ille colore, Qui Rhox nomen habet, pedibusque frequentibus: aluo Os illi in media, duro exitiabile dente.* Et Scholiastes in eum locum: τὸ ςόμα καὶ τοὺς ὀδόντας κατὰ τὴν μέσην τὴν γαςέρα ἔχει. H.

r. Dolor) Describitur is cuiusmodi sit, a Nicandro. l. c. H.

f. Vrina) Vrina hominis demorsi plena filorum araneosorum. Schol. Nicandri in Ther. pag. 34. caussam subdit, διὰ τὸ ἀκουσίως ἀποσπερματίζειν, καὶ γονοῤῥυεῖν τὸν δηχθέντα. H.

t. Idem) Quintum phalangii genus, de quo idem Nicand. in Ther. pag. 52. Ἀςέριον δὲ φιν ἄλλο πιφάσκεο· τοῦ δ' ἐπὶ νώτῳ Λιγνωτὰ ςίλβουσι, διαυγέες ἐν χροῒ ῥάβδοι. Βρύξαντος δ' αἴδηλος ἐπέδραμεν ἀνέρι φρίκη. Ἐν δὲ κάρος κεφαλῇ γούνων δέ γ' ὑπέκλασε δεσμά. Quae Gorraeus sic transtulit: *At vero Asterion dorsi fulgore coruscum Virgatis splendet maculis,*

guereretur virgulis albis. Huius [1] morſus genua labefactat. Peior *v.* vtroque eſt caeruleus, lanugine nigra, caliginem concitans, et *x.* vomitus araneoſos. Etiamnum *y.* deterior, a crabrone penna tantum differens. Hic et ad maciem perducit. Myrmecion *z.* formicae ſimilis capite, [2] aluo nigra, guttis albis diſtinguentibus, veſparum *a.* dolore torquet. Tetra-

1. Sic ex Mss. H. et Ch. morſu genua labefactat. Al. labefactantur Gr. et Al. *2. aluum nigra. Ch.*

maculis, alboque relucet. Mox rigor a morſu pertentat membra, caputque Dente ſoporatur, collapſaque genua fatiſcunt. H.

v. Peior) Sextum genus, quod iiſdem Notis a Nicandro adumbratur, l. c. Κυάνεον δέ τοι ἄλλο πεδήορον ἀμφὶς ἀΐσσει Λαχνῆεν· δεινὸν δὲ φέρει καὶ ἐπὶ χροῒ νύγμα, Ὅντινα γηώσει· κραδίη δέ οἱ ἐν βάρος ἴσχει. Νὺξ δέ περὶ κροτάφοις· ἔμετον δ' ἐξήρυγε δειρῆς Λοιγὸν ἀραχνήεντα· νέμει δὲ οἱ ἐγγὺς ὄλεθρον. Hoc eſt, Gorraeo interprete: *Caeruleus graditur pedibus, ſublimior alter, Villoque hirſutus: dant triſtia funera morſus, Si quemquam oppreſſit, luctantur corda dolore: Tempora caligant: et, qualis aranea, lentus Ore redit vomitus, propereque in fata vocantur.* H.

x. Et) In vomitu fila araneis ſimilia. Schol. Nicandri in Ther. p. 34. Ὅτι ὁ ἔμετος ἔχει ὄψιν ἀραχνῶν. ἢ ὅτι λεπτὸς ἐστιν ὅμοιος τῇ ἀράχνῃ· ἐστι δὲ γλίσχρος κατὰ τὴν ἀφὴν, καὶ χυμώδης, ὅστις διὰ τὸ γλίσχρον κολλᾷ ἐν τῷ φάρυγγι. H.

y. Etiamnum) Septimum iſtud genus eſt, quod σφηκεῖον Nicander appellat, l. c. Nam σφῆκα Graeci crabronem appellauere, vt diximus in Not. et Em. ad L. XI. N. XXXV. H.

z. Myrmecion formicae, etc.) Haec bis repetere videtur ex duobus diuerſis auctoribus, vel oblitus haec antea ſe ſcripſiſſe. Tu de Phalangiorum morſu vide Aelianum, c. 11. lib. XVII. de animal. Dal.

Myrmecion) Genus octauum phalangiorum, formicae ſimile capite ſolo: non, vti primum genus, toto corpore. H.

a. Veſparum) Dolore ſimili ei quem veſpae inferunt. H.

[1] Tetragnathii *b.* duo genera habent: [2] peior medium caput diſtinguente linea alba, et [3] tranſuerſa altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus poſteriori parte candicans, lentior. Minime *c.* autem noxius eodem colore, qui telas muſcis in [4] parietibus latiſſime pandit. Contra *d.* omnium morſus [5] remedio eſt gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum in poſca. Item formicae quinque potae: pecudum fimi cinis illitus ex aceto: et ipſi aranei quicumque, in oleo putrefacti. Muris *e.* aranei morſus ſanatur coagulo [6] agnino in vino poto: vngulae arietinae cinere cum melle, muſtelae catulo, vt *f.* in ſerpentibus dictum eſt. Si iumenta momorderit, mus recens cum ſale imponitur, aut fel veſpertilionis ex aceto. Et *g.* ipſe mus araneus contra ſe [7] remedium eſt, diuulſus et impoſitus. Nam ſi praegnans momordit, protinus

Cc 4

1. *tetraguanthii. Ch.* 2. *peiori med. cap. diſtinguitur li. allb. et tranſuerſim alt. Alii.* 3. *tranſuerſum. Ch.* 4. *parietibus tendit. Ch.* 5. *Sic ex Mss. H. remedio eſt gallinaceorum. Ch. remedium Gr. et Al.* 6. *agnae. M.* 7. *remedio eſt. Gr.*

b. Tetragnathii) Vel τετράγναθοι, a quadruplici maxilla. Totidem de his verba facit Aetius, ſerm. 13. c. 17. pag. 251. H.

c. *Minime*) Vndecimum id ac poſtremum phalangiorum genus. Id eſt qui ἀγρῶςις a Nicandro dicitur, de quo eadem ille quae Plinius refert, p. 52. in Ther. Ακμητον δ᾽ ἐπὶ τύμμα φέρει μεταμώνιον ἀνδρί. *Sed facilis nullo vaneſcit plaga dolore.* H.

d. Contra) Sext. Plat. parte 2. c. 8. de gallo, t. 1. et Plin. Val. III. 56. H.

e. Muris) Ad verbum haec pariter Plin. Val. III. 55. H.

f. Vt) Sect. 16. H.

g. *Et*) Totidem verbis Dioſc. II. 73. et in Ther. c. 26. Galenus quoque de fac. ſimpl. med. XI. 1. pag. 314. Plin. item Val. I. c. Μυγαλὴ Graecis dicitur, qui Latinis mus araneus, noſtris *Muſaraigne*. Dentium huic ordo quadruplex. H.

tinus dissilit *h.* Optimum, si imponatur qui momorderit. Sed et alios ad hunc vsum seruant in oleo, aut luto circumlitos. Est *i.* contra morsum eius remedio terra ex orbita. [1] Ferunt *k.* enim non [2] transiri ab eo orbitam, torpore quodam naturae.

XXVIII. 12. Scorpionibus *l.* contrarius maxime inuicem stellio traditur, vt *m.* visu quoque pauorem iis afferat, et torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum, et ita ea vulnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atque ita illinunt. Hunc *n.* Graeci coloten vocant, et ascalaboten, et galeoten. In *o.* Italia non nascitur. Est *p.* [3] enim hic

1. *Sic ex Mss. H. et M. Fertur. Gr. et Al.* 2. *transire. Ch.* 3. *autem. V.*

h. Dissilit) Disrumpitur. H.

i. Est) Q. Seren. c. 48. p. 156. *Sin autem muris nocuit violentia caeci, Quae sola signauit voluendis orbita plaustris, Illine, mira datur vili de puluere cura.* Sic etiam Plin. Val. III. 55. E Graecis Aelianus, H. A. II. 37. Phile, de propriet. anim. c. de mure araneo, p. 112. H.

k. Ferunt) Vide quae dicta sunt VIII. 83. H.

l. Scorpionibus) Vt stellioni viciffim scorpio contrarius est: nam vti dictum est §. 22. *Scorpio tritus stellionum veneno aduersatur.* Sic plagae scorpionis stellionem dissectum imponi vtiliter docet Aetius, serm. 13. c. 19. pag. 263. *Et in Africa, aut sicubi scorpiones sunt noxii, stellionem aridum incinctum oportet habere,* inquit Scrib. Largus, comp. 164. ceu praesens scilicet medicamentum. H.

m. Vt) Sic Galen. de ther. ad Pis. I. 9. pag. 943. Aelian. H. A. VI. 22. Isidor. XII. 4. aliique H.

n. Coloten vocant) Asyracum vocari ab Aegyptiis Galenus tradit lib. X. simplic. c. de dracone marino. Dalec.

Hunc) Κωλώτης, ἀσκαλαβώτης· ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ γαλεώτην. Hesych. Hard.

o. In) Neque in Gallia, Germania, Angliaue nascitur, vt iam antea monuimus, L. XI. 30. H.

hic plenus lentigine, ſtridoris acerbi, et [1] veſcitur: quae omnia a noſtris *q.* ſtellionibus aliena ſunt.

XXIX. 13. Prodeſt *r.* et gallinarum fimi cinis [2] illitus, draconis iecur, lacerta diuulſa, mus diuulſus, ſcorpio *ſ.* ipſe ſuae plagae impoſitus, aut aſſus in cibo ſumptus, aut *t.* potus in meri cyathis duobus. Proprium eſt ſcorpionum, quod manus palmam non feriunt, [3] nec niſi pilos attigere. Lapillus qualiſcumque, ab ea parte qua in terra erat, [4] impoſitus plagae, [5] leuat dolorem. Item teſta terra operta [6] ex aliqua parte, ſicut *v.* erat, impoſita, liberare dicitur. Non debent reſpicere qui imponunt, et cauere ne Sol aſpiciat. Vermes *x.*

Cc 5 terreni

1. *paſcitur. V. Herba veſcitur. Alii V.* 2. *illinitur, dr. iecur. Ch.* 3. *nec ſi pilos. V.* 4. *Sic ex Mſſ. H. et Ch. appoſitus. Gr. et Al.* 5. *lenit. V.* 6. *ex qua parte erat. V.*

p. Eſt) Stellionis maculas, quas alii honeſtiore nomine ſtellas vocarunt, vnde et ſtellionem ipſum animal, lentigines Plinius appellat. Ouid. Metam. V. v. 460. de ſtellione: *Aptumque colori Nomen habet, variis ſtellatus corpore guttis.* H.

q. A noſtris) Italici nimirum ſoli. E genere lacertorum eſſe ſtellio vterque videtur, et ille Graeciae, et iſte Italiae indigena, vt dictum eſt XI. 30. H.

r. Prodeſt) Aduerſus ſcorpionum morſus. H.

ſ. Scorpio) Aetius, ſerm. 13. c. 19. pag. 253: *Ad plagam autem ſcorpionem ipſum qui percuſſit, ſi inueniri queat, imponito.* Galenus item de fac. ſimpl. med. XI. 1. pag. 314. Celſ. V. 27. tit. *Aduerſus ictum ſcorpionis: Scorpio ſibi ipſe pulcherrimum medicamentum eſt. Quidam contritum cum vino bibunt: quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponunt: quidam ſuper prunam eo impoſito vulnus ſuffumigant, vndique veſte circumdata, ne fumus dilabatur, tum carbonem eius ſuper vulnus deligant.* H.

t. Aut) Vide quae dicta ſunt XI. 30. H.

v. Sicut) Qua parte terra erat operta. H.

x. Vermes) Aetius, l. c. H.

terreni triti impositi prosunt. Multa et alia ex his remedia sunt, propter quae in melle seruantur. Noctua *y.* apibus contraria, et vespis, crabronibusque, et sanguisugis: pici quoque Martii rostrum secum habentes non feriuntur ab iis. Aduersantur *z.* et locustarum minimae sine pennis, quos *a.* attelabos vocant. Est et formicarum genus venenatum: [1] non fere in Italia. [2] Solipugas *b.* Cicero appellat, salpugas Baetica. Iis cor vespertilionis contrarium, omnibusque formicis: salamandris *c.* cantharidas [3] diximus resistere.

XXX. 14. Sed *d.* in iis magna quaestio, quoniam ipsae venena sunt potae vesicae *e.* cum cruciatu praecipuo. Cossinum *f.* equitem Romanum, amici-

1. *non nouere. M.* 2. *Soliputas Cic. ap. salpucas Baet. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. cantharides vt diximus: sed. Gron. et Al.*

y. Apibus) Apium ictibus, et vesparum, etc. H.

z. Aduersantur) Pico nempe Martio. H.

a. Quos) Ἀττέλαβος et ἀττέλεβος Graecis. Sic XVII. 38. quos Theophrastas ἀττελέβους dixerat, ipse locustas reddidit, vt ibi monuimus. In Indice Pliniano, *attelebis*. Vide N. et Em. N. XXXII. (paulo inferius) H.

b. Solipugas Cicero appellat) Frequentes in Sardiniae metallis. Dal.

Solpugas) Ita Mss. R. 1. 2. etc. De his egimus in Not. et Em. ad L. VIII. N. LXXXVIII. H.

c. Salamandris) S. 23. libri huius. H.

d. Sed in iis magna quaestio) An iis sit vtendum nec ne, et an integris, an ademptis alis, capite, pedibus. Dalec.

Sed) De cantharidibus magna quaestio est, iis vtendum sit, necne: plusne damni, quam auxilii afferant: quo illae adhibendae modo, etc. H.

e. Vesicae) Diosc. quoque in Alex. c. 1. hunc vesicae cruciatum iis contingere auctor est, qui cantharides hauserint. Item Aet. serm. 13. c. 49. p. 262. H.

f. Cossinum) Inscriptio vetus apud Grut. p. 513. COSINI. AVG. LIB. A. RATIONIBVS. H.

amicitia Neronis principis notum, quum is lichene correptus eſſet, vocatus ex Aegypto Medicus ob hanc valetudinem eius a Caeſare, quum cantharidum potum [1] praeparare voluiſſet, interemit. Verum *g.* illitas prodeſſe non dubium eſt, cum ſucco taminiae vuae et ſeuo ouis vel caprae. Ipſarum *h.* cantharidum venenum in qua parte ſit, non conſtat inter auctores. Alii *i.* in pedibus et capite exiſtimant eſſe, alii negant. Conuenit *k.* [2] tantum pennas

1. propinare, V. 2. Sic ex Mss. H. et Cb. tandem Gr. et Al.

g. Verum) Marc. Emp. c. 19. pag. 129. et Plin. Val. II. 56. H.

h. Ipſarum cantharidum venenum, etc.) Hippocrates lib. IV. τῆς διαίτης ὀξέων, pedes et caput detrahit: cuius iudicium Aetius ſequitur. Galenus lib. XI. ſimplic. recitata hiſtoria medici cuiuſdam audacioris, qui infeliciter *dederat* nunc corpora tantum, nunc alas, capita, pedes tantum, abſque corporibus, integras ſe dare profitetur, tanquam in capite, *pedibus*, alis vis quaedam ſita ſit, earum venenum obtundens. Rationem totam eam poſitam eſſe puto, primum in modo, vt grana tria ſolum vel quatuor imperentur: deinde in mixtura, vt adiiciatur et quod vrinam prouocat, et quod earum venenum mitiget; ac poſtremo in ſtatu corporis aegrorum, ne dentur deploratis, quibus ob ſcirrhos viſcerum morbus inſanabilis eſt. Refert et non parum in iis deligendis cura, quod tutiores et meliores ſint aliis collectae in tritico, verſicolores, virgatae. Dal.

i. Ali) Galen. de fac. ſimp. med. XI. pag. 313. T. XIII. quoſdam ait alas tantum pedeſque in medicamenta addere: alios tantum corpora, velut Hippocratem inferius laudandum: ſe vero totas iniicere. Vide *eiuſdem* comm. 4. in L. Hipp. de victu in acutis, p. 181. T. XI. H.

k. Conuenit) Sunt qui earum alas ac pedes, inquit Dioſc. II. 66. *pro antidoto eſſe velint iis qui ipſas hauſerint.* Οἱ δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας τοῖς πιοῦσιν αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν. H.

pennas earum auxiliari, in quacumque parte sit venenum. Ipsae nascuntur ex vermiculo, in *l.* spongia maxime cynorrhodi quae fit in caule, sed fecundissime in fraxino: [1] ceterae in alba rosa, minus efficaces. Potentissimae *m.* inter omnes variae, luteis lineis, quas in pennis transuersas habent; multum pingues: [2] inertiores minutae, latae, pilosae: inutilissimae vero, vnius coloris, macraeque. Conduntur *n.* in calyce fictili non *o.* picato, et [3] linteo colligato, congestae rosa matura, et suspenduntur super acetum cum sale feruens, donec per linteolum [4] vaporentur *p.*, postea reponuntur. Vis *q.* earum adurere corpus, crustas obducere. Eadem *r.* pityocampis, in picea nascentibus: eadem bupresti, similiterque praeparantur. Efficacissimae *s.* omnes

1. *caeteraeque. Ch.* 2. *sic ex Mss. H. interiores. Gr. et Al.* 3. *linteo raro, puro, ore colligato. Dioscorides.* 4. *vapore necentur. Diosc.*

l. In) De cynorrhodi spongia diximus XXIV. 74. et XXV. 6. H.

m. Potentissimae) Haec totidem verbis Diosc. II. 65. Hard.

n. Conduntur) Dioscorid. totidem verbis, et Galenus fere, ll. cc. H.

o. Non picato) Ἀκόνιτον vocat Dioscorides τὸ μὴ κεκονιαμένον· ἐμβαλῶ, inquit, εἰς ἀκόνιτον ἀγγεῖον, etc. Alias ἄπισσον vocat, de thalassomelite tractans, cap. 16. lib. V. quod contrarium est τῷ πεπισσωμένῳ. Dalecampius.

p. Vaporentur) Vapore aceti feruentis necentur. Dioscorides. Ἀτμῷ ζέοντος ὄξους δριμυτάτου . . . ἕως ἂν πνίγωσι. H.

q. Vis) Diosc. II. 66. H.

r. Eadem) Vis eadem inest et pityocampis. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Pityocampas alii pinorum erucas vocant: Plinius, picearum: scilicet πίτυς ipsi picea est, vt saepe monuimus L. XVI. Gallis, *Chenille de pin.* Buprestin genus esse cantharidis, virosi gustus et odoris, scribit Aetius, serm. 13. c. 50. pag. 262. Βούπρηστις, et βουπρήστης. H.

s. Efficacissimae) Dioscor. l. c. et Marc. Emp. cap. 19. p. 129. H.

omnes ad lepras lichenasque dicuntur *t.* et menses ciere et vrinam. Ideo *tt.* Hippocrates *v.* et hydropicis dabat. Cantharides *x.* obiectae sunt Catoni Vticensi, ceu venenum vendidisset in *y.* auctione regia, quoniam eas sestertiis *z.* LX. addixerat. (V.) Et *a.* seuum autem struthiocamelinum tunc *b.* venisse [1] sestertiis *c.* XXX. obiter dictum sit, efficacioris ad omnia vsus, quam est adeps anserinus.

LXXX. Diximus *d.* et mellis venenati genera: contra quod vtuntur melle, in quo apes sint mortuae. Idem potum in vino, remedium est vitiorum, [2] quae e cibo piscium gignuntur.

LXXXI.

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. LXXX. Gr. et Alii.* 2. *quae cibo. Gr.*

t. Dicuntur) Diosc. l. c. Hard.

tt. Ideo) Libro de victu in morbis ac. t. 104. Πόμα ὑδρωπιῶντι· Κανθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας, καὶ πτερὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα, *etc.* H.

v. Hippocrates et hydropicis dabat) lib. 4. rationis victus in morbis acutis. Dal.

x. Cantharides obiectae sunt, etc.) Seneca controuersia 4. lib. VI. *Venenum Cato vendidit: Quaerite an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere. D.*

Cantharides) Seneca pater, Controu. IV. 4. pagin. 256 *Venenum Cato vendidit.* H.

y. In) In auctione bonorum Ptolemaei regis Cypri, de qua Plutarchus in Catone minore pag. 177. H.

z. Sestertiis) Siue quod idem est, sestertiûm sexaginta millibus: Gallicae monetae, libris 6000. Hard.

a. Et) Struthionis seuum ad multa esse medicamenta vtile, etiam Phile prodidit, de anim. propr. 28. πολλῶν ὀδυνῶν φάρμακον. H.

b. Tunc venisse sestertiis) In singulas libras. Dal.

c. Sestertiis XXX) Siue sestertiûm millibus triginta: monetae Gallicae, libris 3000. Haec seui illius indicatio seu aestimatio fuisse videtur in singulas libras. Hard.

d. Diximus) L. XXI. 44. sq. H.

LXXXII. In *e.* canis [1] rabiosi morsu tuetur a pauore aquae, capitis canini cinis illitus vulneri. Oportet autem comburi omnia eodem modo, vt semel dicamus, in vase fictili nouo, argilla circumlito, atque ita [2] in furnum indito. Idem et in potione proficit. Quidam *f.* ob id [3] edendum dederunt. Aliqui *g.* et vermem e cadauere canino adalligauere: [4] menstruaue canis in panno subdidere *h.* [5] calyci, aut intus ipsius caudae pilos combustos [6] insuere vulneri. Cor *i.* caninum habentem fugiunt canes. Non *k.* latrant vero, lingua canina in calceamento subdita pollici: aut *l.* cau-

1. *sic ex Mss. H. rabidi. Gr. et Alii.* 2. *fumum. Cb.* 3. *bibendum. V.* 4. *sic ex Mss. H. menstruaue in panno. Gr. et Alii.* 5. *calci, aut canis ipsius. V.* 6. *imposuere. V. inseruere. Cb.*

e. In) Sext. Plat. c. 9 de cane t. 20. et Plin. Valer. III. 50. ad verbum. H.

f. Quidam) Vide N. et Em. N. XXV. (hic pos.) *Quidam*) Ita libri omnes, etiam Mss. Interpolatoris cuiuspiam coniectura est futilis, quam Dalecampius ex vetusto nescio quo exemplari affert: *quam ob id bibendum.* Nam reclamant praeterea auctores vetusti: Plin. Val. III. 50. *Cinis capitis canini*, inquit, *illitus abigit aquae pauorem: aut caput canis deuoratum.* Sext. Plat. c. 9. de cane t. 21. *Ad canis rabidi morsus: Caput rabidi canis et iecur coctum dato ei qui morsus fuerit, sanat. H.*

g. Aliqui) Plin. Val. l. c. Sext. Plat. de cane, c. 9. tit. 21. *Ad canis rabidi morsus: vermiculus canis mortui in collo suspensus sanat.* H.

h. Subdidere) In quo bibituros aeger. Sic libri omnes, etiam Mss. H.

i. Cor) Sext. Plat. de cane, c. 9. tit. 27. *Ne canes sint molesti: Cor canis si quis secum habuerit, canes ei molesti non erunt.* H.

k. Non) Hanc vim denti quoque Habdarrhamanus adscribit, c. 26. pag. 105. *Dentem canis qui caninus dicitur, si quis appendet ex brachio, et inter canes transibit interdiu, vel noctu, nequaquam in eum latrabunt.* H.

l. Aut) Quae viua dimissa sit. Post abscissam caudam. Aelian. H. A. IX. 55. H.

caudam mustelae, quae abscissa dimissa sit, habentes. Est *m.* limus saliuae sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos *n.* non patitur. Multo *o.* tamem vtilissime iecur eius, qui in rabie momorderit, datur, si possit fieri, crudum mandendum: si minus, quoquo modo coctum, aut ius coctis carnibus. Est *p.* vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis *q.* [1] lytta; quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fasti-

1. *sic ex Mss. H. lytra. Gr. et Al.*

m. Est) Totidem verbis Plin. Val. III. 50. H.

n. Hydrophobos) Ὑδροφόβους, *Aquae metuentes.* Quo de genere morbi diximus VIII. 63. Cael. Aurel. III. 9. *aquifugas* dixit: Glossae *lymphatos.* Theod. Prisc. II. part 1. cap. 8. *Hydrophobicorum caussam aliqui ex morsu canis rabiosi, aliqui ex serpentium venire asseuerant... Aerem serenum, veluti pluuiosum perhorrescunt. Vitare etiam bibendi consuetudinem tentant, etc.* Hard.

o. Multo) Diosc. II. 49. Κυνὸς λυσσῶντος ἧπαρ βιβρωσκόμενον ὀπτὸν ὑπὸ τῶν δηχθέντων ὑπ' αὐτοῦ, ἀπεριττώτους ὑδροφοβίας τηρεῖν πιστεύεται. Galen. item de fac. simpl. med. IX. 1. p. 299. Sic etiam totidem verbis Plin. Val. l. c. Sext. Plat. c. 9. de cane tit. 21. *ad canis rabidi morsus: Caput rabidi canis et iecur coctum dato ei qui morsus fuerit, sanat.* H.

p. Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis lytra) Lege *lytta.* Reines. Varr. lectt. L. I. c. 16. est affectus canum in ipsis ob humorum corruptionem ortus, qua veneni naturam induerint, cuius tanta vis est vt quidquid rabidus admorserit, imo quidquid saliua, quae ipsi tum copiosa adeo est, vt largo ore profluat limosum virus, conspurcauerit, in eamdem affectionem incidat.

q. A Graecis) Sic MSS. omnes, et Parm. editio, aliaeque fere. Quum affectus canum λύσσα vel λύττα sit, hoc est, rabies: etiam vermiculo ei, quo rabiem hanc concitari putant, id nomen fuit. Gratius in Cyneg. *Namque subit nodis qua lingua tenacibus haeret, Vermiculum dixere, mala atque incondita pestis,* Vermicu-

faſtidium ſentiunt. Idem *r.* ter igni circumlatus, datur morſis a rabioſo, ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratum anno *s.* tantum eo prodeſt. Aiunt *t.* et [1] criſtam galli contritam efficaciter imponi, et anſeris adipem cum melle. Saliuntur *tt.* et carnes eorum, qui rabidi fuerint, ad eadem remedia in cibo dandae. Quin *v.* et necantur catuli ſtatim in aqua, ad *x.* ſexum eius [2] qui momorderit, vt iecur crudum deuoretur ex iis. Prodeſt *y.* et fimum gallinaceum, dumtaxat rufum, ex aceto impoſitum: et muris aranei caudae cinis, ita vt ipſe, cui abſciſſa ſit, viuus dimittatur: glebula *z.* ex hirundinum nido illita ex aceto: vel pulli hirundinis combuſti: membrana ſiue ſenectus anguium, vernatione *a.* exuta, cum cancro maſculo [3] ex vino trita.

1. *ſic ex Mss. H. V. Cb. criſtam contritam Gr. et Alii.* 2. *quem canis momord. V.* 3. *ſic ex Mss. H. et Cb. maſculo trita. Gr. et Al.*

culus ſit vere, necne, medici certant. H.

r. Idem) Sext. Plat. c. 9. de cane tit. 8. *Ad morſus rabidi canis: Vermes, qui ſub lingua rabidi canis inueniuntur, exciſos, et circa arborem ſterilem ter latos, et datos etc.* Superſtitioſe. H.

s. Anno tantum eo prodeſt) Annua vis medicamenti, vt et vermiculorum phalangii lanuginoſi cap 4. huius lib. Dalec.

t. Aiunt) Plin. Valer. ad verbum III. 50. H.

tt. Saliuntur) Plin. Valer. loc. cit. H.

v. Quin) Iiſdem verbis Plin. Val. l. c. H.

x. Ad) Pro ratione ſexus canis illius qui momorderit: nam ſi femina fuerit, et feminei pariter generis catulus necandus: ſi maſculus contra, maſculei. H.

y. Prodeſt) Plin. Val. loc. cit. H.

z. Glebula) Plin. Valer. l. c. H.

a. Vernatione) Membrana, quam angues verno tempore exuerunt. Vernatio non ipſum hic corium vetus, quo ſerpentes exuuntur, ſed corii, ſeu membranae, verno tempore abiectio. S. 35. ipſum corium eſt. H.

ta. Nam etiam per se reposita in arcis armariisque, tineas necat. Tanta vis mali est, vt vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime hulcus habentibus. [1] Remedio fimum caballinum aspersum aceto, et calfactum [2] in fico impositum. Minus hoc miretur, qui cogitet, lapidem a cane morsum, vsque *b.* in prouerbium discordiae venisse. Qui in vrinam [3] canis suam egesserit, torporem lumborum [4] sentire dicunt. Lacerta *c.*, quam hi sepa, alii [5] chalcidicen *d.* vocant, in vino pota morsus suos sanat.

XXXIII.

1. Sic ex. Ch. remedium est fim. Gr. et Al. 2. cum fico. V. 3. rabiosi canis V. 4. sic ex Mss. H. et Ch. dicitur sentire Gr. et Alii. 5. Chalciden, alii melius putant, vt Inst. libr. XXXII. cap. 3 et apud Arist. de animal. lib. VIII. cap. 24. Calcicen. Ch.

b. In prouerbium discordiae venisse) Vetus prouerbium est, κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτοῦσα, *canis in lapidem saeuiens*: in eos qui mali causam auctori non imputant, vt si quis iracundiae vitium iuuentae, non stultitiae tribuat. Plato l. V. de Republ. eos qui caesos spoliant, facere vt canes ait, in lapidem saeuientes, omisso eo qui iecit. Pacuuius in armorum iudicio, *Canis cum percussus est lapide, non tam illum qui se icit, quam eum ipsum lapidem quo icta est, petit.* Erasmus. In opinione vulgi fuit, quibus in aedibus esset lapis a cane morsus, discordia, et intestinis dissensionibus omnia perturbari. Itaque si quando viderent vna habitantes discordes, rixisque et iurgiis inter se discrepantes et tumultuantes, lapidem a cane morsum in ea domo familiaque esse dicebant. Dalec.

In) Fortassis ita dictitabant in hominem conuitiatorem ac rixosum: *Hic lapidem calcauit a cane morsum.* Vide Erasmum Chil. IV. cent. 5. ad. 17. H.

c. Lacerta) Schol. Nicandri in Ther. p. 37. Ἡ δὲ σήψ ὁμοία ἐστὶ τῇ σαύρᾳ· καλεῖται δὲ καὶ χαλκίς. Ἔχει δὲ ἐπὶ τοῦ νώτου χαλκιζούσας ῥάβδους· ἔστι δὲ ὀκτὼ παλαιστῶν. Σήψ δὲ καλεῖται, παρὰ τὸ σήπειν τοὺς πληγέντας. Γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ καὶ Λιβύῃ, καὶ

XXXIII. Veneficiis *e.* ex *f.* mustela siluestri factis, contrarium est ius gallinacei veteris large haustum: peculiariter contra aconitum, addi parum salis oportet. Gallinarum *g.* fimum dumtaxat candidum, [1] in hyssopo decoctum, aut mulso, [2] contra venena *h.* fungorum boletorumque: Item inflationes, ac strangulationes: quod miremur, quum *i.* si aliud animal gustauerit id fimum, torminibus et inflationibus afficiatur. Sanguis *k.* anserinus contra lepores marinos valet, cum olei aequa portione. Item contra mala medicamenta omnia asseruatur cum [3] Lemnia rubrica et spinae albae succo, pastillorum drachmis quinque, qui in cyathis ternis aquae

1. cum oesypo decoctum in mulso. V. 2. sic ex Mss. H. mulso, venena fungorum boletorumque adstringit. Gr. et Al. 3. lenta. Cb.

καὶ Κύπρῳ, καὶ διατρίβει ἐν πέτραις. Genus igitur lacertae est his regionibus incognitum. H.

d. Chalcidicen) Sic MSS. omnes. Et Dioscor. II. 70. Σὴψ, ἣν ἔνιοι σαῦραν ἐκάλεσαν Χαλκιδικὴν, ἐν οἴνῳ ποθεῖσα τοὺς ὑπ' αὐτῆς δηχθέντας ἰᾶται. Et qui Dioscoridem totidem verbis exscripsit Galen. de fac. simpl. med. XI. 1. pag. 314. Hard.

e. Veneficiis) Venenis ex illius felle paratis, vt dictum est s. 16. H.

f. Ex mustela) Ex illius felle, quod efficax est contra aspides, caetero venenum. supra cap. 4. huius libri. Dal.

g. Gallinarum) Hoc bibi cum posca, σὺν ὀξυκράτῳ, iubet Diosc. in Alex. c. 23. aduersus fungorum venenum. Cum melle IV. 83. Hard.

h. Venena fungorum boletorumque astringit) In scripto codice, *contra venena fungorum, boletorumque.* Nam verbum *astringit*, superfluit P.

i. Quum) Colum. de R. R. VI. 5. *Cauendum est, ne ad praesepia boum sus aut gallina perrepat: nam hoc quod decidit, immixtum pabulo, bubus affert necem. H.*

k. Sanguis) Sic Diosc. in Alex. 30. Calentem cum passo propinat Aetius serm. 13. c. 53. p. 263. Plin. Val. hunc locum expressit totidem verbis, III. 53. H.

aquae bibantur: item mustelae *l.* [1] catulus, vt *m.* supra diximus, praeparatus. Coagulum *n.* quoque agninum aduersus omnia mala medicamenta pollet: item *o.* sanguis anatum *p.* Ponticarum. Itaque et spissatus seruatur, vinoque diluitur. Quidam feminae anatis efficaciorem putant. Simili modo contra venena omnia, ciconiarum *q.* ventriculus valet, coagulum pecoris. [2] Ius *r.* ex carne arietum priuatim aduersus cantharidas: item lac ouium calidum, [3] praeterque *s.* iis qui bupreftin aut aconitum bibe-

1. catulis vt supra diximus praeparatis. Ch. 2. *Sic ex Mss. H. Caulis ex carne. Gr. et Al.* 3. *praeter quam. Gr. et Al.*

l. Mustelae catulus) In fictili nouo crematus, vt dictum est initio huius capitis. Dalec.

m. Vt) Sect. 16. H.

n. Coagulum) Totidem verbis Plin. Valer. III. 53. Hard.

o. Item) Plin Val. loc. cit. Auctor Kiranidum p. 126. *Anatis sanguis calidus, aut siccus, cum vino bibitus, saluat bibentem ab omni veneno, et eos qui a vipera morsi sunt, sanat.* H.

p. Anatum Ponticarum) Quae multis medicatis herbis pascuntur. Dal.

q. Ciconiarum) Plin. Val. l. c. Auctor Kiranidum, p. 129. hanc vim contra venena omnia echino adiudicat, hoc est, interiori membranae ventriculi ciconiae. Hard.

r. Caulis ius ex carne arietum) Verbum *caulis*, desideratur in vetusto exemplari. Pint.

Ius) Aetius, sermon. 13. cap. 49. p. 262. *Ad eos qui cantharidas hauserunt: Danda etiam iura pinguia porcina, aut ouilla, aut anserina: carnes etiam agninae, etc.* Scrib. Larg. comp. 189. *Ad cantharidas: Adiuuat bene et ius pingue agninum, etc.* Hard.

s. Praeterquam his qui buprestin aut aconitum biberint) Scribo, *Praeterque his qui buprestin aut aconitum biberint*, tum ex antiquo codice, tum etiam ex Dioscoride qui libro VI. prodesse lac aduersus vtrumque venenum tradit. Pint.

Praeterque) Praetereaque iis qui bupreftin hauserint. His vero eadem medicamenta scribit Diosc. in Alexiph. c. 3. quae sunt iis accommodata, quibus exhibitae

biberint. Columbarum filuestrium fimum priuatim contra argenti viui potum. Contra *t.* toxica, mustela vulgaris inueterata, binis drachmis pota.

XXXIV. (VI.) Alopecias replet fimi [1] pecudum cinis cum oleo Cyprino et melle: item *v.* vngularum muli vel mulae ex oleo myrteo. Praeterea (vt *x.* Varro noster tradit) murinum *y.* fimum, quod [2] item *z.* muscerdas appellat. Et *a.* musca-

1. *pecudis cinis cum oleo cyprio. Ch.* 2. *idem muscerdam. V.*

tae cantharides fuerint. Sic porro MSS. omnes habent: non, vt editi libri, praeterquam, contra scriptoris mentem. H.

t. Contra) Plin. Val. ad verbum III. 53. H.

v. Item) Vngulas asini ad alopecias commendat Aetius VI. 55. p. 232. Muli iecur, Sext. Plat. c. 15. de mula, vel burdone, tit. 4. Hard.

x. Vt) Sic R. 1. At in R. 2. sincerius, *vt Varro narrat.* H.

y. Murinum) Varroni subscribunt Aetius l. c. Alexand. Iatr. I. 4. et Galen. de Ther. ad Pis. 9. pag. 942. Marc. Emp. 6. p. 45. *Stercus murinum cum aceto tritum ad alopecias vnctas, etc.* H.

z. Muscerdas appellat) Suum, boum, murium stercus, sucerda, bucerda, muscerda, atque adeo hominis, homerda priscis dictum est, ἀπὸ τοῦ ἀμέρδειν, τοῦτ' ἔστι τὸ ἀφανίζειν, dicta haec volunt, quod stercus prae foeditate amoueatur a conspectu. In veteri Glossario, rotunda stercora *strunti* et σπέλεθοι vocantur. Dal.

Muscerdas) Merda, inquit Vossius in Etymol. generale est nomen. Vsus eo Horatius. Specialia sunt, *muscerda*, quo murium stercus signari ait Festus: *Sucerda* stercus suillum. Vnde in Glossis *sucerda* χοιρεῖος κόπρος. Similia sunt *capricerda*, *bucerda*, atque adeo *homerda*. Vide ibi plura. H.

a. Et) Marc. Emp. 6, p. 46. *Muscarum capita combusta, et cum melle trita, capitique illita, mire alopecias tollunt.* Theod. Prisc. I. 2. *De capillis cadentibus: Capita muscarum cum melle contrita, par beneficium faciunt in continendo capillo: vt capilli, etiam post combustionem exeant, si fieri velis.* H

muſcarum capita recentia, prius *b.* folio ficulneo aſperatas. Alii ſanguine muſcarum vtuntur Alii decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartae, vel nucum, ita vt ſit tertia pars e muſcis. Alii lacte mulierum cum braſſica cinerem muſcarum ſubigunt, quidam *c.* melle tantum. Nullum animal minus docile exiſtimatur, minoriſue intellectus: eo mirabilius eſt. Olympiae *d.* ſacro certamine, nubes earum immolato tauro, Deo quem *e.* Myio-

b. Prius) Prius folio ficus perfricatas paulo aſperius alopecias ſanat. Aetius l. c. *Alopecia prius linteo perfricata, deinde leui ſcarificatione, aut caepis aut ficulneae foliis irritata, medicamentum cum frictione illines, etc.* Priſc. l. c. *Ficus folia ſicca tundes, et cribellabis: et ex eo puluere loca confricabis etc.* H.

c. Quidam) Quos Plin. Val. et Marc. Priſc. ante laudati, ſequuti ſunt. H.

d. Olympiae) Apud Eleos Olympia eſt, vt in geographicis vidimus IV. 6. H.

e. Quem Myiodem vocant) Leuiſſimis de cauſis talia cognomina diis tributa, vt Herculi Conopionos et Ipoctoni: Apollini, Erythibii, Sminthei, Pornopionos. Vide Rhodig. cap. 7. VI. Maygrus autem hic Deus dicitur cap. 28. lib. X. morem eius ſacrificii ab Hercule profectum narrant, qui cum in Olympia rem ſacram Diis faceret, muſcarum infeſta multitudine, Ioui ἀπομυίῳ ſacris factis, vltra Alpheum illas abegit. Ex hac hiſtoria μυώδη ſiue ἀπόμυιον θεὸν, Iouem fuiſſe intelligimus. Apud Pauſaniam lib. VIII. nundinis, quae ad Alipheram Arcadiae celebrantur, heroi Myiagro res diuina fit hoſtiis, vt eius implorato numine, inter immolandum a muſcarum proteruia tuti ſint. Herculis quidem ſacellum, quod in foro Boario fuit, muſcae non ingrediebantur. Inuocabant et Cyrenenſes Achorem, vel vt Nazianzenus ait, Acaron muſcarum Deum, protinus abeunte eo taedio. Nam in Actio templo Apollinis cum panegyris ſacra, et ſalutationes in honorem Dei fiunt, muſcis bos immolatur, cuius cruore δεκασθεῖσαι, placatae et ſaturae euaneſcunt et aufugiunt. Rhod. cap. 30. XXIII. Alex. ab Alex cap. 13. I. Lepide Plautus in Mercatore muſcam curioſum, explorato-

Myiodem vocant, extra territorium id abire. Alopecias *f.* cinis e murium capitibus, caudisque, et totius muris, emendat: praecipue si veneficio acciderit haec iniuria. Item *g.* herinacei cinis cum melle, aut corium combustum cum pice liquida. Caput *h.* quidem eius vstum per se, etiam cicatricibus pilos reddit. Alopecias autem in ea curatione praeparari oportet nouacula, et sinapi *i.* Quidam ex aceto vti maluerunt. Quae de [1] herinaceo dicuntur, omnia tanto, magis valebunt in *k.* hystrice. Lacertae quoque, vt *l.* docuimus, com-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. herinaceis. Gr. et Al.*

torem vocat, *Ne quidquam abdidi, abscondidi, abstrusam habebam; Musca est meus pater: nihil potest clam illum haberi.* Dal.

Myioden) Μυιώδης Graece dicitur, qui et Μύιαγρος, de quo vide quae diximus X. 40. Vide et Aelian. Hist. V. 17. H.

f. Alopecias) Auctor Kiranidum p. 86. *Muris caput combure, cum adipe porcino, vel vrsino, et cinerem tere, et inunge alopeciam; et sanabitur.* Galenus item de ther. ad Pis. 9. pag. 947. H.

g. Item) Haec totidem fere verbis Phile de propr. anim. p. 108. Τοῦ γοῦν ἐχίνου τὴν σπόδον κεκαυμένου Πίττῃ νέωςί συντεθεῖσαν εἰς χρίσιν, Φύειν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς φασὶν τρίχας. Et Alex. Iatr. I. 4. *Et echini chersei,* (hoc est, terrestris herinacei) *cinis cum pice liquida admixtus stercori capri, capillos generat, et nitro sanat illinitus.* Item Marc. Emp. 6. p. 46.

h. Caput) Marc. Emp. l. cit. H.

i. Sinapi) Quo ad ruborem vsque fricetur cutis capitis. Dal.

Et) Quo caput ante perfricetur. Pro sinapi caepam acerrimam Marc. Emp. adhibet 6. p. 45. H.

k. In hystrice) Est enim hystrix Africanus herinaceus. Dal.

In) Est enim hystrix siluestre herinaceorum genus, VIII. 53. *Amplior vero in medico vsu potentia est feris eiusdem generis,* vt Plinius admonet s. 42. H.

l. Vt) Eo modo combustae quo docuimus comburi oportere s. 32. H.

combuſtae, cum *m.* radice recentis arundinis, quae vt vna cremari poſſit [1] minutim findenda eſt: ita myrteo oleo permixto cineres capillorum defluuia continent. Efficacius virides lacertae omnia eadem praeſtant. Etiamnum vtilius admixto ſale, et adipe vrſino, et caepa tuſa. Quidam denas virides in decem ſextariis olei veteris decoquunt, contenti ſemel in menſe vngere. Pellium *n.* viperinarum cinis, alopecias celerrime explet: item *o.* gallinarum fimum recens illitum. Corui *p.* ouum in aereo vaſe [2] permixtum *q.* illitumque deraſo capite nigritiam [3] capilli affert: ſed donec inareſcat, oleum in ore habendum eſt, ne et dentes ſimul nigreſcant. Idque in vmbra faciendum, neque ante quatriduum abluendum. Alii ſanguine et cerebro eius vtuntur cum vino nigro. Alii excoquunt con-

1. *minutatim ſcindenda. V. ex Mss. H. et Cb.* 2. *oleo permiſtum V.* 3. *ſic capillis. Gr. et Al.*

m. Cum) Radicem arundinis addit Aetius VI. 55. p. 232. in medicamenta ad alopecias. H.

n. Pellium) Marc. Emp. c. 6. p. 46. et Plin. Valer. I. 6. H.

o. Item) Marc. Emp. 6. p. 45. et Plin. Val. I. 7. H.

p. Corui) Manuel Phile, totidem fere verbis de anim. propr. p. 30. Πλὴν τοῦτο πιςὸν, ὡς μελαίνει τὰς τριχὰς Τοῦ κόρακος ὠὸν συντεθὲν τῇ μυρσίνῃ. Χρὴ μεν γε, βασιλεῦ, τὸν δολοῦντα τὴν κόμην, Μύσαντα τῷ ςόματι τότε συνέχειν ςέαρ, Μὴ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀδόντων αὐτίκα Τραπὲν μελανθῇ, τῆς βαφῆς προηγμένης. *Sed hoc fide dignum, quod oua eius pilos Permixta myrto denigrant. At qui ſuas Adulterat tali comas medicamine, Adipem ore contineat oportet, ne ſimul Nigreſcat album dentium cum crinibus, Infectione hac contrahens nigredinem.* Sic etiam ad verbum Aelianus H. A. I. 48. Marc. Emp. 6. p. 46. Sext. Plat. parte 2. c. 6. de coruo. Theod. Priſc. IV. *Sane ſub hora infectionis, oleum intra os habendum eſt, ne dentes nigrentur. H.*

q. Permixtum) Agitatum. Hard.

ipſum, et nocte in [1] concubia *r.* in plumbeum vas condunt. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro praeparata cute. Cauſtica *s.* vis earum, cauendumque ne exhulcerent alte. Poſtea ad hulcera ita facta, capita murium, et fel murium, et fimum, cum elleboro et pipere illini iubent.

XXXV. [2] Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo ſumptis anguillarum modo: aut vernatione eorum, quam exuunt, pota. [3] Porrigines *t.* felle ouillo cum creta Cimolia, [4] linito capite, donec inareſcat.

XXXVI. Capitis *v.* doloribus remedio ſunt cochlearum, quae nudae inueniuntur nondum *x.* peractae *xx.*, ablata capita, ex his lapidea duritia exempta

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. nocte concubia. Gr. et Alii.*
2. *Lindines. Ch.* 3. *Prorigines Ch.* 4. *ſic ex Mss. H et Ch. illito. V. illita capiti. Gr. et Al.*

r. Concubia) Intempeſta, *quum omnes cubant.* Vox haec etiam Tullio nota. Graeci dicunt. νυκτὸς ἀκμαζούσης. H.

s. Cauſtica) Iiſdem fere verbis Dioſc. II. 69. H.

t. Porrigines) Vide N. et Em. N. XXVI (hic ad i.) *Porrigines)* Haec mihi potior lectio viſa eſt, R. I. cod. auctoritate ſtabilita, quam Chiffletiani aut R. 2. in quibus *prurigines* ſcribitur Quamquam et his poſterioribus exemplaribus ſuffragantur auctores duo, ſed non diligentiſſime omnia ex parte caſtigati. Marc. Emp. 4. p. 40. *Prurigines capitis diſcutit fel ouillum cum creta Cimolia, donec areſcat: mirum eſt.* Totidemque verbis Plin. Valer. I. 4. Sed *porrigines* vtrobique ſcribi cenſemus oportere. H.

v. Capitis doloribus, etc.) Serenus de medendo capiti: *Profuit et cochleis frontem tractare retectis*: vel vt alii legunt, *tractare minutis. Dal.*

Capitis) Q. Serenus, cap. de capite medendo p. 126. *Profuit et cochleis frontem tractare minutis.* H.

x. Nondum) Nondum plane conformatae *et ſine teſta.* H.

xx. Pe-

empta: eſt autem calculi latitudine: quae [1] adalligantur, et minutae fronti illinuntur tritae. [2] Item *y.* oeſypum: oſſa *z.* e capite vulturis adalligata, aut *a.* cerebrum cum oleo [3] et cedria perunƈto capite, et intus naribus illitis. Cornicis *b.* cerebrum coƈtum, in cibo ſumptum, vel noƈtuae, idem praeſtat: gallinaceuſque *c.* ſi incluſus [4] abſtineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat, euulſis collo plumis circumligatiſque, vel criſtis: muſtelae cinis illitus: ſurculus *d.* ex nido milui puluino ſubieƈtus: murina *e.* pellis cremata ex aceto illito cinere. Limacis *f.* inter duas orbitas inuentae oſſiculum per

D 5

1. *alligantur. Gr. et Al.* 2. *Item aegypii oſſa e capite, aut vulturis ... cum oleo cedrino Gr. et Al.* 3. *et cedrio. M.* 4. *abſtineat. V.*

x x. Peractae) Perfecta et iuſta ſua magnitudine abſolutae. Dal.

y. Item) Sic totidem plane apicibus ſyllabiſque R. 2. cod. Prius legebatur, *Item aegypii oſſa e capite, aut vulturis.* At abeſt ea vocula *aut* a libris omnibus conditiuis Oeſypum et in aliis adhuc medicinis ſequente ſectione adſciſcitur. H.

z. Oſſa) Plin. Valer. I. cuius lemma eſt, *Capitis aegritudines et medela: oſſa de capite vulturis,* inquit, *ſub collo alligare prodeſt.* H.

a. Aut) Sic. R. 2. et alii: non vt libri editi: *cum oleo cedrino.* Sic etiam Marc. Emp. 1. p. 36 ad verbum. Tamen *cum oleo cedrino,* Sext. Plat parte 2 c. 2. de vulture, tit. 2. *ad capitis dolorem.* Theod. Priſc. IV. *De vulturis cerebro, mixto oleo perunƈtum caput:* hoc tantum. H.

b. Cornicis) Totidem verbis Marc. Emp. l. c. H.

c. Gallinaceuſque) Plin. Val. I. 1. ad verbum, et Marc. Emp. l. c. H.

d. Surculus) Plin. Val. et Marc. Emp. ll. cc. H.

e. Murina) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic coll.) *Murina*) Et hoc Plinii loco, Plin. alter Val. I. 1. et Marc. Emp. 1. pag. 36. ſunt corrigendi: quum in libris editis apud vtrumque legatur. *Murenarum pellium,* pro *murinarum:* nequedum enim de piſcibus, ſed de terreſtrium animalium medicinis traƈtatio nunc inſtituitur. H.

f. Limacis) Calculum vocat Marc. Emp. l. pag. 34. *Limaci,* inquit, *calculum quem in*

per *g.* aurem cum ebore traiectum, vel in pellicula canina adalligatum: quod remedium pluribus [1] semperque prodest. Fracto *h.* capiti aranei tela ex oleo et aceto imposita, non nisi vulnere sanato, abscedit. Haec et [2] vulneribus *i.* tonstrinarum sanguinem sistit. A cerebro vero profluentem, anseris sanguis aut anatis [3] infusus: adepsque earumdem alitum cum [4] rosaceo. Cochleae *k.* matutino pascen-

1. *semper. M. saepeque. V.* 2. *vlceribus.* M. 3. *infusus sistit. V.* 4. *Cum rosaceo coctus. Matutino pascentis hirundinis caput praecisum Gr. et Al.*

in capite habet, tolle: quod non facile facies, nisi ei dum in via repit, caput subito abscideris: quem lapidem, quam diu tecum habueris, numquam vllum dolorem capitis senties. Hard.

g. Per aurem cum ebore traiectum) Legendum forte, *Per aurem vt ellobion traiectum*, vel si mauis, *per aurium lobon traiectum.* nam in antiquo codice, *aurum* non *aurem* legitur. Significat autem *ellobion* inaures, et *lobos* extremam partem aurium. Pint.

h. Fracto) Plin. Val. I. 1. et Marc. Emp. 1. p. 36. H.

i. Vulneribus tonstrinarum) Quae in tonsorum officinis recentia tractantur, vel tondendo radendoque fiunt. Dalec.

Tonstrinarum) Quae tondendo et radendo fiunt, in tonsorum officinis. H.

k. Cochleae) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic adi.)

Adepsque) In libris adhuc vulgatis: *Adepsque ... cum rosaceo coctus. Matutino pascentis hirundinis caput.* etc. In vetere Dalecampii exemplari, *Matutino nascentis*: vtrumque insulse. In R. 2. *coctae matutina pascentis harundine*, etc. quoniam vox ea *arundo* in libris veteribus quandoque adspiratur, etsi aliter Macrobius monet fieri oportere. Nostram emendationem stabiliunt veteres scriptores duo, nihil vt esse certius queat. Primum Marc. Emp. 1. p. 36. *Cochleae matutinum rorem pascentis caput arundine praeciditur, et in linteolo licio alligatur, colloque suspenditur: continuo medetur.* Et Plin. Val. I. 1. de capitis aegritudinibus et medela: *Cochleae matutino se pascenti caput arundine praeciditur, et in linteo licio alligatur, colloque suspenditur.* H.

1 pascentis arundine caput praecisum, maxime Luna plena, lineo panno 2 adalligant capitis doloribus licio: 3 aut cera alba fronti illinunt, et pilos caninos panno adalligant.

XXXVII. Cerebrum cornicis in cibo sumptum, palpebras *l.* gignere dicitur: 4 oesypum *m.* cum myrrha calidum 5 specillo illitum. Idem praestare muscarum, fimique *n.* murini cinerem aequis portionibus, vt efficiatur dimidium pondus denarii, promittitur, additis duabus *o.* sextis denarii e stibi, vt omnia oesypo illinantur: item murini catuli triti in vino vetere ad *p.* crassitudinem acopi. Pilos *q.* in

1. nascentis. V. *2. alligant. Ch.* *3. aut cum cer. V.* *4. oesypumque. V.* *5. penicillo Gr. et Al.*

l. Palpebras) Pilos palpebris siue genis adhaerentes. H.

m. Oesypum cum myrrha calidum penicillo illitum) Rectius in nostro apographo, *specillo illitum.* Pint.

Oesypum cum myrrha calidum penicillo illitum) Voss. *specillo inlitum.* Paullo post: *specillo demisso in dextram partem si dexter oculus curetur.* Lib. VII. 53. *C. Iulius medicus, dum inungit, specillum per oculum trahens.* Lib. XXXII. 7. *Huius corporis humorem specillis derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre.* Vti restituit Sigism. Gelenius. Vt et hoc loco Pintianus. Gron.

Oesypum) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic pos.)

Oesypum) Prius *penicillo* legebatur. In R. 2. cod. *specielo,* Marc. Emp. *Specillo. Glabris palpebris,* inquit c. 8 pag. 70. *pilos induces, si oesypo quod sub armis ouium nascitur, adiecta myrrha, pariterque in mortario trita, specillo calido loca pilis nuda perduxeris.* H.

n. Fimique) Theod. Prisc. I. 10. *de causis oculorum. Si pruritus maior palpebras occupauerit, vt etiam capillos amittant... murium fimus* etc. H.

o. Duabus sextis denarii e stibi) Scrupulo vno, si pro drachma denarium pendimus. Dal.

p. Ad) Ad crassitudinem eius medicamenti, quod confricatis membris itinerum lassitudines et fatigationes leuat. Ἄκοπον medici nuncupant. H.

los *q.* in his incommodos, euulsos renasci non patitur fel herinacei: ouorum stellionis liquor: salamandrae cinis: lacertae *r.* viridis fel in vino albo, Sole [1] coactum ad crassitudinem mellis in aereo vase: hirundinis *s.* pullorum cinis cum lacte tithymali spumaque cochlearum.

XXXVIII. Glaucomata *t.* dicunt Magi cerebro catuli septem dierum emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur: in sinistram, si sinister: aut felle recenti asionis. Noctuarum *v.* est id genus, [2] quibus [3] pluma aurium modo micat. Suffusionem oculorum canino felle malebat, quam hyaenae [4] curare Apollonius *x.* Pitanaeus cum melle: item *z.* [5] albugines. Murium

1. *decoctum. Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. noctuarum est id genus maximum Gr. et Al.* 3. *plumae aurium micant. V.* 4. *curari. Gr.* 5. *Sic ex Mss. H. albugines oculorum Gr. et Al.*

q. Pilos) In palpebris, siue genis. H.

r. Lacertae) Vide N. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Lacertae*) In Ch. cod. *Sole decoctum*, haud ita sincere, Marc. Emp. 8. pag. 70. *Pili si oculis molesti erunt, potenter vteris hoc medicamento. Lacertae viridis fel misce cum vino albo, quantum sufficere existimaueris, et mitte in vas aereum, pensitumque ad solem, tamdiu agita, donec crassitudinem mellis habeat: atque ex eo loca pilorum vulsorum vngue.* H.

s. Hirundinis) Plin. Val. I. 21. H.

t. Glaucomata) Totidem syllabis Marc. Emp. 8. pag. 67. et Sext. Plat. 9. de cane t. 23. *ad glaucomata oculorum.* H.

v. Noctuarum) De eo egimus X. 33. H.

x. Appollonius Pitaneus) Est autem Pitane Aeolidis oppidum in Asia. Nam vt Tyanaei testimonio Plinius vtatur, temporum ratio vix patitur. Ad hoc non memorantur vlla Apollonii Tyanaei in hoc genere scripta. Gelen.

z. Item albugines oculorum) Postrema dictio desideratur in scripto codice: recte, praecessit enim paulo ante. Pint.

um *a.* capitum caudarumque cinere ex melle inunctis, claritatem visus restitui dicunt: multoque *b.* magis gliris aut *c.* muris silvestris cinere, aut aquilae cerebro vel felle. Cum *d.* Attico melle cinis et *e.* adeps soricis combusti tritus, lacrymosis oculis plurimum confert: [1] stibis quid est, dicemus *f.* in metallis. Mustelae [2] cinis in suffusionibus: item lacertae hirundinisue cerebrum: quae etiam tritae coctaeue fronti illitae, epiphoras sedant, siue per se,

1. Sic ex Mss. H. et Ch. stibi, quod quid sit Gr. et Al.
2. cinis suffus. Gr. et Al.

a. Murium) Sext. Plat. c. 21. de muribus: t. I. *Ad oculorum dolorem: Murium capitum cinis in melle mixtus, et illinitus per decem dies, facit oculorum claritatem.* H.

b. Multoque) Sext. Plat. 19. de glire t. 2. *Ad claritatem oculorum: Glires et sorices combusti, et cinis eorum melli admixtus, si inde quotidie mane gustent, sanabuntur.* H.

c. Aut) Marc. Emp. c. 8. p. 61. *Muris agrestis, id est, qui in campis inuenitur,* etc. Hard.

d. Cum Attico melle cinis et adeps soricis combusti) Voss. *soricis cum stibi tritus lacrimosis oculis plurimum confert.* Itaque sequitur statim: *Stibis quid sit, dicemus in metallis.* Sic enim legendum: non, *stibi, quod quid sit*: non, *et stibi, quod quid sit*: Voss. *stibis quid est* Pintiani quoque, *quid est*. Supra: *additis duabus sextis denarii e stibi.* Infra, *pro stibi ad scabricias.* Sic MS. non *stibio*. Lib. XXXIII. 6. *alii stibi, alii alabastrum.* Sic iterum MS. non *stibium*. Acad. *cinis beleclui lacrimosis.* Gud. *cinis alipesui tritus laer.* Andeg. *cinis alipesii tritus.* Men. *cinis allipesin iritus.* Gron.

e. Et adeps) Vide N. et Em. N. XXXI. (hic pos.) *Cum)* Posteriora huius sententiae verba, quale delitescat in antecedentibus mendum per se indicant. Itaque tametsi omnes codices Mss. vulgatae huic scripturae suffragantur, nihilominus *adeps soricis cum stibi*, legi oportere pertendimus, soquitur enim statim, *stibis quid est, dicemus.* Quae verba quo spectent, nisi de stibi actum sit in priore orationis parte, dici non potest. H.

f. Dicemus) L. XXXIII. 33. H.

ſe, ſiue cum polline, ſiue cum thure. [1] Sic *g.* et ſolatis, id *h.* eſt, ſole correptis proſunt. Viuas quoque cremare, et cinere earum cum melle Cretico inungi caligines, vtiliſſimum eſt. Iumentorum oculis membrana aſpidis, quam exuerit, cum adipe eiuſdem claritatem inunctis facit. Viperam *i.* viuam in fictili nouo comburere, addito feniculi ſucco ad cyathum [2] vnum, et thuris [3] manna *k.* vna, atque ita ſuffuſiones oculorum et caligines inungere, vtiliſſimum eſt. Medicamentum id echion *l.* vocatur. Fit *m.* et collyrium ex vipera, in olla putrefacta, vermiculiſque enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum ſale: quem lingendo clari-

1. *Sic et ſolatis proſunt Gr. et Al.* 2. *valum. Cb.* 3. *mira. V. mammam vnam. Cb.*

g. Sic et ſolatis proſunt) Quibus ex inſolatu ephelides faciem et os maculant. Dalec.

Sed et ſolatis proſunt) Acad. *ſed et ſolatis i. correptis proſunt.* Voſſiani tres et Gud. *ſed et ſolatis, id eſt, ſole correptis, proſunt.* Et cenſeo prorſus Plinii eſſe, non interpretis, vt putare poſſis. Gron.

h. Id eſt) Haec verba hactenus in editis libris deſiderabantur, quae ex Regiorum codd. 1. 2. et ex Colb. 3. penu deprompſimus. Feſtus. *Solatum genus morbi maxime a ruſticantibus dicitur.* Hoc tantum. De hoc genere morbi Celſus I. 3. *Si quis exuſtus in Sole eſt, huic in balneum protinus eundum eſt,* etc. H.

i. Viperam) Marc. Emp. 8. pag. 61. *Vipera viua mittitur in vas nouum fictile; et adiicitur ei ſucci feniculi cyathus vnus, et thuris granum vnum. Deinde vas obturatur argilla, et circumlinitur, et in furnum feruentem mittitur, atque illico excoquitur, donec cinis fiat. Hoc de experimento hypochyſes, caliginesque potenter atque mirifice purgat.* H.

k. Manna vna) Mica, id eſt, grano. χόνδρον λιβάνȣ Archigines dicit apud Galenum lib. III. κατὰ τόπȣς. Dalec.

Manna) Mica. H.

l. Echion) A viperis, quas ἔχεις Graeci vocant. H.

m. Fit) Marc. Emp. c. 8. pag. 61. H.

claritatem oculorum consequuntur, et *n.* stomachi totiusque [1] corporis tempestiuitates *o.* Hic sal et pecori datur salubritatis causa, et in antidotum contra serpentes additur. [2] Quidam et viperis vtuntur in cibis. Primum omnium [3] occisae statim salem in os addi iubent, donec *p.* liquescat: [4] quatuor *q.* digitorum mensura [5] vtrimque *r.* praecisa, exemptisque interaneis discoquunt in aqua, aut oleo, sale, anetho, [6] et omnibus aut statim vescuntur, aut pane *s.* colligunt, vt saepius vtantur. Ius *t.* praeter supra dicta pediculos *v.* e toto

1. *corporis temperiem ac seras aetates. Ex Diosc. corporis festiuitates. Marcellus apud eundem.* 2. *Quidam et attollitur viperis vtuntur. Ch. Quidam vt tollatur et vip. vt. etc. Alii. Lego, Quidam epilepsia vt tollatur, et vip. vtun. Dal.* 3. *occisis. V.* 4. *Sic et solatis prosunt Gr. et Al.* 5. *triumque. Ch.* 6. *et carnibus. V.*

n. Et stomachi totiusque, etc.) Quid si legas, *et stomachi totiusque corporis temperiem, ac seras aetates, etc.* vt sit quod Dioscorides ait, μακρογήρως γίνεσθαι τοὺς ἐσθίοντας, qui vescuntur, longam senectutem agere. Dal.

o. Tempestiuitates) Commodam temperiem. H.

p. Donec) Addunt libri hactenus editi, *donec liquescat humor*: quam postremam vocem Mss. exemplarium nullum agnoscit. De viperarum esu ad vitae longitudinem, vide quae diximus ad VII. 2. H.

q. Humor) Earum venenum in folliculis reconditum ad dentium radicem. Dalec.

r. Vtrimque) Et a capite et a cauda. H.

s. Pane colligunt) Tritas et orobi farina exceptas colligunt, ac pastillos formant. Galenus lib. de Theriaca. Dalec.

Aut) Aut pani *e farina miscent*, colliguntque *in pastillos*. H.

t. Ius) E viperinis carnibus coctis. Falso prodi a nonnullis, esu viperarum pediculos procreari, scribit Diosc. II. 18. H.

v. Pediculos e toto, etc.) Dioscorides scribit quosdam putare viperarum esu pediculos procreari: id autem esse falsum. Dal.

toto corpore expellit, pruritusque etiam summae cutis. Effectum ostendit et *x.* per se capitis viperini [1] cinis. Vtilissime *y.* oculos [2] inungit. Itemque *z.* adeps viperinus. De *a.* felle non [3] audacter suaserim quae praecipiunt, quoniam (vt *b.* suo loco docuimus) non aliud est serpentium venenum. Anguium *c.* adeps aerugini mixtus, ruptas *d.* oculorum partes sanat: et membrana siue senectus vernatione eorum exuta si adfricetur, claritatem facit. [4] Boae *e.* quoque fel praedicatur ad albugines,

1. *cinis, quo vtiliss. V.* 2. *Sic ex Mss. H. inungunt Gr. et Al.* 3. *audaciter. Cb.* 4 *Sic et Cb. vlulae Gr. et Al.*

x. Et per) Solus, sine alio *medicamento.* H.

y. Vtilissime oculos inungunt. Itemque adeps anserinus) *Vtilissime oculos inungit item adeps anserinus*, in vetusto codice. Pint.

z. Itemque) Auctor Kiranidum II. pag. 75. *Adeps echidnaeus visum acuit, et omnem hebetudinem oculorum.* Diosc. item II. 94. H.

a. De felle non audacter suaserim) Chifl. et Voss. *audaciter*, quod ex Liuio, Seneca exque MSS. restituimus. Gud. et Menap. *non daciter*. Andegav. *non daciter* G.

b. Vt) L. XI. s. 62. vbi vide quae diximus. H.

c. Anguium) Q. Serenus, c. 14. de oculorum dolore mitigando, p. 133. *Anguibus ereptos adipes aerugine misce: Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.* H.

d. Ruptas) Ruptas tuniculas vocat ipse XXVIII. 47. Λαγώφθαλμον Graeci appellant, vt testatur Cels. VII. 7. quum in aliqua curatione oculorum impudenter cutis exscinditur, vt oculus non contegatur, Tunc enim reuulsa superiore gena oculo aperto sicut lepores dormiunt. Oculorum cicatrices sanari aerugine scribit etiam Diosc. V. 92. H.

e. Boae) Vide N. et Em. N. XXXII. (paulo post.) Boa serpens est aquatilis, inquit Festus, quem Graeci ὕδρον vocant a quo icti obturgescunt. *Boae*) In libris hactenus editis *vlulae quoque fel*, reclamantibus licet libris omnibus, R. 2. Ch. aliisque, tum hoc loco, tum in Indice huius libri ac sequentis, nam *boae* vel *bouae* vbique diserte legimus: quum toto hoc libro mentio eius nulla fiat, vbi ab hoc loco discesseris. Neque vero ad medicinas auium transgressura oratio

nes, suffusiones, caligines: adeps similiter ad claritatem. Aquilae *f.*, quam diximus pullos ad contuendum Solem experiri, mixto felle cum melle Attico [1] inunguntur nubeculae, et caligationes, suffusionesque oculorum. Eadem *g.* vis et in vulturino felle est cum porri succo, et melle exiguo. Item

1. *vnguntur. Cb.*

oratio sumere dicendi initium ab vlula debuit, sed ab aquila potius, quae volucrum regina dicitur, vti statim fiet. In Indice sane vtriusque libri mox appellati, nomina continentur animalium, ex quibus in ipso voluminis corpore medicinae repetuntur: in his post viperam boa appellatur, vt in hac sectione, in qua versamur. Quamobrem vtriusque illius Indicis partem eam, quae nomina animalium complectitur, numerumque medicinarum ex eis, neque initio huius operis referre operae pretium visum est, et quod ab aliquo potius, vetusto tamen, consarcinatore contextam, quam a scriptore ipso, tum censebamus, et adhuc suspicamur haud leuibus inducti argumentis; et quod aptiora eo loco viderentur ea quae inseruimus, quibus tota series operis conspicua fit: neque amplius differre fas, quum et ad emendationem nostram constabiliendam id praeclare faciat: et premi quidquam, quod Pliniano e fonte manasse cuipiam possit videri, religio sit: idcirco alieno potius loco intexi oportere censuimus, quam omnino nullo. Itaque in Indice L. XXIX. haec adduntur in fine, quae ex codd. R. 1. 2. et Colb. summa fide repraesentamus, numquam antehac edita. H. Illa autem ad calcem huius libri adiecimus, vbi videnda.

f. Aquilae) L. X. 3. De ea refert plane similia Aelianus Hist. An. I. 42. Item Sext. Plat. parte 2. c. 1. de aquila t. 1. *Ad suffusionem oculorum: Aquilae felle mixto cum melle Attico inunges.* Plin. Val. I. 15. Marc. Emp. 8. p. 60. et Diosc. II. 96. H.

g. Eadem) Approbant hoc medicamentum e vulture Q. Serenus, Sext. Plat. Galen. κατὰ τόπ. IV. 8. pag. 456. Plin. Val. I 18. aliique. Sed pro porri succo marrubii succum adsciscunt: hoc est, pro πράσῳ πράσιον. At nihil interest, nam vt alibi ex Celso diximus, congeneres habent eas faculta-

tes;

[1] Item *h.* in gallinacei fimo ad argema, et ad albugines ex aqua diluto: item *i.* ad suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, [2] lusciosis illini monstrant. Laudant *k.* et [3] gallinae fel, sed praecipue adipem, contra *l.* [4] pusulas in pupillis. Has

1. Sic ex Mss. H. gallinacei felle alligato ad arg. Gr. et Al. 2. Sic ex Mss. H. lusciosis illinendum Gr. et Al. 3. gallinacei. Ch. 4. pustulas Gr. et Al.

tes: vt succedanea videri medicamenta possint. Et vero Plinius ipse Val. I. 20. porri succo per se inuncto, leucomata et caligines oculorum tolli prodidit. H.

h. Item in gallinacei felle alligato ad argema) Verbum *alligato*, superfluit ex eodem et paulo post, *illini* non *illinendum*. Pint.

Item) Marc. Emp. 8. pag. 67. et auctor Kiranidum, p. 116. H.

i. Item ad) Q. Serenus, c. 14. de oculorum dolore mitigando pag. 133. *Fel quoque de gallo mollitum simplice lympha, Exacuet plures dempta caligine visus.* Expressius multo Marc. Emp. 8. pag. 68. quem consule. Ad non felli modo, sed et sanguini haec vis inest, atque adeo maior, si fides vetustae inscriptioni apud Gruter. p. 71. ΟΥΑΛΕΡΙΩ ΑΠΡΩ СΤΡΑΤΙΩΤΗ ΤΥΦΛΩ ΕΧΡΗСΜΑΤΙСΕΝ Ο ΘΕΟС ΕΛΘΕΙΝ ΚΑΙ ΛΑΒΕΙΝ ΑΙΜΑ ΕΞ ΑΛΕΚΤΡΥΩΝΟС ΛΕΥΚΟΥ ΜΕΤΑ ΜΕΛΙΤΟС ΚΑΙ ΚΟΛΛΥΡΙΟΝ СΥΝΤΡΙΨΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΡΕΙС ΗΜΕΡΑС ΕΠΙΧΡΙСΑΙ ΕΠΙ ΤΟΥС ΟΦΘΑΛΜΟΥС ΚΑΙ ΑΝΕΒΛΕΨΕΝ ΚΑΙ ΕΛΗΛΥΘΕΝ ΚΑΙ ΗΥΧΑΡΙСΤΗСΕΝ ΔΗΜΟСΙΑ ΤΩ ΘΕΩ. *Valerio Apro militi coeco oraculum Deus reddidit: veniret, et acciperet sanguinem ex gallinaceo candido, admixtoque melle collyrium faceret, quo per triduum oculos liniret. Et vidit, et venit, et publice Deo gratias egit.* Addit marmorea tabula id Antonino Pio Principe contigisse. H.

k. Laudant) Habdarrhamanus c. 40. p. 128. *Gallinarum fel oculis inditum, eorum remouebit lacrymationem, et curabit illos.* Gallinae candidae fel ad oculorum vitia emendanda laudat Diosc. II. 96. H.

l. Contra) Φλυκτίδας et Φλυκταίνας medici pusulas vocant

[1] Has *m.* scilicet eius rei gratia saginant. Adiuuat mirifice et ruptas oculorum tuniculas, admixtis schisto et haematite lapidibus. Fimum *n.* quoque earum dumtaxat candidum, in oleo vetere corneisque pyxidibus adseruant, ad pupillarum albugines. Qua in mentione significandum est, pauones fimum suum resorbere tradi, inuidentes *o.* hominum vtilitatibus. Accipiter *p.* decoctus in rosaceo efficacissimus ad inunctiones omnium *q.* vitiorum putatur: item fimi eius cinis cum Attico melle. Laudatur et milui iecur. [2] Fimum *r.* quoque colum-

 barum

1. Nec. Ch. 2. Sic ex Mss. H. et Ch. fimum col. Gr. et Al.

vocant, quae fiunt, quoties facta exhulceratione, aut sine ea, in summa cornea tunicula, tenuissima membrana sublimis, et in altum surgens, medium humorem conceperit ac seruarit. Marc. in Diosc. I. 130. De hoc morbi genere multa Aetius VII. 29. pag. 260. H.

m. Has) Vt adipem colligant. H.

n. Fimum) Marc. Emp. 8. pag. 68. H.

o. Inuidentes) Ad pupillarum albugines fimum eum prodesse significat. Quin etiam si Sexto Platonico credimus, parte 2. c. 7. *Pauonis fimus potatus, caducos mirabiliter sanat.* Ad epilepsiam linguae pauonum ac lusciniarum a Lampridio in Elagabalo commendantur. H.

p. Accipiter) In vnguento susino Marc. Emp. 8. p. 59. et Sext. Plat. parte 2. c. 3. de accipitre, tit. *ad suffusionem et caliginem oculorum.* H.

q. Omnium) Quae scilicet oculum male afficiunt. H.

r. Fimum) Vide N. et Em. N. XXXIII. (hic pos.) *Fimum*) Siue, vt in R. 2. *ad aegilopia.* Inepta enim Chiffletiani codicis lectio est, *ad alopecia*: nec paulo deterior Dalecampii emendatio, *ad alopecias.* Est enim capitis vitium alopecia, non oculorum, quorum in appellandis sanandisque morbis hac sectione Plinius nunc totus habitat. Sic etiam Marc. Emp. quem Plinii simiam alterum in medicina iure dixeris, c. 8. pag. 71. *Aegilopia*, inquit, *emendat fimus columbinus ex aceto coctus, et illitus. Cicatrices quoque oculorum et albugines mire detergit.* H.

barum ex aceto [1] ad aegilopas. Similiter ad albugines et cicatrices. Fel anserinum, sanguis anatum, contusis oculis, ita *s.* vt postea [2] oesypo et melle inungantur. Fel *t.* perdicum cum mellis aequo pondere: per *v.* se vero, ad [3] claritatem. Hippocratis putant auctoritate adiici, quod in argentea [4] pyxide [5] id seruari iubent. Oua perdicum in vase aereo decocta cum melle, hulceribus oculorum et glaucomatis medentur. Columbarum *x.*, turturum, palumbium, perdicum sanguis, oculis cruore

1. *ad alopecia. Ch. Leg. alopecias.* 2. *Sic Diosc. et Gal. hyssopo Gr. et Al.* 3. *ad claritatem dorcados, Hippocratis, vt putant, auctoritate adiicitur Gr. et Al.* 4. *pyxida. Ch.* 5. *adseruari. V.*

s. Ita) Non, *hyssopo*, vt prius legebatur. Sic ipse initio huius sectionis, *vt omnia oesypo illinantur.* H.

t. Fel) Q. Seren. c. 14. p. 133. Sext. Plat. p. 2. c. 5. de perdice t. 2. Auctor Kiranidum p. 131. Marc. Emp. 8. p. 60. *Perdicis fel mixtum melli Attico, caliginem tollit, si oculis assidue infundatur, sed cum modo et aequali mensura.* Adde et Diosc. II. 96. H.

v. Per se] *vero ad claritatem, dorcados (Hippocratis vt putant) auctoritate adiicitur quod, etc.*) Breuius in eodem, *per se vero ad claritatem. Hippocratis putant auctoritate adiici quod, etc.* et paulo post murato ordine, *columbarum, palumbium, turturum.* Pint.

Per se) Vide N. et Em. N. XXXIV. (hic adi.) *Per*) Ita restituimus hunc locum, sequuti codd. R. 1. 2. et eum, quem Pintianus vidit. Prius legebatur: *per se vero ad claritatem dorcados. Hippocratis (vt putant) auctoritate adiicitur.* Quum in Mss. iis, *et dorcatos*, et vocula *vt*, et postrema vocis *adiicitur* syllaba desit. Sed haud paulo lepidius est, quod Parmensis editionis curatores pro *dorcados, Hippocratis, Dioscoridis et Aristotelus*, edidere. Credo, vt crucem Critices figerent, parsque vna saltem vel ex hoc loco vno Dioscoridem Plinio vetustiorem esse omni ope contenderent. H.

x. Columbarum) Dioscor. II. 97. Cels. VI. 6. sub fin. Plin. Val. I. 15. H.

cruore suffusis eximie prodest. In columbis [1] masculae efficaciorem putant. Vena *y.* autem sub ala ad hunc vsum inciditur, quoniam *z.* suo calore vtilior est. [2] Superponi *a.* oportet splenium e melle deco-

1. *masculis. Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. superimponi Gr. et Al.*

y. Vena) Galen. de fac. simpl. med. X. 2. p. 277. Sext. Plat. p. 2. c. 10. de columba, t. 2. *Ad sanguinem in oculis ex ictu. Columbae sanguis recisus, deinde infusus, optime facit. Debebit autem vena aperiri quae in ascella eius est: imponitur et sanguis in lanula, et melle decocto mixta supra oculos, optime facit:* Marc. Emp. 8. p. 67. *Sanguis columbarum de loco pennarum, eo momento, quo penna auellitur, oculis, dum adhuc tepet, debet infundi, qui ictu aliquo vulnerati, aut sanguine suffusi fuerint. Album quoque oui incocti, cum croco trito, oculis superpositum, et lana alba succida inuolutum medetur.* Eadem ferme repetit idem p. 69. Vide quae diximus XI. 89. Ex hoc porro loco ambigi non immerito potest, num Habdarrhamanum scriptorem Arabem interpres Ecchellensis satis intellexerit, qui ita latine reddidit, c. 36 p. 121. *Sanguis radicum plumarum pullorum columbarum, qui adhuc ad volatum se non eleuarunt, instillatus in oculos, quibus accedit rubedo, aut percussio, proderit illis, et curabit.* Quum pro *radice plumarum*, alas dixisse auctor iure videri possit. Simili fere verborum ambage, Theod. Prisc. I. 10. *de oculorum caussis. Si caesi,* inquit, oculi, *aut percussi, maculam sanguineam cum dolore procurarint, iis columbi matre subducti repentinus sanguis infusus prodest quam maxime, si de pennis molioribus exprimatur: vbi liquor tenuis tepidus infundendus est: item si in eadem hora ouium lana infusa superponatur.* H.

z. Quoniam suo calore vtilior est.) Imo quoniam in aliis partibus venae non sic detectae et nudae sunt. *Dalec.*

a. Superponi) Panniculus, seu fascia, qua frons oculiue vnguento illiti, obtenduntur, splenium vocatur. Item emplastrum ipsum, seu linteum, lanaue qua excipi solent, illiniue medicamenta, quae fronti vel oculis, superponantur. Mart. II. ep. 29. *Et numerosa linunt stellantem splenia frontem: Ignoras quis sit? splenia tolle, leges. H.*

[1] decoctum, lanamque succidam ex oleo [2] ac vino. Earumdem auium sanguis nyctalopas sanat: et iecur [3] ouium: atque (vt *b.* in capris diximus) efficacius fuluae. Decocto quoque eius [4] oculos abluere suadent: et medulla dolores tumoresque [5] illinere. Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. Turturis *c.* fimum albugines extenuat: [6] item cochlearum cinis: fimum cenchridis: accipitrum *d.* generis hanc Graeci faciunt. Argema ex melle omnibus, quae supra scripta sunt, sanatur. Mel *e.* vtilissimum oculis, in quo sunt apes immortuae. Ciconiae *f.* pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus: item qui draconis caput habeat. Huius adipe et melle cum oleo vetere, incipientes caligines discuti tradunt. Hirundinum *g.* pullos plena Luna excoecant, restitutaque eorum acie capita [7] comburuntur: hoc cinere cum melle vtuntur ad cla-

1. decocto. Ch. e melle decocto sublitum. Dal. 2. sic ex Mss. H. et Ch. aut Gr. Al. 3. ouis. V. 4. oculis adluere. Ch. 5. sic ex Mss. H. et Ch. illinunt. Gr. et Al. 6. item cocleri fimum: cinis cenchridis. Ch. 7. comburunt.. V.

b. Vt) L. XXVIII. 47. *Id quoque referre arbitrantur, vt rutili coloris fuerit.* Albam tamen ouem Marc. Emp. anteponit 8. p. 71. *Iecur ouillum,* inquit, *id est, ouis candidae discoctum, cum aqua madefactum, contritumque, et oculis superpositum, nyctalopas purgat.* H.

c. Turturis) Marc. Emp. 8. p. 68 H.

d. Accipitrum generis) Nempe tinunculum, de quo vide c. 37. l. X. *Dal.*

Accipitrum) Tinnunculum diximus appellari, X. 52. H.

e. Mel) Marc. Emp. 8. p. 57. H.

f. Ciconiae) Marc. Emp. l. c. H.

g. Hirundinum) Sext. Plat. p. 2. c. 12. de hirundine, tit. 4. Auctor Kiranidum p. 135. Marc. Emp. totidem verbis, l. c. et Plin. Val. I. 18. E Graecis Galenus de fac. simpl. med. XI. p. 311. Hard.

claritatem, et dolores, ac lippitudines et ictus. Lacertas *h.* quoque pluribus modis ad oculorum remedia assumunt. Alii viridem includunt nouo fictili: ac lapillos *i.* qui vocantur [1] cinaedia, [2] quae et inguinum tumoribus adalligari solent, [3] nouem signis signantes, et *k.* singulos detrahunt per dies. Nouo emittunt lacertam: lapillos seruant ad oculorum dolores. Alii *l.* terram substernunt lacertae viridi excoecatae *m.*, et vna *n.* in vitreo vase [4] anulos includunt e ferro solido vel auro: quum recepisse visum lacertam [5] apparuit per vitrum, emissa ea, anulis contra lippitudinem vtuntur. Alii capitis cinere [6] pro stibi ad *o.* scabritias. Quidam viri-

Ee 4

1. *zenichia. Ch.* 2. *quae, in V. d.* 3. *sic ex Mss. H. nouem singulos signis. Gr. et Al.* 4. *annellos. V.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. apparuerit. Gr. et Al.* 6. *sic ex Mss. H. cum stibio. V. pro stibi Ch. pro stibio. Gr. et Al.*

h. Lacertas) Σαύρας, *des Lézards.* H.

i. Ac lapillos qui vocantur cinaedia) In cinaedi piscis cerebro inuentos. cap. 10. lib. XXXVII. Dal.

Qui) In R. 1. *Zenidia* R. 2. et Ch. *Zenichia.* Male. Meminit horum lapillorum auctor Kiranidum, elem. 10. p. 36. *Kinaedius piscis marinus... Habet lapides duos in capite. Habet autem et alios duos in tertio spondylo vel noda dorsi versus caudam, qui est potentissimus.* De his lapidibus ipse Plinius rursum inferius, XXXVII. 56. H.

k. Et) Extrahunt e fictili, et recondunt ad vsum. H.

l. Alii) Ad verbum haec quoque Marc. Emp. 8. pag. 57. H.

m. Excoecatae) Non oculis erutis, sed punctura acus, seu scalpelli sectione humoribus euocatis: quos deinde per se nullo remedio adhibito, natura repararit, visumque reddiderit. Vide Ephem. Germ. siue Miscell. Curios. Tom. V. obs. 126. p. 163. H.

n. Et vna in vitreo vase annulos includunt) Vossianus manu prima *anellos. Gr.*

o. Ad scabritias) Genarum, τὰ τῶν βλεφάρων τραχώματα. Dal.

Ad)

viridem longo collo in ſabuloſis naſcentem comburunt, et incipientem epiphoram inungunt: item glaucomata. Muſtelae *p.* etiam oculis punctu erutis *q.*, aiunt viſum reuerti, eademque quae in lacertis [1] et anulis faciunt. Serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodeſſe, ſi ſerpens viua dimittatur. Lacrymantibus *r.* ſine fine oculis, cinis ſtellionis capitis cum [2] ſtibi eximie medetur. Aranei *s.* muſcarii [3] tela, et praecipue ſpelunca ipſa impoſita [4] per frontem ad duo [5] tempora, in ſplenio aliquo *v.*, ita vt a puero impube et capiatur et imponatur, nec is triduo ſe oſtendat ei [6] cui medeatur, neue alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. Albugines *x.* quoque dici-

1. *cum annulis. V.* 2. *ſtibio. Gr.* 3. *telae. Gr.* 4. *ſuper. V.* 5. *ſic et Ch. tempora ita vt. Gr. et Al.* 6. *qui medebitur. Ch.*

Ad) Siue ad ſcabiem oculorum. *Scabiem adeſſe dicimus*, inquit Aetius, VII. 75. p. 279. *quando oculi hulceroſi, rubei, et valde prurientes fiunt, genaeque rubeſcunt, lacrymaque ſalſa et nitroſa deſtillat.* Celſ. VI. 6. tit. *Ad oculos ſcabros. Si vero ſcabri oculi ſunt, quod maxime in angulis eſſe conſueuit, etc.* H.

p. Muſtelae) Hoc eſt, punctu excoecatis Caue enim orbes oculorum totos erutos putes. H.

q. Erutis) Imo potius confoſſis. Dal.

r. Lacrymantibus) Marc. Emp. 8. p. 67. *Caput ſtellionis combuſtum, et tritum, et melli Attico admixtum, oculos lacrymoſos inunctione aſſidua ſiccat, et ſanat.* H.

s. Aranei) Qui telas muſcis in parietibus tendit. H.

t. Impoſita per frontem ad duo tempora, ita vt a puero, etc.) Tria amplius verba habet noſtrum apographon, *Impoſita per frontem ad duo tempora, in ſplenio aliquo, ita vt a puero, etc.* Pint.

v. In ſplenio aliquo) Haec tria verba adiecimus ex omnium MSS. fide R. 2. aliiſque. H.

x. Albugines) Iiſdem verbis Marc. Emp. c. 8. p. 68. Hard.

dicitur tollere inunctione araneus candidus, longissimis ac tenuissimis pedibus, contritus in oleo vetere. Sed *y.* is etiam, cuius crassissimum textum est, in contignationibus fere, adalligatus panno epiphoras sanare traditur. Scarabaei *z.* viridis natura contuentium visum exacuit. Itaque gemmarum sculptores contuitu *a.* [1] eorum acquiescunt.

XXXIX. Aures *b.* purgat fel pecudis cum melle: canini *c.* lactis [2] instillatio sedat dolorem. Grauitatem *d.* adeps cum absinthio et oleo vetere: item *e.* adeps anserinus. Quidam adiiciunt succum caepae et *f.* allii, pari modo. Vtuntur *g.* et per se ouis formicarum. Namque et huic animali est

1. *eius.* *V.* 2. *instillatus.* *Cb.*

y. Sed is etiam, cui crassissimum textum est) In Vossiano abest a fronte τὸ *sed*: neque vlla eius est necessitas. Alii quatuor: *Sed iam cuius.* Gr.

z. Scarabaei viridis natura) Is est aut buprestis aut scarabaeus longipes. Dalec.

Scarabaei) Marc. Emp. 8. p. 61. *Scarabaeus coloris smaragdini, tantum beneficii oculis praestare dicitur, vt visionem ei acutissimam reddat, qui eum contemplatus fuerit assidue.* H.

a. Contuitu) Sic MSS. omnes. A singulari numero transit ad numerum multitudinis. Vt supra, hac sect. *Laudant et gallinae fel, sed praecipue adipem... Has scilicet eius rei gratia sagınant.* H.

b. Aures) Totidem verbis Plin. Valer. I. 9. et Marc. Emp. 9. p. 75. H.

c. Canini) Auctores proxime laudati, totidem syllabis: *instillatio, etc.* H.

d. Grauitatem) Plin. Val. loc. citat. Marc. Emp. 9. p. 76. et Sext. Plat. 9. de cane, tit. 7. *ad eos qui minus audiunt.* H.

e. Item) Sext. Plat. p. 2. c. 11. de ansere tit. 2. Marc. Emp. l. c. Quint. Serenus, 13. p. 132. H.

f. Et) Diximus, XX. 23. Hard.

g. Vtuntur) Hoc est, sine alio medicamento, nulla re iis admixta, sed solis adhibitis. Marc. Emp. 9. p. 82. *Oua formicarum contrita, et auribus instillata, quamuis obtunsos auditus adaperire creduntur.* Et Plin. Valer. I. 12. *Ad surdos, et qui grauiter audiunt: Oua formicarum*

[1] est medicina: constatque *h.* vrsos aegros hoc cibo sanari. Anserum, [2] omniumque auium adeps [3] praeparatur, [4] exemtisque venis omnibus patina nouo [5] fictili operta in Sole, subdita aqua feruenti liquatur: saccatusque lineis saccis, et in fictili nouo repositus loco frigido: minus putrescit addito melle. Murium *i.* cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus, aurium dolores sedat. Si *k.* aliquod animal intrauerit, praecipuum remedium est murium fel aceto dilutum. Si *l.* aqua intrauerit, adeps anserinus cum caepae succo. Gliris *m.* detracta pelle, [6] intestinisque exemtis, discoquitur melle

1. *inest. V.* 2. *sic ex Mss. H. V. et Ch. anserum quoque et omnium auium. Gr. et Al.* 3. *cum praeparatur. V.* 4. *exemptis venis. V.* 5. *nouo fictili patina operto. V.* 6. *sic ex Mss. H. M. et Ch. intestinis ex Gr. et Al.*

rum contrita, surditatem aurium quam vetustissimam sanabunt. H.

b. Constatque) L. VIII. 41. *Vrsi cum mandragorae mala gustauere, formicas lambunt.* Vide Sext. Emp. Pyrrh. hypot. I. 14. p. 12. H.

h. Vrsos aegros hoc cibo sanari) Supra caput 27. lib. VIII. Aelianus c. 3. lib. VI. animal. Dal.

i. Murium) Auctor Kiranidum, p. 86. et Plin. Val. ad verbum I. 9. H.

k. Si) Q. Serenus c. 13. p. 132. *Si vero incautas animal penetrauerit aures, Proderit admixto pauidi fel muris aceto. At si lympha nocens peruaserit, anseris aptus Immittetur adeps, caeparum non sine succo, Qui grauis est oculis, sensum tamen auribus auget.* Sic etiam Plin. Val. ad verbum. loc. cit. H.

l. Si aqua) Sext. Plat. l. c. Plin. Val. et Q. Serenus ll. c. E Graecis Galen. κατὰ τόπ. III. 1. p. 391. H.

m. Gliris) Marc. Emp. 9. p. 83. Plin. Val. I. 9. *Gliri detrahitur pellis, et intestina eiusdem decoquuntur in vase nouo cum mellis heminis tribus, vsque ad tertias, atque ita seruatur; quum opus est, strigili medicamentum tepefactum infunditur.* Sic etiam Scrib. Larg comp. med. c. 5. ad aurium dolorem nro. 39. H.

[1] melle in vase nouo, [2] Medici malunt e nardo decoqui vsque ad tertias, atque ita asseruari: deinde quum opus sit, strigili *n.* [3] tepefacta infundere. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari. [4] Aut *o.* si terreni vermes cum adipe anseris decocti infundantur. Item *p.* ex arboribus rubri oleo

1. cum melle. V. 2. sic ex Mss. H. et Ch. sed medici. Gr. et Al. 3. tepefactum. V. 4. sic ex Mss. H. aut si vermes terrae cum adipe. Ch. vermes adipe. Gr. et Alii.

n. Strigili) Instrumentiloco strigil fuerit, quod ὠτεγχύτην Graeci vocant. Dal.

Strigili) Scrib. Larg. l. c. *Succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.* Hieron. Marc. Practicae I. 40. *Strigil est instrumentum vna parte conchatum, qua humor in aurem inmittitur.* Depictam strigilem vide apud Laur. Pignorium L. de seruis, p. 46. descriptam apud Apuleium in Floridis: *Honestam strigileculam appellat, tecta fastigatione clausulae, flexa tubulatione lingulae, vt et ipsa in manu capulo moraretur, et sudor ex ea riuulo laberetur.* Nempe in balneis strigili ferrea corporis sordes sudoremque detergebant. Per tubulationem quippe ligulae dilabebatur sudor. Ligulam autem vocat partem superiorem incuruam, quod sit non absimilis ligulae, oblonga, fornicata. Et hac strigilis parte medici vtebantur. Scrib. Larg. comp. 39. *Ad auriculae tumorem... prodest herbae vrceolaris succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.* Plin. XXV. 103. *Omnis autem succus strigili calefactus infunditur. H.*

o. Aut) Dioscor. II. 72. Γῆς ἔντερα ... ἑψηθέντα σὺν χηνείῳ στέατι, διαθέσεις ὤτων ἐγχυματιζόμενα θεραπεύει. *Vermes terreni decocti cum anserino adipe et instillati, affectis auribus medentur.* Q. Serenus c. 13. p. 132. de aurium vitiis: *Si vero obtusa sensus remoretur in aure, Lumbricos terrae, seuumque ex ansere rauco Excoque: sic veterem poteris depellere morbum.* Marc. Emp. 9. p. 75. *Terreni vermes cum anserino adipe, vel cum oleo decocti, sine dubio medentur auribus purulentis.* Et p. 79. *Terreni vermes cum adipe anseris decocti infunduntur auribus ad iam deplorata vitia.* Sic etiam Plin. Val. I. 9. H.

p. Item) Q. Serenus l. c. *Annosa rubros si legeris arbore*

oleo triti exhulceratis et ruptis auribus praeclare medentur. Lacerti inueterati in os pendentium addito ſale [1] contuſas *q.* et ab ictu [2] laeſas aures ſanant: efficaciſſime autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam diſtincti. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt e vermibus terrae, piloſum, multis pedibus [3] arcuatim repens, tactuque contrahens ſe: oniſcon *r.* Graeci vocant, alii tylon: [4] efficacem *s.* narrant

1. *ſic et V. contuſi. Gr. et Al.* 2. *miſeras. Ch.* 3. *arguatum. Ch.* 4. *ſic ex Mss. H. V. et Ch. Efficaciter ſanat aur. Gr. et Al.*

bore vermes, ex oleo tere: ſic tepidos infunde dolenti. Marc. Emp. 9. p. 80. *Vermes ex qualibet arbore, rubri coloris, contriti cum oleo, et infuſi, dolores aurium ſedant.* Hard.

q. Contuſas) Sic R.2. non, vt editi, *contuſi.* Mox vero in R. 1. et Ch. *ab ictu miſeras aures.* H.

r. Oniſcon Graeci vocant) Confundit oniſcorum hiſtoriam cum deſcriptione millepedae, ὀνίσκος, πολύπουν τὶ ζωΰφιον Suidae et Gal. III κατὰ τόπους quibuſdam κυβαρίς, et τύλος, a calloſa et compactili cute, Latinis multipeda, cutio, porcellio. At millepeda ſiue centipeda μυριόπους interpreti Nicandri in Theriacis, ἴουλος Suidae, Columellae eruca hirſuta eſt, quae olera et vites rodit. Millepeda etiam ſcolopendra dicitur. Vide quod annotatum eſt ſupra cap. 1. lib. XXIII. et XXV. XXII. et 2. XX. D.

Oniſcon) *His etiam nominibus Oniſcon* Graeci vocant, *quamquam diuerſi ſit generis.* Oniſcon etiam, inquit, ſic Graeci vocant, πολύποδα ſcilic. ſiue multipedam. Differunt tamen: Aliud enim millepeda piloſa eſt, quae ſinuatim repit: aliud oniſcos, ſiue tylos, quem Cael. Aurel. I. 4. porcellionem vocat, multipedam, alii et cutionem. Illa eruca eſt hirſuta, quae olera viteſque rodit, *vne chenille.* Iſte, qui et τύλος et cutio a calloſa et compactili cute appellatur, *vne cloporte,* in locis fere humidis, vliginoſiſque, et ſub vaſis aquariis repertus. Ob gentilitatem, vt Plinii verbis vtar, affinitatemque nominum, vtriusque ſimul natura tractatur: quod ipſi familiare eſſe iam ſaepius obſeruauimus, ac ſibi

narrant *t*, ad aurium dolores, [1] in cortice Punici mali decoctum et porri ſucco. Addunt et roſaceum, et in alteram aurem infundunt. Illam autem quae *v*, non [2] arcuatur, ſepa *x*. Graeci vocant,

1. *cum. V.* 2. *arguatur. Ch.*

bi ſolemne eſſe prae ſe ipſe fert. Quod vero in ea Indicis parte, quam referemus inferius (ad calcem huius libri) in N. et Em. N. XXXII. ex vtroque genere conflari vnum videtur, vel eo mihi nomine ſuppoſititium ſapere, non genuinum Plinii fetum ea videtur. H.

s. Efficacem) De oniſco ſeu porcellione affirmare id vere licet. Marc. Emp. c. 9. p. 75. *Beſtiolae multipedes, quae contractae in globulos complicantur, in oleo excoctae, infuſaeque auribus ſtatim proſunt.* Et pag. 76. *Cutiones beſtiolae ſunt multipedes, cute dura et ſolida; quae tactae complicant ſe in orbem pilulae rotundiſſimae: Polypodas Graeci appellant: hae complures coctae cum oleo molli in vaſe ferreo, remedio ſunt auribus laborantibus, ſi inde curentur.* Scrib. Larg. c. 5. *Ad aurium dolorem* comp. 36. *Item beſtiolae multorum pedum, quae tactae conduplicant ſe in orbem pilulae rotundiſſimae ſimilem (κατοικιδίους ὄνους aut πολύποδας Graeci hoc genus animalium vocant) oleo domeſtico complures inferuefactae vaſe ferreo, bene faciunt.* E Graecis vero Dioſc. II. 37. καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ λεῖοι σὺν ῥοδίνῳ θερμανθέντες ἐν κελύφῳ ῥόας, καὶ ἐνσταγέντες ἁρμόζουσιν. *Tritae et in cortice mali Punici addito roſaceo calfactae ad aurium dolorem efficaciter inſtillantur.* Hard.

t. Sanat aurium dolores) Aurium doloribus cum roſaceo triti et cocti medentur porcelliones, ſe in pilae rotunditatem conuoluentes, et conglobantes, quos multipedas etiam vocant: non autem millepedae, quod auctor quiſpiam fide dignus tradiderit. Dal.

v. Quae) Quae ſine flexu tractuque decurrit. H.

x. Sepa Graeci vocant) A ſepe ſcolopendra diuerſiſſima eſt. Fallitur Plinius. Dal.

Sepa) Σὴψ nomen eſt vagum, venenatis plurimis attributum, quorum vis eſt σηπτική. Haec ſcolopendra tertia eſt, quam fuſe deſcribit, viſam a ſe et obſeruatam, Conſtant. in Lexico verbo Σκολοπένδρα. H.

vocant, alii ſcolopendram, [1] minorem, pernicioſamque. Cochleae *y.* quae ſunt in vſu cibi, cum myrrha aut thuris polline appoſitae: item *z.* minutae, et latae, fracturis aurium illinuntur cum melle. Senectus *a.* ſerpentium feruente teſta vſta [2] inſtillatur roſaceo [3] admixto, contra omnia quidem vitia efficax, ſed contra graueolentiam [4] praecipue: [5] aut ſi purulentae ſunt, ex aceto: melius cum felle caprino vel bubulo, aut teſtudinis marinae. Vetuſtior *b.* anno eadem membrana non prodeſt, nec imbre perfuſa, vt aliqui putant. Item *c.* aranei ſanies cum roſaceo, aut per ſe in lana, vel cum croco, auribus prodeſt: [6] gryllus *d.* cum ſua terra effoſſus et illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi quoniam retro ambulet, terramque terebret, [7] ſtridat noctibus. Venantur eum formica [8] circumligata capillo, in cauernam eius coniecta, efflato prius puluere, ne ſeſe condat: ita formicae complexu extrahitur. Ventris *e.* gallinaceorum mem-

1. *maiorem V. et c. 2. lib. XX.* 2. *illinitur. M.* 3. *admixta. Cb.* 4. *praecipue inſtillatur. Dal.* 5. *et ſi purulenta ſint. Cb.* 6. *ac gryllus. V.* 7. *ſtridet. Cb.* 8. *ſic ex Mss. H. V. et Cb. circumligato Gr. et Alii.*

y. Cochleae) Totidem verbis Plin. Valer. I. 9. Cochleas Africanas ad dolores aurium ex plaga, cum mica thuris ſeu polline, commendat etiam Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ III. 1. p. 398. H.

z. Item) Galen. de fac. ſimpl. m. XI. 1. p. 310. Plin. Valer. ad verbum, l. 9. H.

a. Senectus) Totidem verbis ac ſyllabis Plin. Valer. I. 9. H.

b. Vetuſtior) Plin. Valer. l. c. H.

c. Item) Marc. Emp. 9. p. 80. *Aranei triti humor expreſſus, et roſae liquidae, quantum videbitur, immixtus, lanaque molli madefacta, auriculae inſertus, continuo dolorem releuat.* H.

d. Gryllus) Et γρύλλος Graece: noſtris, *vn grillon.* H.

e. Ventris) Plin. Val. iiſdem verbis l. 9. et Marc. Emp. 9. p. 81. H.

membrana quae abiici solet, inueterata, et in vino trita, auribus purulentis calida infunditur, gallinarum quoque adeps. Est *f.* et quaedam pinguitudo blattae, si caput auellatur: hanc *g.* tritam vna cum rosaceo auribus mire prodesse dicunt; sed lanam, qua incluserint, post paulum [1] extrahendam. Celerrime enim id pingue transire in animal, fierique vermiculum. Alii *h.* binas ternasue in oleo decoctas efficacissime auribus mederi scribunt, et tritas in linteolo imponi contusis. Hoc quoque animal inter pudenda est: sed propter admirationem naturae, priscorumque [2] curae, totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerunt. Molles *i.*, quas in oleo decoctas,

1. *extrahendum. Celebre enim*, *Ch.* 2. *curam V. M.*

f. Est) Plin. Val. loc. cit. *Blattae etiam sine capite et pedibus et alis tritae et illitae linteolo, contusis auribus imponuntur.* Blattarum hoc genus, foedum est nauseosumque animal, noctu magis quam interdiu in cellis vinariis apparens circa latrinarum ora, in balneis, vliginosisque aedium partibus, gryllos referens, qui noctibus aestate strident. Vide Matthiol. in Diosc. II. 35. p. 340. Lux istis aduersissima, ita vt si noctu lumen inferatur repente, celerrimo cursu refugiant. *Lucifugai blattae* Virgilio. Est et blatta alioqui, teste Paulo Diac. in Glossis, vermis purpureum genus, ipsaque adeo purpura; qua de acceptione vocis, Gothofredum vide in Cod. Theod. L. X. tit. 20. p. 513. sq. H.

g. Hanc tritam vna cum rosaceo, etc.) Ad erosos dentes cum rosaceo calfactam auribus instillari, et dentium cauernae indi praecipit Archigenes lib. *κατὰ τόπους*. Dalec.

h. Alii) Plin. Val. l. c. et Diosc. II. 38. H.

i. Molles) Molles, insecta sunt oblonga et teretia, colore subrubra. Reperiuntur in f a c c i s, et saccis farinariis. Auidissime lusciniae iis vescuntur, illarumque esu a morbis familiaribus liberantur. *σιτοφάγους* quidam eas vocant, quod farina nutriantur. Dioscor. lib. II. cap. 38. *ἐν ἀρτο-*

ctas, verrucis efficaciter illini experti sunt. Alterum *k.* genus [1] myloecon appellauere, circa molas fere nascens. Has *l.* capite detracto attritas, lepras sanasse, Musa et *m.* Picton in exemplis reliquerunt.

1. *mylicon. Alii.*

ἀρτοκοπείοις εὑρισκομένα appellat. μυλικοὶ siue μύλοικοι, quae et μυλακρίδες siue μυλακρίδαι et μυλαβρίδες, et Hesychio μυλακρίαι, scarabaeis siue cicadis similes, in moletrinis, et pistrinis gignuntur, colore quidem nigro, sed ob farinam conspersam albicantes. Foetidae Graecis βδεέσαι, quasi βδελυκταὶ, vel βδελυττόμεναι, abominandae, in aggeribus terrenis et apricis inueniuntur cimicum modo putidae. Dal.

k. Alterum) Μυλικοὶ, siue μύλοικοι, quod in pistrinis gignuntur. H.

l. Has capite detracto attritas, lepias sanasse, Musa et Picton in exemplis reliquerunt) In archetypo nostro, *His capite detracto attritas lepras sanasse Muscum pycten in exemplis reliquerunt.* Forte legendum, *attritis lepra.* Etsi magis fere placet impressa. lectio. Pint.

m. Musa et Picton in exemplis reliquerunt) Acad. *muscam pictam.* Voss. duo et Gud. *muscam picten.* Pintiani codex, *muscum picten.* Optimus, *Musa cum picten in exemplis rel.* Forte: *Musae cum Pitanaeo in exemplis reliquerunt.* Nam in auctoribus, quos hoc libro se sequutum tradit in Primo, *Apollonius Pitanaeus*, et appellatur idem supra hoc ipso capite. *Musa cum Pitanaeo reliquerunt*: vt apud Liuium *ipse dux cum aliquot principibus capiuntur.* lib. XXI. 60. Gron.

Musa) De Antonio Musa diximus XIX. 38. Vide N. et Em. N. XXXV. (hic adi.)

Has) Hic mendum subesse remur, etsi constans ea sit editorum omnium librorum scriptura. Nam in R. 1. *Muscum Pycten*: in R. 2. *Muscum pyctem*, legimus: plane vt *Muscus* siue *Musca*, pyctae, hoc est, pugilis, fuisse nomen videatur, quem liber Exemplorum forte inscriptus, qualem Hygini fuisse in Auctorum Indice diximus, eo medicamento sanatum prodiderint. Sic *Euthymum pyctam* Plinius appellat, VII. 48. Suboluit mendum istud et antea Pintiano. Non placet interim Gronouii coniectura legentis, *Musa cum Pitanaeo*, Apollonio videlicet, de quo

runt. Tertium *n.* genus et odoris taedio inuisum, exacuta clune, cum pisselaeo sanare hulcera alias insanabilia: strumas, panos, diebus viginti vno impositas, percussa, contusa, cacoëthe, scabiem, furunculosque, detractis *o.* pedibus et pennis. Nos haec etiam [1] audita fastidimus. At hercule Diodorus *p.* et in morbo regio, et orthopnoicis se id dedisse tradit cum resina et melle. Tantum potestatis habet ea ars pro medicamento dandi quidquid velit. Humanissimi eorum cinerem crematarum seruandum ad hos vsus in cornea pyxide censuere, aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis, aut [2] rheumaticis. Infixa *q.* vtique corpori illitas extrahere constat. Mel vtilissimum auribus quoque est, in quo apes emortuae sunt. Parotidas *s.* comprimit [3] columbinum stercus vel per se, vel cum farina hordeacea aut auenacea. Noctuaeque *t.* cerebrum vel iecur cum oleo infusum [4] auriculae

1. *auditu. M.* 2. *asthmaticis. V.* 3. *palumbinum. Cb.* 4. *auricul. a parotide. V.*

quo nos in Auctorum Indice. Abhorret enim ea ratio appellandi auctores, sola patria indicata, ab ingenio et consuetudine Pliniana. H.

n. Tertium) Descriptum a nobis priore loco, ex Mathiolo. H.

o. Detractis pedibus et pennis) Sic Andromachus lib. III. κατὰ τόπȣς Galeni, et Archigenes liber V. laudant σίλφας ἄνευ πτερῶν. Dal.

p. Diodorus) Ita libri omnes. Forte rectius, Diodotus. H.

q. Infixa) Marc. Emp. 34. p. 233. et Pl. Val. III. 49. H.

r. Mel) Vt oculis dictum est prodesse, sup. sect. *Mel vtilissimum oculis, in quo sunt apes immortuae.* H.

s. Parotidas) Totidem verbis Plin. Val. I. 13. et Marc. Emp. c. 15. p. 107. et 110. Libro IV. Reg. c. 6. vers. 25. vbi *venumdata* dicitur *quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis*, intellige columbinum intestinum cum suo stercore. Hard.

t. Noctuaeque) Iidem auctores proxime appellati. Et Scrib. Largus comp. med. c. 6. ad parotidas, nro. 43. ad

culae aut parotidi: multipeda v. cum resinae tertia parte illita: grylli siue illiti, siue adalligati. At reliqua morborum genera medicinasque ex iisdem animalibus, aut eiusdem generis, sequenti dicemus volumine.

ad parotidas conuenit noctuae cerebellum butyro mixtum, etc. Hard.

v. *Multipeda*) Plin. Valer. loc. cit. Marc. Emp. c. 15. p. 109. *Multipedes cutiones, qui in stercore nascuntur, quique contacti in globulos complicantur, adiecta tertia parte resinae, validissime triti, et malagmatis vice impositi, incipientes parotidas aperiunt, et expurgant: maturatas vero persanant.* Hard.

* * *

SVPPLEMENTVM INDICIS L. XXIX. ET XXX.

EX CODD. R. I. 2. ET COLB.

E

* * *

ADIECTA HAEC SIMILITER AD CALCEM INDICIS LIB. XXX. QVAE NVNC PRIMVM

EX IISDEM CODICIBVS MSS. EXHIBEMVS

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXX.

I. (I)

Magicas vanitates ſaepius quidem [1] antecedente operis parte, vbicumque cauſae locuſque poſcebant, coarguimus, detegemuſque [2] etiamnum: *a.* in paucis tamen digna res eſt, de qua plura dicantur, vel eo ipſo quod fraudulentiſſima artium plurimum in toto terrarum orbe, plurimiſque ſeculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuiſſe nemo miretur, [3] quandoquidem ſola artium tres *b.* alias imperioſiſſimas humanae [4] mentis complexa in vnam ſe [5] redigit. Natam primum e [6] Medicina nemo [7] dubitat, ac ſpecie [8] ſalutari irrepſiſſe velut altiorem [9] ſanctioremque *c.* Medicinam:

1. *Sic ex MSS. H. et Ch. antecedentis operis parte. Gr. et Al.*
2. *etiamnum in paucis tamen. M.* 3. *quandoque. Ch.*
4. *menti. V.* 5. *ſic ex Mss. H. et Ch. redegit. Gr. et Al.*
6. *e, in Ch. d.* 7. *dubitant: ſpecie Ch.* 8. *ſalutis. V.*
9. *ſic et Ch. ſanctioremque quam medicinam. Gr. et Al.*

a. In paucis tamen digna res eſt, de qua plura dicantur) Tria prima verba ſuperioribus aſſuenda ſunt: Reliqua ſic lege: *Digna res de qua mira dicantur.* Pint.

b. Tres) Medicinam, Religionem, Aſtrologiam. Hard.

c. Sanctioremque) Sic Mss. R. Colb. Th. Ch. recte. Perperam in editis hactenus libris,

cinam: ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, [1] ad quas maxime etiamnum [2] caligat humanum genus. Atque vt hoc quoque [3] suggesserit, miscuisse artes Mathematicas, nullo non auido futura de sese sciendi, atque ea e caelo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum [4] fastigii adoleuit, vt hodieque etiam in magna parte gentium praeualeat, et in Oriente regum *d.* [5] regibus imperet.

II. Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre *e.*, vt inter auctores conuenit. Sed *f.* vnus hic fuerit, an postea et alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiae sectas clarissimam, vtilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex *g.* millibus annorum ante Platonis mortem

1. *ad quam. V.* 2. *adligat. V. adlegat. M.* 3. *suggessit. V. successit. Alii V.* 4. *fastigium. V.* 5. *legibus. M.*

libris, *sanctioremque medicinam.* Hard.

d. Regum) Parthorum regibus solemne id fuisse, vt se Regum Reges, Βασιλεῖς Βασιλέων inscriberent, non auctores modo, sed et Arsacidarum numi testantur. Magos ibi rerum potitos, post Cyrum et Cambysen, tradit Iustin. I. H.

e. Zoroastre) Eum primum Bactrianis imperasse credunt, temporibus Nemroth. Quidam *Zoroastrem* Abrahamum fuisse contendunt. Dalec

f. Sed) Arnobius quatuor eius nominis viros agnoscit: Suidas quintum adiicit. Magiae inuentorem Chamum aliqui volunt fuisse, Noemi filium, qui quum ad Persas transisset, Zoroastrem se dici voluerit. Fuisse huic filium Chus, patris artium haeredem ac nominis, Zoroastrem quoque cognominatum. A quo deinde quicumque Magiae studio se dedidere, Zoroastris quoque nomen sibi adsciuerint. Eusebium vide de praep. X. p. 484. H.

g. Sex millibus annorum, etc.) In annorum supputatione Plinius fallitur Plutarcho lib. de Iside et Osir. is bello Troiano antiquior fuit annis sexcentum. Dal.

tem fuisse prodidit. Sic *h.* et Aristoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positis explanauit, praeceptorem, a quo institutum diceret, tradidit [1] Azonacem *i.*, ipsum *k.* vero *l.* v. millibus annorum ante Troianum bellum fuisse. Mirum hoc in primis, durasse memoriam artemque tam longo aeuo, commentariis non intercidentibus, praeterea nec claris nec continuis [2] successiionibus custoditam. Quotus enim quisque auditu saltem cognitos [3] habet, qui soli cognominantur, Apuscorum, et Zaratum *m.* Medos, Babyloniosque *n.* Mar-

1. *Agonacen. V. Agoneten. Ch.* 2. *successorib.* 3. *habent, qui soli nominantur, Apusorum et Zaratum Medos, Babyloniosque Marmarum, et Araban Tiphocum, aut Assyrium Tarmoendan. Ch. Babyloniumque Marmaridum, et Arabem Hippocum, aut Assyrium vero Zarmocenidam Gr. et Al.*

h. Sic) Ἐν τῷ Μαγικῷ, cuius libri auctorem Aristotelem Laertius facit in prooemio, p. 1. sq. Eo in libro de Zoroastre agi, testis quoque est Suidas. Sed is in Ἀντισθένης, ab aliis Aristoteli quidem, Antistheni vero ab aliis, Rhodoni denique a nonnullis librum eum asseri prodit. Sed vtut est, et eius libri auctoris, et Eudoxi error ex ratione Chronologica aperte arguitur. Obiisse enim Platonem scimus a diluuio vix annis bis mille. H.

i. Azonacem) MSS. *Agonacem.* H.

k. Ipsum) Zoroastrem H.

l. Quinque) Hunc Hermippi errorem sequutus est Hermodorus Platon. L. de disciplinis, teste Laertio, in prooemio. Sequuti et alii, apud Plutarch. L. de Iside, pag. 369. Verum a diluuio ipso ad captam vsque Troiam ne mille quidem ac sexagenos annos intercessisse docent periti omnes Chronographicae scientiae artifices. Suidas quingentis dumtaxat annis bello Troiano priorem Zoroastrem facit. H

m. Zaratum) Forte Παζάτην *Pazatam*, cuius cum Osthane et Zoroastre, meminit

[1] Marmarum, et Arabantiphocum, aut Assyrium Tarmoendam, [2] quorum nulla exstant monumenta? Maxime tamen mirum est, in bello Troiano tantum de arte ea silentium fuisse Homero, tantumque o. operis ex eadem in Vlyssis erroribus, adeo vt totum opus non aliunde constet. Siquidem p. Protea

1. *Marmaridrum.* M. 2. *Haec vltima clausula non legitur in Cb.*

minit Diog. Laert. in prooem p. 1. H.

n. Babyloniosque) Vide N. et Em. N. I. (hic adi.) *Bab.* In his portentis nominum recitandis, sequuti sumus vetustiorum exemplarium fidem, R. Colb. Th. et Ch. In libris vulgatis paulo aliter: (*Babyloniumque Marmaridum, et Arabem Hippocum, Assyrium vero Zarmocenidam.* Pro *Arabantiphocum*, forte Astrapsychum legi satius fuerit quem cum Zoroastre, Osthane et aliis Laertius nominat in prooemio, pag. 1. Hard.

o. Tantumque) Totque opera ex arte magica recitari in Vlyssis erroribus. H.

p. Protea) Oceani et Thetydis filium, vaticinandi peritissimum, phocarum et piscium marinorum pastorem. Fuisse regem Aegypti narrat Herodotus, Menelaoque vxorem, Paridi ad se vi tempestatum appulso et diuersato ereptam, cum vniuersis opibus restituisse. Homerus Odys. refert eum subinde alias atque alias formas assumpsisse prout libuisset. Huius mutabilitatis causam Diodorus refert ad Aegyptiorum principum consuetudinem, qui ornatus et maiestatis gratia, tauri, leonis, draconis capite, arboribus, igne, et aliis hoc genus insignibus ornarentur. Dalec.

Siquidem) *Vultus mutantem Protea*, vt Horatius cecinit. De eo multa Virgil. Georg. IV. De Sirenibus et Circe pleni pariter poetarum libri. Cur Proteus multiformis fingatur, disce ex Diod. Sic. Bibl. l. pag. 56. At apud Homerum reipsa Circe, natura ipsa est, fecunda parens ciborum, ad opipare epulandum. His qui se ingurgitant, porcorum similes fiunt. Circes palatium, hic ipse mundus vniuersus est; hoc est, istud quod incolimus, Terrae hemisphaerium. Circem Homerus δολόεσσαν dolosam vocat Odyss. ί. v. 33. quoniam, dulcedine ciborum ad intemperantiam sensim

Protea et Sirenum *q.* cantus apud eum non aliter intelligi volunt: Circe vtique et *r.* [1] inferûm euo-
Ff 5 catione

1. Sic ex Mss. H. et Ch. inferorum Gr. et Al.

ſenſim inducit. Ancillas ſiue miniſtras quatuor habere dicitur Odyſs. κ'. v. 348. Quatuor eae ſunt anni tempeſtates. Menſam eae inſtruunt pane, carnibus, et vino; Odyſs. μ'. v. 29. ſq. His poſtquam vſus eſt temperate Vlyſſes, miſit ei Circe benignum ventorum afflatum ad diſceſſum; quod idem fuit ac ſi vates diceret, non prius ſoluiſſe nauem, aut opipare viuere deſiiſſe Vlyſſem, quam vento ſecundo vti poſſet. Circes nomen Homero placuit, vt illud ſagae tribueret, quoniam noſſet Marſos Italiae populos, a Marſo Circes filio ortos, vt dictum eſt VII. 2. incantandi arte pollere. De Sirenibus Homericis diximus ad L. III. 9. Proteus dein Homericus, Homo eſt vniuerſim ſpectatus, qualis ante nos fuit, qualis eſt modo, qualis eſt poſt noſtram aetatem futurus: vnde et a Virgilio dicitur, noſſe *omnia vates Quae ſint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.* Senex ille quidem, nam ab aeuo condito durat: idem marinus, quippe variis iactatus curis, veluti in mari nautae: idem immortalis, ἀθάνατος, Odyſs. δ'. pag. 385. neque enim moritur genus humanum, ſed ſemper durat: maris profunda nouit, Neptuni miniſter, quoniam maria pernauigat: eidem inde filia Εἰδοθέα, quae rerum experientia eſt. Circa ipſum phocae variae ſortis et conditionis homines; grauem ſpirantes nidorem maris, quippe foeda multa et ſpurca patrantes. Dormit ipſe, quum Sol medium caelum adſcendit; quum fortuna vtitur proſpera, tunc quieſcit. Fit leo primum, deinde draco, et panthera, et ſus; et aqua liquida, et arbor excelſa: quoniam alius alias imitatur feras, dum indomitis cupiditatibus obſequitur: et aliorum quidem fortuna dilabitur, aliorum creſcit, inſtar excelſae arboris. Nihil apud Homerum magiae tribuendum, totum in Odyſſea allegoricum eſt, et ad mores pertinet. De ſitu Phari, quae Protei ſedes, ex eiuſdem Homeri ſententia diximus, ad L. II. 87. H.

q. Sirenum cantus) Parthenopes, Ligyae, Leucoſiae, filiarum Calliopes et Acheloi, de quibus Homerus 12. Odyſ. Dalec.

catione hoc *s.* solum agi. Nec postea quisquam dixit, quonam modo venisset *t.* Telmessum *v.* religiosissimam vrbem, quando transisset ad [1] Thessalas *x.* matres, quarum *y.* cognomen diu obtinuit in

1. *Sic et Ch. Thessaliae vrbes, quae, alii. Thessalas vrbes Gr. et Al.*

r. Et) Ita Ch. codex, pro *inferorum*, vt est in vetustis editionibus. Vlyssem quidem Circe inuitauit ad descensum ad inferos: quod fuit idem ac si vates diceret, natura curiosum fuisse Vlyssem fata sua praenoscendi, Odyss. κ'. 40. Propterea fingitur ille dicere, Odyss. λ'. 163. sibi necesse fuisse, χρείω, ad inferos se conferre, vbi Tiresiam Thebanum fatidicum consuleret. Fingi istud ab Homero oportuit, vt Vlysses ex Tiresia disceret, fuga sibi post interfectos in Ithaca tot viros nobiles, esse consulendum: λ'. 127. Eam vero fugam non oportuit post caedem narrari: quum finis et scopus poematis sit, oppressio multata: ac proinde ea animaduersione in sceleratos claudi poema debuerit. H.

s. Hoc) Magiae solum opus declarari. H.

t. Venisset) Scilicet ars Magica. H.

v. Telmessum) Ad fines Lyciae positam cap. 27. lib. V. celebrem sacerdotum collegio. Dal.

Telmessum) Vrbem in Cariae confinio, Lyciaeque positam, de qua V. 28. *qua in vrbe excellit Aruspicum disciplina*, inquit Cicero de Diuin. I. 91. H.

x. Thessalas) Sagas et veneficas. Vide N. et Em. N. II. (hic coll.) *Thessalas*) Sic Mss. omnes, R. Colb. Ch. non vt libri vulgo editi, *Thessalas vrbes.* Veneficas enim sagasque intelligit, quarum Thessalia plena olim: adeo vt Thessalia et Thessalis simpliciter ponatur pro maga. Lucian. VI. 451. *Abducit superos alienis Thessalis oris: Carmina Thessalidum dura in praecordia fluxit Non fatis adductus amor.* H.

y. Quarum cognomen diu obtinuit in nostro orbe alienae gentis) Voss. et Chiflet. *aliena gente.* Pintiani, *aliena genti.* Scribe, *in nostro orbe alienigena.* Sic Valerius Maximus VII, 3. *alienigenae religionis insignibus.* Florus II. 18. *indigenam ex frumento potionem.* Gellius II, 34. *neque vino alienigena, sed patrio vsurus.* Gron.

in nostro orbe alienae z. [1] gentis. Troianis itaque temporibus [2] Chironis a. medicinis contenta, et solo Marte fulminante, miror equidem [3] Achillis b. populis famam eius in tantum adhaesisse, vt Menander quoque literarum c. subtilitati sine aemulo genitus, Thessalam [4] cognominaret fabulam, complexam ambages feminarum d. detrahentium Lunam.

1. aliena gente. Troianis vtique temp. Ch. 2. cum Chir. med. cont. esset, et V. 3. illis. Hermol. 4. Sic ex Mss. H. et Ch. cognominarit Gr. et Al.

z. *Alienae gentis*) Magos enim Persae suos sapientes vocant. Dal.

a. *Chironis*) Achillis ille magister fuit, et ipse Thessalus, auctorque medicinae. Hard.

b. *Achillis*) Thessalis, quibus imperitauit. Vnde dux Thessalus a Seneca appellatur non semel, *Mactanda virgo est Thessali busto ducis. Emicuit ingens vmbra Thessalici ducis.* H.

c. *Literarum subtilitati sine aemulo genitus*) *Soccorum salibus*, vel aliquid simile substituendum videtur in locum illorum verborum, *literarum subtilitati.* Pint. Alii leg. *subtilitatibus*, alii *futilitati.*

Literarum subtilitati sine aemulo genitus) Dignissimum praeconium ipsarum Athenarum, quae d o c u e r u n t omnia, doctore: quod cum Pintianus *soccorum salibus* vel aliquo simili mutandum censet, suam et literarum subtilitatem eiurat. Si qui fuerunt autem, qui *futilitati* Plinium scripsisse vel per somnium cogitarunt, ipsi futiles insanum in modum aestimari voluere. Gron.

d. *Feminarum detrahentium Lunam*) Apparatus veneficarum Thessalarum describitur apud Apul. et vt ille ait, feralis officina, lib. III. Asini. *Omne genus aromata, ignorabiliter laminae literatae: infelicium nauium durantes claui: defletorum et sepultorum cadauerum exposita m u l t a ad modicum membra, hic nares et digiti, illic carnosi claui pendentium, siue suspendio necatorum: alibi trucidatorum seruatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca caluaria. His videlicet comparatis, ac decantatis fibris (pecudum) spirantibus, vario latice litabant nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, mulso etiam libantes, etc.* Dalec.

Lunam. Orphea putarem e propinquo *e.* primum [1] intulisse, ad [2] vicina vsque, superstitionem ac Medicinae profectum, si *f.* non expers sedes eius tota [3] Thrace Magices fuisset. Primus *g.* [4] quod exstet, vt equidem inuenio, commentatus *h.* de ea Ostha-

1. *protulisse, ad vicina (nempe Maricam) vsque superstitionem (lego, super institutionem) Medicinae prouectum. Ch.* 2. *Sic ex Mss. H. vicinos V. ad vicinas vsque superstitiones Gr. et Al.* 3. *Thracia. V.* 4. *Sic ex Mss. H. quod extat. V. primus exstat Gr. et Al.*

Feminarum) Thessalarum inprimis hoc opus fuit. Horat. Epod. 5. *Quae sidera excantata voce Thessala, Lunamque caelo deripit.* Vide quae diximus II. 9. H.

e. E propinquo) Proximis seculis. Dal.

E propinquo primum intulisse ad vicinas vsque superstitiones ac medicinae) Voss. *e propinquorum primum pertulisse ad vicina vsque superst. ac medicinae prouectum.* Vt et Chifletianus fere. Forsan, *e propinquo eam primum protulisse ad vicinam vsque superstitionem a medicina prouectum.* Gron.

E propinquo) E Thracia, vbi genitus Orpheus. H.

f. Si non expers sedes eius tota Thrace magices fuisset.) In vetusto codice, *Si non ex Perside se vis tota in Thracen magices tulisset*, *rectius.* Nam ex Perside ortam magicem ipse circa finem capitis asserit; *Tantis caerimoniis vt dedisse Persis videri possit.* Pintian.

g. Primus exstat. vt equidem inuenio commentatus de ea) Voss. *primum quod exstet vt equidem inuenio commentatus est de ea Osthanes Xerxen regem inuenio ex Persarum bello.* Forte: *Primum, quod exstet, vt equidem inuenio, commentatus est de ea Osthanes, Xerxen regem, ingenio rex Persarum, bello, quod is Graeciae intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosae sparsit, obiter infecto, quacumque commeauerat, mundo.* Osthanem vocat *ingenio regem Persarum* velut sapientissimum inter Persas. Iuuat hactenus Pintianus, quod affert e libro suo: *Primus quod exstet vt eq. inu. commentatus est.* Gron.

h. Commentatus de ea Osthanes) Cyprianus de Idolis: *Et magis inde est (a daemonibus) ad perniciosa vel ludicra potentatus, quorum tamen praecipuus Osthanes formam Dei veri negat conspici posse, etc.* Dal.

Osthanes, Xerxem regem Persarum bello, quod *i.* is Graeciae intulit, comitatus: [1] ac velut semina artis portentosae [2] sparsisse, obiter infecto, quacumque commeauerat, mundo. Diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnesium. Quod certum est, hic maxime Osthanes ad rabiem, non auiditatem modo scientiae eius, Graecorum populos egit. Quamquam [3] animaduerto summam literarum claritatem gloriamque ex ea scientia antiquitus et paene semper petitam. Certe *k.* Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc discendam nauigauere, exsiliis verius, quam peregrinationibus, susceptis. Hanc reuersi praedicauere: hanc in arcanis habuere. Democritus [4] Appollobechen *l.* Coptiten, et Dardanum

1. *ac, in V. d.* 2. *sparsit. V. is sparsit obiter infecto, quae. commemorant mundo. Ch.* 3. *animaduertam. M.* 4. *Sic et Ch. Apollonicen Captidenem Reinks. mauult Appollonidem Horapionem ex Theophilo Antioch. L. II. ad Autol. v. varr. lectt. L. I. c. 25. p. 104.*

Osthanes) Ὀςάνην μάγον memorat Tatianus, orat. contra Graecos pag. 172. Libri omnes Mss. aspirant, *Hosthanes.* Hunc Xerxis comitem fuisse Laertius pariter innuit, in prooem. pag. 1. H.

i. Quod) Olymp. LXXVIII. anno primo, traiecit in Graeciam, qui annus Graecorum nauali ad Salaminam victoria, et clade Persarum insignis fuit. H.

k. Certe) De hac Pythagorae profectione Laert. in Pythag. VIII. p. 214. Clem. Alex. Strom. I. pag. 302. et 304. aliique. De Empedocle idem Laertius in eius vita, VIII. pag. 230. A Democrito in Aegyptum ad Sacerdotes, in Persidem ad Chaldaeos, ad Gymnosophistas vsque in Indiam, peregrinationem esse susceptam Laertius ipse narrat in eius vita, IX. pag. 246. et Cl. Alex. l. c. pag. 303. Platonicae similiter peregrinationis mentio apud Laert. in eius vita III. 71. εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας, et apud ipsum Platonem in Phaedone, referente Cl. Alex. l. c. pag. 302. H.

num *m.* e Phoenice illustrauit, voluminibus *n.* Dardani [1] in sepulcrum eius petitis: suis *o.* vero ex disciplina eorum editis: quae recepta [2] ab aliis hominum, atque transiisse per memoriam, aeque ac nihil in vita, mirandum est. In tantum fides istis fasque omne deest, adeo, vt ii qui cetera in viro illo

1. a sepulchro. V. 2. ab aliis, atque transiisse per hominum memoriam. V.

l. Appollobechen) A Copto Aegyptiae Thebaidis oppido, vnde et Coptites praefectura dicta. Vide N. et Em. N. III. (hic pos.) *Apollobechen*) Haec sincera lectio est cod. R. Colb. Th. Chifl. Deprauata vulgatorum, *Apollonicem Captidenem.* Audacior coniectura eruditorum, atque a vestigiis veteris scripturae alienior, *Apollonidem Horapionem:* qui de religione ac regibus Aegyptiorum et de exstructione pyramidum multa litteris consignasse legitur apud Theophilum Antiochenum ad Autol. II. Ἀπαλλωνίδης ὁ καὶ Ὡράπιος ἐπικληθεὶς, ab Horo et Api Aegyptiorum numinibus appellatione deducta. H.

m. Dardanum e Phoenice illustrauit) Colum. lib. X. Dardaniae veniant artes, id est, magicae, ab hoc Dardano cuius commentariis perlectis doctissimus euasit Democritus. Apuleius, vel ipse Dardanus, vel quicumque alius post Zoroastrem. Euseb. II. προπαρασκ. εἶπε ὁ Δάρδανος ὁ μύθους θεῶν καταδιδάξας τὰ μυστήρια. Brod. c. 10. lib. IV. Dal.

Et) A quo Dardaniae appellatae artes, scilicet Magicae. Meminit huius Apuleius c. 7. de Leontopodio, et c. 16. de Gentiana. H.

n. Voluminibus Dardani in sepulchrum eius petitis) Scribend. reor, *Voluminibus Dardani in Cyprum petitis*, vt pronomen eius superfluat: alioquin non erit quo referre possimus, quod non multo infra sequitur, *tanto recentior est Cypria.* Pint.

o. Suis) Auctor est Cl. Alex. Strom. I, p. 303. Democritum, Babylonii scriptoris, cui Acicari nomen fuit, columnam interpretatum esse, ac suis operibus intexuisse. Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους λόγους πεποίηται. Λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν, τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. H.

illo probant, [1] haec eius esse opera inficientur. Sed frustra. Hunc enim maxime affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi et hoc, pariter vtrasque artes effloruisse; Medicinam dico, Magicenque *p.*, eadem aetate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Graeciae *q.* bellum, quod gestum est a ccc. *r.* vrbis nostrae anno. Est et alia [2] Magices factio, a Mose *f.*[3] etiamnum et Lotapea Iudaeis pendens,

1. *hanc eius esse operam. M.* 2. *Magicis. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. Iochabela, Ioseph. V. Iochabeda. Hieronymus a Mose et Ianne et Iotape Gr. et Al.*

p. Magicenque) Quam nos Magiam vocamus. Sic ipse Geometricen appellat, XXXV, 35. quam nos Geometriam dicimus. Et Theologicen pariter dixere veteres, quam nos Theologiam nuncupamus. Hieron. ep. 155. ad Paulum Vrbicam: *Pro Logica nostri Theologicen sibi vindicant:* sic enim habent libri Mss. non, vt editi sine vllo sensu, *theoricen.* In libris Hieronymi numquam Theologiam dici reperias, sed Graece θεολογίαν. H.

q. Graeciae) De quo L. sup. diximus, f. 2. H.

r. A ccc Vrbis) Ante Christum a. CCCLIV. H.

f. A Mose, et Iamne, et Iotape, etc.) Is Iamnes et in thaumaturgia antagonista Mosi fuit coram Pharaone, quod in Paulinis epistolis legimus, magus insignis, quo factum opinor, vt Plinius Mosem quoque similiter magum fuisse putauerit. Gelen.

A Mose) Hic sequuti sumus Mss. codices omnes et vetustissimas editiones, in quibus totidem litteris et apicibus scriptum est, vt edidimus. Primum hic *et Iamne* pro *etiamnum* editio Basileensis exhibet anni 1535. Quum autem *etiamnum a Iudaeis, Mose et Lotapea pendens factio* dicitur a Plinio, perseuerantem eam vsque ad sua tempora indicat, et veluti particulam sectae Iudaicae, ei addictam Numini, quod Moses et edocti a Mose Iudaei coluerunt. Itaque designat hic Plinius quosdam *de circumeuntibus Iudaeis exorcistis*, quorum mentio est in Actis, 19, 3. quorum princeps sua aetate in Cypro fuerit Iudaeus Lotapeas. Nam

dens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem. Tanto *t.* recentior est Cypria. Non leuem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu eius exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragrauit.

III. Exstant [1] certe et apud Italas gentes vestigia eius in *v.* duodecim tabulis nostris, aliisque argumentis, quae *x.* [2] priore volumine exposui, [3] DCLVII. *y.* demum anno vrbis, Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. Senatusconsultum factum est, ne homo *z.* immolaretur: [4] palamque *a.* fuit in tempus illud sacri prodigiosi celebratio.

IV.

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. exstant itaque Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. priori Gr. et Al.* 3. *DCL. Ch.* 4. *palamque fit in tempus illud vt sacra prodigiosa. Celebratio Gallias. Ch. palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata Gr. et Al.*

Nam in Cypro hanc factionem viguisse testatur. Et est certe *Lotapeas* nomen Hebraeum, לוט־הפא: quod hominem significat, Qui inuoluens se, operit se. Vim exorcismorum autem Plinius, homo atheus, magicae arti adscribit. H.

t. Tanto recentior est Cypria) Hanc quidam intelligunt Christianismum, expositum Cypriis a Diuo Barnaba. Quidam Paphiae Veneris sacerdotes. Dal.

v. In) Quarum verba retulit, XXVIII. 4. H.

x. Quae) Non proximo, sed anteriore, nempe octauo et vigesimo, §. 4. H.

y. DCLVII. demum) Vide N. et Em. N. IV. (hic adi.) *DCLVII.)* Ita R. 1. Colb. 3. editique libri omnes. Quae annorum ratio plane congruit cum nostra Chronographia, hoc est, cum ea quam ceteris operis sui locis Plinius constantissime sequitur, et quam docuit fere Petauius, summus non in eo modo, sed in omni genere scientiae artifex. Consentiunt Cassiodorus, Fasti Siculi, Iulius Obsequens. Hard.

z. Homo immolaretur) Vide quae adnotata sunt in cap. 5. lib. XXXVI. Dal.

Ne) Vide quae dicta sunt XXVIII. 3. Violauit igitur hoc

IV. Gallias *b.* vtique possedit, et quidem ad nostram memoriam. Namque *c.* Tiberii Caesaris prin-

hoc senatusconsultum Caesar dictator, cuius iussu viri duo in Campo Martio a Pontificibus et Salio, velut in sacrificio, ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας, inquit Dio, XLIII. pag. 226. iugulati, immolatique sunt, ἐσφάγησαν, ἐτύθησαν. H.

a. Palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata) Hoc a Gelenio est. Academicus, *palamque in tempus siluit sacra.* Gud. et duo Vossiani: *palamque in tempus sili vt sacra.* Sed Chiflet. et Voss. princeps: *palamque fit in tempus sili vt sacro prodigiosa celebratio.* Hinc in olim vulgatis etiam illud *siluit.* Sed legendum *palamque fit in tempus id licita sacri prodigiosi celebratio.* Neque fert aliud, quod sequitur: *Gallias vtique possedit.* nempe vel sacrum prodigiosum vel celebratio sacri prodigiosi. Gr.

b. Gallias) Aequior Gallis Solinus hoc timide pronunciat, nec obstringens fidem *Infamatur*, inquit, de Gallis agens c. 21. pag. 41. *ritu incolarum, qui, vt aiunt, veri enim periculum ad me non recipio, detestabili sacrorum ritu, iniuria religionis, humanis litant hostiis.* Dion. Halic. tradit eadem A. R. I. p. 30. Lactantius diu. Inst. I. 21. *Galli Esum atque Teutatem humano cruore placabant. Nec Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latialis Iupiter etiam nunc sanguine colitur humano*, etc. H.

c. Namque) De Druidis Tiberii iussu pulsis, obscure dumtaxat Tranquillus egit, et generatim, vel externarum caerimoniarum, vel Mathematicorum, hoc est, Astrologorum nomine designatis. *Externas caerimonias*, inquit in Tiberio, c. 36. *compescuit.. Expulit et Mathematicos*, etc. Dio quoque LVII. pag. 612. ait Tiberii iussu magos, astrologos, aliosque, qui quocunque reomine diuinationes exercerent, necatos esse. Tacitus Annal. II. *Facta de Mathematicis Magisque Italia pellendis Senatusconsulta.* Verum in Claudio Tranquillus multo expressus c. 25. *Druidarum religionem apud Gallos dirae immanitatis, et tantum ciuibus sub Augusto interdictam penitus aboleuit.* Nempe quod Tiberius non obtinuerat, Claudius perfecit. De Druidarum moribus Caesarem vide, de B. G. VI. Quum vero Plinius hoc loco Druidas vates medicosque, alibi Magos aliterue appellat, osten-

principatus ſuſtulit Druidas eorum, et [1] hoc genus vatum medicorumque. Sed quid ego [2] haec commemorem in arte Oceanum quoque transgreſſa, et *d.* ad naturae inane [3] perue&ta? Britannia *e.* hodieque eam attonite celebrat tantis cerimoniis, vt dediſſe Perſis videri poſſit. Adeo iſta toto mundo conſenſere, quamquam diſcordi et ſibi ignoto. [4] Nec ſatis aeſtimari poteſt, quantum Romanis debeatur, qui *f.* ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi vero etiam ſaluberrimum.

V. (II.) Vt narrauit Oſthanes, ſpecies eius plures ſunt. Namque *g.* [5] et aqua, et ſphaeris, et aere, et ſtellis, et lucernis, ac peluibus, ſecuribuſque,

1. *hos. V.* 2. *hanc comm. artem Ocean. quo transgreſſam. et ad nat. in. peruectam. M.* 3. *peruecta in Britanniam, quae hodie eam. V.* 4. *Sic ex Mss. H. et Ch. non ſatis Gr. et Al.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. et ex aqua et ex ſphaeris et ex aere. Gr. et Al.*

oſtendit eos non niſi Magos fuiſſe, qui ex Magice et Aſtrologia, aliiſque ſtudiis medicinam exercerent. H.

d. Et) Vbi naturae *fines*, *vltra quos* inane, *ſeu verius nihil* eſt. H.

e. Britannia hodieque eam attonite celebrat) Aptius in noſtro exemplari, *attonita celebrat.* Pintian.

f. Qui) Tertull. tamen in Apol. c. 9. *Ecce in illa religioſiſſima Aeneadarum vrbe piorum, eſt Iupiter quidam, quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine.* Sed de gladiatoribus, opinor, agit, non de ſacrificiis. H.

g. Namque) Ex aqua ὑδρομαντεία appellatur: ex ſphaeris, ſiue pila, σφαιρομαντεία: ἀερομαντεία ex aere, in quo daemon inuocatus, varias formas effingit, quae requiſita denuncient: ἀστερομαντεία ex ſtellis: λυχνομαντεία e lucernis: ex peluibus, lebetibuſque, λεκανομαντεία: ἀξινομαντεία, ex ſecuribus. Singularum rationes, quo quaeque modo fiant, expedire, non eſt ingenii, aut inſtituti noſtri. Vide Boiſſardum de Diuin. 5. p. 15. ſqq. H.

que, et multis aliis modis [1] diuina [2] promittit: praeterea vmbrarum, inferorumque colloquia: quae omnia aetate nostra princeps Nero vana falsaque comperit: quippe non citharae tragicique cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Primumque imperare Diis concupiuit, nec quidquam generosius [3] valuit. Nemo *h.* vmquam vlli artium validius fauit. Ad haec, non opes ei defuere, non vires, non [4] discentis ingenium, [5] non alia *i.*, patiente mundo. Immensum et indubitatum exemplum est falsae artis, [6] quam dereliquit Nero: vtinamque inferos potius et *k.* quoscumque de suspicionibus suis Deos consuluisset, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones *l.* eas: nulla profecto sacra, barbari licet, ferique ritus, non mitiora, quam cogitationes eius, fuissent. Saeuius *m.* sic nos repleuit vmbris.

 VI.

1. *diuinationes. V.* 2. *promit. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. et Ch. voluit Gr. et Al.* 4. *Sic ex Mss. H. et Ch. discendi Gr. et Alii.* 5. *aliaque non Gr.* 6. *quod.*

h. Nemo) Vide multa in eam rem apud Suet. in Nerone c. 34. H.

i. Aliaque non patiente mundo. Immensum et indubitatum exemplum est falsae artis, etc.) Verbum *immensum* cum minore litera scriptum praecedentibus annectendum videtur, reliqua sic, vt reor, commodius legentur: *Alioqui non capiente mundo immensum. Indubitatum exemplum est, etc.* Nam coniunctio, *et*, non est in Codice antiquo. Pint.

Aliaque) Non alia quae mundus aegre ferebat. In Mss. R. Colb. Ch. *quae non alia patiente mundo.* H.

k. Et) Vel genios malos, daemonasque. H.

l. Inquisitiones) Quae fieri in ciues solebant, vt daemonum ope resciret, qui rei coniurationis in ipsum forent. H.

m. Saeuius) Nece iis illata, quos sibi esse infestos suspicabatur. H.

VI. Sunt quaedam Magis perfugia, veluti lentiginem *n.* habentibus non *o.* obſequi numina, at cerni [1]. Obſtet forte *p.* hoc in illo? Nihil membris defuit. Nam dies eligere certos liberum erat: pecudes vero, quibus non niſi ater colos eſſet, facile. Nam *q.* [2] homines immolare etiam gratiſſimum. Magnus ad eum [3] Tiridates *r.* venerat, Armeni-

1. *Sic et Ch. Vt cerni non poſſint, Forte hoc Gr. et Al.* 2. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. facile hominem. Alii. nam hominem Gr. et Al.* 3. *Mithridates. Ch.*

n. Lentiginem habentibus non obſequi numina, vt cerni non poſſint, forte hoc in illo, etc.) Scribe, *Lentiginem habentibus non obſequi numina aut cerni. Num obſtitit forte hoc in illo?* Ex noſtro apographo. Pint.

o. Non obſequi numina, vt cerni non poſſint. Forte hoc in illo) Quanto expeditius Voſſianus: *veluti lentiginem habentibus non obſequi numina aut cerni. Obſtet forte hoc in illo.* Duo alii et Gud. confirmant hactenus, vt praeferant, *aut cerni.* Iuuat in parte Pintiani codex: ſed nimium eſt illud: *Num obſtitit hoc forte in illo?* Gr.

p. Forte hoc in illo) Suetonius in Nerone cap. 51. Dalec.

Obſtet) Ita Ch. recte. Figura eſt, quam rhetores πρόληψιν vocant. Obſtitiſſe arbitramini lentiginem faciei, quominus cerneret Deos Nero magicis incantationibus euocatos. At nihil membris defuit. *Statura fuit paene iuſta*, inquit Tranquillus in Nerone, c. 51. *vultu pulcro magis quam venuſto*, etc. H.

q. Nam hominem immolare gratiſſimum) Melius: *Iam hominem immolare gratiſſimum.* Pint.

Nam hominem immolare etiam gratiſſimum.) Voſſ. vt Chiflet. *homines.* Particula *nam* offendit non alio modo, ſed etiam Pintianum. Iniuria, eſt enim eius vſus, qualem notauimus ad Liuium lib. XXIX. 8. Neque aliter ipſe Plinius hoc libro cap. 11. *Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem muſtela, vel etiam inueteratas erinacei carnes, quis poſſit furenti, etiamſi ſit forte medicina?* Gron.

r. Tiridates) Victus a Corbulone, duce Neronis in Armenia, Romam venit: Armeniae tamen regnum ei datum a Nerone ipſo, ex tribu-

meniacum de se triumphum afferens, et *f.* ideo prouinciis grauis. Nauigare noluerat, quoniam exspuere in [1] maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum [2] adduxerat. Magicis etiam coenis eum initiauerat. Non *t.* tamen quum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis vmbras: sed in his veneficas artes pollere, non magicas. [3] Quaerat aliquis, quae sint mentiti veteres Magi, quum adolescentibus nobis visus Apion Grammaticae artis, prodiderit *v.* cynocephaliam herbam, quae in Aegypto [4] vocaretur osyrites, diuinam, et contra omnia [5] veneficia: sed si [6] tota erueretur, statim eum qui eruisset, mori: seque euocasse vmbras ad percontandum Homerum, [7] quanam *v v.* patria, quibusque

1. *mari. Ch.* 2. *abduxerat. Ch.* 3. *quaeret al. quae sunt.* M. 4. *vocetur osipitis sunt.* M. 5. *veneficia vtilem, V. veneficia. Ch. 1.* 6. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. sed si eâ eruer. Gr. et Al.* 7. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. qua patrii Gr. et Al.*

tribunali, refert Dio LXIII. pag. 718. H.

f. Et) Per quas iter cum comitatu suo agebat. H.

t. Non) Dio, LXIII. pag. 718. H.

v. Cynocephaliam) Egimus de ea XXV. 80. Osireostaphen, hoc est, Osiridis sepulchrum, appellat Apulei. c. 86. H.

v v. Qua patria quibusque, etc.) Apud Gellium c. 11. III. Varro: Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *Capella Homeri candida hoc tumulum indicat. Quod ara Ietae mortuo faciunt sacra.* Versus hos longa oratione Magius exponit cap. 1. III. Constat in Io insula extremum diem obiisse, vt tradit Halicarnass. ἀσθενίᾳ καὶ μαλακίᾳ, languore et imbecillitate virium: vt alii moerore, quod a piscatoribus aenigma hoc propositum soluere non potuisset, ὅσσα ἕλομεν λιπόμεσθα, ὅσ᾽ οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

busque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.

VII. Peculiare vanitatis sit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur, tot modis a rerum natura damnatas, coecitate perpetua, tenebris etiamnum aliis defossas, sepultisque similes. Nullis aeque credunt extis: nullum religionis capacius iudicant animal: vt *x.* si quis cor eius recens palpitansque [1] deuoret, [2] diuinationis et rerum efficiendarum euentus promittant. Dente talpae viuae exempto, sanari dentium dolores adalligato affirmant. [3] Cetera ex eo animali placita eorum, suis reddemus locis. Nec quidquam probabilius inuenietur, quam muris aranei morsibus [4] aduersari eas, quoniam et terra orbitis (vt *y.* diximus) depressa aduersatur.

VIII. [5] Cetero dentium doloribus (vt iidem narrant) medetur canum qui rabie perierunt, capitum cinis crematorum sine carnibus, instillatus ex oleo cyprino per aurem, cuius e parte doleant. Caninus dens sinister maximus, circumscarificato *z.* eo qui

1. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. deuorarit. Gr. et Al.* 2. *diuinationem rerum. V.* 3. *Sic ex* Mss. *H. Cetero. Gr. et Al.* 4. *aduersario. Ch.* 5. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. ceterum. Gr. et Al.*

μεθα Eius sepulchro Ietae versus hos insculpserunt: Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον. Cumanibus et Ionibus τυφλὲς ὁμήρες dici Plutarchus auctor est. Magius.

x. Vt) Auctor Kiranidum pag. 104. *Si quis autem cor eius* (talpae videlicet) *adhuc ea reptante, seu palpitante, transglutierit, praescientiam accipiet futurorum, et eorum quae in seculo fuerint.* H.

y. Vt) L. anteriore, s. 27. extrema. H.

z. Circumscarificato) Mss. omnes, *circumscarifato*: et mox *circumscarifant*, et *scarifantur*. H.

qui doleat: aut draconis os e ſpina: item *a.* enhydridis. Eſt autem ſerpens maſculus et albus. Huius maximo dente circumſcarificant. At in ſuperiorum dolore duos ſuperiores adalligant, e diuerſo inferiores. Huius adipe perunguntur, qui crocodilum captant. Dentes [1] ſcarificantur oſſibus lacertae e fronte Luna plena exemptis, ita ne terram attingant. Colluunt *b.* caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias partes. Cinis *c.* eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. Fit eodem modo et dentifricium. Cauis *d.* dentibus cinis e murino fimo inditur, vel iecur lacertarum aridum. Anguinum cor ſi mordeatur, aut alligetur, efficax habetur. Sunt inter eos, qui murem bis in menſe [2] iubeant mandi, doloreſque ita [3] cauere. Vermes *e.* terreni decocti in oleo; infuſique

1. *Sic ex* Mss. *H. et V. ſcarificant et oſſibus. Gr. et Al.* 2. *iubent. Ch.* 3. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. caueri Gr. et Al.*

a. Item) Plin. XXXII. 26. *Enhydris vocatur a Graecis coluber in aquis viuens.* H.

b. Colluunt) Sext. Plat. cap. 9. de Cane, t. 24. *Ad dentium dolorem: Dentem canis combure, et cinerem eius in vini hemina decoque, et ex eo gargarizet, et ſanabitur.* H.

c. Cinis) Sext. Plat. l. c. tit. 26. *Vt dentes ſine dolore creſcant: Dens canis combuſtus, et cum melle tritus, gingiuas reprimit.* Appendi ſolum praecipit Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellenſi c. 26. de cane, pag. 102. *Canis dens, qui caninus dicitur, appenſus collo pueri, cuius adhuc non eruperunt dentes, pelle aliqua inuolutus, facilem reddit eorum eruptionem abſque dolore vllo, aut nocumento.* H.

d. Cauis) Q. Serenus c. 15. pag. 314. *Exeſos autem dentes ſi forte quereris, Vre fimum muris, patulis et hiantibus adde: Prodeſt et puluis lumbrici corpore toſto.* Sic etiam Plin. Val. I. 36. et Marc. Emp. 12. p. 93. H.

e. Vermes) Galen. de fac. ſimpl. med. XI. 1. pag. 314. Marc. Emp. 12. pag. 94. iiſdem verbis. H.

que *f.* auriculae, [1] cuius a parte doleant, praestant leuamentum. Eorumdem *g.* cinis exesis dentibus coniectus, ex facili cadere eos cogit: integros dolentes illitus iuuat. Comburi autem oportet in *h.* [2] testa. Prosunt et cum mori radice in *i.* aceto [3] scillite decocti, ita vt colluantur dentes. Is *k.* quoque vermiculus, qui in herba, [4] Veneris labro appellata, inuenitur, cauis dentium inditus mire prodest. Nam *l.* [5] erucae brassicae, eius contactu cadunt.

1. *in oppositam aurem.* Ch. 2. *testo.* Ch. 3. *scillicio.* Ch. 4. *quae Veneris labrum appellatur, inuen.* V. *et* M. *Veneris labrum appellata, inuen.* V. *Alii.* 5. *vrucae.* M. *et* Ch.

f. Infusique auriculae cuius e parte doleant) Omnes quinque: *eius a parte.* Vt Plauto: *et morbo valui, ab animo aeger fui.* Contra lib. XXII, 22. *Infunditur a contraria aure in dolore dentium.* Gron.

g. Eorumdem) Q. Serenus loco proxime allato. Marc. Emp. l. c. Plin. Val. I. 36. H.

h. In) Marc. Emp. *in testa ardenti.* H.

i. In aceto scillite decocti) *Scyllitico*, in nostro exemplari, non *Scillite*, recte. Nam vino quod Graece masculini est sexus, conuenit haec terminatio in *es.* Acetum vero cum sit et Latine et Graece neutrius, non scilliten dixerim, sed *Scylliticum.* Pint.

k. Is) Dictum id iam superius, XXV. 108. H.

l. Nam) Vide N. et Em. N. V. (hic coll.) *Nam*) In Mss. vetusto more, *vrucae*, pro *erucae*, vt alibi diximus. Ex hoc Plinii loco perperam, vt apparet, intellecto, scripsit Marcellus Empir. c. 12. pag. 95. non erucas cadere contactu eius vermiculi, qui in Veneris labro inuenitur, quae Plinii mens videtur esse: sed dentes ipsos, qui vitiati sunt, vrucae contactu decidere: quae sententia, vt dicam quod sentio, huic loco accommodatior videri potest. Prorsus vt in mendo cubare Plinii contextum haud immerito credas, legique oportere, *Nam erucae brassicae etiam contactu cadunt*, exigua admodum mutatione voculae *eius*, in aliam satis affinem, *etiam.* Verba Marcelli haec sunt: *Bestiolas*

dunt. Et e malua cimices infunduntur auribus cum rosaceo. Arenulae *m.*, quae inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditae statim liberant dolore. Cochlearum *n.* inanium cinis cum myrrha gingiuis prodest: serpentis cum sale in olla exustae cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus. Anguinae *o.* vernationis membrana cum oleo, tedaeque resina calefacta, et auri alterutri infusa: adiiciunt aliqui thus et rosaceum: eadem cauis indita, vt sine molestia cadant, praestant. Vanum arbitror esse, circa [1] Canis ortum [2] angues candidos membranam eam [3] exuere, quoniam nec in Italia visum est, multoque minus credibile in tepidis [4] regionibus tam sero exui. Hanc autem vel inueteratam cum cera celerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium adalligatus dolores [5] mitigat. Sunt qui et araneum animal ipsum sinistra manu captum, tritumque in rosaceo, et in aurem infusum, [6] cuius a parte doleat, prodesse arbitrentur. Ossiculis gallinarum in pariete seruatis, [7] fistula *p.* salua, [8] adacto dente vel gingiua scarifica-

1. *Sic ex* Mss. *H. et Cb. ea esse canis ortu Gr. et Al.*
2. *Sic ex* Mss. *H. angueis candida membrana exui.* M. *membranam exuere Gr. et Al.* 3. *eam exuere. Cb.* 4. *regionum. Cb.* 5. *Sic ex* M. *H. et Cb. minuit Gr. et Al.* 6. *a cuius parte. V.* 7. *fibula sola. V.* 8. *tacto.* M.

la, quae brassicae innascitur, dens vitiosus saepe confricatus, intra dies paucos eiicitur, In Mss. tamen omnibus, *eius* constantissime legitur. Hard.

m. Arenulae) Totidem verbis Plin. Val. I. 36. et Marc. Emp. 12. p. 94. H.

n. Cochlearum) Pro myrrha mel adhibet Marc. Emp. 11. pag. 89. *Cochlearum*, inquit, *inanium exustarum cinis cum melle, gingiuis impositus, mire prodest, si sit haec assidua curatio.* H.

o. Anguinae) Senecta seu *pellis* quam angues vere exuunt. H.

p. Fistula) *Osse, qua medullam fistulae in morem includit,* integro. H.

rificata, proiectoque officulo, ftatim dolorem abire tradunt. Item *q.* fimo corui lana adalligato, vel pafferum cum oleo calefacto, et proximae auriculae infufo, [1] pruritum quidem intolerabilem facit, et ideo tolerabilius eft pafferis pullorum farmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

IX. (IV.) Oris *r.* faporem commendari affirmant, murino cinere cum melle fi fricentur dentes. Admifcent *f.* quidam marathri radices. Penna vulturis fi fcalpantur dentes, acidum halitum faciunt. Hoc idem hyftricis fpina feciffe, ad firmitatem pertinet. Linguae *t.* hulcera et labrorum, hirundines in mulfo decoctae fanant. Adeps *v.* anferis aut gallinae rimas: Oefypum cum galla: araneorum telae candidae, et quae in trabibus paruae texuntur. Si *x.* feruentia os intus [2] exufferint, lacte canino ftatim [3] fanabitur.

X. Ma-

1. *fed pruritum id quidem.* V. 2. *excufferint.* Ch. 3. *fanabuntur.* Ch.

q. Item) Marc. Emp. c. 12. pag. 95. ad verbum. Sextus Plat. part. 2. c. 6. de coruo tit. 3. *ad dentium dolorem: Cauo denti fimum fi impofueris, dentem rumpit, et tollit dolorem.* H.

r. Oris) Plin. Val. I. 29. fq. et Marc. Emp. 11. pag. 88. H.

f. Admifcent) Auctores proxime laudati. H.

t. Linguae) Sext. Plat. part. 12. de hirundine t. 2. *Ad linguae vulnera, et labiorum: Hirundines in melle vel mulfo, etc.* Plin. Val. I. 30. Hard.

v. Adeps) Plin. Val. I. c. et Marc. Emp. 11. pag. 88. Hard.

x. Feruentia) Acris et feruidi humoris defluxus. Feruentia oris vlcera ἄφθας vocant. Dal.

Si) Si calidiore *iure vel carne* os exuftum fuerit. Vide N. et Em. N. VI. (hic pof.) *Si*) Sic Mss. R. Colb. Th. non, vt quidam editi libri, *excufferint.* De feruentibus oris hulceribus Dalecampius haec accepit, quas ἄφθας Graeci vocant: aliena fane a mente fcriptoris, quam nos, vt remur, attigimus, interpretatione.

Con-

X. Maculas *y.* in facie, oesypum cum melle Corsico, quod asperrimum *z.* habetur, extenuat. Item *a.* scobem cutis in facie cum rosaceo impositum vellere, quidam et butyrum addunt. Si vero [1] vitiligines sint, fel caninum, prius acu compunctas. Liuentia *b.* et sugillata pulmones arietum pecudumque in tenues consecti membranas, calidi impositi, vel columbinum fimum Cutem in facie adeps anseris, vel gallinae custodit. Lichenas *c.* et murino fimo ex aceto illinunt, et *d.* cinere herinacei ex oleo. In *e.* hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri praecipiunt. Tollit *f.* ex facie vitia et cochlearum, quae latae et minutae *g.* passim inueniuntur, cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit

1. *Vel lentigines sint.* M.

Confirmat etiam nostram egregie Q. Serenus, c. 15. pag. 154. *Ora ambusta cibo sanabis lacte canino.* Et Plin. Val. I. 30. *Si feruentia os intus exusserint, continuo sanantur gargarizatione lactis canini.* In iure id vinoque sorbendo fere contingit, quum calidius iusto est. Vt puero illi Plautino in Mil. act. 3. sc. 2. v. 20. P A. *Neque tu bibisti?* L U. *Dii me perdant, si bibi, Si bibere potui.* P A. *Qui iam?* L A. *Quin enim obsorbui: Nam nimis calebat, amburebat gutturem.* H.

y. Maculas) Totidem verbis Marc. Emp. 19. pag. 130. H.

z. Asperrimum habetur) Amarore ingratum, quoniam e buxi flore apes colligunt. Dal.

a. Item) Marc. Emp. l. c. Hard.

b. Liuentia) Sext. Plat. c. 6. de ariete, t. 4. *Ad liuores et sugillationes: Pulmo arietis concisus minutatim, et impositus, statim sanat, et nigras cicatrices ad candorem perducit: et a calçiamentis laesos pedes sanat.* H.

c. Lichenas) Marc. Emp. c. 19. p. 130. Plin. Valer. II. 56. H.

d. Et) Plin. Valer. loc. cit. H.

e. In) Marc. Emp. c. 129. et Plin. Val. l. c. H.

f. Tollit) Marc. Emp. 19. pag. 130. H.

cit smectica *g.* vi: et ideo causticis [1] commiscetur, psorisque, et lentigini illinitur. Inuenio *i.* et formicas Herculaneas *k.* [2] appellatas, quibus tritis adiecto sale exiguo, talia vitia sanentur. Buprestis *l.* animal est rarum in Italia, simillimum scarabaeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maxime, vnde et nomen inuenit, deuoratumque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Haec cum hircino seuo illita lichenas ex facie tollit septica vi, vt *m.* supra dictum est. Vulturinus sanguis cum chamaeleonis albae (quam *n.* herbam esse diximus) radice, [3] et cedria tritus, contectusque brassica, lepras sanat: item pedes locustarum cum seuo hircino triti. Varos *o.* adeps gallinaceus cum caepa

1. *sic ex Mss. H. et Ch. psorisque et lepris et lent. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. appellari. Ch. appellati. Gr. et Al.* 3. *et geria. Ch.*

g. *Minutae*) Vide cap. 6. et 14. huius libri. Dal.

h. Smectica) Abstergendi, purgandique vi, a σμήχω, *detergo*. H.

i. Inuenio) Totidem verbis Marc. Emp. 19. p. 129. Hisce formicis Herculanearum nomen inditum ex re fuisse suspicamur, quod sint ceteris grandiores et atriores. H.

k. Herculaneas appellatas) Aliis maiores, grandiores, atriores. Dal.

l. Buprestis) Buprestis et silnestris oleris genus est, de quo supra cap. et lib. XXII. Dal.

Buprestis) Frequens in Africa, auctore Luciano in Dipsadibus. Egimus de eo XXII. 36. H.

m. Vt) L. XXIX 30. vbi de cantharidibus, pityocampis, et bupresti: *Efficacissimae omnes ad lepras, lichenasque.* Et paulo antea: *vis earum adurere corpus, crustas obducere.* H.

n. Quam) L. XXII. 21. H.

o) *Varos*) Vide N. et Em. N. VII. (hic adn.) *Varos*) Transtulit incaute Marc. Emp. hoc medicamentum a varis ad varices c. 34. p. 235. *Varices curat*, inquit, *adeps gallinaceus cum caepa trita impositus, vel perductus assidue.* Non ita Plin. Val. III. 41. vbi Plinium nostrum summa fide transscripsit. H.

caepa tritus et subactus. Vtilissimum et in facie mel, in quo apes sint immortuae, praecipue *p.* tamen faciem purgat atque erugat cygni adeps. Stigmata *q.* delentur columbino fimo ex aceto.

XI. Grauedinem *r.* inuenio finiri, si quis *s.* [1] nares mulinas osculetur. Vua *t.* et faucium dolor mitigatur fimo agnorum, priusquam herbam gustauerint, in vmbra arefacto. Vua *v.* succo cochleae acu transfossae illita, vt cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum *x.* cinere cum [2] melle: sic et tonsillis succurritur. Tonsillas et fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. Multipeda trita, fimum *y.* columbinum cum passo gargariza-

1. *sic ex Mss. H. murinas. Gr. et Al.* 2. *melle siccato et tons. Cb.*

p. Praecipue) Q. Serenus c. 12. p. 131. *Cygnaeos adipes hilari misceto Lyaeo, Omne malum propere maculoso ex ore fugabis.* H.

q. Stigmata) Marc. Emp. 19. p. 130. H.

r. Grauedinem) Graecis κορύζα, humoris a capite fluxio, siue pituita, quae nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet. *Fluxion, rheume.* Cels. IV. 2. Vide N. et Em. N. VIII. (hic pos.) *Grauedinem)* Ita rescripsimus, tum ex fide codd. R. 2. et Ch. tum ex scriptorum auctoritate, quos antea retulimus, in Not. et Em. ad L. XXVIII. 15. Prius *murinas* perperam legebatur. H.

s. Si quis nares murinas) Emenda, *Mulinas.* Vide Reines. Var. lect. lib. III. c. 15. pag. 585. et 586. Pint.

t. Vua) Iisdem verbis Marc. Emp. c. 14. pag. 120. Hard.

v. Vua succo) Marc. Emp. l. c. *Succo cochleae acu transfossae illita vua sanatur: ita vt ipsa cochlea in fumo postea suspendatur.* H.

x. Hirundinum) Marc. Emp. c. 14. p. 99. *Hirundinum exustarum cinis, vsque ad periculum laboranti vuae, cum melle mixtus, potenter illinitur.* Sext. Plat. part. 2. cap. 12. de hirundine t. 1. *ad faucium dolorem.* Hard.

y. Fimum) Marc. Emp. 14. p. 102. *Fimum columbinum, ficus aridas, et nitrum tun-*

rizatum etiam [1] cum fico arida ac nitro impositum extra, asperitatem faucium et distillationes leniunt. Cochleae z. coqui debent illotae, demptoque tantum terreno conteri, et in passo dari [2] potui. Sunt qui Astypalaeicas [3] efficacissimas putent, [4] et *b.* smegma earum. Lenit et gryllus infricatus: aut *c.* si quis manibus, quibus eum contriuerit, tonsillas attingat.

XII.

1. *cum fico arido ac nitro impositum extra. Asperitatem .... leniunt cochleae: coqui debent in lacte.* Gr. et Al. 2. *pote.* Cb. 3. *sic ex Mss.* H. et Cb. *efficacissime.* Gr. et Al. 4. *sic ex Mss.* H. *et ex aliis smegma.* V. *et in iis simillimas.* M. *et missima.* Cb. *et ex iis smegma.*

tundes, eaque mixta extrinsecus appones: hoc medicamentum asperitatem faucium, destillationemque castigat. H.

z. *Cochleae: coqui debent in lacte)* Corrigo *cochleae: coqui debent inlotae*, ex apographo nostro: sic infra c. 6. *Est qui cochleis illotis protropum infundat.* Pint.

Cochleae) Vide N. et Em. N. IX. (hic adi.) *Cochleae)* In R. *inlatae.* In R. 2. *illotae.* Haec enim sincera huius loci scriptura est: adulterina altera, quam libri omnes editi prae se ferunt, *coqui debent in lacte.* Plin. Val. l. 45. de tonsillarum vitio: *Cochleae*, inquit, *coqui debent inlotae, deinde conteri, et in passo dari potui.* Marc. Emp. 14. p. 102. *Cochleae, terra tantum excussa, inlotae coquuntur: dehinc tritae cum passo Cretico aduersum faucium molestias hauriuntur.* H.

a. *Terreno conteri)* Quod in illarum extrema parte coenosum conspicitur ac veluti lutosum. Dal.

Terreno) Excussa terra, *quae cochleis adhaeserit.* H.

b. *Et in iis smegma earum)* Tria prima verba desiderantur in vetusto codice. Pint.

c. *Aut)* Q. Serenus, c. 17. pag. 135. *Quos autem vocitant tolles, attingere dextra Debebis, qua Gryllus erit prensante peremptus:* Festus: *Tolles, tumor in faucibus, quae per diminutionem tonsillae dicuntur.* Marc. Emp. 15. p. 106. *Si quis gryllum manu contriuerit, et ad tonsillas, vel suas, vel alterius, tenens ter applicuerit, tactu illo tumorem sanabit.* H.

XII. Anginis *d.* felle anserino cum elaterio e melle citissime succurritur: cerebro noctuae, cinere *e.* hirundinis, ex aqua calida poto. Huius medicinae auctor est Ouidius poeta. Sed *f.* efficaciores ad omnia quae ex hirundinibus monstrantur, pulli siluestrium. Figura *g.* nidorum eas deprehendit. Multo *h.* tamen efficacissimi ripariarum pulli. Ita vocant in riparum cauis nidificantes. Sunt *i.* qui cuiuscumque hirundinis pullum edendum censent, [1] ne toto anno metuatur id malum. Strangulatos *k.* cum sanguine comburunt in vase et cinerem cum pane aut potu dant. Quidam et mustelae [2] cineres pari modo admiscent. Sic et ad strumae remedia dant: et comitialibus quotidie potu. In sale quoque seruatae hirundines

1. *vt toto anno non metuatur.* M. *vt toto anno metuatur.* Ch. *sic dictum vt Horatio, penna metuente solui.* V.
2. *cineris.* Gron.

d. Anginis) Totidem verbis Plin. Val. I. 52. H.

e. Cinere) Diosc. II. 80. et Marc. Emp. 15. p. 105. Hard.

f. Sed) Plin. Val. l. c. H.

g. Figura nidorum eas deprehendit) Nam aliae, quas apodas vocant, in parietum fissuris oua ponunt, nec nidos extruunt. Dal.

Figura) Describitur ea a Plinio X. 49. his verbis: *Alterum genus hirundinum est rusticarum et agrestium,* etc. Hard.

h. Multo) Iisdem fere verbis Marc. Emp. cap. 15. p. 107. et Plin. Val. I. 52. Hard.

i.) Sunt) Cornel. Celsi similis haec oratio: IV. 4. *Vulgo audio, siquis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari: seruatumque eum ex sale, quum is morbum vrget, comburi, carbonemque eius contritum in aquam mulsam, quae potui datur, infricari et prodesse. Id quum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quidquam periculi possit, quamuis in monumentis medicorum non legerim; tamen inserendum huic operi meo credidi.* Sic etiam Plin. Val. l. c. H.

k. Strangulatos) Plin. Val. l. c. H.

nes ad anginam vna drachma bibuntur: cui malo et nidus earum mederi dicitur potus. [1] Millepedam *l.* illini anginis, efficaciſſimum putant. Alii *m.* XXI. tritas in aquae mulſae hemina dari per arundinem, quoniam dentibus tactis nihil proſint. Tradunt *n.* et murem cum verbenaca excoctum, ſi bibatur is liquor, remedio eſſe. Et *o.* corrigiam caninam ter collo circumdatam: fimum columbinum vino et oleo permixtum. Ceruicis neruis et opiſthotono, ex milui nido ſurculus *p.* [2] viticis adalligatus auxiliari dicitur. (V.) Strumis *q.* exhulceratis muſtelae ſanguis: ipſa decocta in

1. *Multipedam V. Index etc. vlt. lib. XXIX.* 2. *ſic ex MSS. H. vitis. Gr. et Al.*

l. Millepedam) Oniſcon, ſiue porcellionem intellige, de quo XXIX. 39. Dioſc. II. 38. de eo genere: Διαχρισθέντος δὲ μετὰ μέλιτος συναγχικοὺς ὠφελοῦσι. *Illiti cum melle, angina correptis proſunt.* H.

m. Alii) Plin. Val I. 52. cui lemma inſciptum: *Anginae medendo: Millepedae,* inquit, *numero viginti et vna, tritae in aquae mulſae hemina, aut aceti, melle addito, decoquuntur, donec lenteſcat totum quod coquitur, et ſic imponitur.* Et in alio genere morbi Marc. Emp. eodem medicamento vſus c. 35. p. 240. *In locis humidis,* inquit, *et ſordidis, ſub lapidibus inueniuntur beſtiolae multipedes; quae contactae contrahuntur, et rotundantur: Ex his beſtiolis [XXI.] contritae cum optimo melle, et ex aqua potui per fiſtulam datae, paralyticis medentur: ideo autem per fiſtulam potandae ſunt, ne dentibus noceant, quos ſi contigerint, nigrificant.* H.

n. Tradunt) Marc. Emp. c. 15. p. 109. et Plin. Val. I. 45. H.

o. Et) Auctores proxime citati. Vſus eſt ad anginam curandam canino fimo Galenus, ipſo teſte, ſimpl. X. Hard.

p. Surculus vitis adalligatus) Voſſiani ambo: *vitricis* cap. 6. *pulmo vulturinus vitigineis lignis combuſtus.* Gr.

Surculus) Sic R. 1. 2. Th. et alii: non *vitis*, vt editi. Hard.

q. Strumis) Sext. Plat. c. 20. de muſtela, t. 2. Marc. Emp. 15. p. 109. et Plin. Val. III. 29. H.

in vino: non *r.* tamen sectis admouetur. Aiunt et [1] cibo sumptam idem efficere. Vel cineri eius sarmentis combustae miscetur axungia. Lacertus viridis adalligatur: post dies XXX. oportet alium adalligari. Quidam *s.* cor eius in argenteo vasculo [2] seruant, ad feminarum [3] strumas. Veteres *t.* cochleae cum testa sua tusae illinuntur, maxime quae fructis adhaerent. Item *v.* cinis aspidum cum seuo taurino imponitur. Anguinus *x.* adeps [4] mixtus oleo: Item anguium cinis ex oleo illitus, vel cum cera. Edisse *y.* quoque eos medios, abscissis vtrimque extremis artubus, aduersus strumas prodest: vel cinerem bibisse in nouo fictili ita crematorum: efficacius multo inter duas orbitas occisorum. Et gryllum illinire cum sua terra effossum suadent: item *z.* fimum columbarum per se, vel cum farina hordeacea, [5] aut auenacea ex aceto.

1. *sic ex MSS. H. et Ch. aiunt et in cibo Gr. et Alii.* 2. *seruant. Ad feminarum strumas veteres cochleae. Gr. et Al.* 3. *feminas. Ch.* 4. *mistus oleo, vel illitus vel cum cera. Ch.* 5. *sic ex MSS. H. et Ch auenaceaue. aut ornisso Gr. et Al.*

r. Non tamen sectis admouetur) Si vlcus manu factum fuerit tentante chirurgo illas exscindere. Dalec.

Non) A chirurgo sanare eas vel sic conante. H.

s. Quidam) Marc. Emp. c. 15. p. 107. *Contra strumas, et feminis, et maribus vtilissimum est, si cor lacertae viridis lupino argenteo clausum, in collo suspensum semper habeant.* H.

t. Veteres) Plin. Val. III. 29. *Strumis profligandis: Cochleae cum suis testis tusae ad hoc faciunt optime, quae salicibus adhaerent.* H.

v. Item) Plin. Val. l. c. Hard.

x. Anguinus) Plin. Valer. loc. citat. H.

y. Edisse) Plin. Val. l. c. Hard.

z. Item) Idem medicamentum et ad parotidas adhibitum est, libro sup. s. 39. sub finem. Sic quoque Plin. Val. III. 29. H.

aceto. Talpae *a.* cinerem ex melle illinire. Alii *b.* iecur eiusdem contritum inter manus illinunt, et triduo non abluunt. Dextrum quoque pedem eius remedio esse strumis affirmant. Alii *c.* praecidunt caput, et cum terra a talpis excitata tusum digerunt in [1] pastillos, pyxide *d.* stannea, et vtuntur ad omnia quae intumescunt, et quae apostemata vocant, quaeque in ceruice sint: vescique suilla tunc vetant. Tauri *e.* vocantur scarabaei terrestres, ricino similes *f.*: nomen *g.* cornicula dedere. Alii pediculos terrae vocant. Ab his quoque terram egestam illinunt strumis, et similibus vitiis, et [2] podagris. Triduo non abluunt: prodest.

1. *pastillos, conduntque pyxide. V.* 2. *podagris, triduoque non abluunt. Prodest haec medicina. V. podagris. Triduo non abluunt: omniaque his adscrib. quae nos in gryllis retulimus. Prodestque haec med. in annum. Sic quidam.*

a. Talpae) Sext. Plat. c. 22. de talpa, tit. 2. *Ad glandulas.* Marc. Emp. ad verbum cap. 15. p. 109. et Plin. Val. l. c. H.

b. Alii) Sic auctores proxime appellati. H.

c. Alii praecidunt) Pl. Val. l. c. et Marc. Emp. c. 15 p. 108. Nec dispar e talpa medicina laudatur ab auctore Kiranidum, p. 104. ad parotidas, scrofulas, et quaeuis apostemata. H.

d. Pyxide) Subintellige, conduntque: quam vocem non praetermisere auctores proxime appellati. H.

e. Tauri vocantur scarabaei terrestres) Κάραβοι vel σκάραβοι Arist. cap. 19. lib. V. hist. vulgo *Cerfs volants.* Dal.

Tauri) Nihil hi commune habent cum Lucanis scarabaeis, nostrisque ceruulis volucribus, de quibus dictum est XI. 34. quamquam ita Scaligero, Dalecampioque, et Constantino visum: Nam ταυροειδὴς scarabaeus erat tantum bouis in morem δικέρως, bicornis, vt tradit Horus, Hierogl. I. 10. p. 14. H.

f. Similes) Colore, non magnitudine, aut figura corporis. D.

g. Nomen cornicula dedere) Vide posthac cap. 11. proximum. Dal.

eſtque haec medicina in annum. Omniaque his adſcribunt, quae nos in gryllis retulimus. Quidam *h.* et a formicis terra egeſta ſic vtuntur. Alii *i.* vermes terrenos totidem, quod ſint ſtrumae, adalligant, pariterque cum his areſcunt. Alii viperam circa canis ortum circumcidunt, vt *k.* diximus, dein mediam comburunt, dein cinerem eum dant bibendum ter ſeptenis diebus, quantum prehenditur ternis digitis: ſic ſtrumis medentur. Aliqui *l.* vero circumligant eas lino, quo praeligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur. Et *m.* [1] millepedis vtuntur, addita reſinae terebinthinae parte quarta: quo medicamento omnia apoſtemata curari iubent.

XIII. Humeri *n.* doloribus muſtelae cinis cum cera medetur. Ne *o.* [2] ſint alae hirſutae, formicarum

1. *multipedis. V.* 2. *ne ſint malae hirſutae. Gr. et Al.*

h. Quidam) Hoc remedium ad ſcabiem pruritumque retulit Q. Serenus c. 7. p. 128. *Proderit ex oleo pulvis, quem congerit alte Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.* H.

i. Alii) Plin. Val. III. 29. ad verbum. H.

k. Vt) Hoc eſt, ternis vtrimque, ſiue et a capite et a cauda digitis amputatis, vt dictum eſt XXIX. 21. H.

l. Aliqui vero circumligant eas lino) Paulus cap. 26. lib. III. ex auctoritate Galeni vult linum infectum eſſe purpura, idque valere ait ad παρίσθμια, καὶ ὅσα πρὸς τράχηλον. Dalec.

Aliqui) Plin. Val. totidem verbis loc. cit. Et huc pertinet, quod habet Marc. Emp. c. 15. p. 108. *Caput viperae linteolo colligatum, colloque ſuſpenſum, tolles optime ſanat, aut prohibet innaſci ſynanchen.* H.

m. Et) Plin. Val. ad verbum l. c. H.

n. Humeri) Marc. Emp. c. 28. p. 127. Humeri dolorem muſtelae exuſtae cinis tritus, et cum cera permixtus ac ſubactus, et ceroti more impoſitus, mire ſanat. Pro cera ouum adhibet Plin. Val. I. 55. H.

o. Ne ſint male hirſutae) *Alae*, vt puto: ſic enim tres Voſſ.

carum oua pueris infricata praestant. Item mangonibus, vt lanugo tardior sit pubescentium, sanguis e testiculis *p.* agnorum, qui castrantur: qui euulsis pilis illitus et contra virus proficit.

XIV. Praecordia *q.* vocamus vno nomine exta in homine; quorum *r.* in dolore cuiuscumque partis, si catulus lactens admoueatur, apprimaturque his partibus, transire in eum morbus dicitur. Idque [1] in exenterato [2] perfusoque *s.* vino deprehendi, vitiato viscere illo quod doluerit [3] hominis:

1. *in,* *in. M. d.* 2. *sic ex Mss. H. V. et M. Chiffletius legit, proscissoque viuo. quomodo Tertullian. dixit, viuorum prosectores. profusoque. Gr. et Al.* 3. *homini. V.*

Vossiani Gudianusque, et ibi stabulatur sacer hircus. Academicus et Pintiani, *Italae* lib. XXXI. 10. *clarum virus ex aqua quotidiano fotu. Gr.*

Ne) Vide N. et Em. N. X. (hic adi.) *Ne)* In libris hactenus editis, *ne sint malae hirsutae.* Male, reclamantibus MSS. R. 1. 2. Colb. et Thuanaeo. Notum satis *alarum virus*, vt Plinii verbis vtar, XXXI. 46. quum hircum olent. De his Horat. Epod. Carm 12. *An grauis hirsutis cubet hircus in alis.* H.

p. E testiculis agnorum qui castrantur) Voss. *cum castrantur. Gron.*

q. Praecordia vocamus) Τῶν σπλάγχνων significationem Plinius potius, quam τῶν ὑποχονδρίων reddidit. Dal.

Praecordia) Plin. Val. II. 15. *Vniuersum,* inquit, *praecordia appellamus, quae aliqui in plura diuidunt vocabula; vocantes modo stomachum, vbi in causa sit, interdum iecur, interdum praecordia.* H.

r. Quorum) Plin. Valer. II. 15. ad verbum. Marc. Emp. c. 27. p. 196. *Vt explorari possit ex latentibus morbis, qui sit ille qui vexat infirmum, comprehendique qualitas vitii et pars viscerum possit, catulus fetae canis lactens die et noctae cum eo qui laborat, accumbat. Is postea sectus inspicitur, translatusque in eo morbus haud difficile notatur: ita tamen vt aeger ei lac de suo ore frequenter infundat.* H.

s. Perfusoque) In MSS. R. et Th. non *profuso*, vt editi, Marc. Emp. l. c. infun

nis: et *t.* obrui tales religio eſt. Hi quoque, quos *v.* Melitaeos vocamus, ſtomachi dolorem ſedant applicati ſaepius. Tranſireque *x.* [1] morbos aegritudie eorum intelligitur, plerumque et morten. (VI.) Pulmonis quoque [2] vitiis medentur et mures, maxime Africani, detracta cute in oleo et ſale decocti, atque in cibo ſumpti. Eadem res et purulentis vel cruentis exſcreationibus medetur.

XV. Praecipue *y.* vero cochlearum cibus ſtomacho: in aqua eas ſubferuefieri intacto corpore earum oportet, mox et in pruna torreri, nihilo *z.* addito, atque *a.* ita e vino garoque ſumi, praecipue

1. *tranſire morbos. M.* 2. *ſic ex MSS. H. et Ch. pulmonum vitiis. Gr. et Al.*

fundi lac iubet. Idem cap. 21. pag. 154. exenteratum catulum perfundi vino. H.

t. Et) Et terra obrui mortuos catulos e religione eſt. Plin. Val. l. c. de catulo aegris appoſito: *quo defuncto*, inquit, *obrui moris eſt.* Marc. Emp. c. 27. p. 196. *Eum tamen catulum, quum fuerit exſectus, obrui oportet.* Ipſe noſter inferius ſ. 20. vbi eamdem medicinam repetit: *Mori*, inquit, *et humari debere eos obrutos terra.* Q. Serenus c. 25. de praecordiis ſanandis, pag. 141. *Quin etiam catulum lactentem apponere membris Conuenit: omne malum tranſcurrere fertur in illum: Cui tamen extincto munus debetur humandi, Humanos quia contactus mala tanta ſequuntur, etc.* H.

v. Quos Melitaeos vocamus) A Melita Illyrici maris inſula, quam vulgo *Meleda* nuncupant. Dal.

x. Tranſireque) Marc. Emp. l. c. *Nec ab re eſt, ſi triduo idem catulus viuens cum aegro maneat: vitium enim aegri tranſire in eum vſque adeo certum eſt, vt moriatur catulus, hominemque morbis latentibus releuet.* Hard.

y. Praecipue) Totidem verbis Plin. Val. II. 15. H.

z. Nihilo) Sic Mss. omnes Plin Val. has voces neglexit, quum ceteras ſumma fide tranſcriberet. H.

a. Atque) Marc. Emp. c. 20. p. 141. *Stomacho laboranti cochleae proſunt, ſi in aqua ferueant et ſic carbonibus torreantur, atque ita ex oenogaro ſumantur, impari nume-*

cipue Africanas. Nuper hoc compertum plurimis prodesse. Id quoque obseruant, vt numero impari [1] sumantur. Virus tamen earum grauitatem halitus facit. Prosunt *b.* et sanguinem exscreantibus, dempta testa tritae in aquae potu. Laudatissimae *c.* autem sunt Africanae: [2] ex *d.* his Solitanae: Astypalaeicae, [3] et Siculae modicae, quoniam

1. *sic ex MSS. H. et Ch. sumant. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. H. et, non agnoscit. Gr.* 3. *exin Solitanae, Astyp. et sic V. et Ch.*

numero. Et p. 308. *Cochleas, sed veras Africanas, conditas ex sale, et pauco olei coctas, sed non purgatas, qui ieiunus ternas aut quinas quotidie et frequenter sumserit, rarissimo stomachi dolore vexabitur. Certe si carbonibus tostae sumantur, melius prosunt.* H.

b. Prosunt) Marc. Emp. c. 16. p. 120. *Ad exscreationem cruentam remedium sic. Cochleae elixatae teruntur, et ex aqua calida a ieiuno bibuntur. Nec non ad idem cochleae illotae ex aqua marina coquuntur, et deuorantur.* Hard.

c. Laudatissimae autem sunt Africanae, ex his Solitanae: Astypalaeicae, et Siculae) Quosdam *exin Olitana*, aut etiam *Solitanae* legere notat Hermolaus. Ex Chifl. quoque et Vet. notant: *exin Solitanae, Astip. et Siculae.* Voss. *ex isiolitanae astypalaicae et ne Siculae.* Scribe: *ex his Solitanae: Astypalaicae; Aetnaeae Siculae modicae.* Vt non tantum Africanas dicit, sed etiam Solitanas in Africa: sic non modo Siculas, sed etiam Aetnaeas. Nota Ἰὼλ Καισάρεια. Mela lib. I. 6. *Iol ad mare, aliquando ignobilis; nunc quia Iubae regia fuit, et quod Caesarea vocatur, illustris.* Sic igitur et legendum lib. IX. 56. *Africanae quibus foecunditas; Iolitanae, quibus nobilitas.* Vt et apud Varronem de re rustic. III. 14. *ex Africa quae vocantur Iolitanae.* Vbi *solitanae* reddiderunt. Gud. *ex his olitanae* manu prima: vt et Voss. duo alii. Gron.

Laudatissimae) Diosc. II. 11. laudat impense Sardonias, Africanas, Astypalaeicas, Siculas, Chias, et quae in Alpibus Liguriae nascuntur. H.

d. Ex) Ex Africanis, inquit, laudatissimae Solitanae. Plin. IX. 82. de cochleis: *Africanae*, inquit, *quibus fecunditas: Solitanae, qui-*

niam magnitudo duras facit et ſine ſucco: Balea ricae, quas cauaticas vocant, quoniam in ſpeluncis naſcuntur. [1] Laudatae *e.* et ex inſulis, Capreatum. [2] Nullae [3] autem cibis gratae, neque *f.* veteres, neque recentes. Fluuiatiles *g.* et albae virus habent: [4] nec *h.* ſilueſtres ſtomacho vtiles, aluum

Hh 4

1. *naſcuntur laudatae, et ex inſulis Caprearum M.* 2. *Nullis Cb.* 3. *autem earum cibis. V.* 4. *nec non ſilueſtres ſtomacho inutiles. Gr. et Al. nec non in V. d.*

quibus nobilitas. Vide quae ibi diximus in Notis. H.

e. Laudatae) Inter eas quae naſcuntur in inſulis, eſt, inquit, etiam aliqua commendatio earum, quae naſcuntur in Capreis, Tiberii principis arce nobilibus, vt dictum eſt III. 12. Hard.

f. Neque) Neque nimium veteres, neque nimium recentes. H.

g. Fluuiatiles) Dioſc. II. 11. Ὁ δὲ ποτάμιος βρομώδης, *olidi guſtus. H.*

h. Silueſtres) In cochleario minime clauſas, aut paſtas. Altiles eſſe, et ſaginari. Vide apud Varronem cap. 14. lib. III. Dalec.

Nec non ſilueſtres ſtomacho inutiles, aluum ſoluant) Obſeruanr. in V. deeſt τὰ *nec non*; in Chiflet. autem eſſe *vtiles*, quod affirmant omnes noſtri Optime Praecipuus: *nec ſilveſtres ſtomacho vtiles, aluum ſoluunt.* Nam τό *Nec* diſſoluendum in *Et non*: quaſi eſſet: *et ſilueſtres, non vtiles ſtomacho, aluum ſoluunt.* Gron.

Nec) Vide N. et Em. N. XI. (hic conſp.) *Nec)* Sic R. 1. et 2. Colb. Th. In editis, *nec non ſilueſtres ſtomacho inutiles*, eadem ſententia. In quibuſdam e contrario, *nec non ſilueſtres ſtomachi vtiles*, legi aiunt. Male: nam praeter auctoritatem exemplarium, quae diximus, optimae notae, ipſa orationis ſeries ei ſcripturae pugnat: Sequitur enim ſtatim: *Contra marinae ſtomacho vtiliores.* Dioſc. quoque II. 11. Καὶ ὁ ταῖς ἀκάνθαις καὶ τοῖς θαμνίσκοις προσκεκολλημένος ἀλρις. . . ταρακτικός ἐςι κοιλίας καὶ ςομάχου, ἐμετοποιός. *Silueſtris vero quae vepribus frutectiſque adhaereſcit . . . aluum ſtomachumque turbat, et vomitiones ciet.* Et mox: ὁ θαλάσσιος δὲ καὶ ἐνέκκριτος. H.

aluum soluunt. Item omnes minutae. Contra *i.* marinae stomacho vtiliores: efficacissimae *k.* tamen in dolore [1] stomachi. Laudatiores *l.* traduntur quaecumque *m.* viuae cum aceto deuoratae. Praeterea sunt quae aceratae *n.* vocantur, [2] latae, [3] multifariam nascentes, de quarum vsu suis dicemus locis. Gallinaceorum *o.* ventris membrana inueterata et inspersa potioni distillationes pectoris et humi-

1. *stomachi quaecumque latiores traduntur, viuae cum. V.* 2. *late. V.* 3. *sic ex MSS. H. et Ch. multifariamque. Gr. et Al.*

i. Contra) Diosc. II. 11. Hard.

k. Efficacissimae tamen in dolore stomachi laudatiores traduntur) Voss. *efficacissimae si in dolore stomachi laudatis traduntur.* Forte: *tamen in dolore stomachi fluentis traduntur.* Passim memini *fluctionum* stomachi. Gron.

l. Laudatiores) Sub intellige ex antecedentibus, in dolore stomachi. Vide N. et Em. N. XII. (hic pos.) *Laudatiores*) Ita R. 1. et alii, frustra nitente Pintiano, *tritae* pro viuae inducere. Diosc. l. c. Ζῶσα δὲ ἡ σάρξ καταποθεῖσα, τοῦ Λιβυκοῦ μάλιστα, ἀλγηδόνας στομάχου παύει. *Viuae cochleae caro, et maxime Africanae, deuorata, stomachi dolores mitigat.* Plin. Val. II. 15. cuius titulus est: *Praecordiorum dolori curando: Prosunt item,* inquit, *viuae cochleae ex aceto deuoratae.* H.

m. Quaecumque vivae cum aceto deuoratae.) Non *viuae,* in *antiquo codice,* sed *rite:* scribendum puto *tritae.* Nam et tritas aliquot in medicina vsus habere tradit Dioscor lib. II. Pint.

n. Aceratae vocantur) Aceratae cochleae, aceris modo virgatae et discurrentibus lineis maculosae: vel tam exiguis et breuibus corniculis, vt fere nulla videri possint. ἄνευ τῶν κεράτων. Quidam legunt *ceratae,* nempe cerei coloris. *Cochleas rubras* vulgus appellat. Dalec.

n. Quae) Ἀκήρατοι, integrae, perfectae. Aceratarum porro cognomen nusquam alibi nobis occurrit: latarum saepius. H.

o. Gallinaceorum) Probat hoc medicamentum Marc. Emp. 16. p. 116. Probat et Plin. Val. I. 58. H.

humidam tuſſim, vel recens toſta lenit. Cochleae *p.* crudae tritae cum aquae tepidae cyathis tribus ſi ſorbeantur, tuſſim ſedant. Diſtillationes ſedat et canina cutis cuilibet digito circumdata. Iure perdicum ſtomachus recreatur.

XVI. [1] Iocineris doloribus medetur muſtela ſilueſtris in cibo ſumpta, vel iocinera eius. Item *q.* viuerra porcelli modo inaſſata. Suſpirioſis multipedae, ita vt ter ſeptenae in Attico melle diluantur, et *r.* per arundinem bibantur. Omne *s.* enim vas earum nigreſcit contactu. Quidam *t.* torrent ex his ſextarium in patina, donec candidae fiant: tunc melle miſcent. Alii [2] centipedam vocant, et ex aqua [3] dari iubent. Cochleae *v.* in [4] cibos his quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut quibus vertigines fiunt, [5] ex paſſi cyathis tribus ſingulae contritae cum ſua teſta et calefactae, in potu datae diebus plurimum nouem.

 Aliqui

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. iocinerum. Gr. et Al.* 2. *centum pedum. Ch. puto gloſſ. τὸ centipedam.* 3. *ſic ex MSS. H. et Ch. et ex aqua calda dari. Gr. et Alii.* 4. *cibis, his. M. cibos dantur his. V.* 5. *vel ex Al.*

p. Cochleae) Plin. Val. l. cit. H.

q. Viuerra porcelli modo inaſſata) Viuerrula forma diminutiua in apographo noſtro. Pint.

Item) Haec totidem verbis Plin. Val. II. 5. et Marc. Emp. 22. pag. 156. *Viuerra toſta,* inquit, *porcelli lactentis modo inaſſata, et cibo data, mire iocineroſo ſuccurrit. H.*

r. Et) Ne dentibus noceant, quos alioqui nigrore inficerent, vt diximus ſ. 12. Hard.

s. Omne enim vas earum nigreſcit contactu) Pronomen *earum,* non agnoſcit vetus codex. Pint.

t. Quidam torrent ex his ſextarium) Dele duo illa verba, *ex his,* ex eodem Pint.

v. Cochleae) Totidem verbis Marc. Emp. 3. p. 39 ſeq. et Plin. Valer. II. 15. Hard.

Aliqui *x.* singulas primo die dedere, sequenti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto vnam. Sic et suspiria emendant et *y.* vomicas. Esse *z.* animal locustae simile sine pennis, quod *a.* [1] troxalis Graece vocetur, Latinum nomen non habeat, [2] aliqui *b.* arbitrantur: nec pauci auctores hoc esse quod gryllus vocetur. Ex his XX. torreri iubent, ac bibi e mulso contra orthopnoeas, sanguinemque exspuentibus. Est qui cochleis illotis protropum *c.* infundat, vel marinam aquam, ita deco-

1. *sic ex MSS. H. et Aelianus cap. 19. lib. VI. Animal. tryxalis . . . vocatur . . habet. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS H. vt aliqui auctores arbitr. alii nec pauc. V. vt aliqui arbitrantur, nec pauciores hoc esse. Gr. et Al.*

x. Aliqui) Marc. Emp. l. cit. et cap. 20. pag. 152. H.

y. Et) Marc. Emp. c. 3. p. 40. *Sic etiam ad suspiria, et vomitus prodest.* Sic vomicam iterum Plinius, XXIX. 17. pro vomitione dixit. Et mox hac ipsa sect. pro purulentis exscreationibus, vt quidem videtur. Hard.

z. Est animal locustae simile sine pennis) Omnes quinque: *Esse*: deinde Vossiani duo, *vocetur*; et *non habent aliqui arbitrantur*, vt et Gudianus ac Men. Acad. *non habeat aliqui vero arbitrantur*: denique Voss. vt et Pintiani et Chifl. *nec pauci auctores hoc esse quod grylli vocentur*; Acad. Gud. Voss. alii duo: *nec pauciores hoc esse quod grylli vocentur.* Lege: *esse animal locustae simile sine pennis, quod troxallis Graece vocetur, Latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur; nec pauci auctores, hos esse, qui grylly vocentur.* Gron.

a. Quod) Sic in Indice scribitur ea vox, ex MSS. R. 1. 2. et Colb. 3. quem Indicem exscripsimus in Not. et Em. ad L. XXIX. Nro. XXXII. Sic etiam Aelian. H. A. IV. 19. καὶ μὴ σιωπῶσαν τρωξαλίδα, *nec silentem troxalida*: strepere eam, vt gryllum, significat. Hard.

b. Vt aliqui arbitrantur: nec pauciores hoc esse) In eodem: *aliqui arbitrantur, nec pauci auctores hoc esse, etc.* Pint.

c. Protropum infundat) Primarium, quod in lacum sponte fluit, minime tortiuum. Dalec.

decoquat, et in cibo ſumat: aut ſi tritae cum teſtis ſuis ſumantur cum protropo: ſic et tuſſi medentur. Vomicas *d.* priuatim ſanat mel in quo apes ſint [1] demortuae. Sanguinem *e.* reiicientibus pulmo vulturinus vitigineis lignis combuſtus, adiecto flore mali Punici ex parte dimidia, item cotoneorum liliorumque iiſdem portionibus [2] potus mane atque veſperi in vino, [3] ſi febres abſint. Si minus, ex aqua in qua cotonea decocta [4] ſint.

XVII. Pecudis *f.* lien recens Magicis praeceptis ſuper dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni ſe remedium facere. Poſt [5] hoc iubent eum in pariete dormitorii *g.* eius [6] tectorio *h.* includi, et obſignari anulo, terque nouies

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. emortuae. Gr. et Al.* 2. *flos potus. V.* 3. *ſic ex MSS. H. et Ch. ſi febris abſit. Gr. et Al.* 4. *ſic ex MSS. H. et Ch. ſunt. Gr. et Al.* 5 *ſic ex MSS. H. et Ch. haec. Gr. et Al.* 6. *ſic ex MSS. H. et Ch. tectoue. Gr. et Al.*

d. Vomicas) Plin. Val. III. 23. *Apoſtemata interiora vomicas vocamus . . . Vomicas ſanat priuatim mel in quo ſint apes demortuae.* Plinius noſter, libro ſuper ſ. 11. *Puris et ſanguinis exſcreationes* vocat, quas iſte vomicas l. c. H.

e. Sanguinem) Iiſdem fere verbis Plin. Val. I. 61. et 64. Hard.

f. Pecudis) Agni. Marc. Emp. ad verbum c. 23. pag. 166. et Plin. Valer. II. 18. Hard.

g. Dormitorii) Cubiculi. Hard.

h. Tectorio) Calce, vel gypſo, vel denique luto. De tectorii voce diximus, L. XXVIII. 71. Vide N. et Em. N. XIII. (hic adi.) *Poſt*) In libris vulgatis perperam legitur, *tectoue includi.* In Ch. *tectorioue.* R. 2. optime, *tectorio.* Marc. Emp. modo tectorium, modo lutum vocat. Nam c. 23. p. 167. *Si quis agnum recens natum,* inquit, *confeſtim manibus diuellat, lienemque eius vbi extraxerit, calidum ſuper lienem dolentis imponat, ac faſcia liget, et dicat aſſidue,* REMEDIO LIENIS FACIO. *Poſtero die ſublatum de corpore eius parieti cubiculi in quo lienoſus dormire ſolitus eſt, luto prius*

nouies carmen dici. Caninus *i.* si viuenti eximatur, et in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam *k.* recentem [1] superalligant. Alii *l.* duûm dierum catuli ex aceto scillitico dant ignoranti, vel *m.* herinacei lienem. Item *n.* cochlearum cinerem cum semine lini et vrticae addito melle, donec [2] persa-

1. *sic ex Mss. H. superinligant. Alii duûm dierum. Ch. duorum dierum Gr. et Al.* 2. *persanent. Ch.*

illito vt haerere possit, imponat: atque ipsum lutum XXVII. signaculis signet, ad singula dicens, LIENI REMEDIUM FACIO, etc. Et pag. 166. vbi vim parem et lieni canino adscribit: *Caninus splen,* inquit, *recens supra splenem hominis imponitur: dicente eo qui apponit, remedium se spleni facere: Postea splen intra parietem dormitorii cubiculi, tectorio, id est, capsula inclusus reponitur, et desuper ter nouies signatur.* Sed vereor, vt tectorii voci quae vis subesset, probe intellexerit. H.

i. Caninus) Auctores proxime appellati, et Sext. Plat. de cane, c. 9. t. 1. *Ad splenem.* H.

k. Quidam recentem superallegant. Alii duorum dierum.) Voss. *superinligant alii duum dierum,* vt et Chiflet. *Duum* et Pintianus. Sed et Andeg. qui etiam *superilligant* cum Men. Acad. Gud. Mirum vero, quod optimus etiam *dant arenanti* pro *dant ignoranti*. Gron.

Quidam) Sext. Plat. l. c. *Quidam incisum fissumque catulum supra splenem ponunt.* Catulum is integrum, lienem solum alii alligari praecipiunt. H.

l. Alii) Marc. Emp. c. 23. p. 167. et Plin. Val. II. 18. Hard.

m. Vel) Marc. ac Plin. Val. II. cc. Item Habdarrh. Aegyptius, c. 32. pag. 113. sed adhibita simul cautione, quae minime sit aspernanda. *Ad curandum splenem,* inquit, *recipe herinaceum, iugula coram laborante splene: accipe splenem eius, ponito in clibano, sed remotum ab igne: relinque donec exsiccabitur, et arescet. Quo facto praebe edendum ex illo splene laboranti, at non multum: quia tantum diminuetur splen patientis, quantum comedit ex splene herinacei. Quare caue, ne totum deuoret, ne pereat.* H.

n. Item) Marc. et Plin. Val. II. cc. H.

persanet. Eo *o.* liberat et lacerta viridis, viua in olla ante cubiculum dormitorium eius, cui [1] medeatur, suspensa, vt egrediens reuertensque attingat manu: cinis e capite bubonis cum vnguento: mel in quo apes sint mortuae: araneus, et maxime qui *p.* [2] lycos vocatur.

XVIII. Vpupae *q.* cor in lateris doloribus laudatur, et *r.* cochlearum cinis in ptisana decoctarum, [3] quae per se illinuntur. Canis rabiosi caluariae [4] cinis potioni inspergitur. Lumborum dolori [5] stellio transmarinus capite ablato et intestinis, decoctus in vino cum papaueris nigri denarii pondere

1. *sic ex Mss. H. et Cb medetur Gr. et Al.* 2. *lycus. Cb.* 3. *quae et per Gr. et Al.* 4. *cibus. Cb.* 5. *stellionis transmarini, etc. decocti. V.*

o. Eo) Plin. Val. l. c. et Marc. Emp. 13. p. 166. H.

p. Qui lycos) Siue lupus. De hoc genere araneorum XI. 28. Vide N. et Em. N. XIV. (hic pos.) *Araneus*) Hunc Plinius ait lienis vitio mederi. De eo ipso Diosc. II. 68. Ἀράχνη τὸ ζῶον, ὃ ὁλκὸν ἔνιοι ἢ λύκον καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα σπληνίῳ, καὶ ἐμπλασθεῖσα εἰς ὀθόνην, προστεθεῖσα μετώπῳ ἢ κροτάφοις, τριταϊκὰς περιόδους ὑγιάζει. *Araneus, quem raptorem, aut lupum alii nominant, cum emplastro subactus, et linteolo inductus, ac fronti aut temporibus impositus, tertianas febres persanat.* An Plinius haec eadem raptim legens, apud Graecos scriptores, ac priore solum parte contentus, Ἀράχνη τὸ ζῶον, ὃ ὁλκὸν ἔνιοι ἢ λύκον καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα σπληνίῳ, nec progressus vltra, affinitate vocum delusus, σπλήνιον, quae vox ibi emplastrum sonat, ἀντὶ τοῦ σπληνὸς, hoc est; pro splene acceperit, subiit aliquando animum dubitare: ne affirmarem omnino hallucinatum esse, experta eius reliquo opere fides, in vertendis Graecis, prohibuit. Hard.

q. Vpupae) Plin. Val. I. 55. *Ad laterum dolorem: Vpupae caro*, (lege *cor*) *in cibo laudatur.* Sic enim Mss. omnes. H.

r. Et cochlearum) Marc. Emp. c. 24. pag. 169. et Plin. Val. l. c. H.

dere dimidio, eo [1] succo bibitur. Lacertae *f.* virides decisis pedibus et capite, in cibo sumuntur. Cochleae *t.* tres contritae cum testis suis, atque in vino decoctae cum piperis granis XV. Aquilae pedes euellunt in *v.* [2] auersum a suffragine, ita vt dexter dexterae partis doloribus adalligetur, sinister laeuae. Multipeda quoque, quam oniscon *x.* appellauimus, medetur denarii pondere ex [3] vino cyathis duobus pota. Vermem *y.* terrenum catillo ligneo ante fisso et ferro vincto impositum, aqua excepta perfundere, et defodere, vnde effoderis, Magi iubent, mox aquam bibere catillo, mire id prodesse ischiadicis affirmantes.

XIX. (VII.) Dysentericos *z.* recreant femina pecudum decocta cum lini semine aqua pota. Caseus *a.* ouillus vetus, seuum ouium decoctum in vino austero. Hoc *b.* et ileo medetur, et tussi veteri. Dysentericis stellio transmarinus, ablatis intestinis

1. *succus bibitur. V.* 2. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. auersum, ac suffraginem M. auersum a suffragine. V. aduersum Gr. et Al.* 3. *vini. V.*

f. Lacertae) Plin. Val. II. 45. H.

t. Cochleae) Q. Serenus, c. 26. de lumbis et renibus sanandis, pag. 124. *Aut tres ex vino cochleas feruescere coges, Cumque suis domibus franges: piperis quoque grana Ter quinque adiicias: potaque iuuaberis illo.* Sic etiam Marc. Emp. c. 25. pag. 171. et Plin. Val. l. c. H.

v. In) In contrariam partem atque est flexus pedum. H.

x. Oniscon) L. XXIX. 39. Hard.

y. Vermem) Marc. Emp. ad verbum, c. 25. pag. 174. et Plin. Val. II. 45. H.

z. Dysentericos) Pulmoni vim parem Marc. Emp. adscribit, c. 27. pag. 190. *Dysentericos,* inquit, *recreat pulmo pecudis, id est, ouis decoctus cum lini semine, ita vt et caro manducetur, et aqua illa potetur.* H.

a. Caseus) Marc. Emp. CXCIII. 27. et Plin. Val. II. 26. H.

b. Hoc) Plin. Val. II. 33. Hard.

testinis et capite, pedibusque ac cute, [1] decoctus *c.* aeque et cibo sumptus. Cochleae *d.* duae cum ouo, vtraque cum putamine contrita, atque in vase nouo, addito sale et passi cyathis duobus, aut palmarum succo et aquae cyathis tribus [2] subferuefactis et in potu datis. Prosunt *e.* et combustae, vt cinis earum bibatur in vino addito resinae momento. Cochleae nudae, de *f.* quibus diximus, in Africa maxime inueniuntur, vtilissimae dysentericis, quinae combustae cum denarii pondere dimidii acaciae: [3] exque eo cinere dantur cochlearia bina in vino myrtite, aut quolibet austero cum pari modo caldae. Quidam omnibus Africanis ita vtuntur. Alii totidem Africanas, vel latas, infundunt *g.* potius. Et si maior [4] fluxio *h.* sit, addunt acaciam fabae magnitudine. Senectus *i.* anguium dysentericis, et tenesmis in stanneo vase decoquitur cum rosaceo. Vel *k.* si in alio, cum stanno illinitur *l.* Ius e gallinaceo iisdem [5] medetur: sed

1. *sic ex Mss. H. et Ch. decoctusque et in cibo Gr. et Al.* 2. *subferuefacta et in potu data. V.* 3. *ex eo. M.* 4. *fluitio. M.* 5. *sic et Ch. Sed v. g. vehementius. Salsum Gr. et Al.*

c. Decoctus) Vt iam dictum est ad lumborum dolorem, sect. sup. H.

d. Cochleae) Marc. Emp. l. c. et Plin. Val. II. 33. H.

e. Prosunt) Galenus de fac. simpl. med. XI. 1. p. 309. Plin. Val. II. 27. et 33. H.

f. De) L. XXIX. 36. statim initio. Eadem ferme cum Plinio tradit Galenus κατὰ τόπ. IX. 5. pag. 616. Hard.

g. Infundunt) Clystere immittunt. H.

h. Fluxio) Alui fluxus. H.

i. Senectus) Iisdem fere verbis Marc. Emp. 27. pag. 194. et c. 39. p. 202. Item Plin. Val. II. 24. H.

k. Vel si in alio, etc.) Leg. *Vel cum tubulo stanneo linitur, etc.* Nempe fistula e stanno parata sedi infunditur, praecipue in teinesmo, vt intestini pars extrema eo sublinatur. Dal.

l. Illinitur) Ventri illinitur. H.

ſed *m.* veteris gallinacei vehementius ſalſum ius alvum ciet. Membrana *n.* gallinarum toſta et data in oleo ac ſale, coeliacorum dolores mulcet. [1]Abſtineri *o.* autem a frugibus ante et gallinam et hominem oportet. Fimum *p.* columbinum toſtum potumque. Caro *q.* palumbi in aceto decocta dyſen-

1. *ſic ex Mss H. abſtinere Gr. et Al.*

m. Sed) Vide N. et Em. N. XV. (hic poſ.) *Ius*) Praepoſtera interpunctione prius legebatur, *ſed veteris gallinacei vehementius. Salſum ius aluum ciet.* Nos vero non probatos modo codices, R. Colb. et Th. ſequuti ſumus et Chiffletianum praeterea, in quo eius ſententiae verba ordine paulum immutato ſic leguntur: *ſed veteris gallinacei ſalſum ius vehementius aluum ciet.* Verum etiam Dioſc. ipſum II. 53. Ὁ δὲ ζωμὸς τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων δίδοται, inquit, πρὸς κάθαρσιν κοιλίας. ἐξελόντας δὲ τὰ ἐντός, δεῖ ἀντεμβάλλειν ἅλας, etc. *Ius e vetere gallinaceo datur ad deiiciendam aluum: exemptis porro interaneis in eorum locum ſal immittendus*, etc. H.

n. Membrana gallin.) Ventriculi. Dal.

Membrana) Explicatius aliquanto Dioſc. II. 53. *Quae in gallinaceo*, inquit, *interna ventriculi parte membrana ſubſternitur, cornu inſtar firma ac pellucida, quaeque inter coquendum excoriari ſolet, arefacta, tritaque, et in vino pota*, ςομαχικοῖς, *ſtomachicis confert.* Negat hoc eſſe verum Galenus de fac. ſimp. med. XI. 1. pag. 303. Contra Dioſcoridi, Pliniòque Marc. Emp. ſubſcribit, c. 27. p. 193. *Membrana, quae eſt in ventriculo gallinae, ſiccata ac trita, et cum vino auſtero, coeliaco ieiuno potui data medetur: ita vt ipſa gallina prius vel biduo abſtineatur a cibo, et qui potionem accepturus eſt, ante diem frugi ſit, et non coenet.* Sic etiam Plin. Val. II. 26. Hard.

o Abſtinere autem a frugibus ante et gallinam) Lego, *Abſtineri.* Vt lib. XXIX. 6. *gallinaceuſque ſi incluſus abſtineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat.* Nec vero aliter ſcripti. Gr.

p. Fimum) Plin. Val. l. c. ad verbum. H.

q. Caro palumbi in aceto decocta) Voſſ. *palumbis.* Et mox. *palumbis ferus e poſca decoctus.* Et. cap. 15. *circumlato palumbe.* Cap. 8. *in palum*

entericis et coeliacis medetur. Turdus inaſſatus cum myrti baccis, dyſentericis: item *r.* merulae. Mel, in quo ſint immortuae apes, decoctum.

XX. Grauiſſimum *ſ.* vitium ileos *t.* appellatur. Huic *v.* reſiſti aiunt diſcerpti veſpertilionis ſanguine: [1] etiam illito [2] ventre ſubueniri. Siſtit *x.* aluum [3] primum cochlea, ſicut *y.* diximus in ſuſpirioſis, temperata. Item cinis earum quae viuae crematae ſint, potus ex vino auſtero. Gallinaceorum *z.* iecur aſſum, [4] aut ventriculi membrana, quae abiici ſolet, inueterata, admixto papaueris ſucco. Alii recentem torrent ex vino bibendam. Ius perdicum, et per ſe ventriculus contritus ex vino nigro.

1. *eumque etiam. V.* 2. *ſic ex Mss. H. et Cb. ſubuenire. Gr. et Al.* 3. *ſic ex Mss. H. et Cb. aluum et cochlea. Gr. et Al.* 4. *ſic ex Mss. H. aut ventr. membra, quae abiicere ſolent. Cb. cum ventriculi membrana. Gr. et Al.*

lumbium ventriculo inueniantur. Cap. 11. *Cinis palmarum aut interaneorum palumbis.* Gron.

r. Item) Celſ. II. 30. *Quae res aluum adſtringant: Merula, palumbus, etc.* H.

ſ. Grauiſſimum) Quid ſit ileos, Celſus explanat his verbis IV. 13. *Intra ipſa vero inteſtina conſiſtunt duo morbi, quorum alter in tenuiore, alter in pleniore inteſtino eſt . . . Diocles Caryſtius tenuioris inteſtini morbum χορδαψὸν, plenioris εἰλεόν nominauit. A plerisque video nunc illum priorem, εἰλεόν* (hos Plinius hoc loco ſequitur) *hunc κωλικὸν nominari. Sed prior modo ſupra vmbilicum, modo ſub vmbilico dolorem mouet. Fit ex alterutro loco inflammatio: nec ſpiritus infra tranſmittitur. Si ſuperior pars affecta eſt, cibus: ſi inferior, ſtercus per os redditur,* etc. Idem II. 8. *Morbus inteſtini tenuioris, niſi reſolutus eſt intra ſeptimum diem, occidit.* H.

t. Ileos appellatur) Dolor, aut inflammatio gracilioris inteſtini. Dal.

v. Huic) Totidem verbis Marc. Emp. c. 27. p. 194. et Plin. Val. II. 33. H.

x. Siſtit) Marc. Emp. 27. pag. 197. H.

y. Sicut) Sect. 16. H.

z. Gallinaceorum) Plin. Val. II. 27. H.

gro. Item *a.* palumbus ferus, e posca decoctus. Lien pecudis tostus, et in vino tritus. Fimum *b.* columbinum cum melle illitum. Ossifragi *c.* venter arefactus et potus, iis qui cibos non conficiunt, vtilissimus, vel si manu tantum teneant capientes cibum. Quidam adalligant ex hac causa, sed continuare non debent: maciem *d.* enim facit. [1] Sistit *e.* anatum mascularum sanguis. [2] Inflationem discutit cochlearum cibus. [3] Tormina *f.* lien ouium tostus, atque e vino potus: palumbus *g.* ferus ex posca decoctus: apodes *h.* ex vino: cinis ibidis sine pennis crematae potus. Quod praeterea traditur in torminibus, mirum est; anate *i.* apposita ventri

1. *sistit et anatum. Gr. et Al.* 2. *inflationes. M. Inflammationem. Cb.* 3. *sic ex* Mss. *H. tormina sanat lien. Gr. et Al.*

a. Item) Cels. II. 80. Marc. Emp. 27. pag. 192 decoqui ex passo iubet: e posca Plin. Val. II. 27. H.

b. Fimum) Marc. Emp. c. 27. p. 196. et Plin. Val. II. 27. H.

c. Ossifragi) Marc. Emp. c. 20. p. 143. *Contra dolorem stomachi ... venter quoque ossifragi arefactus et potioni adspersus plurimum prodest.* Et pag. 145. *Ossifragi venter madefactus, appositusque his, ad stomachum, qui cibos non conficiunt, vtilissimus est: vel etiamsi tantum manu teneatur, plurimum iuuat.* Plin. Val. II. 15. cui titulus, *Praecordiorum dolori curando: Ossafragi*, inquit, *arefacta prosunt, etiamsi teneantur in manu, dum cibus sumitur.* Imperite: siue scriptoris id vitium sit, seu librariorum. Hard.

d. Maciem enim facit) Emaciet, immodica facultate discutiendi. Dal.

e. Sistit) Plin. Val. II. 27. Hard.

f. Tormina sanat lien ouium tostus) Verbum *sanat*, nec est in apographo nostro, neque videtur esse necessarium. Pint.

Tormina) Plin. Val. II. 22. H.

g. Palumbus) Plin. Val. l. c. H.

h. Apodes ex vino) Hirundines grandiores. Dal.

i. Anate) Marc. Emp. 27. p. 190. et Plin. Val. II. 22. Idem de rana ventri apposita

ventri transire morbum, anatemque emori. Tormina et melle curantur, in quo sunt apes immortuae, decocto. Coli *k.* vitium efficacissime sanatur, aue galerita assa in cibo sumpta. Quidam in vase nouo cum plumis exuri iubent, conterique in cinerem, bibique ex aqua cochlearibus ternis per quatriduum: quidam cor eius adalligari femini: alii recens tepensque adhuc deuorari. Consularis Asprenatum *l.* domus est, in qua alter e fratribus colo *m.* liberatus est, aue hac in cibo sumpta, et corde eius armilla aurea incluso: alter sacrificio quodam, [1] facto crudis laterculis [2] ad formam camini, atque vt sacrum peractum erat, obstructo sacello. Vnum *n.* est ossifrago intestinum mirabili natura, omnia deuorata conficienti. Huius partem extremam adalligatam prodesse contra colum constat.

1. *facto sacello e crudis.* V. 2. *sic ex Mss.* H. M. *et* Ch. *in formam.* Gr. *et* Al.

sita Marcellus prodit pag. 196. H.

k. Coli) Diosc. totidem verbis II. 59. Q. Serenus c. 32. pag. 146. *de colo sedando: Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt,* etc. Marc. Emp. c. 39. pag. 202. *Colo et omnibus intestinorum doloribus, et tam hominibus, quam iumentis ex hac re laborantibus, efficacissime subuenit auis galerita, quae Gallice alauda dicitur: siue ipsa assata in cibo sumatur, siue cum plumis suis combusta redigatur in cinerem: atque ex eo diligentissime trito terna cochlearia ex aqua calida potui per triduum dentur.* Et pag. 207. *Corydalus auis,* etc. H.

l. Asprenatum) Vt ceteros sileam, Caio Caesare Germanico imperante, L. Nonius Asprenas Consulatum gessit. H.

m. Colo liberatus est) Coli dolore. Dal.

Colo) Cons. cum Dal. H.

n. Vnum) Marc. Emp. c. 39. pag. 202. *Vnicum est intestinum ossifragi, mirae naturae, quod omnia deuorata citissime conficit: huius pars extrema colligitur et reponitur: et quum opus fuerit, ventri laborantis alligatur: remedio miro omnes intestinorum dolores citissime sedat.* H.

conſtat. [1] Sunt occulti interaneorum morbi, de quibus mirum proditur. Si *o.* catuli, priusquam videant, applicentur triduo ſtomacho maxime ac pectori, et ex ore aegri ſuctum lactis accipiant, tranſire *p.* vim morbi, poſtremo exanimari, diſſectiſque palam fieri [2] aegri cauſas. Mori et humari debere eos obrutos terra. Magi *q.* [3] quidem veſpertilionis ſanguine contacto ventre, in totum annum caueri dolorem tradunt: [4] aut *r.* [5] in dolore, ſi quis aquam per *ſ.* pedes fluentem haurire ſuſtineat.

XXI. (VIII.) Murino *t.* fimo contra calculos illinire ventrem prodeſt. Herinacei carnem iucundam eſſe aiunt, ſi capite percuſſo vno ictu interficiatur, prius quam in ſe vrinam reddat: [6] eos *v.* qui

1. *Sunt, in Ch. d.* 2. *aegritudinis. V.* 3. *quidam. V.* 4. *at praeſentem dolorem leuari. V.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. per dolorem. Gr. et Al.* 6. *reddat et eos qui carnem tum. V.*

o. Si) Vide quae dicta ſunt c. 14. ſunt enim in his paria ac plane gemina. H.

p. Tranſire vim morbi) Supra cap. 5. vltimo huius libri. Dal.

q. Magi) Marc. Emp. c. 27. pag. 190. et c. 28. pag. 202. H.

r. Aut) Aut ſi ventriculus dolet cuipiam, liberatur is, ſi aquam bibat, vnde pedes lauerit. Marc. Emp. c. 28. pag. 202. *Si ventriculus peruerſatus fuerit alicui, aquam bibat, vnde pedes lauerit ſuos.* H.

ſ. Per pedis fluentem haurire ſuſtineat) Cum ii ſordidi abluantur. Eadem aqua laudatur ad arcendam lippitudinem c. 4. lib. XXVIII. Dalec.

t. Murino) Dioſc. II. 98. murino fimo calculos expelli ait, ſi cum thure et mulſo bibatur. Plin. Val. II. 39. Marc. Emp. 26. pag. 176. *Ad vrinae difficultatem, murino fimo ſummitatem veretri, vel imum ventrem illini prodeſt.* H.

v. Eos) Marc. Emp. c. 26. pag. 180. *Herinacei caro optime decocta, atque in cibo ſumta ſtrangurioſis mire ſubuenit, et cito naturalem vrinae curſum relaxat.* Hard.

qui carnem ederint, ſtranguriae morbum contrahere minime poſſe. Haec caro ad hunc modum occiſi, ſtillicidia in [1] veſica emendat: item *x.* ſuffitus ex [2] eodem. Quod *y.* ſi vrinam in ſe reddiderit, eos qui carnem ederint, ſtranguriae morbum contrahere traditur. [3] Iubent *z.* et vermes terrenos bibi aut vino aut paſſo ad comminuendos calculos, vel *a.* cochleas decoctas, [4] vt *b.* in ſuſpirioſis. Eaſdem exemptas teſtis tritaſque, tres in vini cyatho bibi, ſequenti die duas, tertia die vnam, vt [5] ſtillicidium vrinae emendent. Teſtarum *c.* vero inanium cinerem ad calculos pellendos. Idem hydri iecur bibi, vel cinerem ſcorpionum in pane ſumi, vel ſi quis cum locuſta [6] edit. Lapillos *d.* qui in gallinaceorum [7] veſica *e.*, aut in palumbium

 ventri-

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. ſtillicidia veſicae. Gr. et Al.* 2. *eadem. V.* 3. *Iuuat. M.* 4. *ſic ex Mss. H. vti ſuſpirioſis. Gr. et Al.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. ſtillicidia. Gr. et Al.* 6. *edat. V.* 7. *ventre. V.*

x. Item) Ex felle fieri ſuffitus praecipit Habdarrhamanus Aeg. c. 32 pag. 114. *Felle herinacei cum pomorum corticibus, ſi ter ſub veſtimenta ſuffumigabis laborantem dyſuria, curabitur.* Hard.

y. Quod) Reddunt enim in deſperatione vrinam tabificam ac tergori ſuo carnique noxiam, vt dictum eſt VIII. 56. H.

z. Iubent) Plin. Val. II. 39. H.

a. Vel cochleas decoctas vti ſuſpirioſis) Scribe; *vt in ſuſpirioſis* ex apographo. Pint.

b. Vt) De quibus diximus ſ. 16. Sic etiam Plin. Val. l. c. H.

c. Teſtarum) Marc. Emp. c. 26. pag. 181. et Plin. Val. l. c. H.

d. Lapillos) Marc. Emp. c. 26. pag. 176. *Contra calculum et alias difficultates veſicae, lapillum qui in gallinacei veſica, aut palumbi ventriculo, etc.* Totidem verbis pariter Plin. Val. II. 39. H.

e. Veſica) Ventre, aut potius ingluuie. Vrinaria enim veſica gallinacei carent. Dal.

ventriculo inueniantur, conteri, et potioni inspergi. Item *f.* membranam e ventriculo gallinacei aridam: vel si recens sit, tostam. Fimum *g.* quoque palumbinum in *h.* faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae. Similiter *hh.* plumarum cinerem palumbium ferorum ex aceto mulso. Et *i.* intestinorum ex his cinerem [1] cochlearibus tribus. E nido *k.* hirundinum glebulam [2] dilutam aqua calida. Ossifragi *l.* ventrem arefactum. Turturis

1. *Cochlearibus tribus e nido hirundinum. Gryllum dilutum ex aqua calida Gr. et Al.* 2. *dirutum. Ch.*

f. Item) Marc. Emp. l. c. Hard.

g. Fimum) Q. Seren. c. 33. pag. 146. Plin. Val. l. c. *Vesicae et calculo purgando: Fimus palumborum in sorbitione ex faba fracta bibitur.* Sic etiam Marc. Emp. c. 26. pag. 181. H.

h. In faba sumi) Cum fabae lomento. Dal.

hh. Similiter) Totidem syllabis Plin. Val. l. c. H.

i. Et) Ex palumbis. H.

k. E nido) Vide N. et Em. N. XVI. (hic pos.) *Et*) Nil hac emendatione nostra certius: nihil vulgata hactenus lectione inquinatius. Sic enim libri prae se ferunt: *Et intestinorum ex his cinerem cochlearibus tribus e nido hirundinum. Gryllum dilutum aqua calida.* Quae, Deus immortalis, medicinae portentum! Palumborum cinerem e nido hirundinum peti quis vidit? aut inter medicamenta ex volucribus quaesita, gryllo dari locum quis approbet? quis quid dilutus sit gryllus, intelligat? *Dirutum* Chifl. et Th. exhibent, sed peiore vitio. Emendationis auctores exstitere duo; Marc. Emp. 26. 176. *Contra calculum*, inquit, *et alias difficultates vesicae ... glebula de nido hirundinum diluta ex aqua, pota prodest.* Alter, Plin. Val. II. 39. *Vesicae et calculo purgando: De nido hirundinis glebula diluta ex aqua calida bibitur.* Et Plinius ipse noster, libro sup. s. 132. ad morsus canis rabiosi *glebulam* commendat *ex hirundinum nido illitam* ex aceto. H.

l. Ossifragi) Diosc. II. 58. Φήνης τὸ ἔρνεον, ὃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὀσσίφραγον· τούτου ἡ κοιλία κατ' ὀλίγον ποτιζομένη, λίθους ἐξουρεῖσθαι ποιεῖν ἱστορεῖται. Marc. Emp. c. 26. pag. 180. *Auis ossifragae ventriculus*

turis *m.* fimum in mulſo decoctum, vel ipſius diſcoctae ius. Turdos *n.* quoque ediſſe cum baccis myrti prodeſt vrinae: cicadas *o.* toſtas in patellis: millepedam *p.* oniſcon bibiſſe: et *q.* in veſicae doloribus decoctum agninorum pedum. Aluum *r.* ciet gallinaceorum diſcoctorum ius, et acria mollit. Ciet *ſ.* et hirundinum fimum, adiecto melle ſubditum.

XXII. Sedis *t.* vitiis efficaciſſima ſunt, oeſypum: quidam adiiciunt [1] pompholygem et roſaceum: canini capitis cinis: ſenecta ſerpentis ex aceto: ſi *v.* rhagades ſint, cinis fimi canini candidi cum

1. *pompelium. Ch.*

culus ſalitus, vt ſeruari poſſit, aut exuſtus, et in puluerem redactus, cum vini potione datus, vrinam efficaciter prouocat. H.

m. Turturis) Galen. Εὐπορ. III. p. 666. T. X. Ἄλλο θραῦον λίθους ... Τρυγόνος ὀρνέου κόπρον καύσας, πάρεχε μετὰ μελικράτου· ποιεῖ γὰρ ἐξουρεῖσθαι τοὺς λίθους. *Turturis auis ſtercus combuſtum ex mulſa praebe: calculos enim per vrinam eiicit.* Imponi ceroti modo, non bibi, praecipit Marc. Emp. 26. pag. 181. et Plin. Val. II. 39. H.

n. Turdos) Plin. Val. l. c. Hard.

o. Cicadas) Idem Plin. Val. l. c. Dioſc. II. 56. Τέττιγες ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι τοῖς περὶ τὴν κύστιν ἀλγήμασι βοηθοῦσιν. H.

p. Millipedam oniſcon bibiſſe) Multipedam dicere debuit. Vide cap. vltim. lib. XXIX. Dal.

Millepedam) Dioſc. II. 37. Ποθέντες (ὄνοι) σὺν οἴνῳ βοηθοῦσι δυσουρίᾳ. H.

q. Et) Marc. Emp. c. 26. pag. 180. et Plin. Val. l. c. Hard.

r. Aluum) Plin. Val. ad verbum, II. pag. 23. H.

ſ. Ciet) Plin. Val. l. c. H.

t. Sedis) Marc. Emp. 31. pag. 222. H.

v. Si) Marc. Emp. l. c. *Rhagadas*, inquit, *canini capitis vſti canis aſperſus adiungit, et ſtercoris albi canini, betaeque cinis inſertus, ſimiliter opitulatur.* Sext. Plat. c. 9. de cane, t. 11. *Ad rhagadas ani: Stercus canis cum roſaceo tritum et impoſitum, mire ſanat.* H.

cum rosaceo: aiuntque inuentum Aesculapii esse, [1] eodemque et verrucas efficacissime tolli: murini fimi cinis, adeps cygni, seuum bouis. Procidentia *x*. [2] ibi succus cochlearum punctis euocatus [3] illitu repellit. Attritis medetur cinis muris siluatici cum melle: [4] fel *y*. herinacei, cum vespertilionis: et anserinus cum cerebro, et alumine, et coesypo. Fimum *z*. columbinum cum melle. Condylomatis *a*. priuatim araneus dempto capite pedibusque infri-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. et eodem verrucas. Gr. et Al.* 2. *sic et M. procidentia alui. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. V. habet et repellit Ch. illita depellit. Gr. et Al.* 4. *sic et Ch. Vel herinacei, cum vespertilionis cerebro et alumine. Gr. et Al.*

x. Procidentia alui succus cochlearum punctis euocatus illita depellit) *Procidentiam*, accusandi casu, in antiquo codice. Pint.

Procidentia alui succus cochlearum) Quinque nostri: *Procidentia ibi succus cochlearum.* quod et nescio quo ex MS. ad marginem notatum. Ita scripsit Plinius. *ibi*, puta in sede, cuius de vitiis agere coeperat. Et sic paullo post: *Tetris ibi vlceribus*. Cap. 12. *Si in verendis sit ceterisque ibi vlceribus.* Gron.

Procidentia) Nempe in ano, siue sede. Ita Mss. R. 1. aliique probatiores: non vt editi, *procidentia alui.* Sic paulo post hac sectione, *Tetris ibi hulceribus*. H.

y. Fel) Vide N. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Fel)* In libris hactenus vulgatis, *vel herinacei* legebatur: deerantque hae voces, *et anserinus cum cerebro.* Mendum vtrumque sustulimus, ope codicum R. Th. et Ch. Posterius etiam admonitu Marc. Emp. qui magnam operis sui partem ex Plinii verbis ac sententiis concinnauit: Sic enim ille, c. 31. pag. 222. *Adeps anserinus*, inquit, *cum eiusdem cerebro, et oesypo, et alumine subigitur, et imponitur ani omnibus causis.* Quare et in Pliniano contextu *adeps anserinus* rectuis, quam *et anserinus* legas. H.

z. Fimum) Cum farina, Marc. Emp. 32. pag. 224. Hard.

a. Condylomatis) Ad verbum Plin. Val. II.-31. H.

[1] infricatus. Ne *b.* acria perurant, adeps *c.* anserinus cum cera Punica, cerussa, rosaceo: adeps *d.* cygni. Haec *e.* et haemorrhoidas sanare dicuntur. Ischiadicis *f.* cochleas crudas tritas cum vino ammineo et pipere potu prodesse dicunt: lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, interaneis, capite. Sic et stellionem, adiectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis, conuulsis fel ouium cum lacte mulierum. Verendorum *g.* formicationibus verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies. Ceteris *h.* vitiis, vellerum eius vel sordidorum cinis ex aqua: seuum ex omento pecudis, praecipue a renibus, admixto cinere pumicis et sale: lana suc-

Ii 5 cida

1. sic ex Mss. H. et M. infricatur. Gr. et Al.

b. Ne) Ne acrioris humoris fluxus sedem perurat. H.

c. Adeps) Ad condylomata haec pariter medicamenta adhibent Marc. Emp. c. 31. pag. 222. etc. 32. pag. 225. Item Plin. Val. I. c. Ad ani pruritus Galen. Εὐπορ. I. 14. p. 598. H.

d Adeps cygni) Marc. et Plin. Val. II. cc. H.

e. Haec) Iidem auctores mox appellati. H.

f. Ischiadicis) Q. Serenus c. 38. de ischia pag. 150. *Aut in Aminaeo cochleas haurire Lyaeo.* Totidem verbis Marc. Emp. c. 25. p. 171. Hard.

g. Verendorum) Plane totidem verbis Marc. Emp. 33. pag. 229. et 230. ac Plin. Val. II. 41. Quid sit formicatio diximus XXVIII. 20. in fine. Sext. Plat. c. 6. de ariete, t. 3. *Ad clauiculos: Liquoris arietis, quem de pulmone concoques, stilla superposita, clauiculos qui in manibus nascuntur, aut in veretro, illita tollit.* Clauiculi e verrucarum genere sunt: nascunturque in manibus, pedibusque: pessimi, ἐν αἰδοίοις. H.

h. Ceteris) Auctores proxime appellari haec totidem verbis habent, vsque ad eum locum, *Testibus vero*, etc. Marc. Emp. in primis, c. 32. pag. 226. *Arietis quam pinguissimi lana, plena suis sordibus, combusta, et in puluerem redacta, prodest plurimum si eo cinere ex aqua locum inguinum perfricueris.* H.

cida ex aqua frigida: carnes pecudis combustae ex aqua: mulae vngularum cinis: dentis caballini contusi farina inspersa. Testibus *i.* vero, farina ex ossibus canini capitis sine carne tusis. Si *k.* decidat testium alter, spumam cochlearum illitam remedio esse tradunt. Tetris *l.* ibi hulceribus, et manantibus, auxiliantur canini capitis recentis cineres: cochleae *m.* latae, paruae, contritae *n.*[1] ex aceto: senectus *o.* anguium ex aceto, vel cinis[2] eius: mel, in quo apes[3] sint immortuae, cum resina: cochleae *p.* nudae, quas in Africa gigni diximus,

1. *contritae ex aceto, vel cinis eius Gr. et Al.* 2. *earum. V.* 3. *sunt immortuae. Gr. et Al.*

i. Testibus) Sext. Plat. c. 9. de cane tit. 5. *Ad tumores testiculorum: Caluaria canis trita et imposita, mire sanat.* H.

k. Si decidat testium alter) Turpiter propendeat, et demittatur veluti laxatus. Dalec.

Si) Si propendeat, quasi laxatus, ac d e m i t t a t u r. Marc. Emp. c. 33. p. 227. et Plin. Val. II. 42. H.

l. Tetris) Marc. Emp. c. 33. pag. 229. H.

m. Cochleae latae, paruae contritae ex aceto, vel cinis eius) Scribe ex apographo nostro, *Cochleae latae, paruae, contritae ex aceto. Senectus anguium ex aceto vel cinis eius.* Pint.

n. Contritae ex aceto vel cinis eius) Ex vet. adnotant *earum.* Sed Voss. *Cochleae paruae latae contritae ex aceto, senectus anguium ex aceto vel cinis eius.* Sic paullo superius: *canini capitis cinis, senecta serpentis ex aceto.* Et passim: *Cochleae minutae latae contritae illitae* cap. 13. Inuenies et apud Pintianum. Gron.

o. Senectus) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic consp.) *Cochleae*) In libris hactenus editis: *Cochleae . . . ex aceto, vel cinis eius*: ceteris, quae inseruimus, praetermissis. Restituimus ea ope Regii 2. aliorumque codicum: ipsa serie orationis ita postulante: quum sequatur statim, *vel cinis eius,* quod ad cochleas, de quibus antea, referri nequit. H.

p. Cochleae nudae, quas in Africa gigni diximus, tritae) Voss. *triatae.* Numquid *striatae?* Sed verius *acerata,* vt cap. 6. *Praeterea quae aceratae vocantur.* vbi Vossi. *eueratoe*; sed primo *E* supra scrip-

mus, tritae cum thuris polline et ouorum albo: [1] tricesimoque die resoluunt *q*. Aliqui pro thure bulbum admiscent. Hydrocelicis *r*. stelliones mire prodesse tradunt, capite, pedibus, [2] interaneis ademptis, [3] reliquum corpus inassatum: [4] In cibo id saepius datur: [5] sicut ad vrinae incontinentiam, caninum *s*. adipem cum alumine scisso,

1. *trigesimo die soluunt. M. tricesimoque die resoluuntur. V. alio quae tricesimo die resoluuntur. Alii.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. demptis. Gr. et Al.* 3. *reliquo corpore inassato. V.* 4. *Cibi id. Ch.* 5. *sicut ad vrinae incontinentiam. Caninum. Gr. et Alii.*

scriptum *A* monstrat. ἀκέρατοι. Gr.

Cochleae) Supra s. 19. et XXIX. 36. Marc. Emp. 33. p. 230. *Cochleis, quae nudae inueniuntur, adiicitur aliquid triti thuris, et albi ouorum: atque inde hulcera testiculorum tumentia, et hydrocelae puerorum, siue ramices superliniuntur, vt modo glutinis adhaerescat, etc.* H.

q. Resoluunt) Resoluuntur: sponte abscedunt, nec amplius haerent. Dal.

r. Hydrocelicis) Ὑδροκήλη, hernia, ramex aquosus, id est, cessantis humoris in partem aliquam scroti collectio, qui illic facit tumorem. *Tumidas hydrocelas* dixit Martialis XII. p. 85. De earum remedio tradit omnino eadem Plin. Val. II. 42. Hard.

s. Caninum) Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Hydrocelicis*) Praepostera interpunctione perturbata prius omnia sic legebantur: *In cibo id saepius datur, sicut ad vrinae incontinentiam. Caninum adipem, etc.* Perinde quasi ad vrinae incontinentiam stellio valeret, hydrocelicis cochleae, et quae sequuntur, prodessent. Contra Plin. Val. II. 40. cui titulus: *Incontinentiae vrinae compescendae. Anserum etiam trium*, inquit, *ligulae assae in cibo sumuntur. Cochleae Africanae cum carne sua comburuntur, cinisque earum ex vino bibitur.* Et Marc. Emp. explanate magis 26. p. 124. *Vrinam*, inquit, *continet lac caninum, et adeps eius cum alumine datus, ita vt sit fabae magnitudine globulus qui datur. Cinis cochlearum Africanarum exustarum si potetur, vrinae incontinentiam sedat. Anserum trium*

[1] sciſſo, fabae magnitudine: Cochleas *t.* Africanas cum sua carne et teſta crematas poto cinere. Anſerum *v.* trium linguas inaſſatas in cibo: huius rei auctor eſt Anaxilaus. Panos *x.* aperit ſeuum pecudum cum ſale toſto. Murinum *y.* fimum admixto thuris polline, et ſandaraca diſcutit. Lacertae *z.* cinis, et ipſa diuiſa impoſita: item *a.* multipeda contrita, admixta reſina terebinthina ex parte tertia. Quidam et ſinopidem admiſcent cochleae contuſae. Et *b.* per ſe cinis inanium cochlearum cerae mixtus, diſcuſſoriam vim habet. Fimum *c.* columbarum per ſeſe, vel cum farina hordeacea, aut auenacea illitum. Cantharides mixta calce panos ſcalpelli vice [2] auferunt. Inguinum *d.* tumorem cochleae minutae cum melle illitae leniunt.

XXIII. Varices *e.* ne naſcantur, lacertae ſanguine pueris crura ieiunis a ieiuno illinuntur. (IX.) Po-

1. *ſchiſto. V. et infra cap. 15. lib. XXXV.* 2. *ſic ex MSS H. et Ch. aperiunt. Gr. et Al.*

trium linguas inaſſatas ſi quis ederit, vrinae profluuium non patietur. Haec ſane omnia prodeſſe hydrocelicis nemo veterum commemorat. Vrinae incontinentiae Plinius iterum, XXXII. 35. H.

t. Cochleas) Marc. Emp. 26. p. 184. et Plin. Valer. II. 40. H.

v. Anſerum) Auctores proxime laudati. H.

x. Panos) Marc. Emp. c. 32. p. 224. H.

y. Murinum) Plin. Valer. ad verbum III. 27. H.

z. Lacertae) Ad verbum Marc. Emp. et Plin. Val II. cc. H.

a. Item) Siue porcellio, qui oniſcos. Totidem verbis Marc. Emp. 32. p. 226. H.

b. Et) Marc. Emp. loc. cit. Hard.

c. Fimum) Idem Marc. XXXII. p. 224. H.

d. Inguinum) Q. Serenus, 37. p. 149. *Sin autem exiſtit durum tibi glandibus inguen, Proderit induci cochleas cum melle minutas.* Iiſdem verbis Marc. Emp. 32. p. 224. et Plin. Val. II. 43. H.

e. Va-

(IX.) Podagras *f.* lenit oesypum cum lacte mulieris et cerussa: fimum *g.* pecudum, quod liquidum reddunt: pulmones *h.* pecudum: fel arietis cum seuo: mures dissecti impositi: sanguis mustelae cum plantagine illitus, et viuae combustae cinis ex aceto, [1] et rosaceo, si penna illinatur, vel si cera et rosaceum admisceatur: fel caninum, ita ne manu attingatur, sed penna illinatur: fimum *k.* gallinarum: vermium *l.* terrenorum cinis cum melle, ita vt tertio die soluantur. Alii ex aqua illiniri malunt. Alii [2] ipsos aceto mensura [3] cum melle cyathis tribus, pedibus ante rosaceo perunctis. Cochleae latae potae tollere dicuntur pedum et articulorum dolores. Bibuntur autem binae in vino tritae. Eaedem illinuntur cum helxines herbae succo. Quidam ex aceto [4] intriuisse contenti sunt. Quidam sale *m.* cum vipera cremato in olla noua, [5] et saepius sumpto, aiunt podagra liberari. Vtile esse et adipe viperino pedes perungi. Et *n.* de miluo affirmant, si inueterato tritoque, quantum tres digiti capiant, bibatur ex aqua. [6] Aut *o.* si pe-

1. ac. Cb. 2. ipso aceto mensura. V. ipsos acetabuli mensura. Alii. V. 3. sic ex MSS. cum mellis. Gr. et Al. 4. contriuisse. M. 5. et, in M. d. 6. Et si Dalec.

e. Varices) Marc. Emp. 34. p. 232. H.

f. Podagras) Marc. Emp. 36. p. 242. H.

g. Fimum) Caprinum ad podagras laudat Diosc. II. 98. H.

h. Pulmones) Idem Marc. l. c. H.

i. Et) Diosc. II. 27. et Marc. Emp. 36. p. 246. H.

k. Fimum gallinarum) Marc. Emp. 36. p. 242. H.

l. Vermium) Idem Marc. p. 250. H.

m. Sale) Sal is est, quem multis aliis locis *viperinum* vocat. Dal.

n. Et) Milui imprimis caput commendat ad podagras Galen. de theriaca ad Pis. I. 9. p. 942. H.

o. Aut) Aut si pedes sanguine miluino perungantur, cum vrtica trita. Vide N. et Em. N. XX. (hic pos.)

Es

si pedes [1] sanguine *p.* cum vrtica: vel pennis [2] palumborum, quum primum nascentur, tritis cum

1. *sanguine tumeant. V.* 2. *eius. D. aut si pedes sanguinent cum vrtica: vel pennis eorum. Gr. et Alii.*

Et de) Prius sic legebatur, *Aut si pedes sanguinent* . . . *vel pennis eorum.* In vetustis codd. *si pedes sanguinem,* vel *sanguine.* Emendat Dalecampius, *si pedes sanguine tumeant.* Etiam *sanguinent* defendi putat posse Quintiliani suffragio, pro *sanguine manent.* Conuellit ac labefactat eiusmodi coniecturas nostra interpretatio, de miluino sanguine, quo perungi cum vrtica trita podagricos pedes, non Plinius solum est Auctor, sed et Marc. Emp. 36. pag. 246. *Vrtica,* inquit, *cum sanguine miluino, aut palumborum permixta: atque ex eo pedes illiti efficaciter sanantur.* Et Plin. Val. III. 14. *Adipe viperino, sanguine quoque milui pedes perunguntur.* Mox vbi *vel pennis eorum* libri vulgati exhibent. Dalecampius reponit, *vel pennis eius,* vt ad miluum spectare videatur. At quo auctore? Deinde quid verbis proxime sequentibus fiet, *quum primum nascentur*: et, *Quin et fimus eorum*? Quanto veri similius sit, non *eorum,* sed *palumborum*, vt rescripsimus, legi oportere? audaci sane coniectura, sed vtique certa. Sic enim Marc. Emp. qui vetustissimos et maxime probatos Plinii codices sequutus est. *Columbinae pinnae,* inquit, *maxime primum nascentes cum vrtica, atque impositae, podagrae dolores leuant.* Nam et ea quae proxime sequuntur apud Plinium, *quin et fimus eorum articulorum doloribus* illinitur, ad columbos etiam pertinere auctor est idem Marc. 34. p. 234. *Stercus columbinum,* inquit, *vel solum, vel cum ouo tritum, dolentibus articulis illitum prodest.* Quin et ipse Plinius de columbino stercore hoc loco egisse se satis liquido asseuerat, quum paulo post subiicit: *Sane qui cinere* . . . *vti malint, sicut fimi columbini cinere, etc.* H.

p. Sanguinent) In vtroque manuscrip. exempl. legitur, *sanguinem.* In antiquissimo codice scriptum fuisse puto, *sanguine tum:* nempe vel contracta scriptura, vel deletis literis, et dormitantem aut ignarum scribam, ex iis notis effecisse *sanguinem:* cum legendum fuerit: *Et si pedes sanguine tumeant.* Apud Quintilianum in decla-

cum vrtica. Quin et fimus eorum articulorum doloribus illinitur: item cinis mustelae aut cochlearum, et cum amylo, vel [1] tragacantha. Incussos *q.* articulos aranei telae commodissime curant. Sunt qui cinere earum vti malint, sicut fimi columbini cinere, cum polenta et vino albo. Articulis *s.* luxatis praesentaneum est et seuum pecudis cum cinere [2] e capillo mulierum. Pernionibus *t.* quoque imponitur seuum pecudum cum alumine: canini capitis cinis, aut *v.* fimi murini. Quod *x.* si pura

1. *sic ex MSS. H. et Ch. tragacantho. Gr. et Alii.*
2. *et Ch.*

clamationibus aliquoties legimus *sanguinantes*, pro sanguine manantes, et cruore perfusos. *Sanguinantes pedes* quidam exponunt, gangraena, carcinomate, sordidis et malignis vlceribus tentatos cum sanguinis effluxu. Talibus vrtica prodest, et peculiari vi sanguinem manantem sistit, praesertim e naribus. Sed is morbus plurimum differt a podagra, de qua hic agitur. Dalec.

q. Incussos) Totidem syllabis apicibusque litterarum, Marc. Emp. c. 34. p. 254. Sed Plin. Val. III. 15. *Incisos articulos aranei tela commodissime curat.* MSS. omnes, *incussos.* Recte. Q. Serenus, c. 54. p. 159. *Si vero caput infestus colliserit ictus, Ex oleo necti vestis debebit arachnes: Nesciet haec illinc, nisi cum sanarit, abire.* H.

r. Sicut) Columbarum fimum etiam vulneratis prodesse auctor est Galenus κατὰ γένη III. 6. p. 729. H.

s. Articulis) Q. Serenus, c. 54. p. 159. *Quod si luxa suo decedent membra tenore, Vrere femineos crines, ac iungere seuum. Congruet et tali medicamine mota ligare.* Marc. Emp. 34. pag. 235. *Articulus luxatis seuum pecudis cuiuscumque cum cinere de capillo muliebri facto medetur.* Et Plin. Val. II. 49. *Mulieris capillus quamplurimus in cinerem redactus, admixto ouium adipe vetere: ceroti modo illinies, etc.* Et III. 15. ad neruos et articulos: *Seuum pecudis cum cinere capillorum mulieris.* H.

t. Pernionibus) Marc. Emp. 34. p. 236. H.

v. Aut) Plin. Val. II. 51. Hard.

x. Quod) Ita Mss. omnes. Prius editi, *quod si putrida sint*

1 si pura sint, hulcera cera addita ad cicatricem perducunt: vel *y.* 2 glirium crematorum fauilla ex oleo: item *z.* muris siluatici cum melle: vermium *a.* quoque terrenorum cum oleo vetere: et cochleae, quae nudae inueniuntur. Hulcera *b.* omnia pedum sanat cinis earum, quae viuae combustae sint: 3 fimi gallinarum cinis exhulcerationes, 4 columbini fimi ex oleo. Attritus *c.* etiam calceamentorum, veteris soleae crematae cinis, agninus *d.* pulmo et arietis sanat. Dentis *e.* caballini contusi farina priuatim subluuiem *f.* Lacertae

1. sic et Ch. quod si putrida sint hulcera, cera. Gr. et Alii. 2. grillium. Ch. gryllorum. Gr. et Al. 3. sic ex MSS. H. et Ch. fimique gallinacei . . . Gron. et Al. 4. sic ex MSS. H. et Ch. columbini ex oleo. M. columbini fimi cinis ex oleo. Gr. et Al.

sint hulcera. Plin. Val. II. 50. sq. *si plura sint hulcera.* H.

y. Vel) Vel glires cremari et in cinerem redacti cum oleo. Vide N. et Em. N. XXI. (hic pos.) *Vel*) Libri omnes editi, *vel gryllorum.* MSS. R. 1. *grilium.* R. 2. et Ch. *grillium.* Nos vnius traiectione litterulae, *glirium* rescripsimus, auctore Marc. Emp. 34. p. 232. *Glirium*, inquit, *vel soricum, vel vermium terrenorum cinis oleo impositus pernionibus medetur.* H.

z. Item) Marc. Emp. 34. p. 232. H.

a. Vermium) Marc. idem l. c. et Plin. Valer. II. 51. Hard.

b. Hulcera) Haec omnia iidem auctores proxime appellati. H.

c. Attritus) Diosc. II. 40. et 51. Marc. Emp. 34. pag. 236. H.

d. Agninus) Marc. Emp. 34. p. 232. H.

e. Dentis) Sic Plin. Val. II. 51. H.

f. Subluuiem) Τὴν παρωνυχίαν, Columel. cap. 5. lib. VII. de oue id usurpat. In homine is morbus est, cum sub vngue, cocta inflammatione, sanies alba colligitur: quod saepe mulieribus accidit, dum inter consuendum se acu pungunt. Vulgus vocat: *vn Pissechien.* Paronychiae genus id mitius est, ac minus dolore vexat, nec primum articulum digiti corrumpit. Quidam reduuias, τὰ πτερύγια, falso interpretantur. Dal.

tae *g.* viridis sanguis subtritus, et hominum et iumentorum pedes sublitus sanat. Clauos *h.* pedum vrina muli mulaeue cum luto suo illita: fimum ouium. Iecur *i.* lacertae viridis, vbi sanguis flocco [1] impositus: vermes *k.* terreni ex oleo: stellionis caput cum *l.* [2] viticis pari modo tritum ex oleo: fimum *m.* columbinum decoctum ex aceto. Verrucas *n.* vero omnium generum vrina canis recens cum suo luto illita: fimi *o.* canini cinis cum cera: fimum ouium: sanguis recens murinus illitus, vel ipse mus diuulsus: herinacei fel: caput *p.* lacertae, vel sanguis, vel cinis totius: membrana senectutis anguium: fimum *q.* gallinaceum cum oleo et nitro. Cantharides *r.* cum vua taminia intritae

1. *imponitur.* M. 2. *vrticis. M.*

Subluuiem) Quid hoc morbi genus sit, Marc. Emp. explicat, 34. p. 232. *Dentes caballini runsi, bulcera perniorum, si sint tumidi, vtiliter curant.* H.

g. Lacertae) Plin. Val. l. cit. H.

h. Clauos) Marc. Emp. c. 34. pag. 233. et Plin. Val. II. 52. H.

i. Iecur) Marc. Emp. l. c. *in lanula*: Et p. 237. *cum flocco impositus.* H.

k. Vermes) Marc. Emp. 34. p. 237. H.

l. Cum) Sic etiam MSS. Forte *vrticis* rectius. Vrticarum enim in clauis pedum sanandis creber apud Marc. Emp. vsus: viticis plane nullus. Vide c. 34. p. 234. sq. H.

m. Fimum) Marc. Emp. l. c. et Plin. Valer. II. 52. H.

n. Verrucas) Iisdem verbis Sext. Plat. 9. de cane, tit. 6. *Ad callos et verrucas tollendas.* Marc. Emp. 19. p. 132. et Plin. Val. III. 42. Q. Seren. c. 65. de verrucis tollendis: *Id poterit vitium sanguis curare lacertae, Aut vrina canis cum terra inducta madente.* H.

o. Fimi) Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. qui et de fimo ouium, et murino sanguine, Plinio pariter adstipulantur. H.

p. Caput) Galen. de fac. simpl. med. XI. p. 303. H.

q. Fimum) Plin. Val. III. 42. H.

r. Cantharides) Marc. Emp. 19. p. 129. H.

tae exedunt: sed ita erosas aliis, quae ad persananda hulcera monstrauimus, curari oportet.

XXIV. (X.) Nunc reuertemur ad ea, quae totis corporibus metuenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse Magi dicunt domus totius, suffitae eo purificataeue, contra omnia mala medicamenta. Item sanguine canis resperfis parietibus, genitalique eius sub limine ianuae defosso. Minus mirentur hoc, qui sciunt foedissimum animalium in quantum magnificent ricinum, quoniam *s.* vni nullus sit exitus saginae, nec *t.* finis [1] alia quam morte, diutius in fame viuenti. Septenis ita diebus [2] durasse tradunt: at in satietate paucioribus [3] dehiscere. Hunc ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. Eumdem in augurio vitalium habent. Nam si aeger ei respondeat qui intulerit, a pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitae certam esse: moriturum nihil respondere. Adiiciunt, vt euellatur ex aure laeua canis, cui non sit alius, quam niger color. Nigidius [4] fugere tota die canes conspectum eius, qui e sue id animal euellerit, scriptum reliquit. Rursus Magi tradunt, lymphatos sanguinis talpae aspersu resipiscere: eos vero qui a nocturnis Diis Faunisque agitentur, draconis lingua, et oculis et felle intestinisque in vino et oleo decoctis, ac sub dio [5] noctu refrigeratis, perunctos matutinis vespertinisque liberari.

XXV.

1. *aliqua. M. alius. V.* 2. *durare. V.* 3. *deficere. M.* 4. *furere. Cb.* 5. *nocte frigeratis. Cb.*

s. *Quoniam*) Haec explanata vberius, XI. 40. Hard.

t. *Nec*) Siue, finis alius. Sic Maro, Aen. II. *Haec finis Priami fatorum.* H.

XXV. Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander *v.* amphisbaenam mortuam adalligatam, vel pellem tantum eius. Quinimo arbori, quae caedatur, adalligata, non algere caedentes, faciliusque succidere. Itaque sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens, et ante cuculi cantum. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices, vbicumque spargatur.

XXVI. Paralysin *x.* cauentibus pinguia glirium decoctorum et soricum vtilissima tradunt esse: millepedas, vt *y.* in anginis diximus, potas phthisin sentientibus: lacertam viridem decoctam in vini sextariis tribus ad cyathum vnum, singulis cochlearibus sumptis per dies, donec conualescant: Cochlearum *a.* cinerem potum in vino.

XXVII. Comitialibus morbis oesypum cum myrrhae momento, et vini cyathis duobus dilutum, magnitudine nucis auellanae, a balineo potum. Testiculos *b.* arietinos inueteratos, tritosque dimidio denarii pondere in aqua vel lactis asinini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus ante et postea. Magnifice *c.* laudatur et

 sanguis

v. Nicander) In Ther. p. 26. de amphisbaena: Ἡ δ᾽ ὀνίνησι ῥινῷ δυσπαθέοντας, ὅτ᾽ ἐν παλάμῃσιν ἀεργοὶ Μάλκαι ἐπιπροθέωσιν ὑπὸ κρυμοῖο δαμέντων, etc. *Sic pluribus illa Pelle sua prodest, Boreae cum flamine segnes Obriguere manus, et victae frigore torpent,* etc. H.

x. Paralysin) Plin. Val. III. 13. ad verbum H.

y. Vt) Sect. 12. H.

z. Lacertam) Plin. Valer. ad verbum, I. 61. H.

a. Cochlearum) Plin. Val. l. c. H.

b. Testiculos) Plin. Val. II. 58. ad verbum, et Sext. Plat. c. 6. de ariete n. 7. *ad caducos.* H.

c. Magnifice) Plin. Val. l. cit. H.

sanguis pecudum potus: item fel cum melle, praecipue agninum. Catulus *d.* lactens sumptus, abscisso capite pedibusque, ex vino et myrrha. Lichen mulae potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis transmarini cinis potus in aceto. Tunicula stellionis, quam eodem modo, [1] vt anguis, exuit, pota. Quidam, et ipsum arundine exenteratum inueteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis verubus inassatum. Opere pretium est scire quomodo praeripiatur, quum exuitur membrana hiberna, alias deuoranti eam, quoniam *e.* nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde *f.* stellionum nomen aiunt in maledictum *g.* translatum. Obseruant cubile eius [2] aestatibus. Est *h.* autem in [3] loricis ostiorum fene-

1. *tanto vt anguis.* Ch. 2. *aestibus.* Ch. 3. *laxis.* V. *locis.* Gr. et Alii.

d. Catulus) Plin. Val. l. c. Hard.

e. Quoniam) Vide quae diximus in eam rem, VIII. 49. H.

f. Inde) Male dicti et conuitii loco id nomen obiicitur homini improbo et fraudulento. Glossae veteres: *Stellio*, κακοῦργος, κακότροπος. Proprie autem stellionatus dicitur Iureconsultis, quum dolo quid factum, quum merces suppositae, quum impostura facta, etc. Vide tit. 20. Lib. LVII. Dig. *Stellionatus*: simul et Vossium. in Etymol. Est stellionatus κακοτεχνία Platoni, de Legibus, IX. H.

g. Maledictum translatum) Criminis notam et probrum. stellionatus crimen id est, cum aliquid per dolum et imposturam fit. *Vlpianus.* De eo multa ex Capro grammatico Cuiacius c. 26. lib. X. Obseruat. Theophr. lib. de inuidis animalibus. Dal.

h. Est autem in locis ostiorum fenestrarumque) Scribendum *loricis*, non *locis*, ex vetusto exemplari. Pint.

Est) Ita R. 2. et Ch. Editi, male *in locis*. Loricae testaceae murorum, ostiorum, ac fenestrarum, proiecturae sunt, quas Galli vocant *Cornicbes*, quae transitum sepiunt, reiiciuntque extra perpendiculum stillas. De his Vitruu. II. 8. H.

fenestrarumque, aut cameris sepulcrisue: ibi vere incipiente fissis arundinibus textas opponunt casas, quarum angustiis etiam gaudet, eo facilius exuens circumdatum torporem *i.* Sed eo derelicto non potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis praefertur. Prodest et cerebrum mustelae inueteratum potumque, et *k.* iecur eius: testiculi, vuluaeque, aut ventriculus inueteratus cum coriandro: vt *l.* diximus: item *m.* cinis: siluestris vero tota *n.* in cibo sumpta. Eadem *o.* omnia praedicantur ex viuerra. Lacerta viridis cum condimentis, quae fastidium abstergeant, ablatis pedibus [1] et capite Cochlearum *p.* cinis addito semine lini et vrticae cum melle, [2] vnctu sanat. Magis *q.* placet

1. *ac Ch.* 2. *sic ex MSS. H. linctu. Ch. inunctos. Gr. et Alii.*

i. Torporem) Senectam. Hard.

k. Et) Diosc. Εὐπορ. I. 18. Plin. Val. III. 10. H.

l. Vt) Lib. XXIX. 16. Sic etiam Dioscor. loco citat. Hard.

m. Item) Q. Serenus c. 58. de comitiali morbo, p. 161. *Aptus mustelae cinis est., et hirundinis vna.* H.

n. Tota) Cael. Aur. Chron. I. 4. de epilepsia, ex aliorum sententia: *Item mandendam mustelam, sed longo desiccatam tempore*: id vero deinde improbat. H.

o. Eadem omnia praedicantur ex viuerra) Vult eadem esse remedia e siluestri mustela, *viuerra* appellata, quae iam e domestica commonstrauit. Gelen.

Eadem) Eadem omnia remedia parantur ex siluestri mustela, siue viuerra, *quae iam e domestica commonstrata sunt.* Plin. Val. II. 58. H.

p. Cochlearum cinis addito semine lini et vrticae cum melle inunctos sanat) Lego *Cochlearum cinis adiecto semine lini et vrticae cum melle linctu sanat*, ex apographo nostro. Pint.

Cochlearum) Vide N. et Em. N. XXII. (hic pos.) *Cochl.*) Ita R. I. In libris vulgatis, *inunctos sanat.* In Ch. *linctu*, male. Plin. Val. II. 58. *Ad morbum comitialem: Cochlearum cinis addito lini semine et vrticae ex melle illinitur cum sale.* Hard.

q. Magis) Qui Magiam profitentur. H.

placet draconis cauda in pelle dorcadis adalligata ceruinis neruis: vel *r.* lapilli e ventre pullorum hirundinum finiftro lacerto annexi. Dicuntur enim excluso pullo lapillum *s.* dare. Quod *t.* si pullus is detur [1] incipienti *v.* in cibo, quem *x.* primum pepererit, quum quis primum tentatus sit, liberatur eo malo. Postea *y.* medetur hirundinum sanguis cum thure, vel cor recens deuoratum. Quin *z.* et e nido earum lapillus impositus recreare dicitur confestim, et adalligatus in perpetuum tueri. Praedicatur et iecur milui deuoratum, et senectus serpentium. Iecur *a.* vulturis tritum cum suo sangui-

1. *sic ex MSS H. incipienti, quum quis primum, etc. malo postea Medetur. M. et V. pullus is, quem primum peperit, in cibo datur incipiente morbo, et cum quis, V. peperit. Gr: et Al.*

r. Vel) Dioscor. II. 60. Sext. Plat. Part. 2. cap. 12. de hirundine, tit. 3. *ad caducos: Hirundines comestae caducos sanant. Item lapilli in ventriculis eorum reperti, et brachio alligati perfecte sanant.* H.

s. Lapillum dare) Pullo, quem excluserint, tamquam omnium morborum remedium. Dal.

Dare) Dare deglutiendum H.

t. Quod si pullus is detur incipienti in cibo, quem primo peperit, cum quis primum, etc.) Paucioribus verbis nostrum exemplar: *Quod si pullus is detur cum primum tentatus sit, liberatur eo malo. Pint.*

Quod) Sic R. 1. At paucioribus verbis R. 2. et is quem Pintianus vidit. *Quod si pullus detur cum primum tentatus sit, liberatur eo malo.* H.

v. Incipienti) Quum morbus incipit. H

x. Quem) Quem pullum primum hirundo peperit. Sic pullos eligit primae feturae Diosc. II. 60. et Euπορ. I. 19. H.

y. Postea) Q. Seren. l. c. *Aut cruor ex Progne mixtus cum polline thuris: Aut lapis ex nido, vaga quem congessit hirundo, Vellitur: et nexu fouet, attollitque iacentem.* Sic etiam Plin. Val. II. 58. Hard.

z. Quin) Seren. et Plin. Val. II. cc. H.

a. Ie-

ſanguine ter ſeptenis diebus potum. Cor pulli vulturini adalligatum. Sed *b.* ipſum vulturem in cibo dari iubent, et quidem ſatiatum humano cadauere. Quidam pectus eius bibendum cenſent, et in [1] cerrino calyce. Aut *c.* teſtes gallinacei ex aqua et lacte, antecedente quinque dierum abſtinentia vini, ob id inueteratos. Fuere et qui viginti vnam muſcas rufas, et quidem emortuas, in potu darent, infirmioribus pauciores.

XXVIII. (XI.) Morbo *d.* regio reſiſtunt ſordes aurium, aut *e.* mammarum pecudis denarii pondere cum myrrhae *f.* momento, et vini cyathis duobus: canini *g.* capitis cinis in mulſo: multipeda in vini hemina: vermes terreni in aceto [2] mulſo cum myrrha. Gallina *h.* ſi ſit luteis pedibus prius aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur. Cerebrum *i.* perdicis aut aquilae in vini cyathis tribus.

Kk 4

1. *cedrino. V.* 2. *cum mulſo. Ch.*

a. Iecur) Sext. Plat. parte 2. c. 2. de vulture, tit. 2. *Ad caducos: Vulturis iecur totum cum ſanguine ipſius vulturis tritum, et per dies ſeptem potum, caducis prodeſſe dicimus.* Plinium tranſſcripſit ad verbum Plin. alter Valer. II. 58. H.

b. Sed) Plin. Val. l. c. H.

c. Aut) Sext. Plat. parte 2. cap. 8. de gallo t. 2. *ad caducos: Galli teſticulos contritos cum aqua ieiuno dabis bibere: abſtineant autem a vino diebus decem... Debebunt autem teſticuli ſicci ſeruari, vt quum fuerint neceſſarii, continuo ſumantur.* H.

d. Morbo) Haec totidem verbis Plin. Val. II. 59. Hard.

e. Aut) Sordes quas inter mammas habet, vel inter femora, vt ait Sext. Plat. c. 6. de ariete, tit. 6. ad morbum regium. H.

f. Myrrhae) Hoc eſt, myrrhae puſillo, vt Plin. Val. ait l. c. H.

g. Canini) Sic etiam praeter Plin. Val. l. c. Sext. Plat. c. 9. de cane, tit. 16. *Ad morbum regium: Rabidi canis caput contuſum et commixtum cum vino potatum mire ſanat.* H.

h. Gallina) Plin. Val. l. c. H.

bus. Cinis [1] plumarum aut *k.* interaneorum palumbis in mulso ad cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis crematorum cochlearibus duobus in aqua mulsa. Auis *l.* [2] icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt, et auem mori. Hanc *m.* puto Latine vocari [3] galgulum.

XXIX. Phreneticis *n.* prodesse videtur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam *o.* [4] muriae cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelae, vel etiam inueteratas herinacei carnes, quis possit furenti, etiamsi certa sit medicina? Bubonis [5] certe oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiose vitam ludificantur, acceperim. Praecipueque febrium medicina placitis eorum renun-

1. *sic ex Mss. H. palmarum Gr. et Al.* 2. *icteris. Ch.* 3. *gagulgulum. Ch.* 4. *sic ex Mss. H. et Ch. vel, pro, certa sit, forte. Nam non modo muris . . . verum etiam Gr. et Al.* 5. *quidem. Ch.*

i. Cerebrum) Sext. Plat. parte 2. cap. 5. de perdice, tit. 1. *ad morbum regium.* Et Plin. Val. l. c. H.

k. Aut) Plin. Val. l. c. *Cineres interaneorum palumborum, cochlearia duo bibuntur ex mulso.* H.

l. Auis icterus) Aetius lib. X. cap. 17. morbum hunc non ab aue dictum vult, sed ab oculis ictidis, seu viuerrae, auricoloribus. Dal.

Auis) Diximus de ea, X. 50. Ab ea aue, quod sit coloris fellei, Graecos dedisse huic morbo nomen, scribit Cael. Aurel. III. 5. H.

m. Hanc) Galbulum a colore luteo appellari mauult Marc. Donatus in Suet. c. 81. Tom. VI. Thes. Crit. pag. 281. et post eum Salmas. in Not. ad hist. Aug. pag. 227. H.

n. Phreneticis) Q. Serenus c. 8. pag. 129. *Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur, Amissaque refert frendens amentia vires. Conueniet calidis pecudum pulmonibus apte Tempora languentis medica redimire corona.* Sic etiam Plin. Val. III. 9. H.

o. Nam non modo muris cerebrum dare potui ex aqua aut cinerem mustelae, aut etiam inueteratas herinacei carnes) Breuius in vetusto codice: *Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cine-*

nuntiat. Namque et in XII. signa digessere eam Sole transmeante, iterumque Luna: quod *p.* totum abdicandum paucis [1]e pluribus edocebo. Siquidem crematis tritisque cum oleo perungi iubent aegros quum Geminos transit Sol, cristis, et auribus, et vnguibus gallinaceorum: si Luna, radiis *q.* barbisque eorum: si Virginem alteruter, hordei granis: si Sagittarium, vespertilionis alis: si Leonem Luna, tamaricis fronde, et [2] adiiciunt, satiuae: si Aquarium, e buxo carbonibus tritis. Ex istis confessa, aut certe verisimilia ponemus, sicut et lethargum olfactoriis *r.* excitari: inter ea fortassis mustelae testiculis inueteratis, aut *s.* iocinere vsto. His *t.* quoque pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant vtile.

XXX. In quartanis medicina clinice *v.* propemodum nihil pollet. Quamobrem plura eorum *x.* remedia ponemus, primumque ea, quae [3] adalligari

1. *sic ex Mss. H. exemplis. V. exemplaribus docebo Gr. et Al.* 2. *dicunt. Ch.* 3. *alligari. Ch.*

rem mustelae, vel etiam inueteratas, etc. Pint.

p. *Quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo.*) Scribe, *Quod totum abdicandum paucis e pluribus docebo.* ex eodem. Pint.

q. *Radiis*) Digitis in auersa parte pedis extantibus. Dalec.

Radiis) Calcaribus. Vide quae de ea voce diximus XI. 107. H.

r. *Olfactoriis*) Ptarmicis, quae sternutamenta cient. Dalec.

Olfactoriis) Odoramentis quae corroborent, et olfacta excitent: ὀσφραντικὰ vocat Diosc. in Alex. 17. Sic etiam Largus, comp. med. 23. n. 104. *Interdum olfactoriis reficere, etc.* Ioh. de Ianua: *Olfactorium, ab olfacio; vnde olfactoriolum: Vas vnguentarium muliebre, in quo odoramenta gestantur.* Hard.

s. *Aut*) Plin. Val. III. 7. Hard.

t. *His*) Plin. Val. l. c. H.

v. *Clinice*) Quae aegris in lecto decumbentibus adhibetur, ratione victus, medicamentis, manus opera. D.

x. *Eorum*) Magorum. H.

gari iubent: Puluerem *y.*, in quo se accipiter volutauerit, lino rutilo in linteolo: canis nigri dentem longissimum. Pseudosphecem vocant vespam, quae singularis volitat: hanc sinistra manu apprehensam subnectunt: alii vero, quam quis eo anno viderit primam. Viperae *z.* caput abscissum in linteolo, vel cor viuentis exemptum. Muris *a.* rostellum auriculasque summas [1] roseo panno, ipsumque dimittunt. Lacertae [2] viuae dextrum oculum effossum, mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina. Scarabaeum qui *b.* [3] pilas voluit. Propter hunc Aegypti *c.* magna pars scarabaeos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis *d.* operum similitudinem huic animali

1. *russeo. Ch.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. lacertae viridis viuae Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. pilulas Gr. et Al.*

y. Puluerem in quo se accipiter volutauerit) Voss. *puluerem, vbi se accipiter volutauerit.* Gron.

z. Viperae) Plin. Val. III. 6. H.

a. Muris) Plin. Val. l. c. *Quartanae curandae: Muri viuo rostellum primum, et auriculae summae praeciduntur, et in roseo panno alligantur, et ipse mus viuus dimittitur.* Hard.

b. Qui) Qui pedibus fimum subigit, et in pilas cogit, quas et pedibus volutat. In libris hactenus editis, *pilulas*, minus sincere. Hard.

c. Aegypti magna pars scarabaeos, etc.) Vide supra c. 5. huius lib. Plutarch. Porph. Horus, aliam praeterea eius venerationis caussam reddunt, quod mares sint omnes scarabaei, nulla femina. Hinc iocus Ausonii in masculae Veneris sectatorem: *Peruersae Veneris postico vulnere fossor, Lucilli vatis subulo, pullo, premo, Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus, Non caper, aut aries, sed scarabaeus erit.* Rhodig. cap. 5. lib. VIII. Clemens Hypotyposeon VI. homines voluptatibus impensius deditos, et immersos, ac ebrios, tamquam cantharos in stercore volutari scribit. Dal.

d. Solis) Quoniam, quum sobolem procreare vult, bouis fimum nactus, globulum eiusdem, cuius mundus figurae est, fingit: quem vbi

animali esse, ad excusandos gentis suae ritus. Sed *e.* et [1] alium adalligant Magi, cui *f.* sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur [2] fullo, albis guttis, dissectum vtrique lacerto [3] adalligant: cetera sinistro. Cor [4] anguium sinistra manu exemptum viuentibus. Scorpionis caudae quatuor articulos cum aculeo, panno nigro, ita vt nec scorpionem dimissum, nec eum qui [5] alligauerit, videat aeger triduo. Post *g.* tertium circuitum id condat *h.* [6] Erucam *i.* in linteolo ter lino circumdant totidem nodis, ad singulos dicentes, quare faciat qui medebitur. Limacem in pellicula, vel quatuor limacum capita, praecisa arundine. Multipedam lana inuolutam. Vermiculos *k.* ex quibus tabani fiunt, antequam [7] pennas germinent. Alios e spinosis frutectis lanuginosos. Quidam ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putamine adalligant: cochleasque, quae nudae inueniun-

1. *alios alligant. Ch.* 2. *fullo ab his dissectum. M.* 3. *alligant. Ch.* 4. *sic ex Mss. H. et Ch. anguinum Gr. et Al.* 5. *adalligauerit. Ch.* 6. *vrucam. Ch.* 7. *pennae. V.*

vbi ab ortu ad occasum auersis pedibus volutauit, Solis cursum in caelo aemulatus, ipse rursum, vt orbi persimilem figuram edat atque exprimat, in ortum conuertitur. Ἐπειδὰν ὁ ἄρσην βούλεται παιδοποιήσασθαι, βοὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, etc. Horus Apollo Hierogl. I. 10. Habet his consentientia Porphyrius, Libro quem inscripsit περὶ τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, quae merito ridet Euseb. de Praep. Euang. III. pag. 94. H.

e. Sed) Lucanum, de quo XI. 34. H.

f. Cui sunt cornicula reflexa) Taurum supra vocauit cap. 5. huius libri. Dal.

g. Post) Post tertium febris circuitum id humo condat. H.

h. Condat) Humo sepeliat et defodiat. Dal.

i. Erucam) MSS. omnes, *vrucam*, quod idem est. H.

k. Vermiculos) Fiunt hi e ligno. Vide XI. 38. H.

niuntur. Stellionem inclusum capsulis subiiciunt capiti, et sub decessu febris emittunt. Deuorari autem iubent cor mergi marini sine ferro exemptum, inueteratumque conteri, et in calida aqua bibi. Corda hirundinum cum melle. Alii *l.* fimum drachma vna in lactis caprini et ouilli, vel passi cyathis tribus, ante accessiones. Sunt qui totas censeant deuorandas. Aspidis cutem pondere [1] sexta parte denarii cum piperis pari modo, Parthorum gentes in remedium quartanae bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phryganion *m.* adalligatum remedio esse quartanis. Quod esset animal neque ille descripsit, nec nos inuenimus qui nouisset. Demonstrandum *n.* tamen fuit a tam graui auctore dictum, si *o.* cuius cura efficacior [2] esset [3] inquirentis. Cornicis carnes esse, et nidum illinire,

1. *sextae partis. V.* 2. *peruicacior. V.* 3. *sic ex* Mss. *H. inquirendas. Ch. Leg. inquirendo, vel, in quaerendo. Si cuiusquam ... esset ad inquirendum Gr. et Al.*

l. Alii) Ad verbum Plin. Val. III. 26. H.

m. Phryganion) Fortassis animal, quod paulo antehac vocauit vermiculum e fruretis lanuginosum, Φρύγανον, frutex. Quidam legunt, *phrynion*: putantque animal id notissimum a Chrysippo fusius expositum non fuisse, et Plinium exemplari vitioso deceptum. Dal.

Phryganion) Sic MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indicis eo fragmento, quod retulimus in Not. et Em. ad L. XXVI. N. XXXII. Hard.

n. Demonstrandum) Appellandum a nobis id animal fuit, quod tam grauis auctor nominauit, vt detur aliorum diligentiae locus, si forte eorum cura in inquirendo felicior futura est et efficacior. H

o. Si cuiusquam cura efficacior esset ad inquirendum) Chifl. *inquirendas.* Voss. *si cuius cura efficacior esset inquirendus.* lege, *inquirentis.* Gron.

Si) Qua forma Maro, Aen. II. *Inde domum .. Me refero, si forte pedem, si forte tulisset.* H.

re, in [1] longis morbis vtilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam [2] miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela *p.* cum ipso, [3] in splenio resinae cerae-que

1. sic ex Mss. H. et Ch. longissimis Gr. et Al. 2. sic ex Mss. H. et Ch. miseros spes. V. quoniam eius spei copia erit deiecto. Alii. miseria spei delectat Gr. et Al. 3. specu toto resina ceraque Gr. et Al.

p. Cum ipso specu toto resina, etc.) In antiquo exemplari, *cum ipsa in spleno toto resina, etc.* Forte legendum, *splenio*, non *spleno*. Verba item illa quae statim ante praecedunt, *quoniam miseria spei delectat*, Pliniana non puto. Pint.

Tela cum ipso specu toto resina ceraque imposita) Acad. *licum vocant delatum ipsos plane toto resinae ceracque imposita.* Gud. et Menap. *licum vocant de lacu ipsos plene toto resinae ceraeque imposita.* Andegav. *licum vocant delatum ipsos plene toto resinae cereaque imposita.* Annosior, *lycum vocant tela cum ipso in splene toto resine cereque inposita.* Scribe: *quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso, in splenio resinae cereaque, imposita vtrisque temporibus et fronti prosit.* Vel, *in splenio cum resina ceraque. Cum ipso*, nempe araneo. *In splenio*, vt lib. XXIX, 6. *Aranei muscarii tela, et praecipue spelunca ipsa, imposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo, etc. mirabiliter epiphoris mederi dicuntur.* Sic enim ibi Chiflet. et Vossianus. Andeg. etsi corruptus, tamen egregie firmans verum: *Aranei muscarii tela et praecipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquilo: et praecipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquile ita vt a puero* etc. Vnus per errorem duorum codicum vice fungitur. Menap. quoque *ad duo tempora in speleo aquile.* Martialis: *numerosa linunt stellantem splenia frontem.* Sic et fere Pintianus: sed male pro non Plinianis delet, quae corrigenda erant. Gron.

Tela) Tela cum araneo, in emplastro cum resina ceraque imposita. Vide N. et Em. N. XXIII. (paulo post) Σπλήνιον emplastrum esse iam saepius diximus. Consuli potest et Constant. in Lex. vbi de ea voce multa. *Quoniam*) Hunc locum ita refinximus

que imposita vtrisque temporibus et fronti prosit: aut ipse calamo adalligatus, qualiter et aliis febribus prodesse traditur: item lacerta viridis adalligata viua in eo [1] vase quod capiat. Quo genere et *q.* recidiuas frequenter abigi affirmant.

XXXI. Hydropicis oesypum ex vino addita myrrha modice potui datur, nucis auellanae magnitudine. Aliqui addunt et [2] anserinum adipem ex *r.* vino myrteo. Sordes ab vberibus ouium eumdem effectum habent. Item carnes inueteratae herinacei sumptae. Vomitus *s.* quoque canum illitus ventri, aquam trahere promittitur.

XXXII. (XII.) Igni sacro medetur oesypum cum pompholyge et rosaceo, ricini sanguis, vermes *t.* terreni ex aceto illiti, gryllus contritus in manibus. Quo genere praestat, vt qui id [3] fecerit,

1. *vase quo cibum capiat. V. Hermol.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. anserinum adipem et oleum myrtheum. Gr. et Al.* 3. *faciet. V.*

mus ex vestigiis codicum R. 2. et aliorum. Nam in isto sic legitur: *Quoniam miserias copi spei delectat, anne aranei . . tela cum ipso in spleno resinae ceraeque imposita*, etc. In editis hactenus libris mendose: *Quoniam miseria spei delectat, anne aranei . . . tala cum ipso specu tero resina ceraque imposita, etc.* H.

q. Et) Subintellige febres, quae quum abscessisse credantur omnino, reuertuntur. H.

r. Ex) Sic MSS. R. 1. 2. Chiffl. etc. In editis, *et oleum myrteum.* H.

s. Vomitus quoque canum illitus ventri) F. *illitos ventri aquam trahere promittitur.* Gron.

Vomitus) Sext. Plat. de cane, 9. tit. 12. *Ad hydropicos: Stercus canis siccum, et in potionem adspersum, hydropicos sanat Item vomitum canis hydropico super ventrem pone: statim incipiet per secessum aquam emittere.* Sic etiam Plin. Val. III. 12. Hard.

t. Vermes) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 34. De vermibus etiam consentit Q. Seren. c. 42. de igni sacro dimouendo, pag. 152. *Lumbricus terrae mixto inducetur aceto.* H.

rit, antequam incipiat [1] vitium, toto eo anno careat. Oportet autem eum ferro cum terra cauernae suae tolli. Adeps *v.* anseris. Viperae caput aridum asseruatum et combustum, dein de ex aceto impositum. Senectus *x.* serpentium ex aqua illita a balineo cum bitumine et seuo agnino.

XXXIII. Carbunculus *y.* fimo columbino aboletur per se illico, vel cum lini semine ex aceto mulso. Item apibus, quae in melle [2] sint mortuae, impositis: Polentaque imposita [3] insperfa. [4] In verendis, ceterisque ibi hulceribus, occurrit e melle oesypum cum plumbi squamis. Item *z.* fimum pecudum incipientibus carbunculis. [5] Tubera *a.* et quaecumque molliri opus [6] est, efficacissime anserino adipe curantur. Idem praestat et gruum adeps.

XXXIV.

1. *vitio eo toto anno careat.* V. 2. *sic ex Mss. H. sunt immortuae Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. ac insp. V. aut insp. Alii V. Si in verendis sit Gr. et Al.* 4. *in verendis, caeter. ibi hul. occ. ex melle Cb.* 5. *Tubercula. V.* 6. *sic ex Mss. H. et Cb. sit Gr. et Al.*

v. Adeps) Plin. Val. ad verbum l. c. H.

x. Senectus) Pl. Val. l. c. H.

y. Carbunculus) Q. Serenus c. 4. de carbone medendo, pag. 151. *Dulcacidum laticem cum lini semine iunges. Atque fimum pariter Paphiae compone columbae: Hinc line diruptas partes, et clausa venena.* Totidem verbis cum Plinio nostro Plinius alter Val. III. 30. H.

z. Item) Plin. Val. III. 30. Sext. Plat. 5. de capro et capra, tit. 26. *Ad carbunculos: Stercus caprae cum melle commixtum, et superpositum, carbunculos, qui in ventre nascuntur, discutit.* Hard.

a. Tubera et quaecumque molliri opus sit) *Emolliri*: in antiquo codice, non *molliri*: et infra paulo, *circumlatus*, non *circumdatus*. Pint.

Tubera) Sext. Plat. part. 2. cap. 4. de grue, tit. *Ad duritiam et concretionem locorum: Gruis adeps cum adipe anserino remissus, locorum* (hoc est, matricis seu vuluae) *duritias et concretiones discutit.* H.

XXXIV. Furunculis mederi dicitur araneus, priusquam nominetur impositus, et [1] tertio die solutus. Mus araneus pendens enecatus, sic vt *b.* terram [2] ne postea attingat, ter circumdatus furunculo, toties exspuentibus medente, [3] et cui is medebitur. Ex *c.* gallinaceo fimo, quod est rufum maxime, recens illitum ex aceto. Ventriculus *d.* ciconiae ex vino decoctus. Muscae *e.* impari numero infricatae digito medico. Sordes *f.* ex pecudum auriculis. Seuum ouium vetus cum cinere [4] e capillis mulierum. Seuum arietis cum cinere [5] pumicis et salis pari pondere.

XXXV.

1. sic ex Mss. H. et Ch. tertia Gr. et Al. 2. sic ex Mss. H. postea non att. V. nec Gr. et Al. 3. sic ex Mss. H. et eo cui medebitur Gr. et Al. 4. capilli. Ch. 5. punici. V. M.

b. Vt terram nec postea attingat) Alii, *non postea.* Cicero lib. XIII. famil. 54. *operamque des, quod fides tua patietur, vt socrus adolescentis rea ne fiat.* SC. de philosophis et rhetoribus apud Suetonium: *vti Romae ne essent.* Dein, *totiens exspuentibus medente et cuius medebitur.* non *eo cui.* Et censeo dictum, vt *agrestium Regnauit populorum.* Alioqui posses: *cui is medebitur.* Andeg. iam defecerat in illis, *Tubera et quaecumque molliri opus sit efficacis.* vsque ad capitis sequentis, *muris cum melle aut cum vermium terrenorum qui et ossa extrahit.* Gron.

c. Ex) Q. Serenus, c. 39. de furunculo medendo: p. 150. *Praetereaque fimum ex gallo quod legeris albo. Imbribus ex acidis fidens appone dolenti. Auribus aut pecudum molles expromito sordes, Vnguine quo fotis dabitur medicina papillis.* Sext. Plat. parte 2. c. 8. de gallo, tit. 4. *Ad furunculos: Galli stercus rufum impositum furunculos rumpit, et dolorem tollit.* Sic pariter Plin. Val. III. 32. ad verbum. H.

d. Ventriculus) Plin. Val. l. c. H.

e. Muscae) Digitus medicus vulgo appellatur, qui minimo est proximus: idem auricularis quoque dictus, quod eo mundentur aures. Plin. Val. l. c. *digito minimo* scripsit, quum hunc locum exscriberet. H.

f. Sordes) Plin. Val. l. c. Hard.

XXXV. Ambustis *g.* canini capitis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum *h.* ouium cum cera. [1] Murium [2] cinis: cochlearum *i.* quoque: sic vt ne cicatrix quidem appareat. Item adeps viperinus. Fimi columbini cinis ex oleo illitus.

XXXVI. Neruorum *k.* nodis *l.* medetur capitis viperini cinis [3] ex oleo cyprino. Terreni *m.* [4] vermes cum melle illiti. Doloribus *n.* eorum am-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. Fimum ouium cum cera commixtum. Murium cinis et cochlearum, idque sic.* 2. *cinis cochlearum quoque sic. Ch.* 3. *sic ex Mss. H. in oleo cypreo. Ch. illitus, non habet. Neruorum nodis medetur capitis.. ex oleo cyprino illitus. Dolores tollit Gr. et Al.* 4. *vermis cinis cum oleo illitus etiam dolores tollit: item apis mortua. M.*

g. *Ambustis*) Plin. Val. III. 36. Theod. Prisc. I. 17. *De vstione calidae, et ignis. . . . Sic etiam stercus ouium curat incensa similiter cum cerotario mixtum: et canis ossa capitis incensa aspersa operantur. Sic cochlearum inconsarum cinis,* etc. H.

h. Fimum) Plin. Val. et Theod. ll. cc. H.

i. Cochlearum) Plin. Val. l. c. vt et Prisc. H.

k. Neruorum nodis medetur capitis viperini cinis) Verbum *medetur*, redundat ex eodem: recte. dictum est enim paulo ante. Pint.

Neruorum nodis medetur capitis viperini cinis ex oleo Cyprino illitus) Voss. Acad. Gud. Men. non habent τὸ *medetur*. quippe quod ex superioribus sit intelligendum. Dein Voss. vt et Chiflet. *cinis in oleo Cypreo*, sine τῷ *illitus*. Sed et mox: *Dolores eorum amphisbaena mortua adalligata*, sine τῷ *tollit*. Scribe: *Doloribus eorum*. nam et hic intelligendum τὸ *medetur*. Gron.

Neruorum) Haec totidem plane syllabis Marc. Emp. 34. pag. 237. et Plin. Val. III. 15. Neruorum porro nodum γάγγλιον Graeci, atque adeo et Latini vocant: hoc est, nodi alicuius contortionem, vel ex ictu, vel ex lassitudine. Vide Constant. in Lex. De huius vitii signis et curatione agit Sennert. Pract. V. parte I. c. 35. pag. 832. H.

l. Nodis) Sic vocat Graecorum τὰ γάγγλια. Dal.

m. Terreni) Totidem verbis auctores proxime laudati. Hard.

amphiſbaena mortua adalligata. Adeps o. vulturinus cum ventre arefactus, contrituſque cum adipe ſuillo inueterato. Cinis e capite bubonis in mulſo potus cum lilii radice, ſi Magis credimus. In p. contractione neruorum caro palumbina in cibis prodeſt et inueterata: herinacei q., ſpaſticis: item muſtelae cinis. Serpentium r. ſenectus in pelle taurina adalligata ſpaſmos fieri prohibet. Opiſthotonos milui iecur aridum tribus obolis in aquae mulſae cyathis tribus potum.

XXXVII. Reduuias ſ., et quae in digitis naſcuntur pterygia, tollunt, canini t. capitis cinis, aut vulua decocta in oleo, ſuperillito butyro ouillo cum melle. Item folliculus cuiuſlibet animalium fellis. Vnguium ſcabritiam [1] cantharides cum pice tertio die ſolutae, aut locuſtae, [2] cum ſeuo hircino. Pecudum ſeuum. Aliqui miſcent viſcum et por-

1. *cantharidae.* Ch. 2. *ſic ex Mss. H. et Ch. locuſtae frictae. Gr. et Al.*

n. *Doloribus*) Marc. Emp. et Plin. Val. ll. cc. H.

o. *Adeps*) Q. Serenus c. 55. pag. 159. *Si vero occultus neruos dolor vrit inertes Vulturis exciſos adipes*, etc. Sext. Plat. parte 2. c. 2. de vulture tit. 5. *Ad neruorum dolorem, et articulorum.* Marc. Emp. et Plin. Val. ll. cc. Hard.

p. *In*) Q. Serenus, l. c. *Sin autem ſubito replicantur corpora morbo, Contractos reuocat neruos caro ſumpta columbae.* H.

q. *Herinacei*) Hoc eſt, contractioni membrorum. Affine huic Habdarrhamani placitum; c. 32. pag. 114. *Recipe herinaceum, iugula et concoque, donec diſſoluetur: tunc eius adipem et pinguedinem colabis, et repones apud te. Hac decoctione vtatur, qui dorſi aut genuum doloribus laborat, vel complicatione membrorum: ſanabitur.* Hard.

r. *Serpentium*) Plin. Val. III. 15. H.

ſ. *Reduuias*) Cutis circa radicem vnguium fiſſae eminentes lacinias, τὰ τῶν δακτύλων πτερύγια. Dal.

t. *Canini*) Sext. Plat. c. 9. de cane, tit. 18. *Ad pterygia in digitis.* H.

portulacam, alii aeris florem et viſcum, ita vt tertio die ſoluant.

XXXVIII. (XIII.) Sanguinem *v.* ſiſtit [1] in naribus ſeuum [2] ex omento pecudum inditum. Item coagulum ex aqua, maxime agninum, [3] ſubductum *x.* vel infuſum, etiamſi alia non proſint. Adeps *y.* anſerinus cum butyro pari pondere [4] paſtillis ingeſtus. Cochlearum *z.* [5] terrena *a.* Sed *b.* et

1. *e. M.* 2. *omni pecude litum. M.* 3. *ſubditum. V.* 4. *piſtus et ingeſtus V. pondere: paſtillis ingeſtus cinis cochlearum terrenarum. V. alii.* 5. *terrenae. Alii. V. terrenarum. Ch.*

v. Sanguinem) Vide N. et Em N. XXIV. (hic adi.) *Sanguinem)* In R. 2. *illitum.* At e vetuſto exemplari neſcio quo refert Dalecampius *ex omni pecude* legi ſatius fortaſſe fore. Fruſtra, vulgatam ſcripturam non codice modo regio ceteriſque, ſed ex Marc. Empirico conſtabiliente, c. 10. pag. 85. *Siſtit ſanguinem,* inquit, *ſeuum ex omento pecoris naribus illitum.* H.

x. Subductum) In nares attractum. Dal.

Subductum) In nares attractum, inquit Dalecampius. Vide N. et Em. N. XXV. (hic poſ.) *Item)* Ita libri ſane omnes. At quid ſi *ſubactum et infuſum* legas? Legiſſe profecto ſic videntur Marc. Emp. et Plin. Val. Ille c. 10. pag. 85. *Coagulum agninum ex aqua ſubactum, et infuſum naribus fluentibus mire prodeſt.* Iſte I. 26. *Ad profluuium narium: Coagulum anguinum mirifice facit, ex aqua ſubactum et infuſum.* H.

y. Adeps) Marc. Emp. 10. pag. 85. infundi naribus iubet. Plin. Val. I. 25. *ingeri paſtillis.* H.

z. Cochlearum) Terra quae cochleis adhaereſcit. Sic idem ſ. 11. huius libri *demi terrenum* praecipit, quod iis adhaeret. Senſum huius loci Pintianus labefactat, quum *terrenae* legi ſuadet. Nondum enim ex ipſis medicina petitur, ſed ex terra tantum iiſdem adhaerente: mox ex ipſis, quum additur, *ſed et ipſae, etc.* H.

a. Terrena) Leg. *terrenae:* nam et aquaticae ſunt. Alii nihil mutant: *terrenumque* exponunt, terram qua oblinitur et lutulenta eſt illarum teſta. Vide et ſupra cap. 4. proximo alium *terreni*

et ipsae extractae testis. E naribus *c.* fluentem sistunt cochleae contritae fronti illitae: aranei *d.* [1] tela: gallinacei *e.* cerebellum, vel [2] sanguis, profluuia [3] ex cerebro: item *f.* [4] columbinus, ob id seruatus concretusque. Si *g.* vero ex vulnere immodice

1. *sic ex Mss. telae suppositae Gr. et Al.* 2. *sanguinis Gr. et Alii.* 3. *a, V.* 4. *columbinus sanguis ob id. Gr. et Al.*

veni significatum in cochleis. Dalec.

b. Sed) Scrib. Larg. comp. 46. *Iniicere intus narem aut nares oportebit cochleae viuae carnem per se, aut cum thuris polline tritam.* H.

c. E naribus) Q. Serenus, c. 35. de profluuio sanguinis: Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. H.

d. Aranei telae suppositae) Dele postremum verbum, ex antiquo codice. Pint.

Aranei) Marc. Emp. 10. p. 85. *Aranei tela apposita subuenit narium cruentis fluoribus.* H.

e. Gallinacei cerebellum vel sanguinis profluia) Melior lectio, *sanguis*, quam *sanguinis*, vt quaedam exemplaria praeferunt. Pint.

Gallinacei) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic pos.)

Gallinacei) In libris hactenus editis, *vel sanguinis profluuia.* Male: nam et gallinacei sanguinem ad eos vsus quoque commendat: quod non auctoritas modo vetustiorum codicum, imprimis Colb. suadet, quem sequuti sumus, sed et orationis series ipsa poscit, quum sequatur, *item columbinus.* Nam quod in libris editis legitur *columbinus sanguis*, ex interpolatorum id officina est: quum vocem eam nulli manu exarati codices ibi exhibeant. De sanguine porro gallinacei id olim existimatum Galenus testatur, de fac. simpl. med X. c. 278. Tom. XIII. prodesse nimirum ad sanguinis profluuium e membrana cerebri, εἰς τὰς τῶν μηνίγγων αἱμοῤῥαγίας. Hard.

f. Item columbinus sanguis) Superfluit *sanguis* ex vetere codice. Pint.

Item) Q. Serenus l. c. *Aut galli cerebro, vel sanguine tinge columbae: quod nisi supprimitur, sanguis potandus et ipse est.* Marc. item Emp. 10. p. 85. H.

g. Si) Q. Serenus, 44. p. 153. *Aduersus nimios reserati vulneris amnes. Siue fimus manni cum testis vritur oui, Et reprimit fluidos miro medicamine cursus.* Adstipulatur

dice fluat, fimi caballini cum putaminibus ouorum cremati cinis impofitus mire fiftit.

XXXIX. [1] Vulneribus *h.* medetur oefypum cum hordei cinere et arugine aequis partibus. Ad carcinomata quoque ac ferpentia valet. Erodit et hulcerum [2] margines: carnefque excrefcentes ad aequalitatem redigit. Explet quoque, et ad cicatricem perducit. Magna *i.* [3] vis et in cinere pecudum fimi ad carcinomata, addito nitro: [4] aut *k.* in cinere ex offibus feminum agninorum, praecipue in [5] his hulceribus, quae cicatricem non [6] trahunt. Magna *l.* et pulmonibus [7] praecipue arietum: Excrefcentes carnes in hulceribus ad aequalitatem efficaciffime reducunt. Fimo *m.* quoque ipfo ouium fub *n.* [8] tefto calefacto et fubacto

1. *Vlceribus. Ch.* 2. *malas carnes, et quae excrefcunt. M.* 3. *vis cineris pec. M.* 4. *fic ex MSS. H. et Ch. aut cinere. Gr. et Alii.* 5. *iis. V.* 6. *fic ex MSS. H. et Ch. trahant. Gr. et Al.* 7. *fic ex MSS. H. et Ch. pulmonibus quoque arietum. Gr. et Al.* 8. *tefto calef. et fubiecto. Ch. tefta. Gr. et Al.*

latur etiam Marc. Emp. l. citat. H.

h. Vulneribus) Vide N. et Em. N. XXVII. (hic pof.) *Vulneribus*) In R. 2. et Ch. *vlceribus.* Apud Plin. Val. *hyffopum*, mendofe. *Sanguini ex vulneribus fiftendo, Hyffopum*, inquit III. 21. (pro *oefypum*) *cum hordei farina fiue cinere eius fparfum prodeft.* Hard.

i. Magna) Totidem verbis Plin. Val. III. 22. Hard.

k. Aut) Marc. Emp. 4. p. 42. iifdem verbis. H.

l. Magna) Ad verbum fere Marc. Emp. et Plin. Val. ll. cc. H.

m. Fimo) Plin. Val. totidem fyllabis III. 22. H.

n. Sub tefta calefacto) Lege, *fub tefto.* Eft autem *teftum*, vas teftaceum, fub quo placentae coquuntur. Vtitur hac voce Cato quoque cap. 76. Gelen.

Sub tefto) Sic MSS. R. Colb. Ch. non *tefta. Teftum* et *teftus* antiquis vas fuit, fub quo panis coqueretur, plerumque aereus, vt Plinius

acto tumor [1] vulnerum sedatur: Fistulae *o.* purgantur sananturque: item epinyctides. Summa vero vis in canini capitis cinere: excrescentia omnia spondii vice erodit [2] ac persanat. Et murino fimo eroduntur. Item *p.* mustelae [3] fimi cinere. Duritias etiam in alto hulcerum, et carcinomata persequitur multipeda trita, admixta resina terebinthina et sinopide. [4] Eademque vtilissima sunt in his hulceribus, quae vermibus periclitantur. Quin et vermium ipsorum genera mirandos vsus habent. [5] Cosses *q.*, qui in ligno nascuntur, sanant hulcera omnia. Nomas vero combusti cum pari pondere *r.* anisi, et ex oleo illiti. Vulnera *s.* recentia conglutinant terreni, adeo vt ner-

1. in vulneribus sedatur, fistulae. Ch. 2. et persan. Ch. et spurcitias erosas persanat. Item mur. M. 3. fimus et cinis vlcera et carcinomata persequitur. Multipeda item trita. M. 4. Eadem. M. 5. Cossi. V.

nius docet XXXII. 26. Cato: *In foco calido sub testu coquito leniter.* Inde pani testaceo nomen. H.

o. Fistulae) Plin. Val. l. c. Hard.

p. Item) Q. Serenus c. 37. p. 150. *At si iam veteri succedit fistula morbo, Mustelae cinere immisso purgabitur hulcus.* H.

q. Cosses) V. C. *Cossi.* Vermes ii sunt oblongi, colore cinerei, multis hinc illinc pedibus gradientes, corniculis in capite extantibus: δῆκες. Dalec.

Cosses) Marc. Emp. 42. *Hulcera recentia, et vniuersa vitia hulcerum in capite sanant vermes qui in arbore caua vel putrida nascuntur, triti, et in panno impositi: Iidem vermes combusti, et cum anetho sicco pari pondere triti et impositi, sanant etiam carcinomata.* Val. III. 22. *Vermes qui in ligno nascuntur, vocantur cosses, etc.* Hard.

r. Pondere) MSS. *anesi.* Plin. Val. et Marc. *anethi,* tum l. c. tum p. 41. H.

s. Vulnera) Diosc. II. p 72. totidem verbis: Γῆς ἔντερα λεῖα, ἐπιτεθέντα νεύρων ἀποκοπὰς κολλᾷ, Plin. Val. haec totidem verbis III. 20. et Q. Serenus c. 55. de neruis incisis, p. 159. *Haud quis-*

neruos quoque abſciſſos illitis ſolidari [1] intra *t.* ſeptimum [2] diem perſuaſio ſit: itaque in melle ſeruandos [3] cenſent. Cinis eorum margines hulcerum duriores abſumit, cum pice liquida, [4] vel *v.* ſimblio melle. Quidam *x.* arefactis in Sole ad vulnera ex aceto vtuntur, nec ſoluunt, niſi biduo intermiſſo. Eadem [5] ratione et cochlearum *y.* terrena proſunt: totaeque *z.* exemptae, tuſae et impoſitae, recentia vulnera conglutinant, et nomas ſiſtunt. Herpes *a.* quoque animal a Graecis vocatur, quo praecipue ſanantur quaecumque ſerpunt. Cochleae *b.* proſunt [6] eis cum teſtis ſuis tuſae: cum *c.* myrrha quidem et thure, etiam praeciſos neruos ſanare dicuntur. Draconum quo-

 que

1. ſic ex MSS. H. et Ch. infra. Gr. et Al. *2. ſic ex MSS. H. diem Democritus perſuaſerit. M. diem perſuaſio ſit. Ch perſuaſam ſit. Gr. et Al.* *3. cenſet. M.* *4. vel hyblaeo. V. vel ſimpolo et melle.* *5. ratio et terrenarum cochlearum eſt, quae tuſae. M.* *6. et Ch.*

quiſquam credet diſſectos vulnere neruos. Ad ſolitum rurſus reuocari poſſe vigorem: Sed prodeſt terrae lumbricos indere tritos. H.

t. Intra) Sic MSS. non *infra.* Plin. Val. loc. cit. *in die ſeptimo.* H.

v. Vel) E. Sicilia. Dioſc. II. 101. Μέλι . . . ἀπὸ τῆς Σικελίας σίμβλιον καλούμενον. H.

Simblio melle) Quidam, *ſimplici.* Ego lego, *Hyblaeo,* ab Hybla monte Siciliae. Inuenio apud quemdam, ſed nullius auctoris teſtimonio, tale mel fieri ſolitum in Sicilia et Cycladibus inſulis. Dal.

x. Quidam) Plin. Val. III. 20. totidem verbis. H.

y. Cochlearum) Terra quae cochleis adhaeſerit, vt diximus ſup. ſect. H.

z. Totaeque) Teſtis exemptis. Ad verbum haec Plin. Val. III. 20. et 22. H.

a. Herpes) Ἑρπετὰ Graecis ſerpentes ſunt, ſiue reptilia. Cuius animalis id peculiare nomen ſit apud Graecos, non liquet. H.

b. Cochleae) Plin. Val. III. 20. ad verbum. H.

c. Cum) Dioſc. II. 11. et Plin. Val. l. c. H.

que adeps ſiccatus [1] in Sole magnopere prodeſt: item gallinacei cerebrum [2] recentibus plagis, ſale *d.* viperino in cibo ſumpto, tradunt et hulcera tractabiliora fieri, [3] ac ſanari celerius. Antonius *dd.* [4] quidem Medicus quum incidiſſet [5] inſanabilia hulcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate perſanabat. [6] Troxalidum cinis margines hulcerum duros aufert cum melle: item [7] fimi columbini cinis cum arſenico et melle, ea quae erodenda ſunt. Bubonis cerebrum cum adipe anſerino mire vulnera dicitur glutinare: quae vero vocantur cacoethe, [8] cinis feminum arietis cum lacte muliebri, diligenter prius elutis [9] linteolis: Vlula auis cocta in oleo, cui liquato miſcetur butyrum [10] ouillum et mel. Hulcerum labra duri-

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. ſiccatus ſole. Gr. et Al.* 2. *recentibus plagis, ſale . . . ſumpto. Tradunt . . . et ſanari. Gr. et Al.* 3. *ſic et Ch. et Gr. et Alii.* 4. *Muſa Medicus. Gr.* 5. *in inſanabil. V.* 6. *ſic ex MSS. H. et Aelian. Tryxalidum. Gr. et Alii.* 7. *fimus columbinus cum. M.* 8. *cinis etiam feminum. V. cinis, et fimum. M.* 9. *linteolis ſanat. Vlula quoque auis. V.* 10. *ouillum. Et mel ad vlcera ſananda valet. Hulcerum labra apes. M.*

d. Sale) De hoc ſale dictum eſt ſup. L. XXXVII. H.

dd. Antonius Muſa) Fuit quidem is doctus ac facundus plurimum, tum etiam elegantis politique ingenii, quod oſtendit et Muſae cognomen ideo tributum. Virg. in Catalectis: *Cui Venus ante alios, Diui, Diuumque ſorores Cuncta, neque indigne, Muſa, dedere bona.* Apud Euripid. in Nauplio chorus eadem ratione Palamedem τὴν Μοῦσαν vocat. Ἐκάνετ' ἐκάνετε Τὰν πάνσοφον ὦ Δαναοὶ, Τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν Ἀηδόνα Μοῦσαν. Scaliger.

Antonius Muſa medicus cum incidiſſet) Voſſ. *Antonius quidem medicus cum incidiſſent inſanabilia vlcera.* Vt et in parte Chiflet. Gr.

Antonius) Ita MSS. de Antonio Muſa loquitur. Hard.

duriora apes in melle mortuae emolliunt. Et *e.* elephantiasin sanguis et cinis mustelae. Verberum [1] vulnera, atque vibices, pellibus *f.* ouium recentibus *g.* impositis obliterantur.

XL. Articulorum *h.* fracturis cinis feminum pecudis peculiariter medetur: efficacius cum cera. Idem medicamentum fit ex maxillis simul vstis, cornuque ceruino et cera mollita rosaceo *i.* Ossibus *k.* fractis caninum cerebrum linteolo illito, [2] superpositis lanis, quae subinde *l.* suffundantur, fere XIV. diebus solidat: nec *m.* tardius cinis siluestris muris *n.* cum melle, aut *o.* [3] vermium terrenorum, qui etiam ossa extrahit.

1. *Vlcera pellibus, etc. M.* 2. *superimpositus. Ch.* 3. *sic ex MSS. H. aut cum vermium terrenorum cinere, qui Gr. et Al.*

e. Et) Q. Serenus, cuius verba retulimus XXIV. 11. Sext. Plat. 20. de mustela tit. 1. Marc. Emp. 19. pag. 130. et Plin. Val. III. 57. Hard.

f. Pellibus) Recens excoriatis. H.

g. Recentibus) Recenter excoriatis: conspersis sale, rosis, myrtis, vt in vsu est hodie apud medicos. D.

h. Articulorum) Marc. Emp. 34. p. 234. totidem verbis, et Plin. Val. III. 15. et 48. H.

i. Rosaceo) Subintellige, oleo. H.

k. Ossibus) Ad verbum Sext. Plat. 9. de cane tit. 22. *Ad fracturam.* Plin. Val. III. 48. *Caninum cerebrum linteolo illitum imponitur, superpositis lanis, quae subinde oleo suffunduntur, quarto decimo die solidat.* Q. Seren. c. 54. p. 158. *Vis indigna nouo si sparserit ossa fragore, Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis: Lintea deinde, superque inductas nectere lanas, Saepius et succos consperget pinguis oliui: Bis septem credunt coalescere cuncta diebus.* H.

l. Subinde suffundantur) Rosaceo, aut vino nigro, et austero. Galenus. Dal.

m. Nec) Plin. Val. l. cit. *Cinis siluestrium murium imponitur cum melle. Cinis vero terrenorum vermium cum melle etiam minuta ossa extrahit.* H.

n. Cum melle aut cum vermium terrenorum cinere) Cum melle

XLI. [1] Cicatrices *p.* ad colorem reducit pecudum pulmo, praecipue ex ariete, seuum *q.* ex nitro: lacertae viridis cinis: vernatio *r.* anguium ex vino decocta: fimum *s.* columbinum [2] cum melle. Item vitiligines albas ex vino. Ad vitiliginem et cantharides cum rutae foliorum duabus partibus in Sole, donec *t.* formicet cutis, tolerandae sunt. Postea fouere, oleoque perungere, necessarium: iterumque illinire, idque diebus pluribus facere, cauentes exhulcerationem [3] altam. Ad *v.* easdem vitiligines et muscas illini iubent cum radice [4] lapathorum: gallinarum *x.* fimum can-

1. *cicatrices. ad dolorem. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. ex melle. Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. H. alteram. V. multam. Gr. et Al.* 4. *lapathoria. Ch.*

melle aut vermium terrenorum cinere, in apographo nostro. Pint.

o. Aut cum vermium terrenorum cinere qui etiam) Voss. arguit νοθείας τὸ *cum,* item τὸ *cinere*: deinde habet, *qui et ossa.* Fuit nimirum multo rotundius: *nec tardius cinis siluestris muris cum melle aut vermium terrenorum, qui et ossa extrahit.* Neque enim cinerem muris siluestris cum melle, aut loco mellis cum vermium terrenorum cinere id praestare vult, sed siluestris muris aut vermium terrenorum cinerem cum melle. Gud. Menap. et Acad. *aut cum vermibus terrenis qui et ossa.* Andeg. vt diximus ad caput praecedens. Gr.

p. Cicatrices) Marc. Emp. totidem verbis, 19. p. 132. et Plin. Val. III. 46. Item Sext. Plat. VI. de ariete, t. 4. Hard.

q. Seuum) Plin. Val. l. c. Hard.

r. Vernatio) Plin. Valer. l. c. *Senectus anguium, etc.* Hard.

s. Fimum) Plin. Val. l. c. Hard.

t. Donec) Donec pruriat cutis. Vide quae de ea voce diximus XXVIII. 20. Hard.

v. Ad easdem vitiligines et muscas, etc.) Vide *Reines.* Var. lect. lib. II. c. 7. pag. 174.

x. Gallinarum fimum candidum seruatum) *Fimi,* non *fimum,* in vetusto codice. Pint.

candidum, seruatum in oleo vetere cornea pyxide: vespertilionum sanguinem: fel herinacei ex aqua. Scabiem vero, bubonis cerebrum cum aphronitro, sed *y.* ante omnia sanguis [1] caninus, sedant: pruritum *z.* cochleae minutae, latae, contritae, illitae.

XLII. Arundines *a.*, et tela, quaeque alia extrahenda sunt [2] corpori, euocat mus dissectus impositus. Praecipue *b.* vero lacerta dissecta, vt vel caput eius tantum contusum cum sale impositum. Cochleae ex his quae gregatim folia sectantur, contusae impositaeque cum testis: et *c.* eae quae manduntur, exemptae testis: sed cum leporis coagulo [3] efficacissime. Ossa anguium eumdem cum coagulo cuiuscumque quadrupedis intra tertium diem approbant effectum. Laudantur et cantharides tritae cum farina [4] hordei.

XLIII. (XIV.) In *d.* muliebribus malis membranae a partu ouium proficiunt, sicut *e.* in capris retulimus. Fimum quoque pecudum eosdem vsus habet

1. *caninus. Sedant prurit. cochl. minut. et lat. contrit. et illitae. V.* 2. *corpore. Al.* 3. *efficacissimae. V.* 4. *sic ex MSS. H. et Ch. hordeacea. Gr. et Al.*

y. Sed) Plin. Val. III. 38. Hard.

z. Pruritum) Q. Seren. c. 7. de prurigine, etc. p. 129. *Pruritus autem salsos leuat humor aceti, Siue maris rabidi sudor, cochleaeque minutae, Quarum contactu perimetur acerba libido.* Sic etiam Plin. Val. III. 39. H.

a. Arundines) Marc. Emp. ad verbum c. 34. p. 233. et Plin. Val. III. 49. H.

b. Praecipue) Auctores proxime laudati cum Theod. Prisc. I. p. 23. H.

c. Et) Haec pariter Plin. Val. l. c. H.

d. In muliebribus malis) Vteri dolore strangulatu, distortione, et cum secundae morantur. Dalec.

e. Sicut) L. XXVIII. 77. *Membrana caprarum, in qua partus editur, inueterata,* potu-

habet. Locuſtarum ſuffitu ſtranguriae maxime mulierum iuuantur. Gallinaceorum teſtes ſubinde ſi a conceptu edat mulier, mares in vtero fieri dicuntur. Partus conceptos hyſtricum cinis potus continet: maturat *f.* caninum [1] lac potum; euocat membrana e canum ſecundis, ſi terram non attigerit. Lumbos parturientium [2] potus lactis, fimum *g.* murinum [3] aqua pluuia dilutum, mammas mulierum a partu [4] tumentes *h.* [5] reficit. Cinis herinaceorum cum oleo perunctarum cuſtodit partus contra abortus. Facilius enituntur, quae fimum anſerinum cum aquae cyathis duobus ſorbuere: aut ex vtriculo *i.* muſtelino per genitale effluentes aquas. Vermes *k.* terreni illiti

1. *lacte. Ch.* 2. *iuuat potus. V.* 3. *quoque pluuia. Ch.* 4 *ſic ex Mss. H. comentis. Ch. videndum, num fomentis, anne tumentes? tumeſcentes. Gr. et Al.* 5. *reprimit. V.*

potuque ſumta in vino, ſecundas pellit. H.

f. Maturat) Partum accelerat, qua vi et mortuos in in vtero fetus expellit, vt auctor eſt Sext. Plat. c. 9. de cane tit. 3. Habdarrahmanus Aegyptius c. 26. p. 102. *Lac caninum aequalibus vini et mellis temperatum partibus, propinabitur mulieri laboranti difficultate partus; ſtatim emittet infantem, viuus ſit, vel mortuus.* H.

g. Fimum) Q. Serenus, 21. p. 138. *Poſt partum tumidas iniuſte aſſurgere mammas Interdum aſpicies: harum mala commemoratur Murinus fimus ex pluuio ſedare liquore.* H.

h. Tumentes) Ita R. 2. Hoc eſt, corrigit. H.

Reficit) Deplet, exhaurit, leuat. Dal.

i. Vtriculo muſtelino) Veſica. Dal.

k. Vermes terreni illiti in ceruices et ſcapulas ne nerui doleant praeſtant) Scribe; *Vermes terreni illiti ne ceruicis ſcapularumque nerui doleant praeſtant*, ex vetuſto codice. Pint. *Vermes terreni illiti*) Ἴȣλȣς vocat Numenius apud Athenaeum lib. ζ. Καὶ δὲ σύγε μνήσαιο δελείατος ὅττι παρ' ἄκρα Δήεις Αἰγιαλοῖο γεώλοφα· σοὶ μὲν ἴȣλοι Κέκλυνται μέλανες γαιηφάγοι ἔντερα γαίης. Dalec.

[1] illiti, ne *l.* ceruicis scapularumque nerui doleant, praestant. [2] Graues *m.* secundas pellunt in passo poti. Iidem *n.* per se impositi, mammarum suppurationes concoquunt et aperiunt, extrahuntque, et ad cicatricem perducunt. Lac deuocant *o.* poti cum mulso. Inueniuntur [3] et vermiculi, qui adalligati collo, continent partum. Detrahuntur autem sub partu: alias eniti non patiuntur. Cauendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoque causa dantur in potu quini aut septeni. Cochleae *p.* in cibo sumptae accelerant partum: item conceptum impositae cum croco. Eaedem ex amylo et tragacantha illitae profluuia sistunt. Prosunt et purgationibus sumptae in cibo, et *q.* vuluam auersam corrigunt cum medulla ceruina, ita vt [4] vni cochleae denarii pondus addatur et cype-

1. *in ceruices et scapulas ne nerui.* Gr. et Al. 2. *Grauidis secundas.* Gr. et Al. 3. *sic ex Mss. H. et merculi, qui* Ch. *et in gramine vermiculi.* Gr. et vulgg. 4. *vni vnciae cochleae.* V.

l. Ne) Ita R. 2. non, vt editi, *in ceruices et scapulas, ne nerui, etc.* H.

In ceruices et scapulas, in nerui doleant) Voss. *Vermes terreni inliti, ne ceruices scapulumque nerui doleant, praestant.* Lege: *scapularumque.* vt voluit Pintianus. Andegav. *in ceruices scapularumque ne nerui.* Gr.

m. Grauidis secundas pellunt) *Graues* non *Grauidis*, in vetere codice. Pintianus. *Grauidis secundas pellunt*) Non grauidis quidem, sed puerperis et foetis. Dalec.

Graues) Molestas. Ita R. 2. In editis perperam, ac ridicule, *Grauidis secundas.* Hard.

n. Iidem) Q. Serenus l. c. c. de mammis sanandis: *Sin autem clausas penitus dolor angit acerbus, Lumbricis terrae turgentes vnge corymbos.* H.

o. Deuocant) *Deuocant* Plin. vertit, quod Graeci κατασπῶσι. Dal.

p. Cochleae) Q. Serenus c. de conceptione et partu; *Et cochleae manduntur edules.* Hard.

q. Et) Conuersam, quod fit strangulatione vteri. Hard.

cyperi: [1] Inflationes quoque vuluarum discutiunt [2] exemptae testis, tritaeque cum rosaceo. Ad haec Astypalaeicae maxime eliguntur. Alio modo Africanae binae tritae cum foeni Graeci quod tribus digitis [3] capiatur, addito melle cochlearibus quatuor, illinuntur *r.* aluo, prius irino succo perunctae. Sunt *s.* et minutae longaeque, candidae cochleae, passim [4] oberrantes: Eae arefactae Sole in tegulis, tusaeque in [5] farina, miscentur lomento aequis partibus, candoremque et laeuorem corpori afferunt. Scabendi *t.* desideria tollunt minutae et latae cum polenta. Viperam mulier praegnans si transscenderit, abortum faciet: item *v.* amphisbaenam, mortuam dumtaxat. Nam viuam habentes in pyxide, impune transeunt, etiam si mortua sit: [6] atque asseruata, partus [7] faciles praestat vel mortua. Mirum, si non asseruatam transscenderit grauida, innoxiam fieri, si protinus transscendat asseruatam. Anguis inueterati suffitus menstrua [8] adiuuant.

XLIV. Anguium senectus adalligata lumbis, faciliores partus facit, protinus *x.* a puerperio remouen-

1. *Inflammationes. V.* 2. *et exemptis testis tritae cum. Ch.* 3. *sic ex Mss. H. captatur, addito melle Ch. additis mellis cochlearibus q. Gr. et Alii.* 4. *obuersantes. V.* 5. *farinam. V.* 6. *aeque asseru. etc. vt mortua. V.* 7. *facile. Ch.* 8. *adiuuat. V.*

r. Illinuntur aluo) Ad inflationes dissipandas. Dal.

s. Sunt et minutae longaeque) Minutas albulas vocat Varro cap. 14. lib. III. easque afferri e Reatino ait, vt maximas ex Illyrico. Dal.

t. Scabendi) Sect. sup. *Pruritum sedant cochleae minutae, latae, contritae, illitae.* Hard.

v. Item) Et hoc pariter refert Galen. de theriaca ad Pis. c. 9. p. 943. H.

x. Protinus) Ne vuluas simul attrahant. H.

mouenda. Dant et in vino bibendam cum thure; aliter sumpta, abortum facit. [1]Baculum *y.*, quo *z.* angui rana excussa sit, parturientes adiuuat: [2] troxalidum cinis illitus cum melle, purgationes. Item araneus, qui filum deducit ex alto, capi debet manu caua, tritusque admoueri: quod *a.* si redeuntem [3] prehenderit, inhibebit idem purgationes. Lapis *b.* aetites in aquilae repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias. Penna *c.* vulturina subiecta pedibus adiuuat parturientes. Ouum corui grauidis cauendum constat, quoniam [4] transgressis *d.* abortum per os [5] faciat. Fimum

1. *Baculus. Gr. et Al.* 2. *tryxalidum. Gr. et Al.* 3. *prehenderis. V. prenderit. Ch.* 4. *transgressus abortus asperos. Gr. et Al.* 5. *facit. M.*

y. Baculus quo angui rana excussa sit) Voss. *Baculum.* sic lib. XXXII. 10. *Pulmone marino si confriretur lignum, ardere videtur adeo vt baculum praeluceat.* Sic Gelenius, et adfirmant tres Vossiani. Cicero de finibus lib. II. *Bacillum aliud est inflexum et incuruatum de industria, aliud ita natum. Idem* Ouidio suo plus semel restituit vir studiis incertum maior an meritis in rempublicam vtrisque certe ingens, nec Ouidii magis quam omnium antiquitatis literarum optimus vindex, interpres, aemulator ipse, in aliis fautor, suffragator, testis beneuolentissimus, Nicolaus Heinsius. Gron.

Baculum) Ita MSS. non *baculus*, vt editi. Et bacillum neutro genere Cicero extulit de finib. II. nro. 33. Hard.

z. Quo) Quo angui erepta sit rana. H.

a. Quod) Quod si remeantem in sublime araneum manus apprehenderit. H.

b. Lapis) Sext. Plat. pt. 2. c. 1. de aquila t. 2. Vide inferius XXXVI. 39. H.

c. Penna) Haec totidem verbis Sext. Plat. pt. 2. c. 2. de vulture, t. 7. H

d. Transgressus abortus asperos faciat) Voss. et fere cod. Pint. *Ouum corui cauendum grauidis constat, quoniam transgressis abortum per os facit.* Praeclare. sic lib. X. 12. *Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur: ideoque grauidas, si ederint coruinum ouum, per os partum*

Fimum *e.* accipitris in mulſo potum, videtur fecundas facere. Vuluarum *f.* duritias et collectiones adeps anſerinus aut cygni emollit.

XLV. Mammas *g.* a partu cuſtodit *h.* adeps anſeris cum roſaceo *i.* [1] et araneo. Phryges et Lycaones mammis [2] puerperio vexatis inuenere otidum adipem vtilem eſſe: his quae vulua ſtrangulentur, et blattas illinunt. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiae mixtus, et cerae, ſtantes *k.* mammas ſeruat. Putant et ter [3] circumductas

1. *et irino. Vt ſequenti capite.* 2. *a puerp. V.* 3. *circumducto. V. circumdatas. Alii. V.*

tum reddere. Tranſgreſſis et Chiflet. *Facit.* Gud et Acad. et Voſſiani duo. Gron.

Abortus aſperos faciat) In codice vetere, *Abortus per os facit.* Pint.

Abortum) Vide N. et Em. N. XXVIII. (hic poſ.) *Quoniam*) Sic totidem plane apiculis R. 1. et 2. cod. In editis hactenus libris perperuerſe: *tranſgreſſus abortus aſperos faciat.* Plinius ipſe X. 15. de coruis: *Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur: ideoque grauidas, ſi ederint coruinum ouum, per os partum reddere, atque in totum difficulter parere, ſi tecto inferantur.* H.

e. Fimum) Hippocrates de morb. mul. I. text. 125. pag. 516. Ἱέρηκος δὲ ἄφοδον τρίβειν ἐν οἴνῳ γλυκεῖ καὶ πίνειν νῆστιν, καὶ τηνικαῦτα συνευνάζέσθω τῷ ἀνδρί. *Accipitris ſtercus in vino dulci terat, et ieiuna bibat, et tunc viro condormiat.* H.

f. Vuluarum) Sext. Plat. pr. 2. c. 11. de anſere, t. 2. *Ad duritiam locorum: adeps anſeris illitus duritias et concretiones locorum diſcutit.* Hard.

g. Mammas) Ita fere Q. Serenus, 21. p. 138. *Si caſtigatas ſtudium eſt ſeruare papillas, Anſeris aut ſeuum pariter cum lacte tepenti, Aut ouum illinito tulerit quod garrula perdix.* H.

h. Cuſtodet adeps anſeris) Ne immodice turgeant. Dal.

i. Et) Ita MSS. Rectius putarim tamen, *et irino.* Hard.

k. Stantes mammas ſeruat) Ne flacceſcant et corrugentur. Dal.

Stantes) Seruat mammas in ſtatu ſuo, ne tumeant. L. XXVIII. 77. *Virgini nouem*

ductas ouo perdicis non inclinari *l.*: et si sorbeantur eadem, fecunditatem facere: [1] lactis quoque copiam. Cum anserino adipe perunctis mammis, dolores [2] minuere, molas vteri rumpere, scabiem vuluarum sedare, si cum [3] cimice trito illinantur.

XLVI. Vespertilionum *m.* sanguis psilothri vim habet: sed *n.* [4] malis puerorum illitus non satis proficit, nisi *o.* [5] aerugo, vel cicutae semen postea inducatur: sic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem. Idem et cerebro eorum [6] profici putant. Est *p.* autem duplex, rubens vtique et candidum. Aliqui sanguinem et iecur [7] eiusdem admiscent. Quidam *q.* in tribus heminis olei discoquunt *r.* viperam, exemtis ossibus psilothri vice vtuntur, euulsis prius pilis quos renasci nolunt. Fel *s.* herinacei psilothrum est, vtique mixto cerebro vespertilionis et lacte capri-

1. *lactisque copiam. V.* 2. *minui. Molas vteri rumpi, scabiemque vuluarum sedari. V.* 3. *cinere Cb.* 4. *alis. Cb.* 5. *sic et Cb. erucae. Gr. et Al.* 6. *perfici. M.* 7. *sic ex MSS. H. et Cb. eius. Gr. et Alii.*

uem grana fimi propinant, vt flent perpetuo mammae. H.

l. Inclinari) Molles et vietas demitti. Dal.

m. Vespertilionum) Q. Serenus cap. 36. pag. 149. *Namque oculos infesta pilorum tela lacessunt: Ergo locum crinis vulsi continge cruore; Quem dat auis tremulis simulat quae pellibus alas.* Sic etiam Plin. Val. III. 52. Hard.

n. Sed malis puerorum illitus) Quos imberbes esse volumus. Dal.

Sed) Vide praecedentem obseru H.

o. Nisi) Sic MSS. R. 1. 2. aliique: non, vt editi, *nisi erucae.* H.

p. Est autem duplex) Duplex est cerebrum, rubens anterioribus ventriculis, candidum cerebello posteriore. Dal.

q. Quidam) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 52. H.

r. Discoquunt viperam) Diu et exacte coquunt, quoad coctura intabescat. Dal.

caprino. Item *t.* [1] per se cinis. Lacte *v.* canis primi [2] partus, euulsis pilis quos renasci nolunt: vel nondum natis, [3] perunctis partibus, alii non surgunt. Idem euenire traditur sanguine ricini euulsi cani: item hirundino sanguine vel felle. (XIV.) Ouis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Si *x.* vero oculi nigri nascentium placeant, soricem praegnanti edendum. Capilli *y.* ne canescant, vermium terrenorum cinere praestari admixto oleo.

XLVII. Infantibus, qui *z.* lacte concreto vexantur, praesidio est agninum coagulum ex aqua potum. Aut [4] si coagulatio *a.* lactis acciderit, discu-

1. *Item per se cinis, cum lacte. Gr. et Al.* 2. *partus: nam euulsis pilis, quos renasci nolunt, alii non surgunt: vel nondum natis, perunctis partibus. Idem. V.* 3. *perunctae partes alios non sufficiunt. M. et Cb.* 4. *sic ex MSS. H. et Cb. aut si vitium coagulato lacte. Gr. et Al.*

Discoquunt) Diu et exacte coquunt. H.

s. Fel) Plin. Val. l. c. et Galen. Εὐπορ. II. 25. H.

t. Item) Herinacei scilicet combusti ac triti in puluerem. H.

v. Lacte) Ita MSS. R. 1. 2. aliique. In libris ad hunc diem editis connectuntur ista cum superioribus, additaque vocula legitur, *item per se cinis cum lacte canis.* Si *per se*, hoc est, solum prodest, quam ob rem, amabo, lac etiamnum canis adsciscitur? H.

x. Si) Quint. Seren. c. 5. p. 128. *Si praegnans atus captiui soricis edit, Dicuntur fetus nigrantia lumina fingi.* Hard.

y. Capilli ne canescant) Serenus cap. de capillo tingendo, *Lumbrici quoque terrestres miscentur oliuo. Dal.*

Capilli) Q. Seren. cap. 5. de capillo tingendo, p. 127. *Lumbrici quoque terrestres miscentur oliuo, Et iuuenem praestant rediuiuo flore capillum. H.*

z. Qui) Qui lacte quod e mammis nutricum sugunt, concreto in grumos vtuntur. Hard.

a. Coagulato lacte) Ob ventriculi frigiditatem. Dal.

Coagu-

discutitur coagulo ex aceto dato. Ad [1] dentitiones, cerebrum [2] pecoris vtilissimum est. Ossibus in canino fimo inuentis, adustio *b.* infantium, quae vocatur siriasis *c.* [1] adalligatis emendatur: ramices infantium lacertae viridis admotae dormientibus morsu. Postea arundini *d.* [3] alligata suspenditur in fumo; traduntque pariter cum ea exspirante sanari infantem. Cochlearum saliua illita infantium oculis, palpebras *e.* corrigit, [4] gignitque. Ramicosis co-

1. *sic ex MSS. dentitionem. Gr. et Alii.* 2. *sic et V. leporis. Alii V. pecori. Gr. et Al.* 3. *illigatae. Ch.* 4. *cingitque. Ch.*

Coagulatio) Coagulatio lactis *in stomacho, ob eius frigiditatem.* H.

b. Adustio infantium) Ardor, τὸ καῦμα. Supra c. 21. lib. XXII. distillationem exponit cap. 3. lib. XX. *ardorem*, vt hic, vocat. Dal.

c. Siriasis) Formatur haec vox ἀπὸ τοῦ σειρίου, qui nunc Solem significat: Lycophron in Cassandra, ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτὶς σειρίου καταναίνει· nunc stellam ardentissimam in sideris ἀστρόκυνος lingua, quasi ζείριος παρὰ τὴν ζέσιν· vel παρὰ τὸ σειροῦν, quoniam humorem nostri corporis vacuat, et inanit: vel quoniam αἴτιος τοῦ σεσηρέναι· tum enim canes aperto rictu hiant: vel ἀπὸ τοῦ σειριᾶν, quod lucet, et siccat. vel ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, quod scintillat et tremulo motu vibratur: vel ἀπὸ τοῦ σείρειν, quod immodico aestu cuncta rapiat atque desiccet. Virgilius, *Iam rapidus torrens sitientes Sirius In ardebat caelo.* — Euripides in Hecuba, ὁ σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίησιν ὄντων αὐγάς. Statius: *Implacido lethalis Sirius igni.* Ibycus Rheginus quaeuis Ara σείρια nuncupauit, vel quasi τείρεα et nauigantibus signa, vel quod vniuersitatis res τρίβουσι, id est, δαμάζουσι. Quidam apud Plaut. in Trinummo Solstitialem morbum σειρίασιν esse putant: *Tum autem Syrorum genus, quod patientissimum est Hominum, nemo extat qui ibi sex menses vixerit, Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.* Dalec.

d. Arundini alligata suspenditur) Non *Adalligata*; nam *Adalligata*, vocare solet, quae Graeci περίαπτα superstitiosa fere ac magica remedia, quae suspensa collo

cochlearum cinis *f.* cum thure ex *g.* vuis [1] albo succo illitus per dies triginta medetur. Inueniuntur *h.* in corniculis cochlearum arenaceae duritiae: eae dentitionem facilem praestant adalligatae *i.* Cochlearum inanium cinis admixtus cerae, procidentium interaneorum partes *m.* extremas [2] prohibet. Oportet autem cineri misceri saniem punctis emissam e cerebro viperae. Cerebrum viperae illigatum pelliculae dentitiones *n.* adiuuat. [3] Idem *o.* valent et grandissimi dentes serpentium. Fimum *p.* corui lana adalligatum infantium tussi me-

1. sic et Dalec. ex oui albi succo. Gr. et Al. 2. *cohibet. V.* 3. *sic ex MSS. H. Ad idem valent. Gr. et Al.*

collo aut brachio alligata gestantur. Gelenius.

e. Palpebras corrigit) Palpebrarum pilos in ciliis reflexos, ac oculum pungentes. Dalec.

Palpebras) Pilos palpebrarum. H.

f. Cum thure ex oui albi succo) *Cum thure et ex vuis albis succo*, in antiquo codice. Pint.

g. Ex) Sic MSS. omnes Editi, *Ex oui albi succo*, quod est ineptum. H.

h. Inueniuntur in corniculis cochlearum) Vide supra c. 3. proximum. Dalec.

Inueniuntur) Supra l. 8. *Arenulae, quae inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditae, statim liberant dolore.* Vide quae ibi diximus. H.

i. Adalligatae) Adalligata sunt, quae Graecis περίαπτα, superstitiosa fere remedia, quae suspensa collo aut brachio alligata gestantur. H.

m. Partes extremas prohibet) Extremam partem, anum, sedem, sphincterem. Dal.

m. Partes) Sedem, siue anum. H.

n. Dentitiones) Dentitio, dentium emissio est, quum primum erumpunt. H.

o. Ad idem valent et grandissimi dentes serpentium) In apographo nostro: *Idem valent et grano dentes serpentium. Pint.*

Idem) Sic R. 1. optime. Hard.

p. Fimum) Fimum Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellensi c. 12. p. 79. *Stercus corui maioris appensum laboranti tussi, illam amouebit.* H.

medetur. Vix *q.* eſt ſerio complecti quaedam: non omittenda tamen, quia ſunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marem hanc [1] prehendi. Id intelligi [2] et quod ſub cauda vnam cauernam habeat. Id agendum, vt per aurum, [3] et argentum, [4] aut oſtrum mordeat vitium. Tum in calyce nouo illigatur, et in fumo ponitur. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabaeorum *r.* cornua grandia denticulata, adalligata his, amuleti naturam obtinent. [5] Bouae *s.* capiti lapillum ineſſe tradunt, quem ab eo exſpui, ſi necem timeat, [6] inopinantis praeciſo capite exemptum, adalligatumque, mire prodeſſe dentitioni. Item cerebrum eiuſdem ad eumdem vſum adalligari iubent: et limacis *t.* lapillum ſiue oſſiculum, quod inuenitur in dorſo. Magnifice iuuat et ouis *v.* cerebrum gingiuis illitum: ſicut *x.* aures adeps anſerinus cum ocimi ſucco impoſitus.

 Sunt

1. *prendi intelligi ſi cauda, etc. Ch.* 2. *et, in. V. d.* 3. *vel. V.* 4. *aut electrum. V. aut elo ſir um. Ch.* 5. *Bouis. Gr. et Alii.* 6. *ſed inopinant. V.*

q. Vix) Vix licet abſque riſu ac ſerio animo, commemorare quaedam. H.

r. Scarabaeorum) Lucanorum videlicet, de quibus XI. 34. H.

s. Bouis capiti lapillum ineſſe tradunt, quem ab eo expui, etc) In vetuſto exemplari, non *Bouis* habetur, ſed *Boue*, Lego *Boae*, et *ab ea expui*, non *ab eo*, idem praefert exemplar. Pint.

Bouae) Vel *boae*, vt diximus XXIX. 38. In R. 1. et 2. *boue.* In editis mendoſe, *bouis.* Neque de medicamentis hoc libro fere agitur, quae repeti ex quadrupedibus fas eſt., ſed ex auibus tantum et inſectis; de aliis obiter, ac veluti aliud agendo. H.

t. Limacis] Quae nuda ſerpit. Dal.

v. Cerebrum] Elixum. Dal.

x. Sicut] De infantium morbis nunc tota diſputatio eſt: quamobrem id explicans Marc. Emp. 9. p. 81. *Anſerina adeps*, inquit, *adiecto ocymi ſucco tepefacta, in-*

Sunt vermiculi in ſpinoſis *y.* [1] herbis aſperi, lanuginoſi: hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus, ſi *z.* quid ex [2] cibo haereat *a.*

XLVIII. Somnos *b.* allicit oeſypum cum myrrhae momento in vini cyathis duobus dilutum, vel cum adipe anſerino et vino myrtite: auis cuculus leporina pelle adalligatus: ardeolae *c.* roſtrum in pelle aſinina fronti adalligatum. Putant et per ſe roſtrum eiuſdem effectus eſſe vino collutum. E *d.* diuerſo ſomnum arcet veſpertilionis caput aridum adalligatum.

XLIV. In vrina virili lacerta necata, Venerem *e.* eius qui [3] fecerit, inhibet. Nam inter amatoria eſſe Magi dicunt. Inhibet et fimum coch-

1. *herbis. in Cb. d.* 2. *cibo exeat. V.* 3. *ſic et Cb. fecerit, cohibet. M. biberit, cohibet. Gr. et Al.*

inſtillataque, dolores auricularum infantilium iuuat. H.

y. Spinoſis) Vt dipſaco. Dal.

z. Si quid) Ita libri omnes, etiam MSS. Hoc eſt, ſi ſpina aliqua, faucibus, vel os adhaereſcat. Reponi hoc loco *exeat*, contra veterum exemplarium fidem, non probo. H.

a. Haereat) Lege *exeat*, vt cum dormientes aut vigiles lac euomunt. Vocant id nutrices *cailloter.* Dal.

b. Somnos) Q. Serenus c. 56. p. 160. *Dilue praeterea glomeramina, quae gerit intus Clauſa aries inter geminae coxendicis vmbras: Inde ſoporati ducentur gutture potus. H.*

c. Ardeolae) Auctor Kiranidum, p. 122. de ardeola: Huius ῥάμφος, hoc eſt, *roſtrum cum cancri felle in corio aſinino ſi ſuſpenderis ad collum vigilantis, dormitabit.* H.

d. E diuerſo) Habdarrhamanus Aegyptius, interprete Ecchellenſi, c. 34. p. 117. *Veſpertilionem ſi pones in puluinari, nequaquam ſomnum capere poterit, qui ſuper illud declinat caput, quamdiu inibi erit veſpertilio.* Oculis vpupae vim plane ſimilem idem adſcribit, c. 35. p. 119. ſi appendantur e lectulo. H.

e. Venerem) Hoc eſt, qui aquam fecerit. In editis, audaciore manu, *eius qui biberit.* H.

cochleae et columbinum cum oleo et vino potum. [1] Pulmonis vulturini dextrae partes Venerem concitant viris adalligatae gruis pelle. Item si lutea ex ouis quinque columbarum, admixta adipis suilli denarii pondere, ex melle sorbeantur. Passeres *f* in cibo vel oua eorum. Gallinacei *g*. dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibium [2] cineres cum adipe anseris et irino perunctis, si conceptus sit, partus [3] continere: contra inhiberi Venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis adalligatisque pelle arietina tradunt. Item *h*. cuiuscumque galli gallinacei, si cum sanguine gallinacei lecto subiiciantur. Cogunt concipere inuitas setae ex cauda mulae, si iunctis euellantur, [4] inter se colligatae *i*. in coitu. Qui in vrinam canis suam [5] ingesserit, dicitur ad Venerem pigrior fieri. Mirum *k*. et de stellionis cinere (si verum est) linamento inuolutum in sinistra manu Venerem stimulare: si transferatur in dextram, inhibere. Item vespertilionis sanguinem collectum flocco, suppositum-

1. *Pulmones vult. in dextra parte. Ch.* 2. *Cinere. V.* 3. *contineri. M.* 4. *et inter se colligentur in. V.* 5. *egesserit. V.*

f. Passeres) Marc. Emp. iisdem verbis, 33. p. 227. R. Moses citatus a Ioh. Bapt. Porta, Physf. VI. 5. et Terpsicles laudatus a nobis superius X. 152. Deníque Habdarrhamanus, 15. p. 86. Hard.

g. Gallinacei) Sext. Plat. pt. 2. c. 8. de Gallo tit. 3. *Ad concubitum excitandum, et inhibendum. Galli testiculi cum adipe anserino in arietis pelle brachio suspensi, concubitum excitant. Suppositi lecto cum ipsius sanguine, efficiunt ne concumbant qui iacent.* H.

h. Item) Sext. Plat. l. c. Hard.

i. Colligatae in coitu) Admotae coxae, lumbis. Dal.

k. Mirum) Marc. Emp. c. 33. pag. 227. *Stellionis cinis*, inquit, *in linteo obuolutus, sinistra manu portatus, Venerem stimulat: translatus, inhibet.* H.

ſitumque capiti mulierum, libidinem mouere: aut anſeris linguam in cibo vel potione ſumptam.

L. Phthiriaſin a toto corpore pota membrana ſenectutis anguium triduo [1] necat: ac *l.* ſerum exempto caſeo potum cum exiguo ſale. Caſeos, ſi cerebrum muſtelae coagulo addatur, negant corrumpi vetuſtate, aut a muribus attingi. Eiuſdem muſtelae cinis ſi detur in offa gallinaceis pullis et columbinis, tutos eſſe a muſtelis. Iumentorum vrinae tormina veſpertilione adalligato finiuntur. Verminatio *m.* ter circumlato verendis palumbo: mirum dictu: palumbus emiſſus moritur, iumentum liberatur confeſtim.

LI. Ebrioſis *n.* oua noctuae per triduum data in vino, taedium eius adducunt. Ebrietatem *o.* arcet pecudum aſſus pulmo praeſumptus. Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus, et in [2] vino quod bibetur inſperſus, ſecuros praeſtabit a temulentia. Inuenit hoc Horus Aſſyriorum rex.

LII. Praeter haec ſunt notabilia animalium ad hoc volumen pertinentium. Gromphenam auem [3] in Sardinia narrant grui ſimilem, ignotam iam etiam Sardis, vt exiſtimo. In eadem prouincia

1. *ſic ex Mss. H. M. et Ch. Triduo inhibet Gr. et Al.* 2. *vino quod bibitur. M.* 3. *Sardiniam. Ch.*

l. Ac) Marc. Emp. c. 4. pag. 43. *Serum, id eſt, aquam lactis, quae remanet facto caſeo, ſi quis adiecto aceto in potione aliquoties ſumſerit, ita liberatur a pedunculis, vt penitus exſtirpentur, nec poſtea in eo renaſcantur.* H.

m. Verminatio) Inteſtinorum dolores; ſupra c. 11. vlt. lib. XXVIII. Dal.

Verminatio) Vermes in interaneis gigni deſinunt, etc. Egimus de hac voce, XXVIII. 49. H.

n. Ebrioſis) Noctuae oua comeſta facere ebrioſos ſcribit Philoſtratus de vita Apollonii III. 12. p. 147. H.

o. Ebrietatem) Dictum id iam antea XXVIII. 80. ext. Hard.

cia est ophion *p.*, ceruis tantum pilo similis, nec alibi nascens. Iidem auctores nominauere [1] subiugum *q.*, quod nec quale esset animal, nec vbi nasceretur, tradiderunt. Fuisse quidem non dubito, quum et medicinae ex eo sint demonstratae. M. Cicero *qq.* tradit [2] animalia biuros *r.* vocari, qui vites in Campania [3] erodant.

LIII. (XVI.) Reliqua mirabilia ex *s.* his, quae [4] diximus. Non latrari a cane membranam ex secundis canis habentem, aut leporis fimum vel pilos tenentem. In culicum genere muliones *t.* non amplius, quam vno die, viuere. Eosque *v.* qui arborarii pici rostrum habeant, et mella eximant, ab apibus non attingi. Porcos sequi [5] eum, a quo cerebrum corui acceperint in offa. Puluerem, in

Mm 5 quo

1. *sirulugum Gr. et Al.* 2. *sic et Ch. byturos Gr. et Al.* 3. *rodant.* M. 4. *dicemus.* M. 5. *sic ex Mss. H. et Ch. eos, a quibus Gr. et Al.*

p. Ophion) Musamona vocant c. 49. lib. VIII. Eius quoque mentio fit sub finem cap. 9. lib. XXVIII. Dalec.

Ophion) De eo egimus superius XXVIII. 42. H.

q. Subiugum) Ita R. 2. et alii: et mox *biuros*, quasi *diuros*, hoc est, *bicaudes*: non vt in libris hactenus editis, *sirulugum*, et *byturos*. Quum vites erodi a biuris, Cicero dicat, id vermis genus esse arbitror, quod Graeci ἶκα vocant. Hesychius: Ἴξ, θηρίδιόν τι ἀμπέλους ἐσθίον. H.

qq. M. Cicero) In libris quos inscripsit, *de rebus admirandis*, qui interierunt. Hard.

r. Byturos vocari, qui vites in Campania erodant) *Biuros*, in vetusto codice, quasi *bicaudes* dixeris, non *byturos*, et paulo ante *subiugum*, non *sirulugum*. Pint.

Byturos) Ἶκας Graecorum. Dalec.

s. Ex) Ex iis animalium generibus, quorum hactenus medicinas attigimus. H.

t. Muliones) Qui mulis infesti sunt. Dal.

Muliones) Qui mulis infesti sunt. Vide quae de his diximus XI. 19. H.

v. Eosque) Pici Martii, qui arbores excauat, ut dictum est X. 20. H.

quo se mula volutauerit, corpori inspersum mitigare ardores amoris. Sorices *x.* fugari, si vnus castratus emittatur. Anguina *y.* pelle, et sale, et farre cum serpyllo [1] contritis *z.* vna, deiectisque cum vino in fauces boum, vua maturescente, toto anno eos valere: vel si hirundinum pulli tribus ossis dentur. Puluere e vestigio anguium collecto, sparsas *a.* apes in [2] aluos reuerti. Arietis *b.* dextro teste praeligato oues tantum gigni. Non [3] lassari in vllo labore, qui neruos ex alis et cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare, quum vinum biberint. Vngulas *c.* tantum mularum repertas,

1. *sic ex Mss. H. contritis vno die, deiectisque Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. aluearia Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. non lassescere Gr. et Al.*

x. Sorices) Simile istud Habdarrhamani commentum, c. 44. *Si murem ligabis in domo, omnes reliqui mures ab illa fugient, nec reuertentur, quamdiu mus ille ibi ligatus erit.* H.

y. Anguina) Columella de R. R. VI. 4. de vitiis boum, et medicinis. H.

z. *Contritis vno die deiectisque) Contritis vna deiectisque*, in antiquo codice. Pint.

a. Sparsas apes in aluearia reuerti) Aluos, non *aluearia*, in cod. et paulo post, *lassari*, non *lassescere*. Pint.

b. Arietis) Dictum id iam antea VIII. 72. H.

c. Vngulas tantum mularum repertas) Plutarchus περὶ πρώτου ψυχροῦ de asini vngula intellexit. Idem in Alexandro ὄνου χηλὴν habet: vt et Ioannes Monachus in Historiis. Vide cap. 103. lib. I. et 2. libri sequentis. Trogus vero equi, vt et Pausanias in Arcadicis: Curtius iumenti: Aelianus Scythicorum cornibus. Vox ὄνος similis vocabulo ἡμίονος, fortassis Plinium decepit, vt pro asino, mulorum mularumve diceret. Rhodig. 16. lib. XXV. Dalec.

Vngulas) Vitruuius VIII. 3. pag. 163. *Est in Arcadia Nonacris nominata terrae regio, quae habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores, Haec autem aqua* Στυγὸς ὕδωρ *nominatur: quam neque argentum, neque aeneum, neque ferreum vas potest sustinere; sed dissilit et*

pertas, neque aliam vllam materiam, quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, quum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna *d.* Aristotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.

et dissipatur. Conseruare autem eam et continere nihil aliud potest, nisi mulina vngula. De equina vngula Pausanias id prodit in Arcad. Plutarchus, de asinina, in Alexandro, p. 707. Vitruuium Rhodiginus non legerat, qui XXV. 15. deceptum affinitate vocum, ὄνος et ἡμίονος, Plinium arbitratur. H.

d. Magna Aristotelis infamia) Quem aiunt pecunia corruptum ab Antipatro, id consilii dedisse, tanti sceleris participem ac conscium. Dalec.

Aristotelis) Qui auctor Antipatro regnum affectanti fuisse perhibebatur, vti Alexandrum eo veneni genere tolleret. Nam, vt dictum est, II. 106. aqua haec *pota illico necat.* Vide Plutarchum l. c. et Curtium, X. Sed rumore id falso iactatum, ac vino potius atque ebrietate periisse Alexandrum, constantior hominum opinio fuit. H.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXXI.

I. (I)

AQUATILIUM sequuntur in medicina beneficia, opifice natura [1] ne in illis quidem cessante, et per vndas fluctusque ac reciprocos aestus, amniumque rapidos cursus *a.* improbas [2] exercente vires: nusquam potentia maiore, si verum fateri volumus; quippe hoc elementum ceteris omnibus imperat. Terras deuorant aquae, flammas necant, scandunt in sublime, et caelum quoque sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem *b.* spiritum strangulant: quae causa fulmina elidit, ipso secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aquis in caelo stantibus? At illae ceu parum sit in tantam peruenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium

1. nec. *Ch.* 2. *sic ex Mss. H. exserente Gr. et Al.*

a. Improbas exerente vires) *Exercente*, non *exerente*, exemplar nostrum. Pint.

b. Vitalem) Aerem. Ipse superius II. 43. varias tonitruum causas afferens: *Posse* ait et *repulsu siderum* depressum, qui a terra meauerit, spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum dum rixetur, edito fragore, quum erumpat. H.

piſcium examina, [1] ſaepe *c.* etiam lapides: ſubeuntque *d.*, portantes aliena pondera. Eaedem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt, prorſus mirabili natura, ſi quis velit reputare [2] vt fruges gignantur, arbores fruticeſque viuant, in caelum migrare aquas, animamque etiam herbis vitalem inde deferre: iuſta confeſſione, omnes terrae quoque vires aquarum eſſe beneficii. Quapropter ante omnia ipſarum potentiae exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

II. (II.) Emicant benigne paſſimque in plurimis terris, alibi frigidae, alibi calidae, alibi *e.* [3] iunctae, ſicut *f.* in Tarbellis Aquitanica *g.* gente, et

1. *Sic ex Mss. H. ſaepe etiam lapides ſubuehunt Gr. et Al.* 2. *vnde. V.* 3. *vnctae. Hermol. ex V.*

c. Saepe etiam lapides ſubuehunt portantes aliena pondera) Tria prima verba ad ſuperiora pertinent. Tum ſequitur, *Subeuntque portantes aliena pondera*, ex eodem. Pint.

d. Subeuntque) Adſcendunt in ſublime, Plin. II. 63. *Aquae ſubeunt in imbres*, etc. H.

e. Alibi) Frigidae iunctae calidis, tenui diſcernente interuallo. Vide N. et Em. N. I. (hic coll.) *Alibi)* Ita R. 1. et Colb. 3. optime. In R. 2. cod. *inunctae*, mendoſe. Sequitur nihilominus hunc ſimilem Hermolaus, et *vnctae* legit, interpretaturque pingues aquas, ὕδατα λιπαρά. Qua interpretatione nihil eſt, quod a mente ſcriptoris longius abhorreat: qui frigidas alibi aquas emicare ait, alibi calidas, alibi vtraſque coniunctim, tenui eas a ſe inuicem diſcriminante ſpatio. Hard.

f. Sicut) Horum oppidum, vt in Geographicis diximus IV. Aquae Auguſtae, ſiue Tarbellicae, Gallis *Acys*, Gaſconibus *Dacs*, dicitur. Ab aquis calidis hoc loco ſcaturientibus id nomen inuenit. In ſuburbano reliquiae veteris aquaeductus: in ipſa vrbe in margine fontis aquarum calidarum folia marmorea, Romanae ibi magnificentiae veſtigia. Vide Oihenartum In Notit. Vaſcon. pag. 467. Hard.

g. Aquitanica gente) Vide Ariſt. Problem. 13. ſect. 1. Vi-

et in Pyrenaeis montibus, tenui interuallo discernente. Alibi *h.* tepidae egelidaeque [1] auxilia *i.* morborum profitentes *k.*, et e cunctis [2] animalium hominum tantum causa erumpentes. Augent *l.* numerum Deorum nominibus variis, vrbesque condunt, sicut Puteolos *m.* in Campania, Statyellas *n.* in Liguria, Sextias in Narbonensi prouincia. Nusquam tamen largius quam in Baiano sinu, nec pluribus auxiliandi generibus, aliae *o.* sulphuris, aliae aluminis, aliae salis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida salsaue mixtura. Vapore quoque ipso aliquae prosunt. Tantaque eis est vis, vt balineas calefaciant, ac frigidam etiam in soliis feruere cogant, quae *p.* in Baiano [3] Posidianae

1. *sic ex Mss. H. a. m. conferentes Gr. et Al.* 2. *animalibus. Cb.* 3. *Possidianae. M*

1. Vitruuium c. 3. lib. VIII. Dalec.

h. Alibi tepidae egelidaeque auxilia morborum conferentes) Voss. vt Pintiani: *aliae tepidae egelidaeque auxilia morborum profitentes.* Quod habet suam Venerem. Gron.

i. Auxilia morborum conferentes) Lego, *auxilia morborum profitentes*, ex antiquo codice. Pint.

k. Profitentes) Prae se ferentes. H.

l. Augent) Sunt enim Dii marini, Neptunus, Nereus, Oceanus. Sunt Nymphae, Napaeae, Nereides, Naiades, aliaque nomina, de quibus Gyrald. synt. 5. H.

m. Puteolos) De eo oppido egimus in Geographicis III. 9. Nomen id habet siue a puteorum, quibus is ager abundat, frequentia; siue, vt nonnullorum opinio est, a putore aquarum et aeris, sulphureo semper vapore grauis. Librum singularem de Balneis Puteolorum et Baiarum edidit Scipio Mazella, Neapolitanus. Baiana balnea laudat Cassiodorus eleganter, VI. 6. H.

n. Statyellas) De aquis Statyellorum, III. 7. De aquis Sextiis eodem libro, s. 5. H.

o. Aliae) Quum aqua in imo transit per alumen, aut bitumen, aut sulphur vt fuse Vitruuius explicat VIII. 3. pag. 157. H.

p. Quae in Baiano Posidianae vocantur) Voss. *quae in*

dianae vocantur, nomine accepto a Claudii Caesaris *q.* liberto. Obsonia quoque percoquunt. Vaporant et in mari ipso, quae Licinii *r.* Crassi fuere: mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.

III. Iam generatim neruis prosunt pedibusue, aut coxendicibus, aliae luxatis, fractisue. Inaniunt aluos. Sanant [1] vulnera. Capiti auribusque priuatim medentur: oculis vero Ciceronianae *f.* Digna memoratu villa est ab Auerno lacu Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porticu ac nemore, [2] quam vocabat Cicero *t.* Academiam, ab

1. *sic et Ch. hulcera Gr. et Al.* 2. *sic ex* Mss. *H. et Ch. quam et vocabat M. Cicero Gr. et Al.*

in bale Possidianae vocantur, nomine accepto a Claudii Caesaris liberto. Passim in optimo libro *ne* significat *nunc*: ex eo τὸ *in* factum. Solebant autem quisque, qui praedium illic haberet, *Baias suas* dicere. Vnde et Ciceronis lib. IX. famil. 12. *Gratulor Baiis nostris, siquidem, vt scribis, salubres repente factae sunt.* Nec aliter Plinius lib. II. epist. 15. *Quomodo te veteres Marsi iui? quomodo emptio noua?* Sed et sic Sex. Pompeius apud Velleium lib. II. *In Carinis suis se coenam dare*: quod eius paternae aedes pars essent Carinarum in vrbe, et in praetoria naui pasceret. Gron.

Quae) Sic R. I. aliique optime. H.

q. Posidianae) A liberto Claudii, quem Posiden spadonem vocat Suet. in Claud. 28. Hard.

r. Licinii) Marci Crassi, Romanorum ditissimi, qui periit in Parthis. H.

f. Ciceronianae) De hoc M. Tullii Ciceronis fonte Isidorus Origg. XIII. 13. *In Italia fons Cicer* (Lege, *Ciceronianus*) *oculorum vulnera curat.* Villam in qua eae erant, Puteolanum suum Cicero vocitabat: alteram, ad Lucrinum, in collibus sitam, Cumanum suum. Hard.

t. Cicero) De Finibus V. n. I. *Constituimus inter nos vt ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset ... Quum autem venissemus in Academiae non sine*

ab exemplo Athenarum *v.*, (ibi compositis voluminibus *x.* eiusdem nominis,) in qua et [1] monumenta *y.* sibi instaurauerat, [2] ceu vero non in toto terrarum orbe fecisset. Huius in parte prima, exiguo post obitum ipsius, Antistio *z.* Vetere [3] possidente, eruperunt fontes calidi, perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae *a.* Tullii, qui fuit e libertis eius, vt *b.* protinus noscatur [4] etiam mini-

1. *Sic et Ch. monumentum Gr. et Al.* 2. *seu Gr.* 3. *Hic cos. fuit cum D. Laelio Balbo, anno V. C. DCCXLVII.* 4. *sic ex Mss. H. etiam ministeriorum haustis ex illa maiestas ingenam. Ch. Emendo, ministri etiam ex illarum haustu maiestas ingens. Quidam: vt protinus etiam noscatur ex ministro illarum haustu potestas ingens.* Ministerium eius *ex illa maiestate. Ponam Gr. et Al.*

sine causa nobilitata spatia, solitudo erat ea, quam volueramus. Ciceronem imitatus est Hadrianus Imp. teste Spartiano, qui *Tiburtinam villam mire exaedificauit: ita vt in ea prouinciarum et locorum celeberrima nomina inscriberet, velut Lyceum, Academiam, Prytaneum.* H.

v. Athenarum) Fuisse gymnasii nomen Athenis Academiam, addidit Cicero Acadd. Quu. I. n. 17. quod nec Horatius, II. ep. 2. nec Plinius, nec Tullius libertus Laurea Tullius hoc loco dixere. Graecis Ἀκαδήμεια et Ἑκαδήμεια. Vide Stephanum verto Ἀκαδήμεια. Hinc soloecizare Claudianum in octauo panegyrico intelligas, recentioresque omnes, qui penultimam huius vocis syllabam *Academia* corripiunt. H.

x. Voluminibus) Academicarum quaestionum. H.

y. Monumenta) R. 1. 2. Colb. Ch. In editis, *monumentum.* H.

z. Antistio) Gessit Consulatum C. Antistius Vetus, cum D. Laelio Balbo, sub Augusto, Vrbis anno DCCLVIII. Exstat eius perhonorifica mentio in epistolis Ciceronis ad Brutum. H.

a. Laureae) Alterum eius epigramma exstat Graece scriptum in Sappho, Anthol. III. 25. ep. 64. H.

b. Vt protinus noscatur etiam ministerium eius ex illa maiestate) Scribe, *Quin protinus noscatur etiam ministeriorum eius haustus ex illa*

ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. Ponam enim ipsum carmen, dignum vbique, et non ibi tantum legi:

[1] *Quod c. tua, Romanae vindex clarissime linguae,*
Silua loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiae celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus:
Hic etiam apparent lymphae non ante repertae,
Languida quae infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quae medeantur, aquae.

IV. In

1. *Quo.* *Gr.*

la maiestate, ex eodem. Nonnulli *ministrorum* legunt, non *ministeriorum*; sed potest sustineri *ministeriorum*: vt quemadmodum *Famulitium* pro famulis, et *Seruitia* pro seruis poni solet, sic *Ministeriorum* pro Ministrorum hic positum sit: vt lib. VII. cap. 52. *Interim eum qui videbatur extinctus plaudendo conciuisse ministeria*, hoc est, *ministros*. Pint.

b. *Vt protinus noscatur etiam ministerium eius ex illa maiestate)* Voss. *ministeriorum haustis ex illa maiestate ingenam. ponam enim.* vt fere et Chiflet. Ex quo quid tentarint, apparet in marginibus. Pintianus: *quin protinus noscatur etiam ministeriorum eius haustus ex illa maiestate.* Mihi scribend. videbatur: *vt protinus noscatur etiam* (ipse scilicet Cicero) *ministeriorum haustis ex illa maiestate ingeniis.* Tale est Iustini 15, VI. *vt Alexandrum posses etiam in moriente matre agnoscere. Ministeriorum* et Acad. Gudianusque et duo Vossiani. Gron.

Vt) Vt statim appareat, quantum vel ipsi ministri ac famuli hauserint, ex tantae maiestatis ingenio, *nempe ex Tullio. Ministerium* pro ipsis ministris dici, vt seruitia pro seruis, tralatitium est. Paulus: *Vrbica ministeria dicimus, etiam quae extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.* Vide N. et Em. N. II. (hic pos.) *Vt)* Haec totidem plane syllabis apicibusque litterarum scriptura codicis R. 2. et illius quem Pintianus vidit: propemodum etiam et Chiffletiani: quae vel ipsa inter-

terpre-

IV. In *d.* eadem Campaniae regione Sinuessanae aquae sterilitatem feminarum, et virorum insaniam abolere produntur.

V. In Aenaria insula, calculosis mederi. Et *e.* quae vocatur Acidula, ab Teano Sidicino quatuor millibus passuum: haec frigida. Item in Stabiano, quae dimidia vocatur: et in Venafrano, ex fonte Acidulo. Idem contingit in Velino lacu potantibus. Item in Syriae fonte iuxta Taurum montem, auctor est M. Varro: et in Phrygiae Gallo *f.* flumine Callimachus: Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat: quod in Aethiopia acci-

terpretatione facili et expedita sese legentibus approbat. In libris hactenus editis omnino mendose legitur, *Vt protinus noscatur etiam ministerium eius ex illa maiestate*, voce *ingenii* extrita, vitiatisque ceteris. Hard.

c. *Quo tua Romanae, etc.*) Scribendum *quod*, non *quo*, ex eodem, sic etiam deposcente sensu. Pint.

d. In) Isidorus Origg. XIII. 13. haec totidem fere verbis. Tacitus Annal. XII. *In tanta mole curarum Claudius valetudine aduersa corripitur: refouendisque viribus, mollitie caeli, et salubritate aquarum Sinuessam pergit.* Fuere aquae illae in Sinuessano littore, vbi turris quam vocant *Torre de Bagni*, iuxta aedem, cui nomen est *S. Maria a Caudara.* Vide Camill. Felice, Pellegrin. Campania Felice p. 135. Hinc Silio Italico VIII. *Sinuessa tepens.* H.

e. Et) Vitruuius VIII. 3. pag. 163. *Item sunt nonnullae acidae venae fontium, vti Campana Teano . . . aliisque locis pluribus, quae hanc habent virtutem, vti calculos in vesicis, qui nascuntur in corporibus hominum, potionibus discutiant.* Deinde causas huius efficientiae pluribus inuestigat. De Teani situ diximus in Geographicis III. 9. Exstant etiamnum aquae illae, et longe lateque expetuntur, ad calculi dolores, in agro Caluensi, iuxta castellum vulgo *Francolici* dictum. Holsten. pag. 256. Hard.

f. Gallo) Nulla huius fluminis mentio est apud Callimachum, qui nunc exstat. Hard.

accidere [1] his, qui g. [2] fonte rubro biberint, Ctesias scribit.

VI. Iuxta h. Romam Albulae aquae vulneribus medentur: [3] egelidae hae: sed i. Cutiliae in Sabi-

 nis

1. *iis.* V. 2. *e fonte.* Ch. 3. *praegelidae hae.* M.

g. *Qui*) Seneca Natt. Quu. III. 2. Isidor. Origg. XIII. 13. Metam. v. 319. *Cui non audita est obscenae Salmacis vnda, Aethiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit, Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.* E Graecis, Antigonus ex Ctesia, Hist. mir. 165. Sotion in Excerptis, pag. 140. ex eodem: Κτησίας δὲ ἐν Αἰθιοπίᾳ κρήνην ἱςορεῖ τῷ χρώματι κιννάβαρι παραπλησίαν· τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς, παραλλάττειν τὴν διάνοιαν, ὥςε καὶ τὰ κρυφίας πεπραγμένα ὁμολογεῖν. *Ctesias in Aethiopia fontem esse narrat, cuius aqua Cinnabaris colorem refert: bibentes vero ex eo mente alienati, ea quae clam perpetrarunt, eloquuntur.* H.

Fonte rubro biberint) Lege Ctesiae collectanea: et Sotionem, qui παραλλάττειν διάνοιαν ait, quod Plinius *lymphatos agere.* Idem fontem rubrum vocat, quod Sotion κρηνὴν τῷ χρώματι κιννάβαρι παραπλησίαν. Dal.

h. *Iuxta Romam*) Via Tiburtina, Vitruuio. De his aquis Martialis, v. sq. anim. Galeno aluminosae sunt. D.

Iuxta) Harum meminit Strabo, V. pag. 238. Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ ὁ Ἀνίων διέξεισι, καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους etc. Hodie *Bagni di Tivoli*, salutares apud vrbem Tiburtinam aquae, quas Anio amnis excipit. Martialis I. ep. 13. *Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces, Canaque sulphureis Albula fumat aquis.* A sulphureis terrae venis lacteum colorem trahunt: inde nomen Vitruu. VIII. 3. pag. 157. *In Tiburtina via flumen* (lege *fluens*) *Albula.* Vide et Galen. de fac. simpl. med. I. 7. Via Appia in Eccl S. Benedicti reperta inscriptio, quam Reinesius affert pag. 240. AD AQVAS. ALBVLLAS. Et pag. 193. AQVIS. ALBVLIS. SANCTISSIMIS, etc. Hard.

i. *Sed*) De Cotiliis aquis ad stomachicos salubribus, vide Cael. Aurel. III. 1. sq. in fine. Cels. IV. 5. in dissolu-

nis gelidissimae, [1] suctu *k.* quodam corpora inuadunt, vt prope morsus videri possit, aptissimae stomacho, neruis, vniuerso corpori.

VII. Thespiarum *l.* fons conceptus mulieribus repraesentat: item in Arcadia *m.* flumen Elatum. Custodit *n.* autem [2] fetum *o.* Linus fons in eadem Arcadia, abortusque fieri non patitur. E diuerso [3] in *p.* Pyrrhaea flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facet.

VIII.

1. *succo. M.* 2. *sic.ex Mss. H. et M. partum Gr. et Al.* 3. *in Pyrrha flumen, quod Ambrysus voc. V. ad Pyrasum flumen, quod Amphrysus, V. Alii.*

solutione stomachi, *consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Subcutiliarumque sunt, salutare esse* prodit. Nos de iis egimus III. 17. H.

Cutiliae) Cotiscoliae, Straboni. Hae salsae et aluminosae sunt. Dal.

k. Suctu) Exsugere corpora, et propemodum videntur mordere. H.

l. Thespiarum fons) Vrbis Boeotiae ad Heliconem sitae. Athenaeus lib. II. citat haec ex Theophrasti libro de aquis. Dal.

Thespiarum) Hoc habet et Theophr. Hist. IX. 20. vt et Athen. II. pag. 41. Ἐνιαχοῦ ὕδωρ γίνεται παιδογόνιον ὡς ἐν Θεσπιαῖς· ἐν Πύῤῥᾳ δὲ ἄγονον. De Thespiis diximus IV. 12. Hard.

m. Flumen) Ita MSS. omnes. Ἔλαφον Pausanias vocat, in Arcadicis. H.

n. Custodit autem partum Linus fons) Elatum, non partum, in vetusto codice. forte scribendum, *foetum*. Pintian.

o. Linus) R. 2. *Leuius fons.* Isidor. Origg. XIII. 31. *Lechnus.* H.

p. In Pyrrhaea flumen) Fuit Pyrrha circa Moeotin absorpta Ponto: fuit et Locrorum, Delphis, et Amphryso vicina, de qua hunc locum vna cum Hermolao intelligendum puto. Fuit et Magnesiae, Euboeae, Lyciae, Cariae: de quibus vide suis locis. Alii legunt ex Strabone lib. IX. *E diuerso ad Pyrasum, flumen, quod Amphrysus vocatur, etc.* Fuit autem Pyrasus oppidum vicinum Thebis Phthioticis. Apud Athenaeum lib. II. legitur, *Pyrrha*: apud Theophr. cap. 20. lib. IX. histor. et cap. 8. lib. II. causs. *Pyra.* Straboni *Pyrrha* oppidum

VIII. Lacus *q.* [1] Alphion vitiligines tollit. Varro auctor est, Titium *r.* quemdam Praetura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus *f.* Ciliciae amnis podagricis medetur,

1. *Alphei. E Strabone lib. VIII.*

pidum est Phrygiae, et Lesbi. Dalec.

In) Sic R. 1. In R. 2. *In Pyrrha*, vt Athenaeus. Theophr. de causs. II. 8. pag. 242. περὶ τὴν Πυῤῥαίαν. Πυῤῥαία Stephano, μοῖρα Θεσσαλίας, pars est Thessaliae. H.

q. Lacus Alphion vitiligines tollit) Straboni lib. VIII. Aniger, Alpheus dictus est, quia vitiligines sanat. Is autem e fonte Nympharum Anigriadum aquas receptas in solum palustre, et vaporoso halitu caliginosum stagnans effundit, atque adeo proximum littus arenosum, profundum efficit, piscesque insuaues, et cibo ingratos. Vide locum. Pro palude, aut stagno, *lacum* Plinius dixit. *Dal.* *Lacus Alphion vitiligines tollit*) Ab hoc enim effectu etiam nomen inuenit. vitiligo enim ἀλφὴ Graecis dicitur. Gelen. V. Tzetzes ad Lycophr. Cass. pag. 164. Reines. varr. lect. L. I. c. 25. pag. 118.

Lacus) Sic R. 1. aliique. Neque is modo lacus, sed et Alpheus amnis ab hoc effectu sortitus id nomen videtur, teste Strabone, VIII. pag. 347. Vitiligo enim Graecis ἀλφὸς dicitur. Ἀλφοὺς δὲ καὶ λευκὰς, inquit ille, de Anigro amne, siue Minyio: καὶ λειχῆνας ἰᾶται τὸ ἐντεῦθεν λοῦτρον· φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας οὕτω παρωνομάσθαι. Lauacrum Alphei amnis, seu fontes a Plinio intelligi, simile veri est. H.

r. Titium) Eumne, quem inter proscriptos a Triumuiris declarat Dio XLVIII. pag. 375. H.

f. Cydnus Ciliciae amnis podagricis medetur) Sic Althaenus fluuius vulneribus et pecorum et hominum. Rhodiginus cap. 14. libri XXVII. Dal. v. Pollio de architect. L. VIII. c. 3. Tzetzes et Reines. supra ll. ll.

Cydnus) Egimus de eo V. 22. Vitruuius VIII. 3. pag. 159. *Troezeni omnino aliud genus aquae non reperitur, nisi quod Cibdeli habent: itaque in ea ciuitate, aut omnes, aut maxima parte sunt pedibus vitiosi. Ciliciae, vero ciuitate Tarso flumen est nomine Cydnos, in quo podagrici crura macerantes leuantur dolore.* H.

detur, ſicut apparet in epiſtola Caſſii Parmenſis ad M. Antonium. Contra, aquarum culpa in Troezene *t.* omnium pedes vitia ſentiunt. Tungri *v.* ciuitas Galliae fontem *x.* habet inſignem, plurimis bullis [1] ſtellantem, ferruginei ſaporis: quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia. Eadem aqua [2] igne admoto turbida fit: [3] ac poſtremo rubeſcit. Leucogaei *y.* fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et vulneribus medentur. Cicero *z.* in admirandis poſuit, Reatinis *a.* tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

IX. Eudicus *b.* in Heſtiaeotide *c.* fontes duos tradit eſſe: Ceronem, ex quo bibentes oues nigras

1. *ſtillantem. M. plurimis ſtellis bullantem. V. plurimis tubulis ſtillantem. V.* 2. *igni admota. V.* 3. *ſic ex Mss. H. et Ch. ad poſtremum. Gr. et Al.*

t. Troezene) Achaiae oppido, vbi nulla alia aqua reperitur, quam metallica, praeter eam quam Cibdeli habent. Vitruuius.

v. Tungri) Quid ciuitatis nomine intelligi oporteat, alibi diximus: quod nempe nos vulgo Communitatem appellamus. Agit hoc loco de Spadanis aquis, ſalubritate celebratis, *les eaux de Spa.* H.

x. Fontem habet inſignem) Eum fontem hodie vocant *le baing de Spach.* Dal.

y. Leucogaei) Ad Pauſilypum montem, qui nunc quoque *Poſilipo.* H.

z. Cicero) Fortaſſis Varro, qui admiranda ſcripſit, τὰ θαυμαςὰ. Chiffl.

Cicero) Ita MSS. omnes. Sequutus eſt Tullium Iſidor. Origg. XIII. 13. H.

a. Reatinis tantum paludibus) Nihil mirum, quoniam in eius paludis exitu ſaxum creſcit. cap. 103. lib. II. D.

b. Eudicus) Ariſtoteles de duobus fluminibus id tradit lib. περὶ θαυμ. ἀκȣσμ. D.

c. Heſtiaeotide) Theſſaliae parte, aut, quod magis placet, Boeotiae. Dal.

Heſtiaeotide) Ἑςιαιῶτις pars eſt Theſſaliae, quondam Doris nuncupata. Vnde alteram appellationem ſortita ſit, diſce ex Strabone IX. pag. 437. Iſidorus Origg. XIII. 13. hoc ipſum referens, pro Heſtiaeotide Theſſaliam dixit. H.

¹ nigras fieri: Nelea *d.*, ex quo albas, ex vtroque autem varias. Theophrastus in *e.* Thuriis Crathim *f.* candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori.

Nn 4 X.

1. albas fieri: Melan, ex quo nigras. V. Melam Gron.

d. Melan) Cap. 103. lib. II. *Melas fluuius est Boeotiae, cuius potu oues nigrae fiunt, vt Cephisi albae.* Dal.

d. Nelea) Vide N. et Em. N. III. (hic pos.) *Ceronem*) Prius legebatur in libris omnibus editis, *Melan, ex quo albas.* Quis vero inducat animum, vt existimet, inditum amni Melan, quod nigrum sonat, nomen fuisse, quod albos oues efficiat? In R. 1. *melle.* In R. 2. *melleam.* Nos ex Antigono Carystio, c. 84. *Nelea.* Κέρων enim apud illum et Νηλεὺς vocantur: etsi is memoriae lapsu, non oues, sed mulieres ipsas eo potu nigrescere prodidit. De Ceronis aquis, qui pullum siue nigrum colorem afferant, Seneca Natt. Quu. III. 25. p. 873. *In Macedonia .... est flumen, ad quod qui facere albas oues volunt, adducunt ... At si illis lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector est; ad Ceronem eumdem gregem appellunt.* Sed pro Cerone, quem primus in eum Senecae textum Muretus inuexit, *Peneum* prius lectum esse, iam antea monuimus, II. 106. Nelea, de quo nunc agitur, eumdem esse Dalecampius putauit, cum Melane Boeotiae amne, cuius potu nigras oues fieri Plinius affirmauit, II. 106. Falso. H.

e. In Thuriis) Scholiastae Callimachi Crathis fluuius est Arcadiae: Herodoto, Achaeorum, a quo nomen habet Italicus: Pausaniae, Brutiorum. Lucaniae, Vitruuio. Scholiastes Theocriti eidyllio 5. ex Nymphodoro et Theophrast. ait Κραθίδος ὕδωρ ξανθίζειν. Euripides in Troadibus, ὁ ξανθὰν χαίταν πυρσεύων Κρᾶθις, non, vt perperam legitur, Κράνθις. Strabo lib. VI. et ξανθοτριχεῖς et λευκοτριχεῖς ἀνθρώπους λουομένους, ait, ποιεῖν, καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶσθαι. *Mitalerius.* Vibio Sequestro, auream comam facit. Dalec.

f. Crathim) Pecori sane, et bubus, esto. At capillis hominum flauum colorem inducit, teste Antigono, hist. mirab. auscult. cum Scholiaste Theocriti Idyll. 15. qui Theophrastum ipsum laudat auctorem, et Nymphodorum: Κράθιδος τὸ

ὕδωρ

X. Quin et homines ſentire differentiam eam. Nam *g.* [1] qui e Sybari bibant, nigriores eſſe, durioreſque, et criſpo capillo: qui *h.* ex [2] Crathi, candidos mollioresque, ac porrecta coma. Item *i.* in Macedonia [3] qui *k.* velint ſibi candida naſci, ad Aliacmonem ducere: qui nigra aut fuſca, ad Axium. Idem omnis fuſca quibuſdam in locis tradit naſci, et fruges quoque, ſicut in Meſſapiis. [4] At *l.* in Luſis *ll.* Arcadiae quodam fonte mures *m.* terreſtres

1. ſic ex Mss. H. Nam qui Sybarin Gr. et Al. 2. ſic ex Mss. H. Crathi candidos madidioreſque. Ch. Crathide Gr. et Al. 3. quae velint, etc. quae nigra, etc. Alii. 4. ſic et Ch. at Luſis Gr. Al.

ὕδωρ ξανθίζει... Vnde *Crathis* fluuius Vibio Sequeſtro, pag. 33. *confinis Sybari, capillos facit auri coloris.* Ouidius item Metam. XV. v. 315. *Crathis, et huic Sybaris noſtris conterminus oris, Electro ſimiles faciunt auroque capillos.* H.

g. *Nam qui Sybarin bibant*) Lege, *Nam qui e Sybari bibant*, ex antiquo exemplari. vt quod paulo poſt ſequitur: *Qui e Crathide, candidos*: lego, *qui e Crathi candidos*, ex eod. P.

h. Qui) Strabo VI. p. 263. V. animadu. ſup. lit. e. H.

i. Item in Macedonia) Vide Senecam Quaeſt. natur. lib. III. c. 25. Dal.

k. Qui) Pecora ſcilicet. Seneca Natt. Quu. III. 25. pag. 872. *In Macedonia quoque, vt ait Theophraſtus, eſt flumen, ad quod qui facere albas oues volunt, adducunt: quod vt diutius potauere, non aliter quam infectae mutantur.* H.

l. At) Nomen ei loco τὰ Λουσά. Narrat eadem Antig. Caryſt. hiſt. mir. 152. Vtique ex auctore libri de mirab. auſcult. vel ex Ariſtot. a quo et Sotion in Excerpt. pag. 139. Ἐν Λουσοῖς τῆς Ἀρκαδίας φησὶν Ἀριστοτέλης κρήνην τινὰ εἶναι, ἐν ᾗ μῦς χερσαίους γίνεσθαι, καὶ τούτους κολυμβᾶν ἐν ἐκείνῃ τὴν δίαιταν ποιουμένους. *Luſis Arcadiae fontem eſſe Ariſtoteles affirmat, in quo mures terreſtres ſint, in eodemque natent, et vitam degant.* Apud auctorem L. de mirab. auſc. Ἐν Κολούσοις δὲ τῆς Ἀρκαδίας etc. mendoſe. H.

ll. Luſis) Apud Sotionem, Λουγοῖς: Apud Stephanum Λουσσοῖς: apud Ariſt. lib.

ſtres viuere et conuerſari. Erythris *n.* Aleos amnis pilos gignit in corporibus.

XI. In *o.* Boeotia ad *p.* Trophonium Deum iuxta *q.* flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem affert, inde *r.* nominibus inuentis.

XII. In *ſ.* Cilicia apud oppidum [1] Ceſcum riuus fluit Nûs *t.*, ex quo bibentium ſubtiliores ſen-

1. *Creſcum Gr. et Al.*

lib. de admir. audit. Κολέσσεις Dalec.

m. Mures terreſtres viuere et conuerſari) Aptior lectio, *viuere et conſeruari.* Pint.

n. Erythris) *Aleon fluuius*, V. 31. H.

o. In) Refert hoc pariter Iſidorus, Origg. XIII. 13. De Orchomeno lacu diximus XVI. 66. H.

p. Ad) Ad Trophonii fanum, iuxta Lebadiam: de quo multa Mythologi. H.

q. Iuxta flumen Orchomenon) In noſtro apographo, *Iuxta flumen Erycnum*, ſcribendum puto, *iuxta flumen Eryneon*, qui Locridis quidem eſt fluuius, ſed in Cephiſum Boeotiae fluuium exonerat, auctore Strabone lib. IX. Sequitur continuo: *Duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem affert, inde nominibus inuentis.* In eodem, *E duobus fontibus alter memoriam, alter obliuionem affert: inde nominibus inuentis.* Pint.

r. Inde nominibus inuentis) Nam altera μνήμη dicitur, altera λήθη. Dal.

Inde) Alteri Μνημοσύνης, hoc eſt, memoriae: alteri Λήθης, hoc eſt, obliuionis, appellatione data. Vide Pauſan. in Boeot. H.

ſ. In Cilicia apud oppidum Creſcum riuus fluit Nûs, etc.) Vnde prouerbium Κρέσκον οἰκεῖς. Quamquam autem paroemiographi in hebetes ac ſtupidos id dici ſolitum affirment, εἰρωνικῶς tamen proculdubio accipiendum eſt, quemadmodum illud *Sapientum octauus*, aut ἄνθρωπος Θαλῆς. Gelen.

In Cilicia) Inde paroemia, Κέσκον οἰκεῖς, in ſtolidos hebeteſque iaci ſolita, nempe εἰρωνικῶς: Zenobius, Cent. 4. Prou. 51. Κέσκον οἰκεῖς. Πόλις Παμφυλίας ἀνοήτων. Ὅθεν καὶ παροιμία γέγονε. Πόλις Κέσκος νοῦν οὐκ ἔχουσα, ἐπὶ τὸν νοῦν μὴ ἐχόντων. Vide Heſychium et Suidam. H.

t. Nus)

ſus fieri M. Varro tradit. At *v.* in Cea inſula fontem eſſe, [1] quo hebetes fiant: Zamae *x.* in Africa, quo canorae voces.

XIII. [2] Vinum *y.* in taedium venire his qui ex *z.* Clitorio lacu biberint, ait Eudoxus: Theopom-

1. *qui hebetes facit. V.* 2. *Vinum taedio venire .. biberint. At Eudoxus et Theopompus Gr. et Al.*

t. Nûs) Νοῦς, quae vox Graecis mentem, ſenſum, intelligentiam, ingenium, aſtutiamque ſignificat, facto ſcilicet ex re nomine. H.

v. At) Vide N. et Em. N. IV. (hic adi.) *At)* Refragantibus licet exemplaribus omnibus, ſiue editis, ſiue manu exaratis, *Chio inſula* pro *Cea inſula* ſcribi oportere Dalecampius autumat, Vitruuii admonitu, a quo Plinius hoc accepiſſe viſus ei eſt: Ille enim VIII. 3. pag. 186. *Item*, inquit, *eſt in inſula Chio fons, ex quo qui imprudenter biberint, fiunt inſipientes: et ibi eſt epigramma inſculptum ea ſententia*, etc. Addere et Iſidorum potuit, ſimiliter ſcribentem Origg. XIII. 13. Sed vtriuſque mendoſum codicem, non ex Plinianorum modo exemplarium conſenſu, ſed ex Sotione, vel Ariſtone potius, haud temere coniicimus. Sic enim Sotion in Excerpt. p. 141. Ἀρίςων δὲ ὁ Περιπατητικὸς Φιλόσοφος, ἐν τῇ Κίῳ (haud dubie pro Κέῳ) πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψύχαις, εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τοιόνδε, etc. H.

In Cea inſula) Apud Sotionem ἐν τῇ Χίῳ: apud Vitruuium, in inſula Chio, quae vera eſt lectio. Dalec.

x. Zamae) Vitruuius cap. 4. lib. VIII. Dal.

Zamae) Et a Vitruuio id traditum, VIII. 4. pag. 166. Cauſam eius rei Agricola putat eſſe, quod eae aquae infectae ſint ſandaraca, quae vocem purgat: L. II. de natura eorum, quae effluunt e terra, pag. 113. De Zamae ſitu diximus V. 4. H.

y. Vinum taedio venire his qui ex Clitorio lacu biberint) Lego, *Vinum in taedium venit his qui*, etc. ex vetuſto codice. Pint.

Vinum) Vitr. VIII. 3. p. 164. *In Arcadia vero ciuitas eſt non ignota Clitori, in cuius agris eſt ſpelunca profluens aquae, quam qui biberint, fiunt abſtemii.* Plinium Iſidorus ſequitur Origg. XIII. 13. Non lacum, ſed fontem Clitorium vocant Athen.

pompus, inebriari fontibus [1] iis quos *a.* diximus. Mucianus *b.* Andri e *c.* fonte Liberi patris, statis diebus

1. *his. Ch.*

then. II. pag. 43. Sotion in Excerpt. p. 193. Παρὰ Κλιτορίοις Ἰσιγονὸς φησιν εἶναι κρήνην, ἧς ὅταν τις τοῦ ὕδατος πίῃ, τοῦ οἴνου τὴν ὀσμὴν οὐ φέρει. *Isigonus fontem esse in Clitoriis scribit, cuius aquam si quis biberit, vini odorem ferre non possit.* Ouid. Metam. XV. v. 322. Et Vibius Sequester p. 339 Vide Not. et Em. N. V. (hic pos.) *Vinum)* R. 2. *in taedium* R. 1. *taedio,* et mox, *ait Eudoxus.* In libris hactenus vulgatis, *qui ex Clitorio lacu biberint. At Eudoxus et Theopompus,* etc. Nos Eudoxum a Theopompo seiunximus; sic enim iucundius suus cuique miraculo auctor assignatur. Et vero Clitorii fontis a Stephano testis Eudoxus aduocatur, verbo Ἀζανία, eumque rem ita litteris consignasse prodit L. VI. Γῆς περιόδου. Ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας, ἡ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι· εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν, ἐκβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα. Est autem Azania pars ipsius Arcadiae, in qua Clitorius, seu fons, seu lacus. Eudoxum transscripsit Ouidius Metam. XV. v. 322. *Clitorio de fonte sitim quicumque leuarit, Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis: Siue quod indigenae memorant, Amithaone natus Proetidas attonitas, postquam post carmen et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Misit aquas, odiumque meri permansit in illis.* H.

z. *Ex Clitorio lacu biberint)* Vitruuio Clitorii Arcadiae ciuitas nobilis: vbi Clitorius lacus Plinio, spelunca profluens aquae Vitruuio, fons Sotioni, Athenaeo et Ouidio lib. XV. Metamorph. In Anigrum tamen, siue Alphium, ea iacta scribit Pausanias in Eliacis. Eudoxus apud Stephanum in fontem quendam Azaniae, partis Arcadiae. Dalec.

a. Quos) L. II. 106. *Lyncestis aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia, et in agro Caleno.* H.

b. Mucianus) Dictum id iam superius, II. 106. H.

c. E fonte Liberi patris) Cap. 103. lib. II. Idem et Pausanias in Eliacis. In Naxo fontem vini sapore fluere, adnotatum in c. 5. lib. VII. Dal.

diebus septenis [1] eius Dei vinum fluere, si auferatur a conspectu templi, sapore in aquam transeunte.

XIV. Polycritus *d.* [2] explere olei vicem iuxta Solos Ciliciae *e.* fontem. Theophrastus *f.* hoc idem fieri in Aethiopia eiusdem [3] nominis fonte *g.* [4] Lycos, in Indiae terris fontem esse, [5] cuius *h.* aqua lucernae ardeant. Idem [6] Ecbatanis traditur. Theopompus *i.* in *k.* Scotussa lacum esse dicit, qui vulneribus medetur.

XV. Iu-

1. *eiusdem. V.* 2. *Polyclytus. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. virtutis. Gr. et Al.* 4. *Lycus. V.* 5. *cuius aqua luceat. Ch.* 6. *in Ecbat. V.*

d. Polyclytus explere, etc.) Naphtha quam effundit. D. *Polycritus)* Vide quae diximus in Auctorum Indice. Refert haec quoque Vitruuius, VIII. 3. pag. 159. *Alii,* inquit, *per pingues terrae venas profluentes, vncti oleo erumpunt: vti Solis, quod oppidum est Ciliciae, flumen nomine Liparis, in quo natantes aut lauantes, ab ipsa aqua vnguntur. Similiter Aethiopiae lacus est, qui vnctos homines efficit, qui in eo natauerint: et in India, qui sereno caelo emittit olei magnam multitudinem.* Vide et Isidor. Origg. XIII. 13. Plures alios fontes, qui quasi oleo perfusi niteant, vt in eis natantium siue lauantium corpora vncta oleo videantur esse, Caesius recenset de Mineral. l. 6. s. 11. p. 95. H.

e. Ciliciae fontem) Vitruuius flumen esse nomine Liparin tradit. Dalecamp.

f. Theophrastus) Post Herodotum, laudatum a Sotione in Excerpt. pag. 140. Hard.

g. Fonte) Lacum esse tradit Vitruuius. Solinus non longe abesse scribit ab Heliutrapeza. Dal.

h. Cuius) R. 1. *lucernae luceant.* R. 2. et Ch. *cuius aqua luceat.* H.

i. Theopompus) Sotion in Excerpt. p. 139. Περὶ Σκότουσαν τῆς Θεσσαλίας, κρηνίδιόν ἐστι μικρὸν, ὃ τὰ ἕλκη πάντα θεραπεύει καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, etc. *Iuxta Scotusam Thessaliae fons est exiguus, qui omnibus animantium vulneribus medetur.* Glutinandi vim inesse ei addit idem ex Isigono. Quae totidem verbis habet etiam auctor Lib. de mirab. ausc. Hard.

k. In

XV. Iuba *l.* in Trogodytis lacum, insanum malefica vi appellatum, ter die fieri amarum salsumque, ac deinde dulcem, totiesque etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum. Idem in Arabia fontem exsilire tanta vi, vt *m.* [1] nulla mora pondus impactum respuat.

XVI. Theophrastus Marsyae *n.* fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Claeon *o.* et Gelon, ab effectu Graecorum nominum dicti. Cyzici *p.* fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit.

XVII. Cranone *q.* est fons calidus citra summum feruorem, [2] qui in vinum additus, triduo calorem potionis custodit in vasis. Sunt *r.* et Mattiaci

1. *sic ex Mss. H. vt nullum non pondus. Gr. et Alii.*
2. *qui in vino triduo addito. Ch.*

k. In Scotussa) Macedoniae. Est et Scotussa in Thessalia. Dal.

l. Iuba in Troglodytis lacum insanum) In apographo nostro, *Trogodytis*, non *Troglodytis*, vera lectione sic enim semper Strabo, vt notat auctor innominatus, qui eius selecta seu collectanea excerpsit. Pint.

Iuba) Qui et Troglodytae appellati sunt. Isidor Origg. XIII. 13. *In Troglodytis lacus est: ter in die fit amarus, et deinde toties dulcis.* H.

m. Vt nullum non pondus impactum respuat) *Vt nulla mora pondus impactum respuat*, in eodem. Pint.

n. Marsyae) Isidorus l. c. quamquam errore gemino, et Marsidae fontem vocat, et saxa generare, non egerere, prodit. H.

o. Claeon) Ἀπὸ τοῦ κλαίειν καὶ γελᾶν, quod fletum moueant ac risum. Dal.

Ab) Vide gr. v. in praec. Quod fletum ille, iste risum moueat. Hard.

p. Cyzici) Isidor. loc. citat. Hard.

q. Cranone) Sic Athenaei epitomator, II. p. 42. H.

r. Sunt) Mattiacas aquas laudat et Ammianus XXIX. p. 397. Nunc ibi oppidulum est Visebada, *Wisbad*, in ditione Moguntina, Moguntiam inter et Francofurtum

tiaci in Germania *s.* fontes calidi trans Rhenum, quorum hauſtus triduo feruet. Circa margines vero pumicem faciunt aquae.

XVIII. Quod ſi quis fide carere ex his aliqua arbitratur, diſcat in nulla parte naturae maiora eſſe miracula: quamquam inter *t.* initia operis abunde multa retulimus. Cteſias *v.* tradit [1] Siden vocari ſtagnum in Indis, in quo nihil [2] innatet, omnia mergantur. Caelius *x.* apud nos in Auerno ait etiam folia ſubſidere: Varro *y.*, aues *z.*, quae aduolauerint, emori. Contra *a.* in

1. *Siderin. Cb.* 2. *innatat, ſed omnia merguntur. V.*

tum, in Veterauia. Vide Agricolam lib. de natura eorum quae effluunt ex terra, p. 102. H.

s. Mattiaci) Vulgo *Baden.* Dal.

t. Inter) Lib. II. ſ. 106. Hard.

v. Cteſias) Idem habet et Antigonus Caryſtius, 161. p. 184. Sotion paulo aliter in Excerpt. pag. 138. Κρήνη ἐν Ἰνδοῖς ἣ τοὺς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ᾽ ὀργάνου, ὡς ἱςορεῖ Κτησίας. *Fons eſt apud Indos, qui natantes non ſecus atque inſtrumento quodam in terram eiaculatur, vt auctor eſt Cteſias.* Plinium tranſſcripſit ad verbum Iſidor. XIII. 13. H.

x. Caelius) Et Sotion in Excerpt. p. 141. Ἀουερνός ἐςι λίμνη ἐν Ἰταλίᾳ περὶ Κούμας, εἰς ἣν τὰ ἐκ τῆς περικειμένης ὕλης ἐμπίπτοντα φύλλα ἢ κάρφη, ἀφανῆ γίνεται, βυθιζόμενα παραχρῆμα. *Auernus Italiae lacus eſt circa Cumas, in qua folia atque feſtucae ex circumiacente ſilua decidentes, ſtatim ſubmerguntur.* H.

y. Varro) Sequutus videlicet fabulas poetarum: quod et Maronem feciſſe Aen. VI. verſ. 239. minime mirum: vbi de ſpelunca lacui proxima: *Quam ſuper haud vllae poterant impune volantes Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat: Vnde locum Graii dixerunt nomine Auernum.* Auernus, quaſi ἄορνος, ab α priuatiuo, et ὄρνις *auis.* Ridet hanc fabulam Strabo V. pag. 244. H.

z. Aues, quae aduolauerint emori) Tale eſt Lyciae Plutonium deſcriptum a Strabone lib. XIII. Dal.

a. Con-

in *b.* Africae lacu Apuſcidamo omnia fluitant, nihil mergitur: Item *c.* in Siciliae fonte [1] Phinthia, vt Apion tradit: et in Medorum lacu puteoque Saturni. [2] Fons Limyrae tranſire ſolet in loca vicina, portendens aliquid: [3] mirumque quod cum piſcibus tranſit. Reſponſa ab his petunt incolae cibo, quem *d.* rapiunt annuentes: ſi vero euentum negent, caudis abigunt. Amnis Olachas in Bithynia Bryazum alluit: (hoc *e.* et templo et Deo nomen:) [4] cuius *f.* gurgitem periuri *g.* negantur pati,

1. *Pinthia. Ch. Pythia. Alii.* 2. *Fons in Lyciae Myris. Vt In cap. 2. lib. XXXII.* 3. *mirum quoque eſt, quod cum. V.* 4. *cuius gurgite periuri notantur pati, Gr. et Al.*

a. Contra) Vt in Aſphaltite Iudaeae, de quo diximus X. 15. legit hunc locum aliter Iſidorus, Origg. XIII. 13. *Contra in Alce lacu per Porcidamum omnia fluitant, nihil mergitur.* Noſtri codices MSS. editis ſuffragantur. H.

b. In Africae lacu, etc.) Vt et in Aſphaltite Iudaeae, cap. 103. lib. II. Dal.

c. Item) De quo haud dubie Seneca quamquam tacito nomine Natt. Quu. III. 25. p. 873. *Erat in Sicilia, eſt adhuc in Syria ſtagnum, in quo natant lateres, et mergi proiecta non poſſunt, etc.* H.

d. Quem rapiunt annuentes) Commodior lectio, *Quum rapiunt annuentes.* P.

e. Hoc) Credo etiam et amni fuiſſe: Nam Bryazon inter Bithyniae amnes in Geographicis appellatur V. 43. H.

f. Cuius) Vide N. et Em. N. VI. (hic poſ.) *Cuius*) Sinceriſſima haec eſt ſcriptura R. 2. codicis aliorumque, quos corrupere interpolatores pluribus modis: *Cuius gurgite periuri notantur pati, etc.* Barbarus, *necantur.* At familiaris eſt ſcriptori noſtro ea loquendi forma, quam repraeſentamus, XX. 15. *Habentes eam feriri a ſerpentibus negantur.* Et XXII. 25. *Habentes eam a ſerpentibus feriri negantur.* H.

g. Periuri notantur pati) Periuros quoque deprehendi, et certiſſimis poenis affici ad Paliciorum lacum breuem, profundum, luridum; ad Acadinum fontem, quoſ-

pati velut flammam vrentem. [1] Et in Cantabria fontes Tamarici *h.* in *hh.* [2] auguriis habentur. Tres sunt, octonis pedibus distantes. In vnum alueum coeunt [3.] [4] vasto singuli *i.* amne. Siccantur duodecim diebus, aliquando vicenis, citra suspicionem vllam aquae, quum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. [5] Dirum *k.* est, non profluere eos aspicere volentibus: sicut proxime Lartio *l.* Licinio legato post Praeturam: [6] post *m.* septem enim

1. *In Cant. M.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. in augurio. Gr. et Al.* 3. *vasto singuli amne. Ch.* 4. *Vasto amne. Singulis siccantur duodecies diebus, aliquando vicies. Gr. et Al.* 5. *mirum. Ch.* 6. *sic ex Mss. H. per V. praetura. Post septem enim dies accidit. Ch. post septem dies accidit. Gr. et Al.*

quosdam Sardiniae, alium Tianae propinquum: aquam Stygem Nonacridis, specum Palaemonis iuxta Corinthum, historiis proditum est. Alex. ab Alex. c. 10. lib. V. Dalec.

Periuri notantur pati velut flammam vrentem) Hermolai est pro *necantur*. Sed Voss. *negantur*, id est, traduntur non pati ac sustinere posse lib. XX. 5. *Habentes eam feriri a serpentibus negantur*, et similiter lib. XXII. 21. *Habentes eam a serpentibus feriri negantur.* Sic et codex Pintiani. Gron.

h. Tamarici) De horum situ diximus IV. 34. H.

hh. In) Vide N. et Em. N. VII. (hic. coll.) *In*) Ita cod. R. 2. et is quem Pintianus vidit, oratione magis dilucida, et quae citius fidem obtineat, quam quae in editos hactenus libros irrepsit: *In vnum alueum coeunt vasto amne. Singulos siccantur duodecies diebus, aliquando vicies.* H.

i. Singulis siccantur duodecies diebus, aliquando vicies) Vetus codex, *singuli siccantur duodenis diebus, aliquando vicenis.* Non tamen displicet impressa lectio. P.

k Dirum) Diri ominis Hard.

l. Lartio) Egimus de eo XIX. 11. H.

m. Post) Vide N. et Em. N. VIII. (hic consp.) *Dirum*) Libri editi hactenus: *post Praeturam post septem dies accidit.* Nos ex Ch. cod. voculam *enim* adiecimus: alteram ex coniectura sanauimus, *occidit.* Id enim dirum illud est, quod eo prodigio

enim dies occidit. In *n.* Iudaea riuus sabbatis omnibus siccatur.

XIX. E diuerso miracula alia dira. Ctesias *o.* in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem afferre in cibis: quod et circa Danubii exortum audiui, donec veniatur ad fontem alueo appositum, vbi finitur id genus piscium. Ideoque ibi caput eius amnis [1] intelligit fama. Hoc idem et in Lydia in stagno Nympharum tradunt. In *p.* [2] Achaia ad Pheneum aqua pro-

1. *sic ex MSS. H. M. et Ch.* intelligitur. *Gr. et Alii.*
2. *Inachia Ch.* Arcadia. *Gr. et Al.*

digio praenunciatum paulo ante annuit. R. 1. *Dirum* habet, vt editi. *Mirum* R. 2. et Chifl. male. H.

n. In) Isidorus pariter Origg. XIII. 13. et Elias Thisbites Iudaeus in Lexico. *Sambation. Nomen est fluuii, de quo dicunt, quod per singulos dies hebdomadis tanto impetu currat, dempto sabbato, vt lapides magnos moueat, neque possibile, vt quis transeat. Cuius hanc ferunt esse causam, decem tribus illic captiuas detineri, vt non possint exire inde nec sabbato, ne violent istud. Et Rambam,* (hoc est, Rabbi Moses Ben Maiemon) *scripsit hunc esse fluuium Gozam . . . Ceterum sapientes vocarunt eum Sabbaton, ab eo quod cessat, siue quiescat in Sabbato.* Vide Cardanum de Subtilit. II. Iosephum nihil moror, qui diuersus a Plinio ceterisque abit, B. I. VII. 24. ac sex diebus integris siccari, fluere tantum septimo assueerat. Holstenius in epist. de Sabbathio flumine, Eleutherum flumen esse putat, de quo V. 17 aut riuulum certe quem Eleutherus amnis influentem exceperit. Defecisse autem, siue ipsum fluuium, siue potius miraculum illud iam ante multa saecula, ac fortasse statim post Hierosolymam excisam, id indicio est, quod nemo recentiorum eius tamquam sibi visi meminerit. H.

o. Ctesias) Et Antigonus similiter Hist. mirab. c. 181. Hard.

p. In) Ita R. 2. et Isidor. Origg. XIII. 13. In Ch. *Inachia.* In editis, *in Arcadia*: superuacua emendatione. Est enim Nonacris Arcadiae, vbi Styx a Vitruuio collocatur, VIII. 3. p. 163. proxima Pheneo, qui Achaiae amnis est: atque adeo ea-

profluit e ſaxis, Styx *q.* [1] appellatur, quae illico necat, ut *r.* diximus. Sed eſſe piſces paruos in ea tradit Theophraſtus, lethales et ipſos, quod non in alio genere mortiferorum fontium. Necare aquas Theopompus et in Thracia apud *s.* Cychros dicit: Lycus

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. appellata. Gr. et Alii.*

eadem Stygis aqua, et quae ad Pheneum, et quae ad Nonacrim ſita. Vide Pauſan. in Arcad. Antig. Hiſt. mirab. c. 174. Strab. VIII. ſub finem alioſque. H.

q. Styx appellata) Vide cap. vlt. lib. praecedentis, et cap. 103. lib. I. Vitruuius cap. 3. lib. VIII. Vide et de illa prolixam commentationem apud Paulum Leopardum cap. 8. lib. IV. Dal.

r. Vt) L. II. 106. et XXX. extr. H.

s. Cychros) Cychros, deprauate. Lego, *Chropas* vel *Chropſos*. Sotion, Θεόπομπος ἱςορεῖ κρήνην ἐν Κρωψὶ τῆς Θρᾳκης ἐξ ἧς τὰς λȣσαμένȣς παραχρῆμα μεταλλάττειν. In editionibus antiquis Vitruuii legitur, *Chropſi Thraciae lacus, ex quo non ſolum qui biberint moriuntur, ſed etiam qui lauerint.* Conſtant. ex Turn. cap. 13. lib. VI. Aduerſar. Ariſtoteles lib. de mirab. *Pſittos* vocat, et fonticulum eſſe ait, non lacum, quem lib. III. hiſtor. ψυχρὸν a frigiditate eximia nominari ſcribit. Dal.

Apud) Vide N. et Em. N. IX. (hic coll.) *Necare*) Conſentiunt omnia exemplaria, *Chropas* tamen, non *Cychros* Sotion ex eodem Theopompo ſcribit, niſi forte τῶν Χρωπῶν oppidum Κύχροι, vt Cilicum Σόλοι fuerit. Sic enim ille in Excerpt. p. 139. Θεόπομπος ἱςορεῖ κρήνην ἐν Χρωψὶ τῆς Θρᾴκης, ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρῆμα μεταλλάσσειν. *Prodit Theopompus fontem apud Chropes eſſe Thraciae gentem, ex quo qui lauerint, ſtatim moriuntur.* Vituuuius tamen VIII. 3. p. 162. *Eſt apud Cychros in Thracia lacus, ex quo non ſolum qui biberint moriuntur, ſed etiam qui lauerint.* An *Cychropas* legi ſatius? Nam autor libri de mirab. auſc. ἐν δὲ Κύκλωψι τοῖς Θραξὶ inquit (forte pro Κύχρωψι) κρηνίδιόν ἐςιν ὕδωρ ἔχον, ὃ τῇ μὲν ὄψει καθαρὸν καὶ διαφανὲς, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον· ὅταν δὲ πίῃ τι ζῶον ἐξ αὐτοῦ, παραχρῆμα διαφθείρεται. H.

Lycus *t.* in Leontinis tertio *v.* die, [1] quam quis biberit. Varro ad Soracten [2] in fonte, cuius sit latitudo quatuor pedum, Sole oriente eum exundare feruenti similem: auesquae *x.*, [3] degustauerint, iuxta mortuas iacere. Namque et haec insidiosa conditio est, quod quaedam etiam blandiuntur aspectu, vt *y.* ad Nonacrin Arcadiae. Omnino enim nulla [4] deterrent qualitate. Hanc putant nimio frigore esse noxiam, vtpote quum profluens ipsa lapidescat. Aliter *z.* circa Thessalica Tempe, quoniam visus omnibus terrori est: traduntque etiam aes ac ferrum erodi illa aqua. Profluit (vt *a.* indicauimus) breui spacio: mirumque *b.*, sili-

1. *sic ex MSS. si quisquam. Gr. et Al.* 2. *scripsit esse fontem. V.* 3. *sic ex MSS. H. auesque gustauerint. Gr. et Al.* 4. *deterret qualitate, sed hanc V.*

t. Lycus in Leontinis tertio die si quisquam biberit) Rectius in apographo nostro, *Lycus in leontinis tertio die quam quis biberit.* Pint.

Lycus) Historicus, de quo nos in auctorum Indice. Hard.

v. Tertio die si quisquam biberit) Voss. et Pintiani: *Lycus in Leontinis tertio die, quam quis biberit. Gron.*

x. Auesque quae gustauerint, iuxta mortuas iacere) Voss. *aues, quae degustauerint. Gron.*

y. Ad Nonacrin Arcadiae) Quae in montibus habet stillantes e saxo frigidissimos humores. Vitruuius.

Vt) Vide quae ex Seneca retulimus, II. 106. Hard.

z. Aliter) Seneca Natt. Quu. III. 20. pag. 872. *Est autem noxia aqua in Thessalia circa Tempe quam et ferae et pecus omne deuitat: per ferrum et aes exit: tanta vis illi inest etiam dura molliendi, etc.* De orco amne Plinius agit hoc loco, de quo nos plura IV. 15. H.

a. Vt) Lib. IV. 15. sub finem. H.

b. Mirumque) Vitruuius VIII. 3. p. 163. *In Thessalia fons est profluens, in quo fonte nec pecus vllum gustat, nec bestiarum genus vllum propius accedit: ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo flore.* Quid siliquae nomine intelligi oporteat, vide XIII. 16. et XV. 26. H.

siliqua siluestris amplecti radicibus fontem *c.* [1] eum dicitur, semper florens purpura. Et quaedam sui generis herba in labris fontis viret. In *d.* Macedonia, non [2] procul Euripidis *e.* Poetae sepulchro, duo riui confluunt, alter saluberrimi potus, alter mortiferi.

XX. In *f.* Perperenis fons *g.* est, [3] quamcumque *h.* rigat, lapideam faciens terram: item *i.* calidae

1. *eius. Alii.* 2. *procul ab Euripid. V.* 3. *sic ex MSS. H. qui quacumque rigat, lapideam facit terram . . . Namque alluit riuus. Gr. et Alii.*

c. Fontem eum dicitur) Eurotan intelligit, amnem, quem Peneus accipit, non recipit, sed olei modo supernatantem breui spacio portatum abdicat, poenales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans, cap. 8. lib. IV. Dal.

d. In) Sic etiam Vitruu. l. cit. *Non minus in Macedonia, quo loci sepultus est Euripides, dextra ac sinistra monumenti, aduenientes duo riui concurrunt in vnum: accumbentes viatores pransitare solent, propter aquae bonitatem: ad riuum autem, qui est in altera parte monumenti, nemo accedit, quod mortiferam aquam dicitur habere.* Euripidem a canibus discerptum ad Bormiscum, Macedoniae oppidum, Stephanus prodit. H.

e. Euripidis poetae sepulchro) Euripidis sepulchrum Athenis monstrari, sed κενὸν, Pausanias scribit: Strabo in Argiuorum foro item κενοτάφιον, quod *Palinthum* vocauerunt. Canibus proscissus interiit ad lacum Bormiscum, natura tristis et morosus, oculis in terram defixis, σκυθρωπός, μισογέλως μισόγυνος. Canes, a quibus laceratus est, indigenae vocant *Esterincas*, Homerus τραπεζῆας κύνας, inquit, τραπεζῆας πυλαωρούς. Eius conditi sepulchrum, vt Lycurgi, de caelo tactum. Rhodig. cap. 10. lib. XXIV. Dal.

f. In Perperenis) Straboni lib. XIII. prope Lyciae Hierapolin aqua fontis tam facile in lapidem durescit, vt qui eius riuos deducunt, septa ex integro solidoque lapide conficiant. Ad Gergobiam Aruernorum fons lapideum sibi pontem facit. Straboni Perperenae Troadis oppidum cui vicinum aeris

calidae aquae in *k.* Euboeae Delio. [1] Nam qua cadit riuus, saxa in altitudinem crescunt. In *l.* Eurymenis deiectae coronae in fontem, lapides *m.* fiunt.

Oo 3

1. *Sic V.* Nam que. *Gr.* Nam quae. *Al. V.*

aeris metallum. Perpera Lydiae vrbs Ptolemaeo. Dal.

g. Fons est, qui quacumque rigat lapideam facit terram) Pintiani lib. sine τῷ *qui*, et *faciens* pro *facit.* Voss. *fons est quacumque rigat lapidem faciens ter. item.* Scribe: *In Perperenis fons est, quaecumque rigat, lapidea faciens.* Sequitur: *Item calidae aquae in Euboeae Delio. Namque aliud riuus.* in quo merito notauit Salmasius Delium illud Euboeae ignorari, coniecitque, *in Euboeae Dio*, ad Solin. p. 144. Gud. quoque et Acad. Menapiusque *in euboedion. namque.* Andegau. *in euboedebion. namque.* Praestantior: *in euboeae aedem pro nam qua cadit riuus*, tum *altitudinis* Scribendum censeo: *Fere idem calidae aquae in Euboeae Dianae promontorio: nam qua cadit riuus, saxa in altitudines crescunt.* Artemisium significat. Vulgatum est a Gelenio, cum legeretur, *in Euboea. In Lebedo.* Gron.

h. Qui quacumque rigat, lapideam facit terram) Brenius in nostro codice, *Quacumque rigat lapideam faciens terram.* Pint.

Quamcumque) Sic optime R. 1. cod. H.

i. Item calidae aquae in Euboeae Delio) Lege: *item calidae aquae in Euboeae Dio, vel Dieo.* Δῖον Euboeae oppidum haud longe ab Ellopia et Aedeso. Sal. p. 177.

k. In Euboeae) R. 1. *debio* R. 2. *In Euboea eadem perna qua cadit, etc.* Coniiciebat Salmasius, p. 177. in Euboeae Dio, est enim Δῖον Euboeae oppidum: additque situm illud fuisse haud procul Aedepso: quo haud leue σφάλμα prodit, Geographicaeque rei ἀπειρίαν. Hard.

l. In Eurymenis deiectae coronae) Thessaliae, Hecataeo: Macedoniae, Plinio. Dal.

m. Lapides fiunt. In Colossis flumen est; in quo lateres) MSS. *lapideae fiunt.* Deinde, *flumen est colateres.* Lego: *In Colossis flumen est, quo lateres coniecti, lapides extrahuntur.* Est autem hoc quale Ouidius lib. I. metamorph. v. 133. *quaeque diu steterant in montibus alni, Fluctibus ignotis exsultauere carinae.* Vt quidem illum scripsisse propemodum pro certo habemus: etsi libri, *in montibus altis.* Eae sectae et mutatae,

fiunt. In Colossis flumen est, [1] quo *n.* lateres coniecti, lapides extrahuntur. In *o.* Scyretico metallo arbores quaecumque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis. [2] Destillantes quoque guttae in lapides durescunt in antris Coryciis: nam Miezae in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: at in [3] Coryco, quum [4] cecidere. In quibusdam speluncis vtroque modo, columnasque *p.* faciunt, vt in Phausia Chersonesi *q* [5] Rhodiorum in antro magno, etiam [6] discolori aspectu. Et *r.* hactenus contenti simus exemplis

XXI. (III.) Quaeritur inter Medicos, cuius generis aquae sint vtilissimae. Stagnantes *s.* pigrasque merito damnant, vtiliores quae profluunt existi-

1. sic ex MSS. H. quod V. in quo later. Gr. et Al. 2. *sic ex MSS. H. distillantes. Gr. et Al.* 3. *Corintio. Ch.* 4. *sic ex MSS. H. M. et Ch. decidere ... vt Phausia. Gr. et Al.* 5. *Rhodo. Ch.* 6. *versicolori. V.*

tatae, vt sint carinae. Sic lib. V. 455. *et quomodo brachia gessit, crura gerit. Gr.*

n. In quo lateres coniecti) Lapides extrahuntur in vetusto codice. Pint.

o. In) In metallicis fodinis insulae Scyri. H.

p. Columnasque faciunt) Aristoteles περὶ θαυμ. ἀκουσμ scribit, ὅτι σπήλαιόν ἐστιν ὃ καλεῖται γλαφυρὸν, καὶ ὅτι ἐν τούτῳ κίονες, non, vt vulgo legitur, χιόνες, πεπήγασιν ἀπό τινων σταλαγμῶν. *Dal.*

Columnasque) Auctor lib. de mirabil. ausc. similis speluncae meminit: Σπήλαιον ὃ καλεῖται γλαφυρόν· ἐν δὲ τούτῳ κίονες πεπήγασιν ἀπό τινων σταλαγμῶν. H.

q. Chersonesi) Est haec Chersonesus in Caria, Rhodo aduersa, vbi Cnidus oppidum extrema eius obtinet. Meminit eius Seneca, laudandus a nobis f. 30. H.

r. Et) Exempla plura multo collegit Caesius de mineral. l. 6. f. 10. p. 104. Hard.

s. Stagnantes) Columella l. 5. *Deterrima aqua palustris, quae pigre lapsu repit. Pestilens, quae in palude semper consistit. Hic idem tamen humor, quamuis nocentis naturae, temporibus tamen hiemis edomitus imbribus*

existimantes, cursu enim percussuque ipso extenuari atque proficere. Eoque miror, cisternarum ab aliquibus maxime probari. Sed *t.* hi rationem afferunt, quoniam leuissima *v.* sit imbrium aqua, vt quae subire potuerit ac pendere in aere. [1] Ideo et niues praeferunt imbribus, niuibusque etiam glaciem, velut *x.* [2] affinium coacta subtilitate. Leuiora enim haec esse, et glaciem multo leuiorem aqua. Horum sententiam [3] refelli interest vitae.

Oo 4 In

1. *Ideoque et niues praeferuntur. V.* 2. *sic et Al. ad infinitum coacta Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. refellere Gr. et Al.*

bus mitescit: ex quo caelestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris aluit perniciem, etc. Hard.

t. Sed) Praxagoras scilicet Cous medicus antiquissimus, teste Athenaeo II. p. 46. Athenaeus ipse II. p. 42. aliique. E Latinis Celsus II. 18. *Aqua leuissima pluuialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo: Post haec, ex niue, aut glacie. Grauior his, ex lacu: grauissima ex palude.* Columella l. c. *Vastae cisternae hominibus, piscinaeque pecoribus instruantur, colligendae aquae tandem pluuiali, quae salubritati corporis est accommodatissima: sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam cisternam deducatur.* Hippocrates Lib. de aere et aquis c. 4. p. 197. T. VI. Opp. Galeni: Τῶν ὑδάτων κουφότατα τὰ ὄμβρια, καὶ γλυκύτατα, καὶ λαμπρότατα, καὶ λεπτότατα. H.

v. Leuissima sit imbrium aqua) Hippocrates lib. de aere et aquis, τῶν ὑδάτων κουφότατα τὰ ὄμβρια, καὶ γλυκύτατα, καὶ λαμπρότατα, καὶ λεπτότατα. Vide de hac quaestione multa apud Rhodiginum cap. 2. lib. XXVII. Dal.

x. Velut) Velut ad extremum redacta subtilitate aquae, *in glacie ac niue, ita vt maior alibi esse non possit.* R. 1. *ad infinitum.* R. 2. *velut ad finitum.* Satius legi, *adfinium*, vel vt nunc vulgo scribimus, *affinium?* Vt sit sententia, perfici velut gradibus quibusdam subtilitatem aquae: vt sit in niue maior, quam in imbribus: in glacie, quam in niue: quamquam sunt ista tria cognata inter se et affinia. Sic paulo post Plinius hac sect. *cognatis et niuis causis.* H.

In primis enim leuitas illa deprehendi aliter, quam sensu *y.*, vix potest, nullo *z.* paene momento ponderis aquis inter se distantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum est subisse eam in caelum, quum *a.* etiam lapides subire appareat, cadensque inficiatur halitu terrae. Quo fit vt pluuiae aquae sordium inesse plurimum sentiatur, citissimeque ideo calefiat *b.* aqua pluuia. Niuem quidem glaciemque subtilissimum elementi eius videri miror, apposito *c.* grandinum argumento, e quibus pestilentis-

y. Sensu) Ventriculi grauiter aut leuiter ferentis. Dalec.

z. Nullo paene momento ponderis) Hoc falsum. Seneca quaest. natur. lib. III. c. 2. Habent praeterea multa discrimina. Primum tactus, frigidae, calidaeque sunt. Deinde ponderis, omnes aut leues aut graues sunt. Signum id leuitatis si addatur ceteris aquae bonitatem indicantibus, ἐπαινεῖσθαι μόνον δ' οὐκ ἐξαρκεῖν, Aegineta scribit. Athenaeus lib. II. Peirenes fontis in Corintho appensam tradit, leuiorem fuisse deprehensam reliquis omnibus totius Helladis. Dal.

Nullo) Aduersatur huic placito vulgi sententia. Et Athen. II. 43. aquam Pirenes in Acrocorintho fontis appensam tradit, reliquis omnibus totius Helladis leuiorem fuisse deprehensam. Inscriptio vetus apud Gruter. pag. 178. IMP. DIOCLETIANVS. C. AVG. PIVS. FELIX. PLVRIMIS OPERIBVS. IN COLLE. HOC. EXCAVATO. SAXO. QAESITAM. AQVAM. IVGI. PROFLVVIO. EX. TOFO. HIC. SCATENTEM. INVENIT. MAR. SALVBRIOREM. TIBER. LEVIOREM. (hoc est, vt reor, *Marcia salubriorem, Tiberio leuiorem.*) CVRANDIS. AEGRITVDINIBVS. STATERA IVDICATAM, etc. Senecam vide Natt. Quu. III. 2. Hard.

a. Quum) Vi venti ac turbinis arreptos in sublime, vt dictum est II. 38. H.

b. Calefiat) Et corrumpatur, ac putrescat. Dal.

Calefiat) Igne subiecto. Hard.

c. Apposito) Si quanta maxima subtilitas esse aquae potest, inquit, tanta est in glacie ac niue, eamdem esse et

lentiſſimum potum eſſe conuenit. Nec *d.* vero pauci inter ipſos e contrario ex gelu ac niuibus inſaluberrimos *e.* potus praedicant, quoniam [1] exactum ſit inde, quod tenuiſſimum fuerit. Minui *f.* certe liquorem omnem congelatione deprehenditur, et rore *g.* nimio ſcabiem fieri, pruina *h.* vredinem, cognatis *i.* et niuis cauſis. Pluuias *k.* quidem

1. *exuſtum. Alii.*

et grandinis conditionem oporteret: quum nihilominus peſtilentem aquae grandineae potum eſſe, vitae vſus edoceat. H.

d. Nec) Hippoc. L. de aere et aquis, c. 4 p. 199. T. VI. Opp. Galeni: Τὰ δὲ ἀπὸ χίονος καὶ κρυστάλλων … πονηρὰ πάντα … τὸ μὲν αὐτέου λαμπρὸν, καὶ κοῦφον, καὶ γλυκὺ, ἐκκρίνεται καὶ ἀφανίζεται· τὸ δὲ θολωδέστατον, καὶ σταθμωδέστατον, λείπεται. *Quae vero aquae ex niue aut glacie fiunt, omnes prauae: nam quod in ipſis et clarum, et leue, et dulce eſt, excernitur et euaneſcit: quod vero turbidiſſimum, et ponderoſiſſimum, relinquitur.* Galenus item comm. in Aphor. 24. pag. 209. Tom. IX. Habet in eam rem multa elegantiae pleniſſima Seneca, Natt. Quu. IV. extr. H.

e. Inſaluberrimos potus praedicant) Ita cenſuit Hippocrates lib. de aere, aquis, et locis. Dal.

f. Minui) Nempe quum ſoluitur, et liqueſcit: quo argumento efficitur, exſpiraſſe et euanuiſſe id quod erat in aqua leuiſſimum: quod grauiſſimum, id ſolum ſupereſſe. Hippocr. l. c. Plinius ipſe inter confeſſa ponit, II. 61. *Gelando liquorem minui, ſolutaque glacie non eumdem inueniri modum.* Hard.

g. Rore) Rubiginem. Plinius XVII. 44. *Caeleſte frugum, vinearumque malum, nullo minus noxium eſt rubigo. Frequentiſſima haec in roſcido tractu.* Vide et XVIII. 68. H.

h. Pruina) Pruina eſt quae lapſa perſidet ac gelat, nec fit niſi immoto aere ac ſereno. *Gelée blanche.* A perurendo dicta; quod fruges et virgulta perurit: vnde is morbus herbarum et fruticum *vredo* dictus: *Brûlure.* Hard.

i. Cognatis) Quum ſint cauſae affines, *quae niuem et quae rorem ac pruinam gignunt.* H.

dem aquas celerrime *l.* putrefcere conuenit, minimeque durare in nauigatione. Epigenes autem, aquam quae fepties putrefacta purgata fit, perhibet amplius non putrefcere. Nam cifternas etiam Medici [1] confitentur inutiles, aluo duritias facientes, faucibusque *m.*: etiam limi *n.* non aliis ineffe plus, aut *o.* animalium quae faciunt taedium, confitendum habent. Nec *p.* ftatim amnium *q.* vtiliffimas effe, ficuti nec torrentium vllius, lacufque plurimos falubres maxime. Quaedam *r.* igitur et huius

1. *confitentur aluo duritias facientes, inutilesque faucib. V. alui duritias. Alii.*

k. Pluuias) Hippocr. l. c. pag. 198. A quo diffidere Celfus videtur II. 30. dum inter ea quae aluum adftringunt, *aquam duram* cenfet, *id eft, eam quae tarde putrefcit, idem pluuiam potiffimum.* Hard.

l. Celerrime putrefcere) Aeginetae id bonitatis certiffimum fignum. Dal.

m. Faucibufque) Ruffus apud Aetium cap. 165. fect. 3. lib. I. aquam pluuiam diftillationes generare fcribit, praefertim fi frigida bibatur. Dal.

Faucibufque) Faucium duritiae malum tonfillis et glandulis affine, cognatumque. H.

n. Limi non aliis ineffe plus) Limum eae colligunt e tectorum et canalium fordibus, per quos in cifternam defluunt. Dal.

o. Aut) Vermiculorum ex aquae putredine nafcentium. H.

Animalium quae faciunt taedium) Quae putredine in aquis gignuntur. Dal.

p. Nec) Haec fere totidem verbis, allatis praeterea huius placiti caufis, Hipp. l. c. 5. H.

q. Amnium vtiliffimas effe) Quae affiduo fluxu exercentur. Πηγαῖα καὶ ποτάμια νάματα πρόσφατα εἶναι καὶ νεογενῆ, λιμναῖον δὲ ὕδωρ ἕωλον καὶ παλαιὸν, veteres crediderunt, ideoque paluftrem aquam noxiam effe, fontanam et fluuiatilem perennem, falubrem. Rhod. c. 3. l. XXVII. Dalec.

r. Quaedam igitur et huius generis aptiffimae aliae alibi) Scribe, *Quaenam igitur et cuius generis aptiffimae? Aliae alibi.* Vt fit interrogatio

huius generis aptissimae aliae alibi. Parthorum *s.* reges ex Choaspe et Eulaeo tantum bibunt: et eae quamuis in longinqua comitantur illos. Et horum placere potum, non quia sint amnes, apparet: quoniam nec e Tigri, nec Euphrate, nec e multis aliis bibunt.

XXII. Limus aquarum vitium est: si tamen idem amnis anguillis scateat, salubritatis indicium habetur: sicuti frigoris, tineas *t.* in fonte gigni. Ante *v.* omnia autem damnantur amarae *x.*: et

tio et responsio, ex antiquo codice. sic non multo post: *Ex quonam ergo genere maxime probabilis contingit?* Pintian.

s. Parthorum reges ex Choaspe et Eulaeo tantum bibunt. Hae quamuis in longinqua comitantur illos.) Idem ergo Choaspes et Eulaeus, sed alio nomine vbi primum oritur; alio vbi denuo exoritur signari. *Salmas.* 700. a. *Parthorum, etc.*) Herodotus lib. I. Athenaeus lib. II. Dalec.

Parthorum) Solinus c. 38. pag. 68. a Plinio: Plinius, aliique ab Herodoto, L. I. Clio, n. 188. p. 178. Ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ... τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, οὗ πίνει βασιλεὺς, etc. Leuiorem ceteris Eulaei amnis aquam decima quinta parte esse, animaduersum aiunt. Negat Athenaeus II. pag. 46. ex pondere aestimatam. H.

t. Tineas) Vulgo *Ecroelles.* Dal.

Tineas) MSS. R. 1. 2. *taenias*, quae vox vermiculos sonat, vt saepe diximus. Hard.

v. Ante omnia autem damnantur, etc.) Lege, *Ante omnia autem damnantur amara, et quae sorptae statim implent: quod euenit Troezene: nam nitrosas atque salinacidas in desertis, etc. Salinacidae* non sunt simpliciter, αἱ ἁλμυρίδες aut ἁλυκίδες, vt Graeci vocant fontes salsos, sed acidi simul et salsi, acidae nimirum salinae. Plin. *aliae sulphuris, aliae salis, aliae nitri, aliae bituminis.* vno verbo *salinacidas* has Latini vocarunt. *Salmasius* pag. 115.

x. Amarae et quae scrobem statim implent.) Quae vero illae sunt aquae, quae scrobem statim implent? Liber optimus habet, *quae sorbem.* Lege, *quae sorptae statim implent.* Hactenus ὁ πάνυ

et *y*. quae, [1] quum sorbentur, statim implent: quod euenit Troezene. Nam nitrosas [2] atque salmacidas

1. *sorbentem. Ch. quae scrobem statim implent Gr. et Al.*
2. *atque salmadicas. Ch.*

πάνυ ad Solinum pag. 115. Adeo placebat sibi, vt mallet ignorare omnium adhuc tractatorum codicum optimum esse Chifletianum, et in eo legi *sorbentem*, quam leuissimam coniecturam perdere. Vossianus Chifletiano subscribit. Gron.

y. Et) Vide N. et Em. N. X. (hic pos.) *Ante*) Sic totidem plane syllabis apicibusque codex R. 2. In R. 1. *et quae sorbem, statim impleat.* In Ch. *quae sorbentem.* In libris vulgatis, ridicule, *et quae scrobem statim impleat.* At praeter codicum fidem, haud minus sane certus emendandi auctor Athenaeus exstitit II. pag. 42. *ex aquis multae*, inquit, *corpulentae sunt, ac velut insita quadam grauitate ponderosae, vt ad Troezenem, quae gustata os statim implet*: ὡς τὸ ἐν Τροιζῆνι· τοῦτο γὰρ καὶ τῶν γευομένων εὐθὺς ποιεῖ πλήρες τὸ στόμα. Erit autem operae pretium, vti remur, ad illustranda vberius ea quae de aquarum pondere dicuntur a Plinio, s. 23. hic obiter proferre in medium instrumentum quoddam, quo veteres vsi ad diiudicandum de pondere aquae, aut leuitate. Staterae vnius apud Plinium mentio: subtilioris inuenti Synesius viam suppeditat ep. 15. quod idcirco iuuat afferre, quod a nemine adhuc, quem quidem legerim, ante hunc diem explanatum sit. Τῇ Φιλοσόφῳ. Οὕτω πάνυ πέπραγα πονηρῶς, ὥστε ὑδροσκοπίου μοι δεῖ, ἐπίταξον αὐτὸ χαλκευθῆναί τε καὶ συνωνηθῆναι. Σωλήν ἐστι κυλινδρικὸς, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων. Οὗτος ἐπί τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομὰς, αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπὴν ἐξετάζομεν. Ἐπιπωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐν θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, ὡς εἶναι κοινὴν βάσιν ἀμφοῖν, τοῦ κώνου τε καὶ τοῦ σωλῆνος· αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστιν τὸ Βαρύλλιον. Ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῇς τὸν αὐλὸν, ὀρθὸς ἐστήξει, καὶ παρέξει σοὶ τὰς κατατομὰς ἀριθμεῖν· αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς εἰσὶ γνωρίσματα. *Philosophiae Magistrae. Eo sum infortunii reductus, vt hydroscopio opus habeam. Iube hoc mihi fabricari et coemi. Tubulus est cylindri figuram habens, tibiae magnitudine atque forma. Hic in vna recta linea incisi-*

das z. in desertis Rubrum mare petentes, addita a. polenta, vtiles intra duas horas faciunt, ipsaque vescun-

incisiones habet, quibus aquarum pondus cognoscimus. Obturat enim illum ex altera porte conus, aequabili positura insertus: ita vt communis sit amborum basis, coni videlicet atque tubuli. Hoc ipsum est, quod Baryllium appellant. Iam quum tubulum in aquam deposueris, erectus subit, ita vt in eo incisiones facile numerare possis, ex quibus pondus cognoscitur. Nihil erat causae, cur interpres doctissimus ῥοὴν pro ῥοπὴν substitueret; neque enim ad libramentum aquarum, clepsydrasque, hoc Synesianum spectat organum: sed de ῥοπῆς siue momenti aut ponderis aquarum quantitate agit. Ῥοπὴν quippe pro pondere vsurpauisse mechanicos Mathematicosque compertum est, vel ex Archimede vno, qui ἰσοῤῥοπικὰ inscripsit, quae de aequiponderantibus solertissime demonstrauit. Ipsius propositio prima libri secundi, Περὶ ὀχουμένων, Εἰ τὶ μέγεθος κουφότερον τοῦ ὑγροῦ, fundamentum est, cui Synesii instrumentum innititur. Verba problematis haec sunt Latine: *Si magnitudo aliqua humido leuior demittatur in humidum, eam in grauitate proportionem habebit ad humidum aequalis molis, quam pars magnitudinis demersae habet ad totam magnitudinem.* Vnde in promtu est efficere hanc propositionem alteram: Si magnitudo aliqua humido leuior demittatur in duo humida separatim, grauitates humidorum seruabunt inter se proportionem magnitudinis partium demersarum. Cuius propositionis demonstrationem ex Archimedea deducere, nullius negotii est. Sint enim humida duo diuersa, fontes, puteiue: demittatur in prius humidum humido leuius aliquod solidum corpos, cylindri specie, pedum omnino quaternûm, cuius pars demersa sit binûm pedum: deinde in posterius humidum, demittatur idem solidum, aut ei aequale aliud, cuius pars demersa sit pedis vnius: ita vt pars prioris solidi demersa duplo superet posterius: aio reciproce posterioris humidi grauitatem duplam esse ad grauitatem humidi prioris: idemque in omnibus proportionibus reciproce, et ἀντὶ πεπονθότος, vt loquuntur Mathematici, concludendum. His ita constitutis instrumentum quaeritur, cuius beneficio expendi exacte et accurate grauitas aqua-

vescuntur polenta *b.* Damnantur *c.* in primis fontes, qui coenum faciunt, quique malum colorem biben-

aquarum possit. Huic autem rei neque elegantius neque commodius excogitari potest quam subsequens, quod Synesio praeeunte construimus: Esto igitur canalis siue cylindrus aereus, intus cauus instar fistulae, cuius inferiori parti, quae in aquam immittitur, conus aptetur, quo tubus obturetur, ne aqua in tubum influat: quique aquam facilius et aequabilius diuidat, erectusque subeat. Scripta sit in cylindri latere linea perpendicularis, per quodlibet minutissimos, si velis, distincta gradus, quibus sui adscribantur numeri. Hoc peracto, quaeritur inter duas aquas, quaenam grauior et iuxta quam proportionem. In priorem demittatur instrumentum, eiusque pars demersa ad tertium exempli gratia gradum pertingat: demittatur deinde in posteriorem: et instrumenti pars in eo demersa quarto finiatur gradu. Palam erit statim grauitatem prioris aquae ad grauitatem posterioris se habere omnino vt 4. ad 3. H.

y. Quae scrobem statim implent) Effossa leuiter terra, quoniam eae non perennibus venis scaturiunt, sed sub extima terrae facie colatae, eius sordibus inquinantur. Dalec.

z. Salmacidas) Lego, *atque salsas*: gustu salso ingratas ac iniucundas. Salmacides Graecis, quae molles reddunt, ac euiratos: qualis Halicarnassii fons fuit, memoratus ab Ouidio, Strabone, Vitruuio. Huic lectioni adstipulatur Vitruuius cap. 3. lib. VIII. Vide Scal. in Auson. *Vidit semiuirum fons Salmacis Hermaphroditum.* Dal.

Salmacidas) Acidas simul atque salsas. Legitur haec vox etiam apud Plinium Val. Salmasium, Reinesiumque nil moror, qui salinacidas legi volunt: perinde ac si non eadem vis foret et vocis istius *salmacidas*, quae esse potest alterius, *salinacidas*. Nam et salmentum pro salsamento dixisse veteres, ex Ioh. de Ianua scimus. Sed et Glossae Philoxeni Salmacidum retinent. *Salmacia aqua*, ἁλμυρὸν ὕδωρ. *Salmacidam* ἁλμυρόν, Salmacidus, ἁλμυρὸς, ἁλώδης. Et priore parte: ἁλμυρὸς, *salmacidus*, *salsus*, Ἁλμυρὸν, *salmacidum* etc. Hard.

a. Addita) Paxamus in Geop. II. 4. pag. 35. aquarum vitium emendari suadet, hordeo contuso in aquas

bibentibus: refert *d.* et si vasa *e.* [1] aerea inficiunt, aut *f.* si legumina tarde *g.* percoquunt, si *h.* liquatae leniter terram relinquunt, decoctaeque crassis obducunt vasa crustis. Est *i.* etiamnum vitium non foetidae modo, verum omnino quidquam resipientis, iucundum sit illud licet gratum.

1. *sic ex Mss. H. et V. aerugine V. aeris Alii. aere Gr. et Al.*

aquas iniecto, quod in linteolo prius illigatum: ἢ κριθὰς κόψαντες, καὶ εἰς ῥάκος ἐνδύσαντες, καταθώμεθα ἐν τοῖς ὕδασι. H.

b. Polenta) Hordeo. Cassianus cap. 4. lib. II. Dal.

c. Damnantur in primis fontes) Vitruuius cap. 5. lib. VIII. Dal.

Damnantur) Haec sunt tradita etiam a Vitruuio VIII. 5. p. 167. Consentit et Galen. T. IX. Comm. 5. in aph. p. 211. H.

d. Refert) Interest etiam plurimum, vt in vase aereo maculam non faciat, et legumina cito coquat. Vide N. et Em. N. XI. (hic adi.) *Refert)* In libris hactenus editis *acre.* In R. 2. *aere.* Nos *aerea* ex indubitata coniectura, quam firmat etiam egregie Palladius in Augusto, IX. tit. 10. p. 137. *Aquam vero nouam sic probabis*, inquit: *In vase aeneo nitido sparges, et si maculam non fecerit, probabilis iudicetur.* Vitruuius VIII. 5. *Si fons nouus fuerit fossus, et in vas Corinthium, siue alterius generis, quod erit ex aere bono, ea aqua sparsa maculam non fecerit, optima erit.* Athen. II. p. 46. indicium aquae bonae id statuit, esse, si vasis aeneis affusa, nulla ea aerugine inficit, εἰς χάλκειον ἄγγος ἐγχεόμενον οὐ ποιοῖ τὸ ἰῶδες. H.

e. Si vasa aere inficiunt) Si maculam faciant, si vasa aerugine inficiant. ποιεῖν τὸ ἰῶδες, Athenaeus dixit lib. II. Dal.

f. Aut) Palladius in Aug. IX. tit. 10. p. 137. *Aquam vero nouam sic probabis . . . Decocta aeneo vasculo, si arena vel limum non relinquit in fundo, vtilis erit: Item si legumina cito valebit excoquere, vel si colore pellucido, carens musco, etc.* Praeiuit Palladio Celsus, inferius a nobis laudandus. H.

g. Tarde percoquunt) Ostendit magnam humoris id crassitiem. Dal.

h. Si liquatae leniter terram relinquunt) Si effusae non ab ea combibuntur. D.

i. Est etiamnum vitium) Arist. c. 4. lib. de sensu. D.

tumque, et vt saepe, ad viciniam lactis accedens. Aquam *k.* salubrem aeri quam simillimam esse oportet. Vnus *l.* in toto orbe traditur fons aquae iucunde olentis in Mesopotamia, [1] Chabura. Fabulae rationem afferunt, quoniam eo Iuno perfusa sit. De cetero aquarum salubrium sapor odorue nullus esse debet

XXIII. Quidam *m.* statera iudicant de salubritate, frustrante diligentia quando perrarum est, vt leuior sit aliqua. Certior *n.* subtilitas, inter pares meliorem esse, quae calefiat refrigereturque cele-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. Caburae. Gr. et Alii.*

k. Aquam) Nempe vt sit aeque saporis omnis omnino expers, atque aerem esse necesse est, vt ne sit noxius. Plin. XV. 32. *Sentiri quidem aquae saporem vllum succumue vitium est... odor ipse nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est.* H.

l. Vnus) Adde et puteum Mothonae in Peloponneso, aquae Cyzicenum vnguentum resipientis, cuius Pausanias meminit in Messeniacis, circa finem Item Athenaeus IV. p. 284. Hard.

m. Quidam) Vt Erasistratus, qui apud Athenaeum II. 46. inconsideratos esse, fallique eos tradit, qui statera bonitatem aquarum exquirunt: *quoniam*, inquit, *si aqua ex Amphiarai fonte, quae saluberrima est, cum aqua Eretria vitiosa componitur, nullum profecto ponderis discrimen intercedit*, ὄντως οὐδ᾽ ἥτις διαφορὰ κατὰ τὸν ςαθμόν. Vide vetustam inscriptionem Diocletiani Augusti superius a nobis allatam f. 21. Item N. et Em. N. X. V. p. 588. l. y.

n. Certior subtilitas) Hippocrat. aph. 26. lib. V. Dal.

Certior) Sic Athenaeus II. 24. τὰ δὲ ταχὺ θερμαινόμενα, κοῦφα καὶ ὑγιεινά. Quod ex Hippocrate rursum confirmat p. 26. Hippocratis ipsius testimonio, petito videlicet e Lib. V. aph. 26. p. 220. Tom. IX. Opp. Galeni Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον. Leuiorem Galenus in eum locum accipi putat oportere, non quae minus ponderis habeat: id enim vel iudice trutina potest intelligi: sed quae ventri minus grauis, citiusque permeet.

celerius. Quin *o.* [1] et hauſtam vaſis, ne *p.* manus pendeant, depoſitiſque in humum, tepeſcere affirmant. Ex quonam ergo genere maxime probabilis continget? Puteis *q.* nimirum, vt in oppidis [2] conſtare video: ſed his, quibus exercitationis [3] ratio crebro hauſtu contingit, et illa tenuitas colante terra. Salubritati haec ſatis ſunt. Frigori *r.* et opacitas neceſſaria, vtque caelum videant. Super omnia obſeruatio vna, eadem et ad perennitatem pertinet, vt *s.* [4] illa vado exſiliat vena, non e lateribus. Nam vt tactu gelida ſit, etiam arte contingit: ſi etiam expreſſa *t.* in altum, aut e ſublimi deiecta, [5] verberatu *v.* [6] corripiat aera. In natando quidem ſpiritum continentibus frigidior ſentitur eadem. Neronis *x.* principis inuentum eſt, deco-

1. *ſic ex MSS. H. exhauſtam, vaſis quae manu pendeant depoſitis in humum. V. quin exhauſtam vaſis. Gr. et Al.* 2. *Conſtat. M.* 3. *cr bra iteratio hauſtu. V.* 4. *illius e vado. M. vt ſtillans vado. V.* 5. *verberatum. Ch.* 6. *corripiatur acris. V.*

meet. Contra Celſus ex ſtatera diiudicat II. 18. *Leuis pondere,* inquit, *apparet: et ex his quae pondere pares ſunt, eo melior quaeque eſt, quo celerius ex ea legumina percoquuntur. H.*

o. Quin) Quin et e vaſe *in quo ſit decocta*, hauſtam *minoribus* vaſis aquam . . . iiſque humi depoſitis, tepeſcere *ſtatim affirmant.* Hard.

p. Ne) Plena obſcuritatis oratio. Sententia videtur eſſe, vtraque manu vas arripi oportere: neutram eſſe pendulam. Lectioni tamen vulgatae ſuffragantur codices manu exarati, quos vidi, omnes. H.

q. Puteis nimirum) Auicenna Sect. 2. lib. I. damnat. Dal.

r. Frigori) Vt frigida ſit aqua, praeterea neceſſaria eſt opacitas. H.

s. Vt) E putei medio, imoque fundo, non e lateribus. H.

t. Expreſſa) Vt in aquis ſalientibus euenit. H.

v. Verberatu) R. 2. et Ch. *verberatum* eodem ſenſu. Hard.

x. Neronis principis inuentum eſt, etc.) Suetonius: *Dum clandeſtinus ad villam intro-*

decoquere aquam, vitroque demissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine y. vitiis niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem esse conuenit: item z. calefactam magis refrigerari, subtilissi-

introitus pararetur, aquam e subiecta lacuna potaturus manu hausit, Et haec est, inquit, Neronis decocta. Vide Athenaeum lib. III. Iuuenal. Satyr. 5. *Si stomachus domini feruet vinoque ciboque, Frigidior Scythicis petitur decocta pruinis. Dal.*

Neronis) De Neronis decocta, Tranquillus in Nerone c. 48. Martial. II. ep. 85. *Vimine clausa leui niueae custodia coctae, etc.* Hoc est, ampulla, seu lagena vitrea aquae decoctae, et niuibus refrigeratae, viminibus supertextis armata ac munita. Idem, XIV. Epigr. 116. *Quo tibi decoctae nobile frigus aquae?* Decoctam quoque sacco percolabant: vnde *saccus niuarius*, et *colum niuarium*, apud eumdem XIV. ep. 104. *Attenuare niues norunt et lintea nostra: Frigidior colo non salit vnda tuo.* Iuuenal. Sat. 5. v. 50. *Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.* H.

y. Sine) Aquam ex dissoluta et colliquefacta niue pessimam, et corporibus perniciosissimam esse et iampridem Aristoteles quasi oraculo edidit, et eorum qui palato obsequi, quam illius auctoritatem sequi malunt, quotidiana experimenta declarant, inquit Muretus Varr. IX. 9. p. 229. Incommoda igitur, quae niuis potum sequuntur, fugere, et tamen aestiuis mensibus frigidum bibere qui volunt, vasis duplicibus vti solent, e tenuissima lamina eo artificio factis, vt vinum aut aquam, quae potui paratur, omni quidem ex parte nix ambiat, sed eorum tamen neutrum contingat, neque cum eis commisceatur: Ita fit, vt neque bibant niuem, et tamen nihilo minus frigidum bibant, quam si biberent niuem. Lepide Martialis in eam rem XIV. ep. 117. *Non potare niuem, sed aquam potare rigentem De niue, commenta est ingeniosa sitis.* Quae sint vitia niuis, et glaciei, Hippocrates expedit s. 5. aph. 24. H.

z. Item) Aristot. Meteorol. I. 12. p. 145. Συμβάλλεται δ' ἔτι πρὸς τὴν ταχυτῆτα τῆς πήξεως καὶ τὸ προτεθερμάνται τὸ ὕδωρ· θᾶττον γὰρ ψύχεται. Διὸ πολλοὶ ὅταν τὸ ὕδωρ ψῦξαι ταχὺ βουληθῶσιν, εἰς τὸν ἥλιον τιθέασι πρῶτον.

tilissimo inuento. Vitiosae aquae remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. [1] Aqua *a.* frigida ingesta sistitur sanguis. Aestus *aa.* in balineis arcetur, si quis ore teneat. Quae sunt haustu [2] frigidissimae, non perinde et tactu esse, alternante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

XXIV. Clarissima [3] aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma praeconio vrbis, Marcia *b.* est, inter reliqua Deûm [4] munere vrbi tributa. Vocabatur haec quondam Aufeia *c.*, fons autem ipse [5] Pitonia *d.* Oritur in vltimis montibus Pelignorum: transit *e.* Marsos et Fucinum *f.*

 lacum

1. Sic ex MSS. H. aqua frigida iniecta. Gr. et Alii.
2. suauissimae, non perinde eas tactu frigidissimas esse. V. 3. Strabo lib. V. Cor. Tacitus lib. XIV. Frontin. lib. I. 4. munera. M. 5. Piconia. Gr. et Al.

τον. *Nonnihil facit ad concretionis celeritatem praecedens aquae concalefactio. Quandoquidem quae prius incaluit, ocyus refrigerari assolet. Quocirca multi quum calidam celerius refrigerare volunt, prius insolant.* Negat tamen Cabeus experimentum id esse verum, in eum Philosophi locum. Hard.

a. Aqua frigida iniecta sistitur sanguis) Voss. *ingesta.* Plautus Pseudolo 1. 2. *Tu qui vrnam habes, aquam ingere.* hoc lib. cap. 7. *e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt.* Deinde idem, *Aestus in balineis. Gr.*

a a. Aestus) Sic infra de sale s. 54. *Aestus balinearum conualescentes vt tolerare possint, linguae subditus praestat.* H.

b. Martia est) In Coelium et Auentinum montes eam Nerua deduxit: post Diocletianus super portam esquilinam in suas thermas. Dal.

c. Aufeia) Mallem *Saufeia*, id enim gentis Romanae nomen. H.

d. Pitonia) Sic MSS. non *Piconia.* Vide quae diximus in Not. et Em. ad Lib. II. N. LXXXVII.. H.

e. Transit) Sic Vibius Sequester laudatus a nobis loco proxime citato. Hinc Statius Siluar. I. de Balu. Etrusci: *Marsaque niues et frigora ducens Marcia.* Obrutis deinde temporis progressu canalibus fornicibusque, quibus haec aqua tam longo

lacum, Romam non dubie petens. [1]Mox *g.* in ſpecus merſa, in Tiburtina ſe aperit [2]nouem millibus paſſ. fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus *h.* Marcius, vnus e regibus. Poſtea *i.* Q. Marcius Rex in Praetura. Rurſuſque *k.* reſtituit M. Agrippa.

XXV.

1. mox ſpecu merſa. Gr. et Alii. 2. a IX. M. paſſ. fornic. Cb.

longo viarum interuallo Romam ducebatur, factum eſt, vt viri eruditi, Holſtenius et Fabrettus de Aquae duct. diſſ. 2. p. 118. hanc Marciae aquae originem aeque inter fabulas habendam cenſuerint, atque Alphei amantis occultos meatus. Primos eius ortus repetunt ii a Tiburtino, vnde ſe rurſum aperire mox Plinius ait. Curſum omnem explanat accurate idem Fabrettus l. c. H.

f. Fucinum lacum) E Fucino lacu ἐξιέναι, non, vt legitur, εἶναι, et Ῥωμὴν ποτίζειν, καὶ παρὰ τ' ἄλλα ὕδατα εὐδοκιμεῖν. Strabo ſcribit lib. V. Dal.

g. Mox ſpecu merſa) *Mox in ſpecus merſa*, in vetuſto *exemplari. Pint.*

h. Ancus) Exſtat quidem certe in Cimelio noſtro et apud Patin. in Marcia gente nummus, cuius ex parte aduerſa Rex Ancus depingitur, ita curante Philippo Marcio, qui trahebat ab eo originem: Aquaeductus in auerſa ſignatur, cum epigraphe, PHILIPPVS. AQVA. MAR. H.

i. Poſtea) Qui ab Anco Martio pariter Romanorum rege ducebat genus: Plutarchus in Coriolano, pag. 213. Μάρκιοι δ' ἦσαν καὶ Πόπλιος καὶ Κόϊντος, οἱ πλεῖςον ὕδωρ καὶ κάλλιςον ἐν Ῥώμῃ καταγάγοντες. De Marcio et Agrippa iterum XXXVI. 24. H.

k. Rurſuſque) A. V. DCCXX. L. Sempronio Atratino, L. Scribonio Libone Coſſ. ex Dione XLIX. p. 416. Ὅ τε Αγρίππας τὸ ὕδωρ τὸ Μάρκιον ὠνομασμένον, ἐκλιπὸν Φθορᾷ τῶν ὀχετῶν, καὶ ἀνεκτήσατο δαπάνῃ οἰκείᾳ, καὶ ἐπὶ πολλὰ τῆς πόλεως ἐπωχέτευσεν. *Agrippa aquam Marciam, quae propter corruptos canales defecerat, ſuis ſumptibus reparauit, ac per multas vrbis partes deduxit. H.*

XXV. Idem *l.* et Virginem adduxit ab octaui lapidis *m.* diuerticulo duobus millibus pass. Praenestina *n.* via. Iuxta est Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis *o.* nomen obtinuit. Horum *p.* [1] amnium comparatione, differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo [2] tactu, tantum praestet Marcia haustu. Quamquam vtriusque

 iam

1. perennium. V. *2. tactu praestat tantum. Ch.*

l. Idem) Id ab Agrippa factum A.V.C. DCCXXXV. C. Sentio Saturnino, Luc. Lucretio Coss. refert Dio, LIV. p. 528. et aquam eam Augustam ab eo fuisse appellatam. Virginalem aquam quibus impensis summi Pontifices Pius IV. et Pius V. populusque Rom. restitui curauerint, narrat opusculo singulari Luc. Paetus I C. *De restitutione aquae Virginis*, in L. de mensuris et ponderibus. Libellum singularem eodem argumento titulo inscripsit et Aug. Steuchus Eugubinus, S. Sedis Apostolicae Bibliothecarius. Virginem et Marciam versiculo complectitur Martialis VI. ep. 42. *Cruda Virgine, Marciaue mergi, Quae tam candida, tam serena lucet, Vt nullas ibi suspiceris vndas, etc.* H.

m. Diuerticulo) Transuersis semitis, quae sunt a latere viae militaris. Dal.

Diuerticulo) Sic et H. vt Dal.

n. Praenestina) Siue, vt Frontinus ait, octauo lapide viae Collatinae: quod eodem recidere demonstrat idem Fabrettus, erudito opere de Aquaeduct. Diss. 3. pag. 169. H.

o. Virginis) Aliam alii appellationis huius causam afferunt. Cassiodor. Varr. form VII. 6. *quia puriore fluens vnda, nullis polluitur sordibus.* Frontinus L. de aquaeduct. ex eo quod quaerentibus aquam militibus, puella virguncula quasdam venas monstrauit: quas sequuti qui foderunt, ingentem aquae modum inuenerunt. Hard.

p. Horum) Si conferas, inquit, Marciae aquae profluentem riuum, seu verius amnem, cum aqua Virgine, intelliges discrimen superius memoratum, s. 23. nempe alternari frigiditatis bonum a natura, nec quae sunt haustu aquae frigidissimae, easdem perinde ac tactu esse. H.

iam pridem vrbi periit voluptas, ambitione auaritiaque in villas ac ſuburbana [1] detorquentibus *q.* publicam ſalutem.

XXVI. Non ab re *r.* ſit, quaerendi aquas iunxiſſe rationem. Reperiuntur in conuallibus maxime, et quodam [2] conuexitatis *s.* cardine, aut montium radicibus. Multi *t.* ſeptemtrionales vbique partes aquoſas exiſtimauere. Qua in re varietatem naturae aperuiſſe conueniat. In Hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit. Ideo ſiluigeri ab Aquilonis tantum parte ſunt. At Olympus, Oſſa, Parnaſſus, Apenninus, Alpes, vndique veſtiuntur, amnibuſque perfunduntur. Aliqui ab Auſtro, ſicut in Creta Albi *tt.* montes. Nihil ergo in his perpetuae obſeruationis iudicabitur.

XXVII. Aquarum *v.* ſunt notae, iuncus aut arundo, aut herba *x.*, de *y.* qua dictum eſt: multum-

1. *ſic et M. et Ch. decoquentibus. Gr. et Alii.* 2. *deuexitatis. V.*

q. Decoquentibus) Auertentibus et vbertatis publicae copiam minuentibus ac praeripientibus. Dal.

Detorquentibus) Sic MSS. R. et Ch. aliique, non *decoquentibus*. H.

r. Non ab re ſit) Vitruuius cap. 1. lib. VIII. Palladius cap. 8. Auguſti. Paxamus et Democritus apud Caſſianum in Geoponicis cap. 4. et 5. ex ſuis hydroſcopicis, ſiue hydrophanticis. Caſſiodorus Variar. lib. III. nomine Theodorici Oſtrogothorum regis. Dal.

s. Conuexitatis) Deuexi ac decliuis tumuli et collis faſtigio. Dal.

Conuexitatis) Eadem cum Dalecampio habet Hard.

t. Multi) Sic Geop. auctor, II. 4. p. 33. et 5. p. 37. Vitruuius item VIII. 1. p. 153. Pallad. IX. in Aug. t. 8. p. 136. *Maxime ſub radicibus montium in ſeptentrionali parte quaerendae ſunt aquae, quia in his locis magis abundant, vtilioreſque naſcuntur.* H.

tt. Albi montes) Λευκογαῖοι. Dal.

Albi) Egimus de iis IV. 20. H.

v. Aquarum) Vitruuius l. cit. p. 154. *Signa autem, quibus terrarum generibus ſub-*

tumque [1] alicui loco pectore incubans rana. Salix enim erratica, et alnus z., aut [2] vitex, aut arundo, aut edera sponte proueniunt, et corriuatione aquae pluuiae in locum humiliorem e superioribus defluentis, augurio *a.* fallaci. Certior *b.* multo nebulosa exhalatio est, ante ortum Solis longius intuentibus: quod ex edito quidam speculantur, proni terram mento attingente. Est et peculiaris aestimatio peritis tantum nota, quam feruentissimo aestu sequuntur, dieique horis ardentissimis, qualis *c.* ex [3] quoque loco repercussus splendeat. Nam si terra sitiente humidior est ille, indubitata spes promittitur. Sed tanta intentione oculorum opus est, vt indolescant: quod fugientes ad alia experimenta decurrunt loco in *d.* altitudi-

1. *sic ex MSS. H. et V. aliqui. Gr. et Alii.* 2. *sic ex MSS. H. virtex, aut arando, aut, etc. Ch. vitex aut edera, Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. H. quoquo. Gr. et Al.*

suberunt aquae, haec erunt: si inuenientur nascentia, tenuis iuncus, salix erratica, alnus, vitex, arundo, edera, aliaque, quae eiusmodi sunt, quae non possunt nasci, nec ali sine humore. Solent autem eadem in lacunis nata esse... quibus non est credendum. Sed quibus regionibus et terris, non lacunis, ea signa nascantur, non sata, sed naturaliter per se creata, ibi est quaerenda. Sic etiam auctor Geop. II. 4. p. 32. et Cassiod. Varr. III. 53. H.

x. Herba) Tussilago siluestris cap. 6. lib. XXVI. D.

y. De) Lib. XXVI. 16. *Bechion, quae et tussilago dicitur. Duo eius genera: siluestris vbi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges. H.*

z. Et alnus et vitex aut hedera) E Chiflet. porrigunt, *aut vites aut arando.* Nostri quinque *aut vitex aut harundo aut hedera. Gron.*

a. Augurio) Id Vitruuius paulo explicatius loco proxime allato. Idem Palladius IX. in Aug. tit. 8. pag. 135. H.

b. Certior) Tradidit haec et Vitruuius VIII. 1. p. 152. Tradidit etiam Palladius l. c. et auctor Geop. l. c. pag. 35. H.

c. Qualis) Qualis sit repercussio radiorum solis ex quouis loco. H.

d. Lo-

altitudinem pedum quinque defosso, ollisque e figlino opere crudis, aut peruncta *e.* pelui aerea cooperto, lucernaque ardente [1] concamerata *f.* frondibus, dein terra, si figlinum humidum ruptumue, aut in aere sudor, vel lucerna sine defectu olei restincta, aut etiam vellus lanae madidum reperiatur, non dubie promittunt aquas. Quidam *g.* et igne prius excoquunt locum, tanto *h.* efficaciore vasorum argumento.

XXVIII. Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis, aut tota glauci coloris. In *i.* nigra enim scaturigines non fere sunt perennes. [2] Figularis *k.* creta semper adimit spes. Nec amplius pute-

1. *concamerato dein frondibus et terra. Alii.* 2. *Sic ex MSS. H. et Ch. figulari creta . . . Gr. et Alii.*

d. Loco) Experimenta haec totidem verbis leges apud Vitruu. VIII. 1. p. 152. sq. et apud Pallad. l. c. p. 136. Sic etiam auctor Geop. II. 4. p. 32. sq. et 5. p. 44. Hard.

In altitudinem pedum quinque) Cubitorum trium, vnius latitudine. Paxamus in altitudinem pedes quinque, latitudinem tres. Vitruuius, Palladius. Dal.

e. Aut) Oleo scilicet, ἐλαίῳ διαχρισάτω, inquit auctor Geop. l. c. H.

f. Concamerata) Pallad. l. c. *Tunc supra fossae labra crate facta de virgis ac frondibus, additaque terra, spatium omne cooperiatur, etc.* Hard.

g. Quidam) Vitruu. l. c. p. 153. Pallad. l. c. *Item si in eo loco focum feceris, et terra vaporata humidum fumum, nebulosumque ructauerit, aquas inesse cognosces.* Hard.

h. Tanto) Multo vtique efficaciore argumento, quod ex vasis duximus, *si figlinum humidum, ruptumue, aut in aere sudor.* H

i. In) Vitruu. loc. citat. *In terra autem nigra sudores et stillae exiles inueniuntur.* Hard.

k. Figilari creta semper adimitur spes) Plato in suis legibus vetuit aquam e vicini puteo quemquam haurire, ni prius eam in fundo suo ad cretam vsque quaesiuisset: πρὸς τὸν κέραμον. Victorius, cap. 15. lib. XIII. Dal.

Figu-

puteum fodiunt, coria *l.* terrae obseruantes, vt a nigra descendat ordo *m.* supra dictus. Aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in topho. Namque *n.* et hic probatur. Dulces enim [1] leuissimasque facit, et *o.* colando continet sordes. Sabulum *p.* exiles limosasque promittit. Glarea *q.* incertas venas, sed boni saporis. Sabulum *r.* masculum *s.*, et [2] arena, et carbunculus, certas stabiles-

1. *sic ex MSS. H. et Ch. leuesque. Gr. et Al.* 2. *arena carbunculosa. Gr. et Alii.*

Figulari creta semper adimitur spes) Voss. vt et Chifl. *Figularis creta semper adimit spes.* Lege *spem.* In Andeg. rursus hic lacuna a verbis, *fodiuntur aestuaria quae gra.* vsque ad cap. 6. *fecisse post consulatum meminimus.* Gr.

Figularis) Vitruu. l. c. p. 152. *In creta tenuis, exilis, et non alta est copia: ea erit non optimo sapore.* Pallad. l. c. *Creta tenues, nec optimi saporis venas creabit.* Hard.

l. Coria) *Varias terrae quasi crustas obseruant*, vt a nigro colore, qui color summae terrae ac supremae cutis, *ad alios colores* quo dictum est ordine descendatur. H.

m. Ordo supra dictus. Ad maculosam et glaucam. Dal.

Ordo) A nigra ad maculosam: ab hac ad glaucum colorem. H.

n. Namque) Testis vel ipsa vetus inscriptio, quam superius attulimus, §. 21. Hard.

o. Et) Dum per tophum colatur, is sordes aquarum omnes recipit ac retinet. Hard.

p. Sabulum) Vitruuius l. c. *Item sabulone soluto, tenuis: sed si inuenietur, ea erit limosa et insuauis.* Sic et Pallad. loc. cit. H.

q. Glarea) Haec deinceps totidem syllabis Vitruu. l. c. vsque ad ea verba, *oportet autem, etc.* Palladius item, l. c. H.

r. Sabulum) Durius, compactiorisque naturae. Sic Pallad. l. c. *Sabulo masculus, et arena, et carbunculus, certas et vbertate copiosas.* Sic etiam Vitruuius, vt diximus. Carbunculus terrae genus est, de quo egimus antea, XVII. 3. Hard.

s. Masculum) Grandius, ἁδρότερον. Asperum, scabrum, subfuscum, minus flauum, interpretantur quidam: durum et compactum metal-

lesque et salubres. Rubra saxa optimas, speique [1] certissimae. Radices montium saxosae, et silex, hoc amplius rigentes *t.* Oportet autem fodientibus humidiores assidue respondere glebas, faciliusque ferramenta descendere. Depressis *v.* puteis sulphurata *x.* vel aluminosa occurrentia putearios necant. Experimentum huius periculi est demissa ardens lucerna, si extinguatur. Tunc secundum puteum dextra ac sinistra [2] fodiunt aestuaria *y.*, quae grauiorem illum halitum recipiant. Fit et sine his vitiis altitudine *z.* ipsa grauior aer, quem emendant assiduo *a.* linteorum iactatu euentilando. Quum

1. *certissimas Ch.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. fodiuntur. Gr. et Alii.*

metallici, vt feminam, solutum ac mollem. Dal.

t. Rigentes) Vitruu. l. c. *Sub radicibus autem montium, et in saxis silicibus, vberiores et affluentiores: eaeque frigidiores sunt, et salubriores.* Hard.

v. Depressis) Haec pariter Vitruu. VIII. 7. p. 71. *Calores,* inquit, *vnde etiam sulphur, alumen, bitumen nascitur, aerisque spiritus immanes, qui cum graues per interuenia fistulosa terrae perueniunt ad fossionem puteorum, et ibi homines offendunt fodientes, naturali vapore obturant in eorum naribus spiritus animales,: ita qui non celerius inde effugiunt, ibi interimuntur. Hoc autem quibus rationibus caueatur, sic erit faciendum. Lucerna. accensa demittatur quae si permanserit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis, tunc secundum puteum dextra ac sinistra defodiantur aestuaria, etc.* Transscripsit haec quoque Palladius IX. in Aug. tit. 9. p. 136. Tractat egregie hoc argumentum Agricola de re met. VI. p. 172. Hard.

x. Sulphurata) Bituminosa addit Palladius. Sulphurati, aluminosiue halitus, vaporisque flamina et spiracula. Vitruu. cap. 7. lib. VIII. Dal.

y. Aestuaria) Spiramenta. Gallices *des soûpiraux.* H.

z. Altitudine) Fossionis profunditate. H.

a. Assiduo linteorum iactatu euentilando) Vide Agricolam

Quum ad aquam ventum eſt, ſine *b* [1] arenato opus ſurgit, ne venae obſtruantur. Quaedam aquae vere ſtatim incipiente frigidiores ſunt, quarum non in alto origo eſt: hibernis enim conſtant imbribus: quaedam Canis ortu, ſicut in Macedoniae Pella vtrumque. Ante oppidum enim incipiente aeſtate, frigida eſt paluſtris: dein maximo aeſtu in excelſioribus [2] oppidi riget. Hoc et in Chio euenit, ſimili *c.* ratione portus et oppidi. Athenis *d.* Enneacrunos nimboſa aeſtate frigidior eſt, quam puteus in Iouis horto. At ille ſiccitatibus riget: (IV.) maxime *e.* autem putei circa *f.* Arcturum. [3] Non *g.* ipſa aeſtate deficiunt, omneſque quatriduo eo ſubſidunt. Iam vero multi hieme tota: vt *h.* circa Olympum, vere primum aquis redeuntibus.

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. arena Gr. et Al.* 2. *oppidis. V.* 3. *ſic ex Mss. H. Nam Gr. et Al.*

colam lib. VI. de re metallica. Dal.

b. Sine arena opus ſurgit) Imus paries, qui puteum inferne ambit. Is enim lapidibus tantum aliis ſuper alios aggeſtis et collocatis ſtruitur, ſine intrita calcis et arenae. Dal.

Sine) Ita R. 2. et Ch. Male editi, *ſine arena.* Senſus eſt, imum parietem, qui puteum inferne ambit, lapidibus tantum aliis ſuper alios aggeſtis et collocatis ſtrui, ſine intrita calcis et arenae, ne venae aquarum obſtruantur. Tradita haec quoque a Vitruuio IV. 7. pag. 172. *Cum ad aquam erit peruentum, tunc ſepiatur ſtructura, ne obturentur venae.* H.

c. Simili) Vt in portu ſcilicet eius inſulae incipiente aeſtate frigida aqua ſit: in excelſioribus oppidi partibus maximo aeſtu rigeat. Hard.

d. Athenis) De hoc fonte egimus IV. 11. H.

e. Maxime) Athenis ſcilicet. H.

f. Circa) Arcturi exortum, qui fere accidit Idibus Septemb. vt dictum eſt XVIII. 74. H.

g. Nam ipſa aeſtate deficiunt) Scribe, cum minore, et adiunge ſuperioribus: *non ipſa aeſtate deficiunt,* ex apographo noſtro. Pint.

tibus. In *i.* Sicilia quidem circa Messanam et Mylas hieme in totum inarescunt fontes: aestate exundant, amnemque faciunt. Apolloniae in Ponto fons iuxta mare aestate tantum superfluit, et maxime [1] circa Canis ortum: parcius, si frigidior sit aestas. Quaedam terrae imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro: quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate *k.* lutum *l.* fieri prodens, imbre *m.* puluerem.

XXIX. Omnis aqua hieme *n.* dulcior, aestate autem minus, [2] autumno minime: minusque per siccitates. Neque aequalis amnium plerumque gustus est, magna aluei differentia. Quippe *o.* tales sunt aquae, qualis *p.* terra per quam fluunt; qualesf-

1. *Canis ortu. M. et Alii.* 2. *Haec duo verba in M. d.*

h. Vt circa Olympum) Athenis rigent maxime putei circa Arcturi ortum, ad principium mensis Septembris. Dal.

Vt circa Olympum) Voss. *Olynthum.* Gron.

Vt) Sic etiam MSS. omnes, quos quidem vidi. Gronouius ex suo, *circa Olynthum.* H.

i. In) Hoc verum esse Fazellus in iis oris natus testatur, de rebus Siculis dec. I. l. IX. 8. H.

k. Siccitate) Quum arena post imbres in luti duritiem glebasque coit: quae mox imbre adueniente soluuntur: post effusos imbres iterum coit ac durescit. H.

l. Lutum fieri prodens) Cum arena humore prius dissoluta, in luti spissitudinem coit. Vide quae notauit P. Merula super Enn. pag. 389. Dal.

m. Imbre puluerem) Primum e caelo cadente. Nam tum verberato solo arenae puluisculum commouet et excitat. Dal.

n. Hieme dulcior) Quia crebris imbribus diluitur ac dulcescit. Dal.

o. Quippe) Ita Vitruuius VIII. 4. pag. 166. Plin. II. 106. *Lacus Sinnaus in Asia circumnascente absinthio inficitur.* H.

p. Qualis terra per quam fluunt) In Asia lacus Sinnaus circumnascente absinthio inficitur cap. 103. lib. II. Dal.

qualesque herbarum, quas lauant, succi. Ergo *r.* iidem amnes parte [1] aliqua reperiuntur insalubres. Mutant saporem et influentes riui, vt Borysthenem, victique diluuntur. Aliqui vero et [2] imbre mutantur. Ter accidit in Bosphoro, vt salsi deciderent, necarentque frumenta: toties *s.* et Nili *t.* rigua pluuiae amara fecere, magna pestilentia Aegypti.

XXX. Nascuntur fontes decisis plerumque siluis, quos arborum alimenta consumebant: sicut *v.* in Haemo obsidente [3] Gallos Cassandro *x.*, quum valli gratia siluas cecidissent. Plerumque vero damnosi torrentes corriuantur detracta collibus silua, continere nimbos ac digerere consueta. Et coli mouerique terram, callumque summae cutis solui,

1. *alia. M.* 2. *imbribus. V.* 3. *Galatas.*

r. Ergo) De Hypani idem quod Plinius de Borysthene, prodit Vitruuius, VIII. 3. pag. 160. *In Ponto est flumen Hypanis*, inquit, *qui a capite profluit circiter millia XL. sapore dulcissimo: deinde cum peruenit ad locum qui est ab ostio ad millia CLX. admiscetur ei fonticulus oppido quam paruulus. Is cum in eum influit, tantam magnitudinem fluminis facit amaram: ideo quod per id genus terrae, et venas vnde sandaraca foditur, ea aqua manando perficitur amara.* H.

s. Toties) Ter agros, Nili aquis irrigatos, pluuiae amaros fecere. Narrat hoc ipsum Athenaeus II. pag. 42. ex Theophrasto. H.

t. Nili rigua pluuiae amara fecere) Athenaeus lib. II. pag. 21. lin. 8. Dal.

v. Sicut) Seneca Natt. Quu. III. 11. p. 869. *Fuit aliquando aquarum inops Haemus: sed cum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illum se contulisset, et siluas cecidisset, ingens aquarum copia apparuit, quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant: quibus excisis, humor qui desiit in arbusta consumi, superfusus est . . . Sed pace Theophrasti dixisse liceat: non est hoc simile veri: quia fere aquosissima sunt, quaecumque vmbrosissima*, etc. Hard.

x. Cassandro) Macedoniae rege. H.

ſolui, aquarum intereſt. Proditur *y.* certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, ceſſaſſe fontes, amneſque qui in eo ſitu multi erant: rurſus condito poſt ſex annos emerſiſſe, vti quaeque coepiſſent partes coli. (V.) Terrae **z.** quoque motus profundunt, ſorbentque aquas: ſicut circa *a.* Pheneum Arcadiae quinquies accidiſſe [1] conſtat. Sic et in Coryco monte amnis erupit, [2] poſteaque coeptus eſt coli. Illa mutatio mira, vbi cauſa nulla euidens apparet: ſicut *b.* in Magneſia [3] calidas factas frigidas, [4] ſalis non mutato ſapore. Et *c.* in Caria, vbi Neptuni templum eſt, amnis qui fuerat

1. conſtat, ſicut et in. M. 2. ſic ex Mss. H. et Cb. poſtea quam Gr. et Alii. 3. calidam facta frigida ſalis non. Cb. 4. ſic ex Mss. H. alias Gr. et Al.

y. Proditur) Seneca l. c. *Idem* (Theophraſtus) *ait circa Arcadiam, quae vrbs in Creta inſula fuit, fontes et lacus ſubſtitiſſe, quia deſierit coli terra, diruta vrbe: poſtea vero quam cultores receperit, aquas quoque recepiſſe. Cauſam ſiccitatis hanc ponit, quod obduruerit conſtricta tellus, nec potuerit imbres inagitata tranſmittere,* etc. Hard.

z. Terrae) Seneca et iſtud l. c. *Saepe motu terrarum itinera* fluminum *turbantur, et ruina interſcindit aquas, quae retentae nouos exitus quaerunt, et aliquo impetu faciunt, aut ipſius quaſſatione terrae aliunde alio transferuntur . . . quod accidiſſe ait Theophraſtus in Corcyro monte, in quo poſt terrarum tremorem noua vis fontium emerſit.* H.

a. Circa Pheneum Arcadiae) Theophraſt. cap. I. lib. III. hiſt. et cap. 5. lib. V. Seneca cap. II. lib. III. quaeſt. natural. Sumpta haec eſſe puto ex amiſſo libro Theophraſti περὶ τῶν ὑδάτων, quem Athenaeus citat. lib. II. Dal.

b. Sicut in Magneſia calidas factas frigidas, alias non mutato ſapore) In veruſto exemplari, *ſicut in Magneſide calidas, factas frigidas ſalis non mutato ſapore.* Quam lectionem confirmat quod ſtatim ſequitur, *ante dulcis mutatus in ſalem eſt.* Pint.

c. Et) Hoc ipſum refert Athen. II. p. 42. ex Theophraſto. H.

rat ante dulcis, mutatus in ſalem eſt. Et illa miraculi plena, Arethuſam *d.* Syracuſis fimum redolere per *e.* Olympia: verique ſimile, quoniam Alpheus in eam inſulam ſub ima maria permeet. Rhodiorum *f.* fons in Cherſoneſo nono anno purgamenta egerit. Mutantur et colores aquarum: ſicut *g.* [1] Babylone lacus aeſtate rubras habet diebus XI. Et Boryſthenes *h.* aeſtatis temporibus caeruleus *i.* fertur, quamquam omnium aquarum tenuiſ-

1. *ſic ex Mss. H. Babyloniae Gr. et Al.*

d. Arethuſam) De eo fonte diximus III. 14. H.

e. Per Olympia) Dum in Elidem, quam Alpheus irrigat, Olympici ludi celebrantur. Tum enim fimum equorum in amnem coniectum, Arethuſae, in quem ſubtus mare Alpheus ſubit, aquas odore ſuo inficit. Strabo hanc de Alpheo fabulam reprehendit. Lege Senecam quaeſt. natur. lib. III. c. 26. Dal.

Per) Vide Strabonem VI. p. 270. Seneca, Natt. Quu. III. 26. p. 874. *Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, vt Arethuſa in Sicilia, quinta quaque aeſtate per Olympia. Inde opinio eſt Alpheum ex Achaia eo vſque penetrare, et agere ſub mare curſum, nec ante quam in Syracuſano litore emergere. Ideoque in diebus quibus Olympia ſunt, victimarum ſtercus ſecundo traditum flumini illic redundare. Hoc et a te traditum eſt in poemate, Lucili cariſſime, et a Virgilio qui alloquitur Arethuſam: Sic tibi, cum fluctus ſubterlabere Sicanos, Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.* H.

f. Rhodiorum) Seneca l. c. pag. 874. *Eſt in Cherſoneſo Rhodiorum fons, qui poſt magnum interuallum temporis foeda quaedam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatuſque eſt.* Hard.

g. Sicut Babyloniae lacus aeſtate) Voſſ. *Babylone.* Gr.

Sicut) Athen. II. pag. 42. H.

h. Boryſthenes) Athen. l. c. Hard.

i. Caeruleus fertur) Ἰοβαφής Athen. Is aquae eius color eſt, nullo modo infectae. Sic et Rhodanus cum purus fluit, nempe ſuo colore partibus anni reliquis e cinerio candicans, vel ob arenas quas locis abradit vicinis, et ſecum aufert

nuissimus: ideoque *k.* innatans Hypani. In quo et illud mirabile, Austris flantibus superiorem *l.* Hypanim fieri. Sed *m.* tenuitatis argumentum et aliud est, quod *n.* nullum halitum, non modo nebulam emittat. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt aquas grauiores post brumam fieri.

XXXI. (VI.) Ceterum *o.* a fonte duci *p.* fictilibus tubis vtilissimum est crassitudine binûm digitorum, commissuris *q.* pyxidatis, ita *r.* vt superior intret,

aufert, vel permixtum niuis liquatae humorem. Dal.

k. Ideoque) Ἐν τοῖς βορείοις, flantibus Aquilonibus, inquit Athen. l. c. Borysthenem supernatat: Hypanis Austris. H.

l. Superiorem Hypanim fieri) *Hypani*, non *Hypanim*, in antiquo codice. Pint.

m. Sed) Vide quae de Nili simili fere dote diximus V. 10. H.

n. Quod nullum halitum) Lipsius c. vlt. lib. II. in Thessaliae fluuio, quem ob id Anauron nominarunt, idem obseruari tradit. Quin et auctor c. 9. lib. V. scribit, Nilum auram nullam exspirare. Arrianus in Periplo Euxini Ponti Phasin omnium fluuiorum quos nouisset lenissimum esse tradit. Leuitatis indicium esse, tum in pondere, tum quod mari non immiscetur, sed supernatet. Brod. cap. 28. lib. V. Dal.

o. Ceterum) Vitruu VIII. 7. pag. 168. *Ductus autem aquae fiunt generibus tribus: riuis, per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubis fictilibus*, etc. Et p. 171. *Multo salubrior est ex tubulis aqua, quam per fistulas; quod per plumbum videtur esse ideo vitiosa, quod ex eo cerussa nascitur; haec autem dicitur esse nocens corporibus humanis: ita, si quod ex eo procreatur, id est vitiosum, non est dubium, quin ipsum quoque non sit salubre ... Itaque minime fistulis plumbeis aqua duci videtur, si volumus eam habere salubrem. Saporem quoque meliorem ex tubulis esse*, etc. Consentit et Palladius XI. in Aug. tit. 9. pag. 137. H.

p. Duci fictilibus tubis) Nam et riuis per canalium structuras ducitur, et per fistulas plumbeas, et per ligneos tubos. Dal.

q. Commissuris) Iuncturis tubulorum in morem pyxidum ex vna parte angustioribus. *Lingulatis* eodem sensu dixit Vitruuius l. c. pag.

intret, calce viua ex oleo laeuigatis *s.* Libramentum *t.* aquae in [1] centenos pedes ficilici minimum erit:

1. *In c. p. surfum elici Gr. et Al.*

pag. 170. *Sin autem minore sumtu voluerimus aquam ducere, sic erit faciendum: Tubuli crasso corio ne minus digitorum duorum fiant ex testa, sed ita vt hi tubuli ex vna parte sint lingulati, vt alius in alium inire conuenireque possint. Tum coagmenta eorum calce viua ex oleo subacta sunt illinenda.* etc. Pallad l. c. *Sed quod est salubrius et vtilius, fictilibus tubis cum ducitur, duobus digitis crassi, et ex vna parte reddantur angusti vt palmi spatio vnus in alterum possit intrare: quas iuncturas viua calce oleo subacta debemus illinere.* H.

r. Ita vt superior intret) Superioris fine lingulato. Dalec.

s. Laeuigatis) Illitis. H.

t. Libramentum aquae) Aquam librant, dum altitudinem loci e quo colligitur, cum loco in quem deducitur conferunt, fiue lineis rectis id fiat fiue obliquis. Dalec.

Libramentum aquae in centenos pedes surfum elici minimum erit) Haec integra non funt. Academ. *in centenos pedes ficilicimus inuenerit.* Gud. *ficilicimis mimerit,* Men. *ficilici misnumerit.* Voss. *sicilici minis numerit.* Forte, *sicilici minimum erit.* lib. XIII. 15. *Item a Nomio Ti. Caesaris liberto nomen trahentis, tribus sicilicis intra quatuor pedes, totidem intra semipedem crassitudinis.* ibidem, *mensam quatuor pedes sextante et sicilico excedentem.* Quarta pars cuiusque vnciae, *sicilicus* est; hic pollicis, triens digiti. Plus requirit Vitruuius lib. VIII. 7. *Si canalibus vt structura fiat quam solidissima, solumque riui libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede, eaeque structurae confornicentur, vt minime sol aquam tangat.* Vbi annotat Philander aetatis nostrae libratores in sexcentos pedes tantum deprimere pollicem, id est, quatuor ficilicos: in centenos sextulam. Sic et e suo Pintianus. Gron.

Libramentum) Decliuitas aquae ductus, a fonte vsque in centenos pedes, vt minimum debet esse sicilici, hoc est, *quartae partis pollicis* Descensus aquae a fonte seu capite, ad eum locum quo deducenda est. Hinc aquam librare, deducere est, Gallis: *prendre le niveau.* Hinc etiam, vt Festus ait, *Delibrare,* est *aquam fulco deriuare*: vbi delirant qui

erit: si *v.* [1] cuniculo veniet, in *x.* binos actus lumina esse debebunt. Quam *y.* surgere in sublime opus

1. *si vno cuniculo veniet, in binos actus: laminae esse debebunt, per quas surgere in sublime opus fuerit, e plumbo. Subit altitudinem exortus sui, si longiore tractu. Gr. et Al.*

qui *delirare* ibi reponere nituntur: quamquam lira sulcum significat. Nam vel series elementorum, quam Festus sequitur, *delibrare* ibi legi monet oportere. Antecedit enim *deliberare*, subsequitur *delicare*: quas inter voces suus et huic *delibrare* locus debetur: non isti, *delirare*. Itaque libra altitudinem aquae, fastigiumque significat, vnde illa deducitur: viamque omnem quae decurrit. Frontinus de aquaed. I. *Aquae omnes diuersa in Vrbem libra perueniunt*, id est, altitudine ac via ... *Altissimus Anio est nouus, proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quae capite etiam Claudiae libram aequat.* Vide N. et Em. N. XII. (hic pos.) *Libramentum*) Ita totidem plane syllabis apicibusque, codex optime notae R. 2. et Colb. 3. et is quem Pintianus vidit. Hanc autem vocem coquere Plinii editores quum minime possent, *sursum elici* commenti sunt, non aliena modo, sed contraria plane sententia. Vt minimam porro decliuitatem aquaeductus sicilico Plinius definit, hoc est, vt diximus, quarta pollicis parte: sic maiorem Vitruuius semipede toto, praesertim quum aqua ducitur per canales structiles: *Si canalibus*, inquit VIII. 7. pag. 168. *vt structura fiat quam solidissima, solumque riui libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede*, etc. Sesquipede integro Palladius in Augusto. Plinium sequuntur libratores huius aetatis, qui in pedes quadringentos pollice tantum vno deprimunt aquae ductum, hoc est, quatuor sicilicis. H.

v. Si) Si canali structili ducatur aqua. H.

x. In binos actus) 240. pedes, quae iugeri est longitudo. Dal.

In) Hoc est, in pedes CCXL. vt diximus XVIII. 3. Lumina, spiramenta sunt, siue aestuaria, *des soupiraux*. Vide N. et Em. N. XIII. *Si*) Nullus toto opere ad hunc diem extitit inquinatior locus, siue praepostera interpre-

opus fuerit, e plumbo veniat. Subit altitudinem exortus sui. Si longiore tractu veniet, subeat crebro descendatque, ne libramenta pereant. Fistulas z. denûm pedum longitudinis esse legitimum est: Et a. si quinariae erunt, sexagena pondo pen-

 dere:

pretatione, siue interpolatione criticorum. Nos sincerum repraesentamus, qualem MSS. exhibent, R. 2. et is quem Pintianus ante nos vidit, aliique. Prius sic edebatur: *Si vno cuniculo veniet, in binos actus; laminae esse debebunt, per quas surgere in sublime opus fuerit, e plumbo. Subit altitudinem. etc.* Qua oratione perturbatius nihil, alieniusue a bona mente, dici aut cogitari potest. Vitruuius, vt alias saepe, nunc Plinium defendit. Is enim iisdem fere verbis rem explanat VIII. 7. pag. 169. *Si terrenum,* inquit, *aut arenosum erit solum, parietes cum camera in specu sternantur, et ita perducantur: puteique ita sint facti, vt inter duos sint actus.* Nam qui cuniculus Plinio dicitur, opus illud est structile, quod parietum nomine cum camera a Vitruuio designatur. Lumina Plinio sunt qui putei Vitruuio nunc appellantur, alias aestuaria, quibus respirare possit perfluens aqua, et vis spiritus relaxetur, ne conclusus aer cursum aquae moretur: quae spiramenta alias idem columnaria nominat, vt Philander monet. Hard.

y. Quam) Salientem aquam intelligit, *Vn jet d'eau* H.

z. Fistulas denum pedum) Et vt facilius, ac maiore vi currat. Dal.

Fistulas) Tubulos plumbeos. Vitruuius VIII. 7. pag. 16. haec fere totidem verbis H.

a. Et si quinariae erunt) Hac portione cuiuis digito laminae nondum curatae pondo librae XII. respondent. Dal.

Et) Minima haec fuit fistularum latitudo: maxima, quum denariae forent. Lex antiqua, apud Frontinum de aquaed. I. NE. CVI. EORVM. QVIBVS. AQVA. DARETVR. PVBLICA. IVS. ESSET. INTRA. QVINQVAGINTA. PEDES. EIVS. CASTELLI. EX QVO. AQVAM. DVCERENT. LAXIOREM. FISTVLAM. SVBIICERE. QVAM. QVINARIAM. Modulos fistularum varios, et eorumdem iconem exhibet Alex. Dona-

dere: si *b.* octonariae, [1] centena *c.*: si denariae, centena vicena, ac deinde ad has portiones. [2] Denariae *d.* appellantur, cuius laminae latitudo, antequam curuetur, digitorum decem est, dimidioque eius quinaria. In omni anfractu collis quinariam fieri, vbi *e.* dometur impetus, necessarium est: item *f.* castella, prout res exiget.

XXXII.

1. *nonaginta sex. Vitruuius.* 2. *Denaria appellatur. V.*

Donatus III. 18. pag. 294. Hard.

b. Si) Rotundo numero absolutoque Plinius vtitur: aliter Vitruuius l. c. p. 170. *Si octonûm, pondo* XCVI. H.

c. *Centena*) Nonaginta sex, Vitruuius. Dal.

d. Denariae) Vitruu. l. c. *Ex latitudine laminarum, quot digitos habuerint, antequam in rotundationem flectantur, magnitudinem ita nominum concipiunt fistulae. Namque quae lamina fuerit digitorum decem, cum fistula perficietur ex ea lamina, vocabitur denaria, similiterque reliquae.* Discrepare tamen a Vitruuio Frontinus videtur de Aquaed. I. H.

e. Vbi dometur impetus) Et vehementioris spiritus, et aquae collisae et decurrentis. Dal.

Vbi) Aquae nimirum decurrentis. H.

f. Item castella) Castellum, receptaculum est, quod aquam publicam recipit, auctore Vlpiano Pandect. XLIII. de aqua quotid. et aestiua. Gallice, *vn Regard.* Vitruu. VIII. 7. pag. 170. *Inter actus ducentos non est inutile castella collocari: vt si quando vitium aliquis locus fecerit, non totum omneque opus contundatur, et in quibus locis factum sit, facilius inueniatur: sed ea castella neque decursu, neque in ventris planitie, neque omnino in vallibus, sed in perpetua fiant aequalitate.* Qui horum reficiendorum curam haberent, in vetustis Inscriptionibus apud Reines. pag. 572. et apud Gruter. p. 501. CASTELLARII appellantur. Exstat de ea re Senatusconsultum apud Frontin. de aquaed. I. NE. CVI. PRIVATO. AQVAM. DVCERE. RIVIS. PVBLICIS. LICERET. VTIQVE. OMNES. II. QVIBVS. AQVAE. DVCENDAE. IVS. ESSET. DATVM. EX CASTELLIS. DVCERENT. ANIMADVERTERENTQVE. CVRATORES. AQVARVM.

XXXII. Homerum *g.* calidorum fontium mentionem non fecisse demiror, quum alioquin [1] lauari *h.* calida frequenter [2] induceret: videlicet *i.* quia medicina tunc non erat haec, quae nunc aquarum perfugio vtitur. Est autem vtilis sulphurata *k.* neruis, [3] aluminata *l.* paralyticis, aut *m.* simili [4] modo [5] solutis: bituminata aut nitrosa, qua-

Qq 3

lis

1. *lauantes. V.* 2. *indicauerit. V. indiceret. Ch.* 3. *aluminosa. V.* 4. *sic ex Mss. H. morbo Gr. et Al.* 5. *solutis, vt et bituminosa. At nitrosa. V.*

RVM. QVIBVS. LOCIS. INTRA. EXTRAQVE. VRBEM. APTE. CASTELLA. PRIVATI. FACERE. POSSENT. EX. QVIBVS. AQVAM. DVCERENT. QVAM. EX. CASTELLO. COMMVNEM. ACCEPISSENT. A. CVRATORIBVS. AQVARVM. Olim diuidicula appellata, auctore Festo, *Diuidicula antiqui dicebant, quae nunc sunt castella, ex quibus a riuo communi aquam quisque in suum fundum ducit.* H.

Castella) Aquae publicae diuidicula, receptacula, Palladius. Dal.

g. *Homerum calidorum fontium mentionem*) Meminit Iliad. χ. Κρουνῶ δ' ἵκανον καλλιῤῥόω, ἔνθα δὲ πηγαὶ Δοιαὶ ἀναΐσσουσι σκαμάνδρου δινήεντος. Ἡ μὲν γὰρ θ' ὕδατι χλιαρῷ ῥέει. Dalec.

Homerum) Si vnum e Scamandri amnis fontibus exceperis, cuius aquam tepidam commendat, Il. X. v. 147. H.

h. Lauari calida frequenter) Odyss. θ. εἵματα τ' ἐξημοιβὰ, λόετρα τε θερμὰ, καὶ εὐναὶ Iliad. χ. Hectori e praelio redeunti calidum balneum paratur. Ἕκτορι θερμὰ λόετρα μάχης ἐκνοστήσαντι. Iliad. κ. Odyss. δ. legitur ἐς τε Σαμίνθους βάντες. Dal.

Lauari) Vide quae diximus XXV. 38. H.

i. Videlicet, quia medicina tunc non erat haec) Conuerte verba, *Videlicet quia medicina haec non erat tunc*, ex antiquo codice. Pint.

k. Sulphurata) Sulphur ipsum ad neruorum vulnera laudat Galenus κατὰ γένη. III. H.

l. Aluminata) Galen. κατὰ γένη et κατὰ τόπ. VII. Hard.

m. Aut simili morbo solutis) Voss. *limii modo.* neque aliter tres alii, qui nobis seruiunt. Gr.

lis *n.* [1] Cutilia, bibendo *o.* atque purgationibus. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum: quod est inimicissimum: namque paulo diutius, quam balienis, vti oportet, ac postea *p.* frigida [2] dulci, nec sine oleo discedentes: quod vulgus alienum arbitratur, [3] idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis. Quippe et vastitate odoris capita replentur, et frigore infestantur sudantia, [4] corporum parte mersa. Similis *q.* error, [5] quam plurimo potu gloriantium. Vidique iam

1. *sic ex Mss. H. Cutilia, vtilis est bibendo. Gr. et Al.* 2 *dulci sine oleo discedentibus. V. discedere. V.* 3. *idcirco morbis non. V.* 4. *reliqua corporum. Gr. et Al.* 5 *sic ex MSS. H. quo quidam plurimo potu gloriantur. Gr. et Alii.*

n. Qualis) Hanc quoque commendat Cael. Aurel. Chron. III. 2. De eius situ diximus III. 17. H.

o. Vtilis est bibendo atque purgationibus) Vox *vtilis* non est in Vossiano, quippe reperienda sensu e superioribus, vt legatur: *Est autem vtilis sulphurata neruis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis; bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo atque purgationibus* Gud. Acad. Menap. *qualis vtilis est bibendo* Vides τὸ *vtilis* corruptum esse ἐκ τῶ *Cutilia*; deinde vtramque vocem admissam. Vitruuius lib VIII. 3. *Sulphurosi fontes neruorum labores reficiunt, etc. Aluminosi, cum dissoluta membra corporum paralysi aut aliqua vi morbi, etc. Bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. Est autem aquae frigidae genus nitrosum, in Pinnae Vestinae, Cutiliis, aliisque locis similibus, quod potionibus depurgat. Gron.*

p. Ac postea frigida dulci) Voss. *dulceri.* an *mulceri?* Menap. Gud. et Acad. *frigida dulcedine sine. Gron.*

q. Similis error, quo quidam plurimo potu) In eod. *Similis error quam plurimo potu gloriantur.* scribo, *gloriantium,* non *gloriantur. P.*

Similis error quo quidam plurimo) Voss. et Pintiani, *error quam plurimo.* Scribe: *Simili errore quidam plurimo potu gloriantur.* Mena. Gud. et Acad. *similis error quodam.* Pintianus: *Similis error*

iam turgidos bibendo: in tantum vt anuli integerentur cute, quum reddi non posset hausta multitudo aquae. Nec hoc ergo fieri conuenit sine crebro salis *r.* gustu. Vtuntur et coeno fontium ipsorum vtiliter: sed ita, si illitum Sole inarescat. Nec vero omnes quae sint calidae, medicatas esse credendum, sicut *s.* in [1] Segesta Siciliae, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. Nec decolor species aeris argentiue *t.* (vt multi existimauere) medicaminum argumentum est: quando nihil eorum in Patauinis *v.* fontibus, ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur.

XXXIII. Medendi modus idem et in marinis erit, quae calefiunt *x.* ad neruorum [2] dolores, [3] ferruminandas *y.* fracturas, ossaque contusa: Item

1. Egesta. Gr. et Alii. 2. vitia Diosc. 3. sic ex MSS. H. ferruminant et fracturas ... corpora siccant. Gr. et Alii.

error quam plurimo potu gloriantium. Gron.

r. Salis gustu) Qui ad excreationem intestina stimulat. Dalec.

s. Sicut in Egesta Siciliae) Legendum alterutro modo, *aut Aegesta*, cum diphthongo prima, aut *Segesta* Vtroque enim modo geographi et historici vsurpant. In vetere item codice *Sicilia* legitur, non *Siciliae*: quod non magnopere displicet, vt sint duo auferendi casus: *Segesta*, *Sicilia*, *Larissa*, *Troade*. Pint.

In) Ita MSS. recte, cum Parm. ed. Hermolaus perperam correxit *Egesta*. H.

t. Argenti) Aquis intincti et immersi, quas medicatas esse nos putamus. Dalec.

v. Patauinis) Quorum aqua, quum vis ei medica insit, nihil a vulgari, vel odore, vel colore differt. De his fontibus egimus II. 106. Hard.

x. Ad) Sic Q. Serenus, c. 55. p. 159. *Si vero occultus neruos vrit dolor inertes, Conuenit et pelagi calidis perfundier vndis.* Diosc. V. 19. de aqua marina: Θερμὸν δὲ καταντλούμενον... ἁρμόζον τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι, *etc.* Ad podagram vel sic commendat Marc. Emp. 36. p. 247. H.

y. Fer-

item corpora siccant, qua de causa et frigido mari vtuntur. Praeterea est alius vsus multiplex, principalis vero nauigandi phthisi affectis, vt z. diximus, aut a. sanguinem [1] egerentibus: sicut proxime Annaeum b. Gallionem fecisse post consulatum meminimus. Neque c. enim Aegyptus pro-

1. *excreantibus. V.*

y. *Ferruminat et fracturas ossaque contusa*) In vetusto exemplari, *ferruminata ac fracturis ossa*: legendum forte, *ferruminant et fracta cruris ossa*: reliqua redundant. Pint.

Ferruminant et fracturas ossaque contusa) Voss. *feruminata fracturis ossa contusa item corpora ad siccanda.* Eodem modo Men. Gud. et Acad. nisi quod hic *ferruminantia.* Fortasse: *quae calefiunt ad neruorum dolores, ferruminandas fracturas, ossa contusa, item corpora ad siccanda.* Pintiani codex, *ferruminata ac fracturis*; ipse, *ferruminant, et fracta cruris ossa, item corpora ad siccando. Gron.*

Ferruminandas) Ad fracturarum fascias idcirco marinam aquam Hippocrates adhibet, πρὸς ὑποδεσμίδας, L. de liquidorum vsu, 3. p. 445. Tom. VI. Oper. Galeni. H.

z. *Vt diximus*) Caput 6. lib. XXIV. Dalec.

Vt) Lib. XXIV. 19. et XXVIII. 14. Cels. Corn. III. 22. *Quod si mali plus est, et vera phthisis est ... opus est, si vires patiuntur longa nauigatione, caeli mutatione, sic vt densius quam id est, ex quo discedit aeger, petatur. Ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur, etc.* H.

a. *Aut*) Plin. Iun. V. ep. 19. *Dum Zosimus*, inquit, *libertus meus intente instanterque pronunciat, sanguinem reiecit, atque ob hoc in Aegyptum missus a me, post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper. H.*

b. *Annaeum*) Iunium Annaeum Gallionem, Senecae philosophi fratrem, cuius mentio apud Tacitum Annal. XV. p. 265. Quo anno Consulatum gesserit, nam in Consulum Fastis non censetur, obscurum est. H.

c. *Neque enim Aegyptus propter se petitur*) Plinius tamen Secundus lib. V Ep. quendam sanguinem reiicientem in Aegyptum se missise refert in caelo illo potius quam in nauigatione spem habens. Brod. cap. 25. lib.

propter se petitur, sed propter longinquitatem nauigandi. Quin et vomitiones ipsae instabili *d.* volutatione commotae plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris *e.* medentur, omnibusque, propter quae elleborum bibitur. Aquam *f.* vero maris per [1] se efficaciorem discutiendis tumoribus putant Medici, si *g.* illa [2] decoquatur *h.* hordeacea farina [3] ad parotidas. Emplastris *i.* etiam, maxime *k.* albis, et malagmatis miscent. Prodest *l.* et infusa crebro *m.* ictu. Bibitur *n.* quoque, quamuis non *o.* sine iniuria stomachi, ad purganda corpora, bilemque atram, aut sanguinem con-

1. *sese. Cb.* 2. *decoquitur. Cb.* 3. *et ad parot. V.*

lib. VI. Vide Celsum c. 22. lib. III. Aurelianum c. 14. lib. I. tard. Dal.

d. Instabili) Nauis, qua vehimur, agitatione. H.

e. Pectoris) Hippocrat. aphor. 14. lib. IV. Dal.

f. Aquam) Plin. Val. III. 47. H.

g. Si) Diosc. V. 19. et Marc. Emp. XV. pag. 107. Hard.

h. Decoquatur hordeacea farina) Dioscor. miscetur cataplasmatis ex hordeacea farina. Dal.

i. Emplastris) Diosc. l. c. Hard.

k. Maxime albis) Quoniam aquae marinae salsugo maxime dealbat omnia, praecipue ceram. Dal.

l. Prodest) Ad tumores nimirum, ac parotidas, ad cetera quae mollienda sunt ac discutienda. Crebro ictu, hoc est, crebris, vt loquitur Cael. Aurel. II. 3. *aquarum supercadentium illisionibus, quas Graeci κατακλυσμὸν vocant.* Et I. 4. *Aquarum illisio est, qua patientes partes percussae mutari coguntur.* Itemque IV. 7. *Aquarum illisio patientibus locis, quam Graeci κατακλυσμὸν vocant.* Nugantur qui, *cerebro icto* hic reponunt, inuitis etiam MSS. Hard.

m. Crebro ictu) Leg. *cerebro icto.* Galeno sub finem lib. VI. meth. in vulneribus capitis membranae valentissima remedia, sustinent Dal.

n. Bibitur) Diosc. fere totidem verbis l. c. Hard.

o. Non) Quem corrodit. Diosc. H.

cretum reddendum alterutra *p.* parte. Quidam [1] et in quartanis dedere eam bibendam, et *q.* in tenesmis [2] articulariisque morbis asseruatam, et *s.* in hoc vetustate virus deponentem. Aliqui *t.* [3] decoctam, omnes ex alto haustam, nullaque dulcium mixtura corruptam, in vsu praecedere vomitum volunt. Tunc *v.* quoque acetum aut vinum [4] aqua miscent. Qui *x.* [5] puram dedere, raphanos

1. sic ex MSS. H. et Ch. quartanis. Gr. et Al. 2. sic ex MSS. H. articularibusque. Gr. et Alii. 3. praecoctam. Diosc. 4. aquae. V. ex aqua Ch. 5. sic et Ch. parum. Gr. et Al.

p. Alterutra) Superne, vel inferne: vomitu, aut per aluum. H.

q. Et) Marc. Emp. cap. 29. p. 203. Plin. Val. II. 24. cui titulus, *Ad tenesmum: Aqua marina*, inquit, *ex alto hauritur, seruaturque, vt vetustate vires accipiat: postea bibitur cum vino et aceto, vomitu praecedente. H.*

r. Articulariisque) Cels. IV. 24. *de articulorum doloribus in manibus, pedibusque. Aquam marinam, vel muriam duram feruefacere oportet: deinde in peluem coniicere: et quum iam homo pati potest, pedes demittere, etc. H.*

s. Et in hoc vetustate virus deponentem) Sincera et sine potabili aqua si reponatur virus exuit. Sunt qui praecoctam recondant. Dioscor. Dal.

t. Aliqui) Cels. II. 12. de eiectione: *Tunc immittenda in aluum est, si leui medicina contenti sumus pura aqua: si paulo valentiori, mulsa ... Acris autem est marina aqua, vel alia sale adiecto: atque vtraque decocta commodior est.* Hard.

v. Tunc) Q. Serenus c. de quartana, p. 157. *Prodest et potus, sed mulsus Doridis humor.* Hard.

x. Qui) Vide N. et Em. N. XIV. (hic pos.) *Qui*) Sic libri omnes MSS. quos vidimus cum Ch. et Parmensi editione. Frobenius, et omnes deinde eum sequuti, *qui parum* ediderunt. Haud recte. Pura hic aqua intelligitur, quae per se et sola datur, hoc est, quae nulla sit dulcium mixtura corrupta. Sic Plin. Val. II. 24. *Ad tenesmum: Aliqui vero,*

nos supermandi ex mulso aceto iubent, [1] vt *y.* ad vomitiones reuocent. Clysteribus *z.* quoque marinam infundunt tepefactam. Testium *a.* quidem tumori fouendo non aliud praeferuntur. Item *b.* pernionum vitio ante hulcera. Simili *c.* modo pruritibus, psoris, et lichenum curationi. Lendes *d.* quoque et tetra capitis animalia [2] hac curantur: et *e.* liuentia reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus post marinam aceto calido fouere

1. vt vomitiones. V. *2. haec necat. V.*

vero, inquit, *aquam marinam per se dant, sed raphanos supermandi iubent ex mulsa et aceto, vt vomatur.* Sic puram aquam Cels. II. 12. mulsae opponit, et ei in qua fenum Graecum, vel malua decocta sit. H.

y. Vt) Vt sit vomitus facilior, qui tenesmi causas effundat, inquit Marc. Emp. 26. p. 203. H.

z. Clysteribus) Deiectionibus mouendis. Diosc. D.

Clysteribus) Marc. Emp. 27. p. 196. *Torminosis saluberrime aqua marina per clysterem infundetur, si molestia diutina fuerit.* Plin. Val. II. 25. *Aqua marina calida clysterio infunditur:* Denique Diosc. V. 19. Πρὸς τὰ κενώματα ἐνιέμενον, χλιαρὸν, καὶ πρὸς ςρόφους θερμόν. *Ad mouendas deiectiones tepefacta clysteribus infunditur: ad tormina vero calens.* H.

a. Testium quidem tumori fouendo) Si et flatuosus, vel serosus. Dal.

Testium) Q. Serenus, c. 37. p. 149. *Et tumidos testes Nereia lympha coercet.* Marc. Emp. c. 33. p. 228. *Testiculi tumentes aqua marina rationabiliter fouentur.* Sic etiam Theod. Prisc. I. 25. H.

b. Item) Diosc. totidem verbis V. 19. Ἀρμόζον χιμέτλοις πρὸ τοῦ ἑλκωθῆναι. Theod Prisc. I. c. 28, de pernionibus. *Pernionibus, qui cum pruritu sunt, aquae marinae fotus satis prodest. H.*

c. Simili) Diosc. item: ψώρας τὲ καὶ κνησμῶν, καὶ λειχήνων, etc. H.

d. Lendes) Plin. Val. I. 4. *Lendes et alia capitis tetra animalia quae nocent, lotione aquae marinae necantur.* Q. Serenus c. 6. de phthiriasi arcenda, pag. 128. *Vnda maris lendes capiti deducit iniquas, Et quidquid crebri defendit silua capilli.* Hard.

e. Et) Dioscor. l. c. H.

fouere plurimum prodeſt. Quin *f.* et ad ictus venenatos ſalutaris intellgitur, vt *g.* phalangiorum et ſcorpionum: et ptyade *h.* aſpide [1] reſperſis. Calida autem in his [2] aſſumitur. Suffitur *i.* eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina *k.* quoque et choleram [3] calida infuſa clyſteribus ſedat. Difficilius perfrigeſcunt marina calefacti. Mammas *l.* [4] ſororiantes, praecordia, maciemque *m.* corpo-

1. *reſperſus. Ch. reſperſis ſi quis in calidam deſcendat. Dioſc.* 2. *aditur. Ex Dioſc.* 3. *calefacta. Ch. tepefacta. Dioſc.* 4. *rigentes. V.*

f. Quin et ad ictus venenatos ſalutaris intelligitur) Qui refrigerationem et tremorem afferunt. Dioſc. Dal.

Quin) Dioſc. l. c. Καὶ πρὸς τὰ τῶν θηρίων δήγματα, ὅσα τρόμους καὶ ψυγμοὺς φέρει, μάλιςα δὲ σκορπίων, καὶ φαλαγγίων, καὶ ἀσπίδων. *Salutaris quoque eſt ad venenatorum morſus ictuſue, quae quidem tremores perfrictioneſque inferunt: maxime vero ſcorpionum, phalangiorum, aſpidumque.* Hard.

g. Vt phalangiorum et ſcorpionum) Morſos a cane rabido Septentrionalis maris accolae cum ter ſub fluctibus demerſerunt, a rabie tutos eſſe putant. Dal.

h. Ptyade) Πτυὰς, hoc eſt, ſputatrix: ſpecies quaedam aſpidis eſt, cuius et Aegineta meminit: ab inſpuendo corporibus veneno, nomen traxit. H.

i. Suffitur) Calefactae vapor excipitur. Dioſc. l. c. de aqua marina: Ὑπατμιζόμενον δὲ θερμὸν ὑδρωπικοὺς, κεφαλαλγίας, καὶ δυσηκοΐας παρηγορεῖ. H.

k. Tormina) Dioſc. l. c. vt iam diximus. H.

l. Mammas ſororiantes) Ob nimium incrementum demiſſas, et mutuo coniunctas: lactis abundantia ſic diſtentas, vt mutuo ſe contingant, et tanquam ſorores oſculentur. Plautus in Fribularia, apud Feſtum, Feminas ea mammarum deformitate indecoras ὑπερμαζᾶν ait Syneſius, μαςὸς σπαργῶντας. Dioſc. Dal.

Mammas) Feſtus: *Sororiare mammae dicuntur puellarum, quum primum tumeſcunt, vt fraterculare puerorum Plautus in Frivolaria: Tum papillae plurimum Sororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.* Dioſc. V. 19. μαςῶν σπαργώντων, *mammas nimio lacte turgentes.* H.

corporis piscinae maris corrigunt. Aurium *n.* grauitatem, capitis dolores, cum aceto feruentium vapor. Rubiginem ferro marinae celerrime exterunt. Pecorum quoque scabiem sanant, lanasque emolliunt.

XXXIV. Nec ignoro, haec mediterraneis [1] superuacua videri posse. Verum et hoc cura prouidit, inuenta *o.* ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum, si plus quam [2] sextarius salis in *p.* quatuor aquae sextarios mergatur; vinci aquam, salemque non liquari. Cetero sextarius salis cum quatuor aquae sextariis, salsissimi *pp.* maris vim et naturam implet. Moderatissi-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. superuacanea Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. sextarium salis in Ch. cum quatuor aquae sextariis Gr. et Alii.*

m. Maciemque) Hoc verborum ambitu phthisin intelligit, siue tabem, et malum corporis habitum. Diosc. l. c. Καὶ ταῖς χρονίαις καχεξίαις τοῦ σώματος... ὠφέλιμον τὸ δι' αὐτοῦ λουτρόν. H.

n. Aurium) Diosc. supra citatus. H.

o. Inuenta ratione qua sibi quisque aquam maris faceret) Muria veteribus fuit ὠμετέρα, crudior, quam lib. I. Gynaeceion Hippocrates γλυκείην vocat, nempe minus salsa. Altera εὔκρατος, matura Columellae, iusto salis pondere confecta. Maturitatis indicium est Gal. lib. IV. Simp. quod ouum innatet. Tertia ἄκρατος Archigeni l. 1. κατὰ τόπους in remediis quae phthéiria si conueniunt δεινῶς ἁλμυρὰ Galeno supra citato loco, dura Celso lib. IV. c. 9 meraca, vehementissime salsa. In eam sal ingestus non liquescit, nec minuitur, sed integer in sporra permanet, Galeno. Verum Columella maturae muriae experimentum id esse dicit, et si caseus dulcis demissus non pessum eat: cum enim caseus innatat, maturitatem suam habet. Dal.

p. Cum quatuor aquae sextariis mergatur) Scribendum, *in quatuor aquae sextarios mergatur*, ex vetere codice. Pint.

pp. Salsissimi maris vim et naturam implet) Adde particulam, *que*; *vimque et naturam*

ratissimum autem putant, supradictam aquae mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita et [1] neruos excalefaciat, et corpus non exasperet.

XXXV. Inueteratur *q.*: [2] et quod vocant thalassomeli, aequis portionibus maris, mellis, imbris: ex alto et ad hunc vsum aduehunt, fictilique [3] vase et picato condunt. Prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione, et sapore grato et odore.

XXXVI. Hydromeli *r.* quoque ex imbre puro cum *f.* melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus [4] vini aegris, veluti innocentiore potu, damnatum iam multis annis, iisdem *t.* vitiis, quibus *v.* vinum, nec iisdem vtilitatibus.

XXXII. [5] Quia saepe nauigantes defectu aquae dulcis laborant, haec quoque subsidia demonstrabimus. Expansa circa nauim vellera madescunt accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur: Item *x.* demissae reticulis [6] in mare concauae e cera pilae, vel vasa inania obturata, dulcem intra

1. *sic ex Mss. H. calefaciat Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. inueteratur quod vocatur Gr. et Al.* 3. *vaso. Ch.* 4. *sic ex Mss H. vinum Gr. et Al.* 5. *Et quia. V.* 6. *sic ex Mss. H. et in mari Gr. et Al.*

turam implet, et paulo post, *excalfacit,* non *calfacit.* P.

q. Inueteratur) Haec totidem fere verbis Plin. Val. II. 23. et Dios. V. 20. Θαλασσόμελι δοκεῖ καθαίρειν ἀνδρικῶς etc. H.

r. Hydromeli) Vide quae de eo dicta sunt XIV. 20. et XXII. 51. H.

f. Cum melle temperabatur) Duabus partibus aquae pluuiae veteris, et vna mellis. Diosc. Dalec.

t. Iisdem) Plin. XXII. 61. de hydromelite, seu aqua mulsa: *Longa vetustate transit in vinum ... stomacho inutilissimum, neruisque contrarium.* Damnat et in aegrotantium potu hydromeli Diosc. V. 17. H.

v. Quibus vinum) Neruos enim tentat, ac caput. Dal.

x. Item) Vide quae de Arado et Ormuzia diximus II. 106. H.

tra se colligunt humorem. Nam in terra [1] marina aqua argilla percolata dulcescit. [2] Luxata [3] corpora et hominum et quadrupedum, natando in [4] cuius libeat generis aqua, facillime in artus redeunt. Est et in metu peregrinantium, vt tentent valetudinem aquae ignotae: hoc cauent [5] e balineis egressi statim frigidam *y.* suspectam hauriendo.

XXXVIII. Muscus *z.*, qui in aqua fuerit, podagris illitus prodest: item oleo admixto, talorum dolori tumorique. Spuma [6] aquae affrictu verrucas tollit. Nec *a.* non arena litorum maris, praecipue tenuis [7] et sole candens, in medicina est siccandis *b.* corporibus coopertis hydropicorum, aut rheu-

1. sic ex Mss. H. argilla marina aqua percolata. V. 2. Iacta. Ch. 3. membra. V. 4. sic ex Mss. H. et Ch. cuiuslibet Gr. et Al. 5. a. M. 6. aquae marinae affrictu. V. 7. sic ex Mss. H. sed sole. Ch. et solibus Gr. et Al.

y. Frigidam suspectam hauriendo) Sic enim gustatu protinus vitiosam qualitatem deprehendunt. Dal.

z. Muscus) De musco marino certe Diosc. idem prodit IV. 99. Βρύον θαλάσσιον ... ποιοῦν πρὸς Φλεγμονὰς καὶ ποδάγρας, etc. H.

a. Nec) Totidem verbis Diosc. V. 267. Ἄμμος ἡ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς πυρωθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἐξικμάζει τὰ ὑδερώδη σώματα περιχωννύμενα δίχα κεφαλῆς. *Arena littoralis sole feruefacta hydropicorum corpora resiccat, si caput tenus ea vndique obruantur.* Cael. Aurel. III. 8. Chron. de hydrope: *Item*, inquit. *ex arena littoris Sole ignita torrenda corpora: hiemis vero tempore igne praetorrenda* etc. Theod. Prisc. II. part. 2. c. 19. de hydropicis: *Et de arena calida in litore haec loca* ventris sub vmbilico *detergere, maximum interdum est beneficium*, Cels. III. 21. vbi de aqua inter cutem: *Euocandus est sudor, non exercitatione tantummodo, sed etiam in arena calida, vel laconico, vel clibano*, etc. Graeci hanc curationem παρόπτησιν et Φοινιγμὸν appellant: de qua abunde idem Cael. Aurel. edisserit, Chron. II. 1. de paralysi. H.

rheumatismos sentientium. Et hactenus de aquis: nunc de aquatilibus. Ordiemur autem, vt in reliquis, a principalibus eorum, quae sunt sal et spongia.

XXXIX. (VII.) Sal *c.* omnis, aut *d.* fit, aut gignitur: vtrumque pluribus modis, sed causa gemina, coacto *e.* humore, aut siccato. Siccatur in lacu Tarentino aestiuis solibus, totumque stagnum in salem abit, modicum alioquin, altitudine genua non excedens. Item in Sicilia in lacu qui *f.* Cocanicus vocatur, et alio iuxta Gelam. Horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, vbi largius coquitur, et vsque ad medium lacum. Aliud *g.* etiam in eo mirabile, quod tantumdem [1] nocte subuenit, quantum die auferas. Omnis est talis sal minutus, atque non gleba est. Aliud *h.* genus ex aquis maris sponte gigni-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. noctu Gr. et vulgg.*

b. Siccandis corporibus coopertis hydropicorum) Arena litoris sole ignita, torrenda corpora, inquit Aurelianus. Dalec.

c. Sal) Sal omnis, inquit, aut natiuus est, aut factitius. Natiuus vel in terra, vel extra terram reperitur. Qui in terra est, aut in montibus caeditur, aut foditur in campis, aut ab eorumdem arenis extrahitur. Sal vero qui gignitur extra terram, fontibus, fluuiis, mari, lacubusque continetur. H.

d. Aut) Aut factitius est, aut natiuus. H.

e. Coacto) Densato humore sub terra, vnde effoditur, caediturue, vt mox dicetur. H.

f. Qui) Stagnum Coranicum haud procul ostio Dirilli amnis, latere Siciliae meridionali. Fazellus, Decade I. V. 2. pag. 119. H.

g. Aliud etiam in eo mirabile) Ἁλὸς ἄχνη, Dioscor. cap. 127. lib. V. spumosi salis ramentum, in exiguis petris inuentum, eiusdem cum sale facultatis. Dal.

h. Aliud) Spuma haec salis, seu spuma maris arida est, ἁλὸς ἄχνη dicta Diosc. V. 127. ramentum videlicet, purgamentumue maris spumosum, quod in exilibus petris reperitur, eiusdem

gignitur, ſpuma in extremis littoribus ac ſcopulis relicta. [1] Hic omnis rore denſatur: et eſt acrior qui in ſcopulis inuenitur. Sunt etiamnum naturales differentiae tres. Namque in Bactris duo lacus vaſti, alter ad Scythas verſus, alter ad [2] Arios, ſale [3] exaeſtuant: ſicut ad Citium in Cypro, et circa Memphin, extrahunt [4] e lacu, dein Sole ſiccant. Sed *i.* et ſumma fluminum denſantur in ſalem, amne reliquo veluti ſub gelu fluente, vt apud Caſpias portas, quae ſalis flumina appellantur. Item circa Mardos et Armenios. Praeterea apud Bactros [5] amnes Ochus et [6] Oxus, ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta. Sunt *k.* et in Afric la us, et quidem turbidi, ſalem ferentes. Ferunt quidem et calidi *l.* fontes, ſicut Pegaſaei. Et hactenus habent ſe genera [7] ex aquis ſponte prouenientia. Sunt *m.* et montes natiui ſalis, vt in Indis Oromenus, in quo lapicidinarum *n.* modo caeditur renaſcens:

1. *Haec. V. et mox, quae in ſcop. etc.* 2. *Parios. V.* 3. *aeſtuant. Gr. et Al.* 4. *ſic ex Mſs. H et Ch. extrahunt lacu Gr. et Al.* 5. *ſic ex Mſs. H amnis Gr. et Al.* 6. *Iaxartes V. et ipſe Plinius in Geogr.* 7. *ex his appoſ. Ch.*

dem cum ſale facultatis, ἐπίψηγμα ἁλὸς ἀφρώδους εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν πετριδίων, etc. Vide Agricol. de nat. foſſil. III. pag. 208. Hard.

i. Sed) Amnium, lacuum, fontiumque ſalſorum elenchum vide apud Agricolam, de natura eorum, quae effluunt e terra I. pag. 99. Hard.

k. Sunt et in Africa lacus) Eſt et prope Carcaſſonem, vulgo *Marſonnette.* Dal.

l. Calidi fontes) Talis et fons in vico Monſpeſſuli vicino, quem incolae vocant *Balerve.* Dal.

m. Sunt) Exſcripſit hunc locum Iſidorus Origg XVI. 2. Caeditur hodieque copioſus in Carpatho Hungariae monte, aliiſque quos Agricola recenſet de nat. Foſſ. III. p. 207. H.

n. Lapicidinarum modo caeditur) *Lapidicinarum*, in vetuſto exemplari, non *lapicidinarum.* Pint.

cens: maiusque *o.* regum vectigal ex eo, quam [1] ex auro est atque margaritis. Effoditur *p.* et e terra, vt palam est, humore densato, in Cappadocia. Ibi quidem caeditur specularium lapidum modo. Pondus magnum glebis, quas micas vulgus appellat. [2] Gerrhis *q.* Arabiae oppido muros domosque

1. *sic ex Mss. H. et Ch. ex eo est quam ex auro atque. Gr. et Al.* 2. *Carrhis Arabiae. Gr. et Al.*

o. Maiusque regum vectigal ex eo est quam ex auro atque) Voss. et Chiflet. *quam ex auro est atque.* Scribe: *maiusque regum vectigal ex eo quam ex auro est atque margaritis.* Gron.

p. Effoditur) Etiamnum ad secundum a Cracouia Poloniae lapidem, aliisque in locis, effodi salem, Agricola refert l. c. H.

q. Gerrhis) Vide N. et Em. N. XV. (hic pos.) *Gerrhis*) Libri omnes hactenus editi habent, *Carrhis Arabiae*, quae vrbs illa est videlicet, Crassi clade nobilis. In R. I. *Garrhis.* Nos *Gerrhis* rescripsimus, quod oppidi nomen in littore Arabiae Felicis, qua Soli oriente obuertitur, alluiturque. Persico sinu. Qua emendatione certior esse nulla potest. Auctor enim Strabo XVI. pag. 166. Γέῤῥα Χαλδαίων φυγάδων ἐκ Βαβυλῶνος οἰκούντων τὴν ἁλμυρίδα, καὶ ἐχόντων ἁλίνας τὰς οἰκίας, ἃς ἐπειδὰν λεπίδες τῶν ἁλῶν ἀφιςάμεναι κατὰ τὴν ἐπίκαυσιν τὴν ἐκ τῶν ἡλίων, συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταῤῥαίνοντες ὕδασι πυκνὰ τοὺς τοίχους συνέχουσι. Διέχει δὲ τῆς θαλάττης διακοσίους ςαδίους ἡ πόλις, etc. *Gerrha, quam Chaldaei tenent Babylonia extorres, loca salsa et domos ex sale factas habitantes: has cum salis squamae propter solis ardorem abscedentes continuo cadant, crebro aquis adspergunt, atque eo pacto continuitatem parietum tutantur. Haec vrbs stadiis CC a mari distat.* Plinius ipse in Geogr. VI. 32. *Sinus Gerraicus Gorra quinque mill. pass. amplitudine, turres habet ex salis quadratis molibus.* Quin et tota hodie insula, quae *Ormuz* dicitur, nec abest longissime ab eo littore, nihil est praeter durum candidumque salem, ex quo ipsae conficiuntur aedes, vt diximus II. 104. Isidor. Origg. XVI. 2. hunc Plinii locum exscribens, oppidi nomen praetermisit. H.

que maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminantes *r.* Inuenit et iuxta Peluſium Ptolemaeus rex, quum caſtra faceret. Quo exemplo poſtea inter Aegyptum et Arabiam, etiam ſqualentibus locis, coeptus eſt inueniri, detractis arenis: qualiter *ſ.* et per Africae ſitientia vſque ad Hammonis [1] oraculum. Is quidem creſcens *t.* cum Luna noctibus. Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Hammoniaco *v.* et ipſo, quia ſub arenis inueniatur, appellato. Similis eſt [2] colore alumini, quod ſchiſton vocant, longis glebis, neque perlucidis, ingratus ſapore, ſed medicinae vtilis. Probatur *x.* quam maxime perſpicuus, rectis [3] ſciſſuris. Inſigne de eo proditur, quod leuiſſimus intra ſpecus ſuos, in lucem [4] vniuerſam prolatus, vix credibili pondere ingraueſcat. Cauſa euidens, cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuuante molientes, vt *y.* adiuuant aquae. Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellauimus, nec non et Cyprio mire ſimili. In *z.* Hiſpania quoque citerio-

Rr 2 re

1. oraculum, is quidem. V. 2. *corpore. V.* 3. *ſegmentis* ὀρθείας διαφύσεις ἔχων. *Dioſc.* 4. *vniuerſi. V.*

r. Ferruminantes) Conglutinantes adſperſione aquae, quae mox in ſalem concreſcat H.

ſ. Qualiter) Iiſdem verbis Iſid. Origg. XVI. 2. Plin. ipſe V. 5. *Domos ſale montibus ſuis exciſo, ceu lapide, conſtruunt.* H.

t. Creſcens) Ex humore ſpiſſato, quem interdiu feruidus ſol non abſumpſit. D.

v. Hammoniaco) Non igitur ab Hammone, ſed παρὰ τῆς ἄμμου, ab arena nomen. Gallice, *Sel Armoniac.* H.

x. Probatur) Dioſc. V. 126. Ἀμμωνιακὸν τῷ γένει, εὔσχιςόν τε καὶ εὐθείας τὰς διαφύσεις ἔχον. *Hammoniacum natione, quod quidem et findi facile poteſt, et rectis eſt ſciſſuris.* H.

y. Vt) Quae iniecta pondera geſtitant, et nobis ea mouere conantibus leuia praebent. H.

Adiuuant aquae) Quae iniecta grauia geſtant, et nobis mouere conantibus leuia praebent. Dal.

z. In) Solin 23, pag. 43. de Hiſpania: *non coquunt ibi*

re Egelaſtae caeditur, glebis paene tranſlucentibus, cui iam pridem palma a pleriſque Medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur [1] ſal, ſterilis eſt, nihilque gignit: et *a.* in totum ſponte naſcens [2] intra haec eſt. Factitii varia genera. Vulgaris plurimuſque in ſalinis, mari adfuſo, non *b.* ſine aquae dulcis riguis, ſed imbre maxime iuuante, ac ſuper omnia Sole multo, non aliter inareſcens. Africa circa Vticam conſtruit aceruos ſalis ad collium ſpeciem: qui vbi Sole Lunaque induruere, nullo humore liqueſcunt, vixque etiam ferro caeduntur. Fit tamen et in Creta ſine *c.* riguis, in ſalinas mare infundentibus: et circa Aegyptum, ipſo *d.* mari influente in ſolum (vt credo) Nilo *e.* ſuccoſum. Ft et e puteis in ſalinas ingeſtis. Prima *f.* denſatio Babylone in bitumen

1. *ſal ſponte naſcens, ſterilis eſt, nihilque gignit in totum. Sunt inter haec factitii. V. M.* 2. *ſic ex Mss. H. inter Gr. et Al.*

ibi ſales, ſed effodiunt. Gellius II. 22. ex Catone: *Eſt in his regionibus mons ex ſale mero magnus: quantum demas, tantum adcreſcit.* Sic etiam Iſidorus Origg. XVI. 2. Huc lepide Sidonius alluſit IX. ep. 12. *Venit in noſtras a te profecta pagina manus, quae trahit multam ſimilitudinem de ſale Hiſpano, in iugis caeſo Tarraconenſibus; nam recenſenti lucida et ſalſa eſt.* H.

a. Et in totum ſponte naſcens inter haec eſt) Scribe, *intra haec eſt.* ex antiquo codice. Pint.

Et) Et omnino haec ſunt natiui ſalis genera. H.

b. Non ſine aquae dulcis riguis) Monſpeſſuli ex ſola maris aqua conficitur, ſed imbre cadente citius ſpiſſatur, dum imber non abluat diutius, ſic enim liquatur. Dalec.

c. Sine) Sine mixtura aquae dulcis, ſola marina aqua adfuſa in ſalinas. H.

d. Ipſo) Ipſum mare, inquit, ſua vi influens in Aegypti ſolum, abit in ſalem. Hard.

e. Nilo) Nilo aquis nitroſis irrigatum. H.

f. Prima) Aqua e puteis Babylone hauſta et in ſalinas ingeſta primum denſatur in bitumen, etc. H.

men liquidum cogitur, oleo ſimile, quo et in lucernis vtuntur: hoc detracto ſubeſt [1] ſal. Et in Cappadocia e puteis ac fonte aquam in ſalinas ingerunt. In *g.* Chaonia excoquunt aquam ex fonte, refrigerandoque ſalem faciunt inertem, [2] nec candidum. Galliae Germaniaeque ardentibus *h.* lignis aquam *i.* ſalſam infundunt.

XL. Hiſpaniae quadam ſui parte e puteis *k.* hauriunt, muriam *l.* appellant: et illi quidem etiam lignum referre arbitrantur. Quercus optima, vt quae per ſe cinere ſincero vim ſalis reddat: alibi corylus laudatur: ita infuſo liquore ſalſo carbo etiam in ſalem vertitur. [3] Quicumque ligno [4] confit ſal, niger eſt. Apud Theophraſtum inuenio, [5] Vmbros *m.* arundinis et iunci cinerem decoquere

 aqua

1. ſal, et in Cappadociae puteis, ac fonte, quem in ſalinas ingerunt. M. 2. ſed. V. 3. Qui e ligno. M. 4. conficitur. V. 5. Imbrios. Gr. et Al.

g. In) Vide N. et Em. N. XVI. (hic poſ.) *In*) Sic libri omnes etiam manu exarati, quos vidimus. Dalecampius tamen ex neſcio quo veteri exemplari, affert, *ſed candidum*, contraria plane ſententia non modo menti ſcriptoris, ſed et Philoſophi, a quo is accepit, Meteorol. II. pag. 558. vbi de Chaonio illo ſale diſputans, *εἰσὶ δὲ τὴν δύναμιν*, inquit, *ἀσθενέςεροι τῶν ἄλλων· καὶ πλείους ἡδύνουσιν ἐμβληθέντες καὶ τὴν χρόαν οὐχ ὁμοίως λευκοί. Hoc genus ſalis imbecilliorem quam cetera virtutem obtinet largiuſque adhibitum guſtum ingerit ſuauem: calore item non aeque candido exſiſtit.* Hard.

h. Ardentibus) Salis ita conficiendi rationem Agricola edocet de re met. XII. pag. 450. H.

i. Aquam ſalſam infundunt) Maris, vt nitroſos et ſalſos cineres eluant. Dal.

k. E puteis) Aquam ſalſam, quam lignis infundant. Hard.

l. Muriam appellant) Vulgo apud Sequanos, *Mure* et *Murette*. Dal.

m. Vmbros) Vide N. et Em. N. XVII. (hic coll.) *Apud*) Sane Vmbros vetuſta omnia exemplaria referunt, vt ipſe fatetur Hermolaus, R. 1. 2. Colb. etc. vt

aqua ſolitos, donec exiguum ſupereſſet humoris *n.* Quin *o.* et e muria ſalſamentorum recoquitur, iterumque conſumpto liquore ad naturam ſuam redit: vulgo *p.* e maenis iucundiſſimus.

XLI. Marinorum *q.* maxime laudatur Cyprius a Salamine: [1] de ſtagnis Tarentinus, ac *r.* Phrygius, [2] qui *s.* Tattaeus vocatur. Hi duo oculis vtiles. [3] A Cappadocia vero [4] qui *t.* in laterculis affer-

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. at e ſtagnis. Gr. et Al.* 2. *qui Tacteus. Ch.* 3. *E. Ch.* 4. *qui in vtriculis affert. V.*

vt mirari ſubeat cur libri omnes editi *Imbros* vel *Imbrios* exhibeant, vt de Imbro Thraciae inſula id intelligatur, quod de Vmbris, Italiae populis accipiendum eſt. Teſtis Ariſtot. Meteorol. II. 3. pag. 558. Τοιοῦτον δ' ἕτερον γίνεται καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς. ἐςὶ γάρ τις τόπος ἐν ᾧ πεφύκασι κάλαμος καὶ σχοῖνος. Τούτων οὖν κατακαίουσι, καὶ τὴν τέφραν ἐμβάλλοντες εἰς ὕδωρ ἀφέψουσιν· ὅταν δὲ λίπωσί τι τοῦ ὕδατος, τοῦτο ψυχθὲν, ἁλῶν γίνεται πλῆθος. *Aliud huic rei proximum mbri moliuntur: Quemdam enim locum habent, in quo arundines et iunci enaſcuntur, quorum cinerem decoquere aqua ſoliti ſunt, donec exiguum ſuperſit humoris: qui vbi refrixit, in ſalis copiam ſolet euadere.* H.

n. Humoris) Quem longiore coctura in ſalem denſarent. Dal.

o. Quin) Muria ſalſugo eſt, in qua ſalſamenta innatant, hoc eſt, piſces, ceteraque id genus, quae ſale condiuntur, ad diuturnum vſum; *la Saumûre.* H.

p. Vulgo) E maenis ſale conditis, ſalſugine ſeu muria decocta, iucundiſſimus ſal eximitur. H.

q. Marinorum) Dioſc. V. 126. H.

r. Ac) Dioſc. l. c. Ἐν τοῖς λεγομένοις δὲ καὶ τὰ λιμναῖα προκριτέον· εὐτονώτατον δὲ αὐτοῦ ἐςὶ τὸ Φρύγιον, καλούμενον δὲ Ταττaῖον. Hard.

s. Qui Tattaeus vocatur) Straboni lib. XII. poſt Galatiam Auſtrum verſus lacus eſt nomine Tatra, Cappadociae maiori vicinus, iuxta Morimenos in Phrygia maiori. Dal.

t. Qui in laterculis affertur) Minutus, qui in lacu ſiccatur. Dal.

Qui)

fertur, cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extendit is, quem Citieum *v.* appellauimus. Itemque a partu ventrem eo cum melanthio [1] illinunt. Salsissimus [2] sal qui siccissimus: suauissimus omnium Tarentinus atque candidissimus: et de cetero fragilis, qui maxime candidus. Pluuia dulcescit omnis. Suauiorem tamen rores faciunt: sed copiosum Aquilonis flatus. Austro non nascitur. Flos *x.* salis non fit, nisi Aquilonibus. In *y.* igne nec crepitat, nec exsilit Tragasaeus *z.*, neque [3] Acan-

Rr 4 thius

1. *sic ex Mss. H. et Ch. illiniunt. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. H. sal qui siccissim. M. et Ch. sal siccissimus. Gr. et Alii.* 3. *Cantis. Ch.*

Qui) Tubulis e laterculo coctili, aut simili vase. Ita MSS. omnes. H.

v. Citieum) Sect. 39. H.

x. Flos) Sic appellabant tenuissimum, fauillae instar, leuissimum, candidissimumque salem: De eo inferius, s. 42. Neque is porro, neque omnino vllus sal minutatim dissolutus in igne crepitat, aut exsilit. Vide Agricolam de nat. fossil. III. p. 209. H.

y. In igne nec crepitat, nec exilit) Legend. *In igne nec crepitat Tragasaeus, neque Acanthius ab oppido appellatus: nec vllius spuma, aut ad ramenta tenuis.* at quid aliud salis ramentum, nisi sal tenue. *Salmas.* 116.

In) Isidor. Origg. XVI. 2. Sali Tragasaeo in Troade tributum impositum scribit Athen. III. 73. Strabo XIII. p. 605. eodem in tractu, haud procul Hamaxito, de quo V. 33. diximus, salinas Tragesaeas locat: Τὸ Τραγεσαῖον ἁλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἐτησίαις πηγνύμενον πρὸς Ἀμαξίτῳ, *vbi sal sponte sua cogitur spirantibus Etesiis.* Consentit etiam Galenus de fac. simp. med. XI. 2. p. 316. In R. 1. *Tragasaeus.* In. R. 2. *Tragesaeus.* Errat Stephanus, qui Tragasas, et Tragasaeum salem in Epiro locat. Hard.

z *Tragasaeus*) A Tragasa Epiri, Acanthius ab Acantho Macedoniae vrbibus. Tragasae, Stephano in Epiro locus, ab Tragaso dictus, cuius Neptunus fecit mentionem, vt ibi in Halsio campo sal nasceretur. Est et apud Athenaeum in Troade sal Tragasaeus, cui cum

thius *a.* ab oppido appellatus: nec *b.* vllius ſpuma, aut ramentum: aut [1] tenuis. [2] Agrigentinus *c.* ignium *d.* patiens, ex aqua exſilit. Sunt et colorum differentiae. [3] Ruber *e.* Memphi, rufus eſt circa Oxum. [4] Centuripis *f.* purpureus. Circa *g.* Gelam in eadem Sicilia tanti *h.* ſplendoris, vt imagi-

1. *taenia. V.* 2. *Auguſt. lib. XXI. de ciuit. Dei, cap.* 5. *et* 7. *Iac. Cell.* 3. *Rubei Ch.* 4. *Centum ripis. Ch.*

cum vectigal Lyſimachus impoſuiſſet, euanuit, et vectigali mox ſublato succreuit rurſum. Rhod c. 12. lib. IX. Hadrian. Iunius cap. 9. lib. III. eamdem hiſtoriam recitat, et multas praeterea eiuſdem argumenti. Dal.

a. Acanthius) Ab Acantho Macedoniae oppido, de quo dictum eſt IV. 17. H.

b. Nec vllius ſpuma, aut ramentum) *Nec vllus ex ſpuma aut ramento*, in vetere codice Pint.

Nec) Subintellige, ſalis. Vide Agricolam loco proxime citato. H.

c. Agrigentinus) Solini paraphraſis c. 5. p. 20. *Salem Agrigentinum ſi igni iunxeris, diſſoluitur vſtione: cui ſi liquor aquae proximauerit, crepitat veluti torreatur.* Futilis Meurſii coniectura in Antigonum, p. 188. vt inde intelligitur, qui legi ſuadet, *Agrigentinus ignium impatiens.* Ignium patiens dicitur, qui in igne non crepitat, nec exſilit. Auguſtin. de ciu. Dei XXI. 5. et 7. *Agrigentinum ſalem ait, quum fuerit admotus igni, velut in aqua flueſcere: quum vero aquae, velut in igne crepitare H.*.

d. Igniumpatiens) In igne non crepitans. Cur ſal crepitet, vide apud Ariſtot. Probl. 42. et 43. Sect 11. Dal.

e. Ruber) Iſidor. Origg. XVI. 2. H.

f. Centuripis) Iſid. l. cit. Hard.

g. Circa) Iſid. l. c. Hard.

h. Tanti ſplendoris, vt imaginem recipiat) Sic Voſſ. ſic Academicus, ſic Gudianus, ſic Menapius, non plus minuſue litera. Itaque maliem temperaſſe Salmaſium ad Solinum pag. 116. ſcribere, corrupte in omnibus libris Plinian. legi, *vti magnitudinem recipiat*: temperaſſe inde conjicere, *vt imaginum ſimilitudinem recipiat.* Sane in Andegav. et mihi occurrit: *vti magnitudinem recipiat*: ſed id detrahendo, non addendo erat curandum. Librarius, qui male

imaginem recipiat. In *i.* Cappadocia [1] croceus effoditur, translucidus et odoratissimus. Ad medicinae vsus, antiqui Tarentinum maxime laudabant. Ab hoc quemcumque e marinis: ex eo genere spumeum *k.* praecipue. Iumentorum *l.* vero et boum oculis *m.*, Tragasaeum et Baeticum. Ad obsonium, et cibum vtilior, quisquis facile liquescit: item humidior: minorem enim amaritudinem habent, vt Atticus et Euboicus. Seruandis carnibus aptior acer et siccus, vt Megaricus. Conditur etiam odoribus [2] additis, et pulmentarii vicem implet, excitans *n.* auiditatem, inuitansque in omnibus cibis, ita *o.* vt sit peculiaris ex eo intellectus inter *p.* innumera condimenta. [3] Ita *q.*

Rr 5 est

1. *crocinus. Ch.* 2. *sic ex MSS. H. et V. additus. Gr. et Alii.* 3. *Iterum. in mandendo. Ch.*

male acceperat et fecerat, *vti*, ex *maginem*, quod sine sensu erat, fecit *magnitudinem.* Gr.

i. In) Sic Isidor l. c. At Solinus, c. 5. p. 220. *in Pachyno adeo splendidus et lucidus, vt imagines reddat.* Quo id auctore prodat, incertum. In MSS. et apud Isidor. *crocinus.* H.

k. Spumeum) Leuem et veluti pumicosum, ac fistulosum spongiae modo, aut marinae spumae. Dal.

Spumeum) Spumam maris intelligit, seu spumam salis, vt iuniores aiunt, de qua Diosc. II. 127. H.

l. Iumentorum) Et hominum similiter oculis Plin. Val. adhibet, I. 18. *Sal frixum*, inquit, *tritum, admixto melle Attico inunges, et caliginem tollit.* H.

m. Oculis) Caligantibus, maculosis, vngue impeditis. Dal.

n. Excitans) Expressit hoc ipsum carmine Huetius in poematio de sale: *Pulsa fames, et amor salibus reuocatur edendi, Obtusoque abeunt, fastidia longa palato.* Hard.

o. Ita) Ita vt in omnibus condimentis vis eius peculiariter sentiatur. Idcirco et in gari esu imprimis quaeritur H.

p. Inter innumera condimenta) Plutarch. condimentum condimentorum vocat, vt mox dicetur. Dal.

q. Ita)

est in mandendo [1] quaesitus garo. Quin *r.* et pecudes armentaque et iumenta sale maxime sollicitantur ad pastum, multo *s.* largiore lacte, multoque gratiore etiam in caseo dote. Ergo *t.* hercule vita humanior sine sale [2] non quit degere: adeoque necessarium elementum est, vt *v.* transierit intel-

1. *quaesitum garum. Ch.* 2. *sic ex MSS. H. nequit. Gr. et Alii.*

q. Ita) MSS. R. 2. et Ch. *Iterum in mandendo.* H.

r. Quin) Vide quae dicturi sumus inferius, sub finem s. 44. H.

s. Multo) Arist. H. A. VIII. 13. p. 909. et Isidor. Origg. XVI. 2. Neque id Virgilium latuit Georg. III. ita canentem: *At cui lactis amor, cytisum, lotosque frequentes Ipse manu, salsasque ferat praesepibus herbas: Hinc et amant fluuios magis, et magis vbera tendunt, Et salis occultum referunt in lacte saporem:* Nec minus eleganter idem Huetius: *Ipse fouens molles clausis praesepibus agnos, matribus vpilio sparsas sale praebuit herbas: Praebuit, atque noua vidit pinguedine laetos In spem lanigerae fetui adolescere gentis, Plenaque spumanti retulit mulctralia lacte.* H.

t. Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere) Vossiani tres, *hercules.* tum Opt. et Andeg *non quit degere.* Et profecto saepe sic maluerunt. lib. VII, 15. *bituminum sequax alioquin ac lenta natura, etc. non quit sibi auelli:* vt correxit Salmasius ad Solin. p. 27. et succinunt quatuor nostri lib. XXXII, 10. *quod in terrestribus volucribusque fieri non quit.* lib. XXXIV, 8. de Apoxyomeno: *mire gratum Tiberio principi. non quiuit temperare sibi in eo.* Sic Vossianus. At Dalecampius, quasi tanti sit, corrigit: *qui nequiuit.* Eodem capite de Apollodoro: *crebro perfecta signa frangentem, dum satiare cupiditatem artis non quit; ideo Insanum cognominatum.* Sic iterum Vossianus. Vulgo, *nequit artis et ideo,* Sed nec copulatiua opus esse ostendit illud Flori lib. II. caput 7. *an idem temporis liberas gentes, ideo impatientes iugi.* Cicero lib. VII. famil. epist. 6. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* Vbi etiam vitiarant. Gron.

v. Vt transierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur) Pro

intellectus ad [1] voluptates animi quoque. Nam *x.* ita sales appellantur: omnisque vitae *y.* lepos et sum-

1. voluptates animique quoque somnia sales, etc. Vetus haec erat lectio. Vide Turn. in Eunuch.

Pro tribus illis dictionibus, *quoque nam ita*, substituo *scommata.* audacter quidem sed forte non infeliciter. P.

Vt) Vt id nomen salis intelligamus transisse etiam ad voluptates animi significandas, *non ad palati tantum gustum.* H.

x. Nam ita sales) Catullus formosam mulierem habendam non putat, quae venustate careat, ac sale, id est, lepore et argutia. Plutarchus lib. V. Sympos. Διὰ τοῦτ' ἴσως, ait καὶ κάλλος γυναικὸς τὸ μήτ' ἀργὸν, μήτ' ἀπίθανον, ἀλλὰ μεμιγμένον χάριτι, καὶ κινητικὸν, ἁλμυρὸν καὶ δριμὺ καλοῦσι. Victorius cap. 13. lib. XII. Salis vsum ante bellum Troianum multis incognitum fuisse, his versibus Homerus iudicat Odys. λ. οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν Ἀνέρες οὐδ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι. Eustathius putat ἄκραν δηλοῦσθαι ἐκείνων ἀνθρώπων οἱ οὐδαμῶς ἅλας οἴδασιν, οὔτε θαλασσίους, οὔτ' ὀρυκτοὺς, οὔτε τοὺς ἄλλοθεν, quod refert et Pausanias in Atticis. Brod. cap. 3. lib. VI. locus est Plauti lepidus in Casina de sene fatuo et infulso, *Non ecastor vilis est emptu modius qui venit salis*: nempe hic salem carum esse oportet, alioqui emeret sibi hic senex tam insulsus, stolidus, ineptus. Dalec.

Nam) Sal enim, vel sales, vrbanitas est, iocus, argutia, lepos. Hinc librorum sales, sal humanitatis, proterui vrbanitae sales, sal dicendi et facetiae, similiaque, quae Latine periti norunt. Vates idem, qui proxime laudatus a nobis, admodum scite: *Denique non nostros commendat gratia mores, Ni fuerint tincti salibus: frigemus inepti: Nullus honos, nulla ingrato sermone venustas: Auersae fugiunt Charites, Venus ipsa facessit, Et formosa suum praecludit nympha cubile. Adde sales verbis, o non indocte poeta, Si quis mansuro speras de carmine famem. H.*

y. Vitae lepos) Homerus salem ideo θεῖον diuinum vocat. Plato in Timaeo diis charissimum, plerique χάριτι. Rhod. caput. 24. lib. XXVII. Catullus, *Nulla in tam magno corpore mica salis.* id est, gratiae, et Veneris, non vt Quintilian. putat, c. 3. lib. VI. ridiculi Plutarch. in

ſumma hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat. Honoribus etiam militiaeque interponitur, ſalariis z. inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, ſicut apparet ex nomine Salariae a. viae, quoniam b. illa [1] ſalem in Sabinos portari conuenerat. Ancus c. Marcius rex ſalis [2] modios ſex mille in d. congiario dedit populo.

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. ſal in S. p. conſuerat. Gr. et Alii.* 2. *ſic ex MSS. H. modia ſex millia. Gr. et Alii.*

in Sympoſ. κινδυνεύουσι γὰρ οἱ ἅλες τῶν ἄλλων. ὄψον εἶναι, καὶ ἥδυσμα, διὸ χάριτας ἔνιοι προσαγορεύουσιν αὐτούς. Brod. cap. 12. lib. VI. Dalec.

z. *Salariis*) Salarii nomine proprie ſignificabatur Tribunorum militarium et ducum annona: forte quod nihil victui magis neceſſarium, quam ſal: vel quod ſalaria percipientes, inde ſe alerent. Ioh. de Ianua. *Salarium; a ſale dicitur, ſalarium, id eſt, ſtipendium, reditus . . . diarium quotidianum, cibarium victus: vnde legitur, quod olim poetae viuebant de communi ſalario, id eſt, ſtipendio.* Idem qui ſupra Huetius: *Temporibus ſale conſtabant ſtipendia priſcis: Hinc et perpetuum meruere Salaria nomen. Priſcae Romulidum plebi, ſanctoque Senatu Munera grata ſalis donauit Marcius Ancus: Primus et inſtituit populo gaudente ſalinas. H.*

a. *Salariae*) Conſentit Verrius Flaccus, qui apud Feſtum *Salariam viam* ait, *incipere a porta quae nunc Collina a colle Quirinali dicitur. Salaria autem*, inquit, *propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, vt ea liceret a mari in Sabinos ſalem portari.* H.

b. *Quoniam illa ſal in Sabinos portari*) Verrius Flaccus apud Feſtum. Dal.

c. *Ancus Marcius rex ſalis modia*) Breuius in ſcripto codice: *Ancus Martius rex modios ſalis in congiario dedit populo. Pint.*

d. *In congiario*) Congiarium populus accipiebat, donarium miles. Dal.

In) Ioh. de Ianua: *Congiarium, id eſt, beneficium, donatio Imperatoris, quod quilibet Imperator fauorem populi captans adiiciebat, vt largior videretur in donis.* Congiarium in nummis Auguſtorum Populo Romano datum ſaepe occurrit, ſed non

pulo, et salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarii vice vsos veteres, auctor est: et [1] salem cum pane esitasse *e*. eos prouerbio *f*. apparet. [2] Maxime tamen in sacris intelligitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola *g*. salsa.

XLII.

1. sic ex MSS. H. et salem cum pane esitasse prouerbio V. Esitasse enim salem cum pane et caseo, vt prouerbio. Gr. et Alii. 2. *Maxima V.*

non ante Neronem. Sub Tito occurrunt imprimis duo: Prior est exquisitissimus integerrimusque, inquit Mediobarbus; T. CAESAR VESPASIANVS PONT. TR. P. COSS. II.)(. CONG. TER. P. R. IMP. MAX. DAT. Titus Caesar in suggesto sedens, stante Dea Liberalitate, dat congiarium: ante suggestum, ciue in alterius sinum largiter effundente. Sic interpretare: CONGiarium TERtium *Populo Romano* IMPensis MAXimis DATum. Alter est eiusdem Titi iam Augusti: IMP. T. CAESAR VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.)(. CONGIAR. TER. P. R. IMPDAT. Aereus est inter Arschotanos Tab. XXIX. nro. IO. Lege: *Congiarium tertium Populo Romano* IMpensis *Propriis* DATum. H.

e. Esitasse enim salem cum pane) Sincerior lectio scripti Codicis, *et sales cum pane esitasse eos prouerbio apparet.* Pint.

Esitasse) Ad hunc morem, et ad hoc prouerbium respexisse Horatius videtur, II. Sat. 2. *Cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.* H.

f. Vt prouerbio apparet) Huc pertinent prouerbia duo. Alterum ἅλα λείχειν, salem lingere. Persius, *Vare regustatum digito terebrare salinum Contentus perages, si cum Ioue viuere pergis;* Alterum ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν, salem et mensam ne praetereas. Vide Erasmum. Dal.

g. Mola salsa) Farre tosto et sale addito, quo hostiae conspergebantur. Molam salsam Homer. Odys. ξ. ἀκτὴν ἀλφίτου vocat hoc versu, Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ· οὐλοχύτην etiam Graeci vocant. Varroni in Aboriginib. mola simpliciter hordeum. *Grunnit,* inquit, *tepido lacte satur, mola*

XLII. Salinarum ſinceritas ſummam fecit ſuam differentiam, [1] quamdam fauilla ſalis, quae leuiſſima ex eo eſt et candidiſſima: appellatur *h.* et flos ſalis, in totum diuerſa res, humidiorisque naturae, et crocei coloris, aut rufi, veluti rubigo ſalis: odore quoque ingrato, [2] ceu gari, diſſentiens a ſale, non modo a ſpuma. [3] Aegyptus *i.* inuenit, videturque Nilo deferri. Et *k.* [4] fontibus tamen quibuſdam innatat. Optimum *l.* ex eo, quod olei quamdam [5] pinguitudinem reddit. Eſt *m.* enim etiam in ſale pinguitudo, quod miremur. Adulteratur *n.* autem tingiturque rubrica, aut plerumque teſta trita: qui *o.* fucus aqua deprehendi-

1. *ſic ex MSS. H. et Ch quadam. Gr. et Al.* 2. *ſeu. Gr.* 3. *Aegypto inuenitur. M.* 4 *lacubus. Dioſc.* 5. *pinguedinem. M.*

la mactatus porcus: nempe hordeo ſaginatus. Dal.

Sine) Molam ſalſam vocabant far toſtum addito ſale. Ouid. Faſt. I. v. 335. *Inde vocor Ianus: cui cum cereale ſacerdos Imponit libum, farraque mixta ſale. Ante Deos homini quod conciliare valeret, Far erat, et puri lucida mica ſalis.* H.

h. Appellatur) Quamquam differt omnino a flore ſalis. Haec totidem fere verbis Dioſc. V. 129. Hodie noſtris pharmacopolis ſalariiſque incognitus. H.

i. Aegyptus) Dioſc. loc. c. Hard.

k. Et) Dioſc. Ἐφίςαται δὲ λίμναις τισί, *ſtagnis quibuſdam innatat.* H.

l. Optimum) Dioſc. l. c. ὑπολίπαρον ceteris ſimiliter anteponit. H.

m. Eſt enim etiam in ſale pinguitudo) Ideo lucernae melius ardent ſale iniecto Macrob. VII. Saturnal. Ariſt. Sect. 23. Problem Plutarch. Quaeſt. I. Sympoſ. Dal.

n. Adulteratur) Τὸ δὲ ἔμμιλτον ἢ θρόμβους ἔχον, φαῦλον ἡγητέον. *Fucatus rubrica, aut grumoſus, improbatur.* Dioſc. l. c. H.

o. Qui) Ἔτι τὸ ἀκέραιον ἐλαίῳ συνανίεται μόνον· τὸ δεδολωμένον δὲ ἐκ μέρους καὶ ὕδατος. *Praeterea verus et ſincerus non niſi oleo reſoluitur: adulteratus, non nulla ex parte etiam aqua diluitur.* Hard.

henditur, diluente *p.* factitium colorem: quum verus ille non nisi oleo resoluatur, et vnguentarii propter *q.* colorem eo maxime vtantur. [1] Canitia *r.* in vasis summa est: media vero pars humidior, vt *s.* diximus. Floris *t.* natura aspera, excalfactoria, stomacho inutilis. Sudorem *v.* ciet, aluum *x.* soluit in vino et aqua [2] acopis *y.* et smegmatis vtilis. Detrahit et ex palpebris pilos efficacissime. Faeces imae concutiuntur, vt color croci

1. *Canities in vasis summo. Est. V.* 2. *sic ex MSS. H. et V. acopicis et smegmaticis. Gr. et Alii.*

p. Diluente factitium colorem) *Deluente* in apographo nostro, non *Diluente*, rectius. Pint.

q. Propter colorem) Emplastris et vnguentis coloris caussa miscetur, vt rosaceo. Diosc. Dalec.

Propter) Ad colorem vnguentis emplastrisque addendum: μίγνυται καὶ ἐμπλάςροις καὶ μύροις εἰς χρῶσιν, ὡς καὶ τῷ ῥοδίνῳ. Diosc. l. c. Vtitur eo et ad flauum colorem capillis inducendum Alex. Iatros. l. II. H.

r. Canitia) Mucidus succus. Dal.

Canitia) Floris eius pars summa in vasis cana est: media humidior. H.

s. Vt diximus) Huius rei nusquam alibi mentionem fecit. Obliuiosus hic Plinius. Dal.

Vt) Paulo ante, initio huius sectionis. H.

t. Floris) Totidem verbis haec Diosc. l. c. H.

v. Sudorem) Diosc. l. c. Hard.

x. Aluum) Diosc. loc. c. Κοιλίας ταρακτικὸν σὺν οἴνῳ καὶ ὕδατι ληφθέν, *aluum turbat, etc.* H.

y. Acopicis et smegmaticis vtilis) *Acopis et smecticis vtilis.* in scripto codice. Quam lectionem veram esse. nemo Gaece doctus, diffitebitur: confirmatur etiam Pauli Aeginetae auctoritate lib. VII. vbi de smecticis medicamentis agit. et paulo post: *feces imae*, redundat verbum *imae*. Pint.

Acopis) Μίγνυται καὶ ἀκόποις, καὶ σμήγμασι πρὸς τριχῶν λεπτυσμόν. *Additur et acopis, et smegmatis: quae extenuandorum pilorum gratia componuntur.* Diosc. l. c. H.

croci redeat. Praeter haec etiamnum appellatur in salinis salsugo z., ab aliis salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, vi distans.

XLIII. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garon a. vocauere, intestinis piscium ceterisque quae b. abiicienda essent, sale maceratis, vt sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Graeci c. Garon

z. *Salsugo*) Salsilaginem esse puto maris affusi in areas salinarum humorem, qui sub salis crusta liquidus manet, nec in salis naturam densatur. Dalec.

a. *Garon*) Latinis *liquamen*. Caelius Aurel. II. Chronicon. Cassianus in calce Geoponicon. Vopiscus in Aureliano. Oxygaron Apitio, liquamen acetosum. Cuiacius cap. et lib. IX. Obseru. Dal.

Quod) Qua id arte pararetur, docet auctor Geop. XX. extr. Γαρῶν ποίησις. Τὰ ἔγκατα τῶν ἰχθύων βάλλεται εἰς σκεῦος, καὶ ἁλίζεται... καὶ ἐν ἡλίῳ ταριχεύεται πυκνῶς δονούμενα. Ὅταν δὲ ταριχευθῶσι, τῇ θερέᾳ ἐξ αὐτῶν γάρος οὕτως αἴρεται. Κοφινὸς μακρὸς πυκνὸς ἐντίθεται εἰς τὸ μεσὸν ἀγγεῖον τῶν προειρημένων ὀψαρίων, καὶ εἰσρεῖ τὸ γάρος εἰς τὸν κοφῖνον, καὶ οὕτως διὰ τοῦ κοφίνου διηθηθὲν, ἀναιροῦνται τὸ καλούμενον λικουαμέν, τὸ δὲ λοιπὸν πάτημα γίνεται ἄλιξ. *Intestina piscium iniiciuntur in vas et saliuntur . . . et in Sole inueterantur, frequenterque versantur. Postquam vero per calorem fuerunt inueterati, garum ex ipsis hoc modo tollitur: Cophinus longus imponitur in vas plenum praedictorum piscium, influitque garum in cophinum: atque sic per cophinum percolatum liquamen appellatum garum suscipiunt: reliquum vero retrimentum, alex efficitur, et vocatur.* Gari meminit Martial. VII. epigr 26. *Sed coquus ingentem piperis consumet aceruum: Addet et arcano mixta Falerna garo.* Vsum eius hodieque esse Constantinopoli Bellonius prodidit. Hard.

b. *Quae abiicienda essent, sale maceratis*) Vt sanguine, branchiis, capitibus, praesertim garorum et lycostomorum. Dal.

c. *Graeci*) Iterum Plinio XXXII. 53. *Garus.* Pisciculus ignotus. Isidor. Origg. XX. 3. *Garum est liquor piscium*

ron vocabant: Capite eius vſto, [1] ſuffitu extrahi ſecundas [2] monſtrantes. (VIII.) Nunc *d.* e ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis *e.* Spartariae cetariis *f.*: Sociorum *g.* id appellatur, ſingulis millibus

1. *ſuffitus extrahit.* Ch. 2. *Morantes.* Gr. et Al.

ſcium ſalſus, qui olim conficiebatur ex piſce, quem Graeci γάρον vocabant. Et quamuis nunc ex infinito genere piſcium fiat, nomen tamen priſtinum retinēt, a quo initium ſumſit. H.

d. E ſcombro) De hoc Strabo lib. III. Athen. lib. II. Horat. — *his mixtum ius eſt, quod prima Venafri Preſſit cella garo de ſuccis piſcis Iberi.* Dalec.

Nunc) Laudatiſſima haec muria fuit, propriaque diuitum. Martial. XIII. epigr. 102. p. 721., cui titulus, *Garum ſcombrorum*: vel, ut habet Aldina editio, *Garum ſociorum. Exſpirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo Accipe faecoſum, munera cara, garum.* Horat. Sat. II. 8. verſ. 46. *garum* laudat *de ſuccis piſcis Iberi*, hoc eſt, ſcombri, quem ex Hiſpania petebant, inſulaque Scombraria inde dicta prope Carthaginem. Auctor Strabo, III. pag. 159. Ἡ τοῦ Ἡρακλέους νῆσος ἤδη πρὸς Καρχηδόνα, ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν, ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον. Scomber Gallis, *vn Maquereau.* H.

e. Carthaginis) De eo Carthaginis cognomine diximus XIX. 7. H.

f. Cetariis) De ea voce egimus IX. 19. H.

g. Sociorum id appellatur) Archigenes lib. II. κατὰ τόπους *Hiſpanum* vocat, Aſclepiades eodem lib. *nigrum*, πρωτεῖον Paulus cap. 59. lib. III. *Fecoſum* Martial. in Xeniis, *Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo Accipe fecoſum munera prima garum.* Quamquam ibi *faſtoſum* quidam legere malunt, vt ad raritatem et pretium referatur. *Archanum* idem lib. VII. *Sed coquus ingentem piperis conſumet aceruum, Addet et Archano mixta Falerna garo.* Αἱμάτιον γάρος vocat Conſtantinus lib. XX. quaſi *ſanguiculum* dicas. ταριχηρὸν vocat Pherecrates comicus in Triptolemo. Dal.

Sociorum) Cum viris eruditis, Biſciola, Radero, Caeſio, Aldrouando, ceteriſque, exiſtimamus id nominis obtinuiſſe garum, quod a ſociis populi R. nempe

libus nummûm permutantibus congios [1] fere binos. Nec liquor vllus paene praeter vnguenta maiore in pretio esse coepit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem, et *h.* [2] Mauretania, [3] Baeticaeque Carteia, ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud vtiles. Laudantur et Clazomenae garo, Pompeiique et Leptis: sicut muria Antipolis *i.* ac Thurii, iam vero et Dalmatia.

XLIV. Vitium *k.* huius est alex *l.*, imperfecta nec colata fex. Coepit *m.* tamen et priuatim

1. *sic ex MSS. H. et Ch. paene. Gr. et Alii.* 2. *Mauritiana. Gr.* 3. *sic ex MSS. H. Baeticaque et Carteia. Gr. et Alii.*

nempe Hispanis Romam deferretur: vel a societate publicanorum, qui vectigal garo impositum exigerent: quo sensu XXXIII. 39. ex adulterato minio *praedam* esse *societati* dixit. Placuit haec *sententia* iam ante Galeni scholiastae in Lib. κατὰ τόπους. Meminere *gari sociorum* Apicius, et Seneca, ep. 95. H.

h. Et Mauritiana, Baeticaque, et Carteia ex Oceano intrantes) *Baeticae* non *Baetica*, legendum ex vetusto codice, recte. nam Carteia Baeticae vrbs est. Pint.

i. Antipolis) Fuit Galliae Narbonensis oppidum, vt in Geographicis diximus. Meminit Martialis XIII. Distich. 103. de muria: *Antipolitani, fateor, sum filia thynni: Essem si scombri, non tibi missa forem.* Muriam seu garum e thynno inferioris notae ac pretii fuisse significat: e scombro, pretiosius. H.

k. Vitium) Quid sit alex, intelliges non ex hoc loco modo, sed etiam ex auctore Geop. superius laudato. Meminit Martialis III. epigr. 77. *Et patri caepas alece natantes.* Horat. Sat. II. 4. v. 73. *Ego faecem primus, et alec Inuentor puris circumposuisse catillis. H.*

l. Alex) Alex, piscosum salsamentum a suo liquamine nodum separatum. Plautus in Poenulo: *Tune etiam amator audes esse alex viri:* quasi viri fex, indigne qui vir habearis. Dal.

m. Coepit) Altera eius vocis acceptio: vt non faex gari solum, sed et muria vilior

tim ex *n.* inutili piſciculo, minimoque confici. Apuam *o.* noſtri, aphyen Graeci vocant, quoniam is piſciculus e pluuia *p.* naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt, lupum *q.* appellant. Tranſiit deinde in luxuriam, creueruntque genera ad infinitum: ſicuti garum ad colorem mulſi veteris, adeoque [1] dilutam ſuauitatem, vt bibi poſſit. Aliud vero [2] *r* caſtimoniarum ſuperſtitioni etiam, ſacriſ-

Sſ 2 que

1. *diluta ſuauitate. V.* 2. *ſic ex* Mss. *H. et Ch. ad ſuperſtitionum caſtimoniam et ſa. Iu. abdicatum, quod ſit. V. aliud vero ad caſtimoniarum ſuperſtitionem etiam ſacris Iudaeis Gr. et Al.*

lior e piſciculis minutis alec ſit appellatum. H.

n. Inutili piſciculo, minimoque confici) Ex mutilo piſciculo, minutoque confici. Quidam ſic legunt, et iis verbis ſignificari putant garum paratum ex encraſicholis, vulgo *Anchryes.* Ii enim ſale conditi in optimum garum liqueſcunt. At ne garum corrumpatur, ſemper auulſo capite condiuntur: ſic enim vna cum capite fel, hepar, inteſtina, viſcera eximuntur et abiiciuntur. Dal.

Ex) Ad nihil aliud vtili. Ita MSS. omnes: non vt quibuſdam placuiſſe intelligo, *ex mutilo.* H.

o. Apuam) Egimus de ea IX. 74. et in N. et Em. ad eum librum N. CXXIX. De eo genere piſcium paroemia efficta, apud Athen. VII. Zenobium, Suidam, alioſque: ἀφύα ἐς πῦρ. H.

p. E pluuia naſcitur) E ſpuma imbribus excitata, cum aqua multa e caelo decidit: Ariſt. c. 15. l. VI. hiſt. quamobrem ἀφρῖτις vocatur. Dalec.

q. Lupum) Piſcem tamen intellige, ab eo lupo diſparem, de quo actum eſt IX. 28. Apuis potius, viliorique piſciculorum turbae congenerem: immo apuam ipſam, quam ab oris ſciſſura λυκόστομον Aelianus appellat, H. A. VIII. 18. Ex ſiluro tamen quoque confectum liquamen, garum appellat Cael. Aurel. II. Chron. 1. de paralyſi. H.

r. Ad caſtimoniarum ſuperſtitionem) In caſto Cereris erant, qui Cereri operabantur. Feſtus in voce Minuitur. Id autem fiebat ſumma temperantia et continentia: quamobrem ἁγνεύειν Δήμητρι, puriter facere Cereri dicebant. Quamuis iis diebus

que Iudaeis *s.* dicatum *t.*, quod fit e piscibus squama ¹ carentibus. Sic *v.* alex peruenit ad ostreas, echi-

1. *non carentibus. Mital.*

bus adeo seuera frugalitatis et parsimoniae lex esset, tamen permittebatur id gari genus. Dal.

s. Iudaeis) Qui *abdicatum* hoc loco, vel *squamam habentibus* legunt, et vim sententiae afferunt, et coniecturae plus quam conditiuorum codicum auctoritati tribuunt. Quae sint tamen ea Iudaea sacra, caerimoniaeque ad castimoniam institutae, nondum est nobis sane compertum. Scimus Leuitici c. 11. vetitum Iudaeis piscium esum, qui squamis carerent: non tamen omnium, sed eorum qui cartilaginei (σελάχη haec Graeci nominant) quique molles: non eorum etiam qui contecti crustis tenuibus, aut testis conclusi duris, quales sunt ostreae, cammarique, hic appellati. Auctor Porphyrius IV. de abstin. pag. 163. Πᾶσι γε μὴν ἀπηγόρευτο ὑὸς ἐσθίειν, ἢ, ἰχθύων τῶν ἀφολιδώτων ἃ σελάχια καλοῦσιν Ἕλληνες. Legendum haud dubie, *sacrisque Idaeis*. H.

t. Dicatum) Leg. *abdicatum*. Iudaei namque piscibus squama carentibus abstinent. Garum id fortassis est, quod voce a Garo detorta nos Cauiari quasi Gauiari nuncupamus. Paratur ex ouis acipenserum (vulgo *Eturgeons*) sale conditis in cetariis Borysthenis, Phasidis, Tanais. Eius loco Iudaei nunc ouis Cyprinorum, conditis eodem modo, vescuntur. Dal.

v. Sic alex peruenit ad ostreas) Plautus apud Festum in Narita. Νηρείκας, καμμάρες, ταγηνιστὰς, echinos saginatos in viuariis, conchas in piscinis. *Scalig.*

Sic) Sic muria, inquit, vel muriae faece condita ostrea, echini, vrticae, etc. Sic vero condita, a Plauto *muriatica*, Festo teste, nuncupantur: *Nerita*, inquit, *est genus piscis minuti. Plautus*: *Muriatica autem video in vasis stanneis*: *Bonam neritam, et cammarum, et tagenia, Echinos fartos, conchas piscinarias.* Nam quae Plinio ostrea, Plauto neritae sunt, ostrei genus: echinos deinde fartos, siue saginatos in viuariis, conchas in piscinis, vterque laudat. Pro tagenia vero, quae vox a Scaligero in Varrone maxime hic probatur, forte *cnidia* legi satius fuerit: κνίδη enim vrticam sonat: quo de piscium genere diximus IX. 68. H.

echinos, vrticas, cammaros, mullorum iocinera. Innumerisque generibus ad saporem gulae coepit sal tabescere *x*. Haec obiter indicata sint desideriis vitae: et ipsa tamen nonnullius vsus in medendo. Namque et alece scabies pecoris sanatur, infusa per cutem incisam: et contra canis morsus draconisque marini prodest. In linteolis autem [1] concerptis imponitur. Et garo ambusta recentia sanantur, si quis infundat ac non nominet garum. Contra *y*. canum quoque [2] morsum prodest, maximeque crocodili, et [3] hulceribus quae serpunt, aut sordidis. Oris quoque et aurium hulceribus aut doloribus mirifice prodest. Muria *z*. quoque, [4] siue illa salsugo, spissat *a*., mordet, extenuat, sic-

 cat.

1. *sic ex Mss. H. V. et ex cap. sequenti. conceptis Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. morsus Gr. et Al.* 3. *nomis depascentibus. Ch.* 4. *siue halme, aut salsugo. V.*

x. Tabescere) Putrescere *in muria vel alece*. H.

y. Contra) Diosc. II. 34. Hard.

z. Muria quoque) Muriam, siue, vt apud Festum legitur, *muriem*, salem etiam durum appellarunt. Seruius: *Virgines tres Vestales maxime ex nonis Maiis ad pridie Idus Maius alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt, easque spicas ipsae virgines torrent, pinsunt, molunt: atque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus, adiecto sale cocto et sale duro*. Scal. in Festum.

Muria) Muria nempe salsamentorum, de qua diximus s. 40. Ἅλμη Diosc. V. 128. Et illa praeterea salsugo, de qua s. 42. H.

a. Spissat, mordet, extenuat) Inepte Plinius muriam extenuare, ac spissare scribit, quae contraria sunt. D.

Spissat) Adstringit, et extenuat pariter: quas vires nec Diosc. ipse a muria abiudicat, quum salis ei effectus adscribit l. c. Ἅλμη τὴν αὐτὴν τοῖς ἁλσὶν ἔχει ἐνέργειαν. Sali enim is c. 126. vim adstringentem extenuantemque attribuit, ςυπτικὴν καὶ ἰσχνωτικήν. Quare quum Dalecampius hoc loco Plinium ineptiarum

cat. Dysentericis *b.* vtilis est, [1] etiam si nome intestina corripit. Ischiadicis, [2] coeliacis veteribus, infunditur. Fotu *c.* quoque apud mediterraneos aquae marinae vicem [3] pensat.

XLV. (IX.) Salis natura est per se ignea, et inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora *d.* vero astringens, siccans, *e.* alligans: defuncta [4] etiam a putrescendo vindicans, vt durent [5] ita per secula. In *f.* medendo vero mordens, adurens repurgans, extenuans, dissoluens. Stomacho tantum inutilis, praeterquam ad excitandam auiditatem. Aduersus *g.* serpentium morsus cum origano, melle, hyssopo. Contra cerasten cum origano, aut cedria, aut pice, aut melle. Auxiliatur

1. *etiam, Dal. expungit ex Diosc.* 2. *et coel V.* 3. *praestat. V.* 4. *autem. M.* 5. *ea. V.*

rum arguit, suam ipse inscitiam prodit. H.

b. Dysentericis) Diosc. l. c. Δυσεντερικοῖς τέ ἐςι τοῖς κατὰ νομὴν ἔγκλυσμα, καὶ ἰσχιαδικοῖς χρονίοις. *Dysentericis vtiliter infunditur, quorum intestina nome,* (hoc est, vlcus) *corripuit: itemque ischiadicis iam diuturno dolore vexatis.* Cels. IV. 15. *de torminibus, id est, dysenteria. Themison muria dura quam asperrima vtendum memoriae prodidit.* H.

c. Fotu) Totidem verbis Diosc. l. c. H.

d. Corpora) Locum hunc Isidorus, Origg. XVI. 2. ad verbum exscripsit. H.

e. Alligans) Contrahens, συςέλλουσα, δύναμιν ἔχει καταςαλτικήν. Diosc. Dal.

f. In) Diosc. V. 126. Δύναμιν δὲ ἔχουσι .. ςυπτικήν τε καὶ σμηκτικὴν, καὶ ἀποκαθαρτικὴν, καὶ διαχυτικὴν, ἔτι δὲ καταςαλτικὴν, καὶ ἰσχνωτικὴν, καὶ ἐσχαρωτικὴν, etc. *Adstringens, abstergens, repurgans, dissoluens: insuperque reprimens, extenuans et crustas inducens.* H.

g. Aduersus) Diosc. totidem verbis l. c. Πρὸς δὲ σκορπίων πληγὰς, σὺν λινοσπέρμῳ· πρὸς δὲ ἐχέων δήγματα, σὺν ὀριγάνῳ καὶ μέλιτι, καὶ ὑσσώπῳ, πρὸς δὲ κεράςου, μετὰ πίσσης ἢ κεδρίας ἢ μέλιτος· πρὸς δὲ σκολοπένδρας δῆγμα, σὺν μέλιτι καὶ ὄξει· πρὸς δὲ σφηκῶν πληγὰς... σὺν ςέατι μοσχείῳ. H.

tur contra ſcolopendras ex aceto potus: aduerſus *h.* ſcorpionum ictus, cum *i.* quarta parte lini ſeminis, ex oleo vel aceto illitus: aduerſus [1] crabrones vero vel veſpas, ſimiliaque, ex aceto. Ad *k.* heterocraneas, capitiſque hulcera, et [2] puſulas *l.*, papulaſue, et incipientes verrucas, cum ſeuo vitulino: item *m.* oculorum remediis, et ad excreſcentes ibi carnes, totiuſque corporis [3] pterygia: ſed in oculis peculiariter: ob id collyriis [4] emplaſtriſque additur. Ad *n.* haec maxime probatur. [5] Tattaeus, aut Caunites. Ex ictu vero ſuffuſis cruore oculis ſugillatiſque *o.*, cum myrrha pari pondere ac melle, aut cum [6] hyſſopo ex aqua calida, vtque foueantur ſalſugine. Ad haec Hiſpanienſis eligitur,

1. *teredines.* *Dioſc.* 2. *ſic et Ch. puſtulas Gr. et Al.* 3. *ac pterygia. Alii.* 4. *emplaſtris quoque. Ch.* 5. *Tragaſaeus. V. Eteus. Ch.* 6. *oeſypo. V.*

h Aduerſus) Theod. Priſc. I. 22. *Scorpionum vero percuſſus, ſales frixi et cum oleo contriti, loco appoſiti, curauere.* H.

i. Cum quarta parte lini ſeminis) Noſtrum apographum: *cum aequa parte lini ſeminis.* et paulo poſt: *et veſpas* non *vel veſpas.* Pint.

k. Ad) Dioſc. l. c. Definit verſiculo ἑτεροκρανίαν κεφαλαίαν. Q. Serenus *Portio ſi capitis morbo tenetur acuto.* Ἡμικρανίαν alii nuncupant. H.

l. Puſtulas) Ψυδράκια, Dioſc. Ruellius vertit, *albidas capitis puſtulas.* Dal.

m. Item) Dioſc. l. c. Στέλλουσι καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπεροχὰς, καὶ πτερύγια τήκουσι, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ὑπερσαρκώσεις αἴρουσι. H.

n. Ad haec maxime probatur Tattaeus aut Caunites) In vetuſto codice: *ad hoc maxime probatur et Teus et Caunites.* puto ſcribendum *et Teius et Caunites*, a duabus ciuitatibus, Teio Ioniae, Anacreontis poetae natalibus clara, et Cauno Catiae, quae eſt finitima Ioniae. Nec me latent quae hic Hermolaus, et alibi alii de ſale Tattaeo et Tragaſaeo tradunt. Pint.

o. Suggillatiſque) Faciei ſuggillationibus, πρὸς ὑπώπια προσώπου. Dioſc. Recte hunc locum et feliciter Plinius vertit. Dal.

tur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Priuatim *p.* sugillationibus in linteolo inuolutus, crebroque ex aqua feruenti impositus. Hulceribus *q.* oris manantibus in linteolo concerpto. Gingiuarum *r.* [1] tumori infricatus. Et contra scabritiem linguae [2] fractus comminutusque. Aiunt *s.* dentes non erodi, [3] nec putrescere, si quis quotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua, donec liquescat. Lepras *t.* idem, et furunculos, et lichenas, et psoras emendat cum passa vua, exempto eius ligno, et seuo bubulo, atque origano, ac fermento, vel pane, maxime Thebaicus. Hic *v.* et ad pruritus eligitur. Tonsillis *x.* et vuis cum melle prodest. Quicumque *y.* ad anginas: [4] hoc amplius, cum oleo et aceto eodem tempore [5] extra faucibus illitus [6] cum pice liquida. Emollit *z.* et aluum [7] in vino mixtus innoxie: et

1. *humori Diosc.* τῷ πλάδῳ. 2. *frictus. V. infractus. Alii* 3. *sic ex Mss. H. et Ch neque Gr. et Al.* 4. *hic V.* 5. *extra fauces illitus, aut cum. M.* 6. *aut cum. V.* 7. *sic ex Mss. H. et Ch. in vino mixtus. Idem noxia et tinearum gen. Gr. et Al.*

p. Priuatim) Sugillata faciei tollere cum melle, scribit Diosc. l. c. H.

q. Hulceribus) Quas ἄφθας vocant: his cum polenta crematus sal inspergitur. Diosc. l. c. H.

r. Gingiuarum) Sic MSS. omnes. Diosc. l. c. οὔλων πλάδον dixit, hoc est, humida gingiuarum vitia, diffluentes humore gingiuas. Hard.

s. Aiunt) Plin. Val. I. 36. et Marc. Emp. 12. pag. 93. H.

t. Lepras) Diosc. ad verbum fere, l. c. H.

v. Hic) Ad sedandos pruritus quemlibet salem ex oleo et aceto infricatum ad ignem Diosc. adhibet, dum sudor prouocetur, l. c. Hard.

x. Tonsillis) Diosc. l. c. Hard.

y. Quicumque) Subintellige vtiliter adhibetur. Sic Diosc. l c. Συναγχικούς τε κουφίζουσι, σὺν μέλιτι καὶ ὄξει καὶ ἐλαίῳ διαχριόμενοι. Hard.

z. Emol-

1 et 2 taeniarum *a.* genera pellit in vino potus. Aestus *b.* balinearum conualescentes vt tolerare possint, linguae subditus praestat. Neruorum *c.* dolorem, 3 maxime *d.* circa humeros et renes, in *e.* saccis aqua feruenti crebro 4 madefactus *f.* leuat. Colum torminaque et coxarum dolores potus, et in iisdem saccis impositus candens *g.* Podagras *h.*

 cum

1. et, in V. d. 2. sic et V. 3. sic ex Mss. H. Ch. et V. maxime vsurpanda obseruatione circa humeros Gr. et Al. 4. madefactis. V. Alii.

z. *Emollit*) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *Emollit*) Sic totidem syllabis apicibusque litterarum MSS. R. 2. aliique. In R. 1. *innoxia*. In libris hactenus vulgatis interpolata lectio; *Emollit et aluum in vino potus. Idem noxia, et tinearum,* etc. H.

a. Idem noxia et tinearum genera pellit) In antiquo exemplari, non, *idem noxia*, sed *innoxia*, vna voce legitur, et iunctim cum praecedentibus: deinde sequitur: *et tinearum genera pellit.* Pint.

Et) Lumbricorum. H.

b. Aestus) Hoc ipsum de aqua frigida superius affirmauit s. 23. *Aestus in balineis arcetur, si quis ore teneat.* H.

c. Neruorum) Saccis inditum salem fotu dolores mitigare testatur etiam Diosc. l. c. Πυρία τε ἡ δι' αὐτῶν ἐν σακκίοις, πραϋντικὴ ἀλγημάτων. Πυρία est sudatio sicca; calidarum rerum apposita excitatur. Et Theod. Prisc. II. part. 1. c. 10. de spasmis, *conueniet etiam locis ipsis de salibus calidis adhibere saccellos,* etc. Hard.

d. Maxime vsurpanda obseruatione) Celsus c. 17. lib. II. Aurelianus c. 1. lib. V. tard. pass. Dalec.

e. In saccis aqua feruenti crebo madefactus) Scriptus codex, *candefactus* non *madefactus.* quam lectionem confirmant verba, quae statim sequuntur, *in iisdem saccis imposita candens.* P.

f. Madefactus) Sic libri omnes editi, et R. 2. priore manu. Recentiore, *candefactus*: quam scripturam et R. 1. et Ch. prae se ferunt, non satis probabiliter: aqua feruenti enim madefieri salem simul et incalescere, naturae rerum consentaneum est: vel sic candescere, non est intellectu facile. H.

g. Candens) Feruidus. obserua: nisi ferrum latum et candens intelligat, sacco impres-

cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxime *i.* [1] vſurpanda obſeruatione, quae *k.* totis corporibus nihil *l.* eſſe vtilius ſale et Sole dixit. Itaque *m.* cornea videmus corpora piſcatorum. Sed hoc praecipuum dicatur in podagris. Tollit et clauos pedum: item perniones. Ambuſtis *n.* ex oleo imponitur, aut commanducatus, [2] puſulaſque reprimit. Ignibus *o.* vero ſacris, hulceribuſque quae ſerpunt, ex aceto aut [3] hyſſopo. Carcinomatis cum

1. *ſic ex Mss. H.* (*ſic et Cb.*) *qui quidam. V. obſeruanda vſurpatione, qua quidem totis . . . dicunt Gr. et Al.*
2. *ſic et Cb. puſtulaſque Gr. et Al.* 3. *oeſypo. V.*

preſſum, quale deſcribit Aurelianus. Dal.

b. Podagras) Dioſc. l. c. Hard.

i. Ibi maxime obſeruanda vſurpatione, qua quidem totis) Scribendum ex Chiflet. *vſurpanda obſeruatione*: et haec duo vocabula eodem et Voſſ. et Pintiani libro auctoribus delenda verſu altero praecedenti, vbi particula *maxime* male iis inculcandis occaſionem dedit. Deinde Voſſ. *quae totis.* item, *dixiſtique cornea videmus.* Lego: *ibi maxime vſurpanda obſeruatione, quae totis corporibus nihil eſſe vtilius ſale et ſole dixit. Itaque cornea videmus corpora piſcatorum.* Quatuor noſtri, *quae totis corporibus nihil eſſe vtilius dixit.* Gron.

k. Qua quidem totis corporibus nihil) Legendum videtur *quidam*, non *quidem*, et antiquum exemplar *dixit* praefert, non *dicunt.* Pint.

l. Nihil) Iſidor. XVI. 2. Hard.

m. Itaque) Arida, ſicca, non mollia. Catullus carm. 23. pag. 39. *Atqui corpora ſicciora cornu, Aut ſi quid magis aridum eſt, habetis, Sole, et frigore, et eſuritione.* Hard.

n. Ambuſtis) Dioſc. l. c. Πρὸς πυρίκαυςα δὲ σὺν ἐλαίῳ ἐπιτεθέντες, οὐκ ἐῶσι φλυκταινοῦσθαι. *Ambuſtis igni cum oleo impoſitus, puſulas erumpere non patitur.* Hard.

o. Ignibus) Dioſc. l. c. Ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ ἕρπητας ἴσχουσι, μετ᾽ ὄξους καταχρισθέντες, ἢ καταπλασσέντες σὺν ὑσσώπῳ. Sic libri omnes. Et Pliniani MSS. editique codices, *hyſſopo* non *oeſypo.* H.

cum vua taminia. Phagedaenis *p.* hulcerum, [1] tostum | cum farina hordei, superimposito linteolo madente vino. Morbo *q.* regio laborantes, donec sudent ad ignem, contra pruritus quos sentiunt, ex oleo et aceto infricatus iuuat: et fatigatos ex oleo. Multi *r.* et hydropicos sale curauere, feruoresque febrium cum oleo perunxere, et tussim veterem linctu eius discussere. Clysteribus infudere ischiadicis. [2] Hulcerum excrescentibus vel putrescentibus imposuere. Crocodilorum *s.* morsibus ex aceto in linteolis, ita *t.* vt [3] pauerentur ante hic

1. *sic et V. tritus Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. hulceribus Gr. et Al.* 3. *batuantur arcte vincta hulcera Dal. ex Diosc. id est, comprimantur, adstringantur recte vincta loca. V. Leg. arcte. batuantur ante ictuum hulcera. M. ita vt batuerentur antehac hulcera Gr. et Al.*

p. Phagedaenis) Vide N. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Phagedaenis*) Sic restituimus ex fide codicum R. 2. in quo *tostus*, et ex vestigiis R. 1. et Colb. 3. in quibus *totus* legitur: non vt in editis, *tritus*. Fauet Diosc. V. 126. similiter praecipiens inspergi phagedaenis tostum salem cum polenta: Καὶ πρὸς Φαγεδαίνας σὺν ἀλΦίτῳ κεκαυμένοι καταπλάσσονται. H.

q. Morbo) Diosc. l. c. H.

r. Multi) Diosc. l. c. Καὶ πρὸς τὰ οἰδήματα τῶν ὑδρωπικῶν. Theod. Prisc. II. part. 2. 19. de hydropicis: *Si vero multus humor ex putrefactis eorum carnibus aggregatus ventrem satis adimpleuerit, saccellos ex tostis salibus sub vmbilico locis admouet.* H.

s. Crocodilorum) Diosc. l. c. Καὶ κροκοδειλοδήκτοις βοηθοῦσιν, ἐνδεθέντες εἰς ὀθόνιον λεῖοι, καὶ βαπτόμενοι εἰς ὄξους, συΦομένων τῶν μερῶν τοῖς ἐνδέσμοις. *Crocodilorum morsibus auxiliatur tritus, in linteolo inuolutus, et in acetum intinctus, fasciis insuper additis, quibus partes affectae constringantur.* H.

t. Ita) Sententia huius loci est, a multis olim ita morsibus crocodilorum adhiberi, salem in linteolis ex aceto solitum, vt ante hoc medicinae genus hic vbi morsus inflictus esset, hulcera vehementer pauerent. Vide N. et Em. N. XX. (hic

hic hulcera. Bibitur *v.* et contra opium ex aceto mulſo. Luxatis *x.* imponitur cum farina et melle: item extuberationibus *y.* Dentium dolori cum aceto [1] ſotus, et illitus cum reſina prodeſt. Ad *z.* omnia autem ſpuma ſalis iucundior vtiliorque. Sed quicumque ſal acopis *a.* additur ad excalfactiones: item *b.* [2] ſmegmatis ad extenuandam cutem leuandamque. Pecorum quoque ſcabiem et boum illitus tollit. Daturque *c.* lingendus: et *d.* oculis iumentorum inſpuitur. Haec et de ſale dicta ſint.

XLVI.

1. *ſic ex Mſs. H. et Ch. cum aceto et fotu, et ill. Gr. et Al.* 2. *ſic ex Mſs. H. ſmegmaticis ad extendendam cutem laeuandamque Gr. et Al.*

(hic poſ.) *Multi* etc.) His poſtremis verbis ad hunc diem naeuus adhaeſit, qui crucem Dalecampio ceteriſque fixit, dum tollere voluerunt Legebatur enim, *ita vt batuerentur antehac.* MSS. omnes, *ita vt batuerentur ante hic.* Nos leui admodum immutatione, nec inſelici plane Minerua, vt remur, *ita vt pauerentur ante hic hulcera.* Impoſuere, inquit, crocodilorum morſibus ſalem, ex aceto: et ante hanc medicinam hic vbi morſum crocodilus infixiſſet, hulcera priſci illi pauebant. H.

v. Bibitur) Dioſc. l. c. H.

x. Luxatis) Dioſc. l. c. *totidem verbis.* H.

y. Extuberationibus) Carnis videlicet ſuperuacuis excreſcentis, ὑπερσαρκώσεσι. Dioſc. l. c. H.

z. Ad) Ad verbum Aetius II. 76. Spuma ſalis eſt, quam ſpumam maris aridam alii nuncupant: Dioſc. ἁλὸς ἄχνην, eiuſdem cum ſale efficientiae, V. 127. H.

a. Acopis) De ſalis flore id Dioſcorides. Dal.

Acopis) Ad laſſitudines diſcutiendas, κόπου λυτήριος. Dioſc. l. c. De acopis egimus, XXIII. 45. H.

b. Item ſmegmaticis ad extendendam cutem) Scribo, *Item ſmegmatis ad extenuandam cutem,* ex ſcripto codice. De ſmegmatis vero quae cuti admota abſtergunt, exterunt, extenuant, et diſcutiunt, Paulus, lib. VII. Pint.

c. Daturque) Vide Plutarch. in Quu. Natt. p. 912. Διὰ τί παραβάλλουσι ταῖς θρέμμασιν ἅλας οἱ νομεῖς: *Cur pecori paſtores ſalem propo-*

XLVI. (X.) 1. Non est differenda et *e.* nitri natura, non multum a sale distans: et eo diligentius dicenda, quia palam est et Medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quemquam Theophrasto *f.* diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate conuallibus, quod vocant [1] halmyrhaga *g.* Minus etiam in Thracia iuxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium *h.* Nam *i.* quercu cremata numquam multum factitatum est, et iam pridem in totum omissum. Aquae vero nitrosae pluribus locis reperiuntur, sed *k.* sine viribus densandi. Optimum copiosumque in [2] Litis *l.* Macedoniae, quod vocant Chalastri-

1. *halmirrhaga. D. id est, erumpentem salem, vel sanguinem.* 2. *Chytis. V. Clytis Gr. et Al.*

proponunt? Et Arist. Hist. VI. 19. p. 733. Vide quae superius dicta sunt, s. 41. Hard.

d. Et oculis iumentorum) Vide Plutarchum in Quaest. natural. quaest. 3. Dal.

e. Et nitri) Nitrum nostrum, quod Sal petrae nominamus, *le Salpetre*, idem plane est cum veterum nitro, sed aliquanto tamen inferioris notae. Non obseruauere veteres hanc nitri efflorescentiam e muris atque pauimentis, vti nos facimus, quum illi habuerint in agris apertis, quibus caremus. Vide Guil. Clarke Anglum, in opusc. de nomine et natura nitri, c. 1. pag. 20. et c. 2. pag. 24. Hard.

f. Theophrasto) Non extat liber is Theophrasti. D.

Theophrasto) In aliquo ex iis operibus quae interciderunt. H.

g. Halmyrhaga) Ἁλμυῤῥαγα, nomine ducto partim ex sapore, quem habet subsalsum, partim ex eo quod erumpit e terra, ac sponte efflorescit. Hard.

h. Agrium) Ἄγριον, silueſtre. H.

i. Nam) Vt salem e quercu pariter cremata fieri dictum est superius, s. 40. H.

k. Sed sine viribus densandi) Sed quae coctura insolatuue in nitrum minime densari possunt. D.

Sed) Sed quibus vis ea deest, vt densari possint in nitrum. H.

l. Litis Macedoniae) *Clytis.* Vat. Chytas. Geographi collocant in ora sinus Macedonici, vbi est promon-

lastricum, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa Canis ortum nouenis diebus, totidemque cessat, ac rursus innatat, et deinde cessat. Quo apparet, soli naturam esse quae gignat: quoniam compertum est, nec Soles proficere quidquam, quum [1] cesset, nec imbres. Mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum [2] neque augeri, neque fluere. Iis autem diebus, quibus gignitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt: Aquilones deterius, quia validius commouent limum. Et *m.* hoc quidem nascitur.

2. In Aegypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius. Nam fuscum lapidosumque est. Fit paene eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare infundunt, Nilum *n.* autem [3] nitrariis. Hae

1. cessat. V. 2. sic ex Mss. H. et Ch. nec augeri, nec effluere Gr. et Al. 3. nitrariis quae accedente Nilo madent, decedente siccantur concrescente nitro. V. nitro diebus. M.

montorium Chalastraeum. Dalec.

In) Vide N. et Em. N. XXI. (hic col.) *In*) Libri omnes ad hunc diem editi, *in Clytis.* Ex vetere nescio quo exemplari, profert Dalecampius *Clytis.* Neutrum in censu vrbium huiusce tractus locum nomen habet, si Geographis omnibus fides, In MSS. R. 1. 2. aliisque, *in Clitis.* Nos *Litis* rescripsimus, haud dubia coniectura: Est enim Lete siue Lite, vt diximus IV. 17. Macedoniae oppidum semotum a mari, cuius in agro lacus ille nitri ferax, quod veteres scriptores Chalastraeum, siue Chalastricum appellarunt, ab oppido Chalastra quod est in proximo sinu, e quo euehebatur. H.

m. Et) Hactenus de nitro natiuo, sequitur factitium. Hard.

n. Nilum) Nili aquis, quae nitrosae sunt, in nitrarias infusis, siue deriuatis: ibi Solis ardore decoctae vertuntur in nitrum: sicut aqua maris, aut alia salsa, in salinas infusa, calore solis coquitur, et mutatur in salem. H.

[1] Hae cedente *o.* Nilo madent ſucco nitri XL. diebus continuis, non (vt *p.* in Macedonia) ſtatis. Si etiam imbres affuerint, minus de flumine addunt: ſtatimque vt denſari eſt coeptum, rapitur, ne reſoluatur in nitrariis. [2] Sic *q.* quoque olei natura interuenit, ad ſcabiem animalium vtilis. Ipſum autem conditum in aceruis durat. Mirum, *r.* in lacu Aſcanio, et quibuſdam circa Chalcida fontibus, ſummas aquas dulces eſſe potarique, [3] inferiores *ſ.* nitroſas. In nitro optimum, quod tenuiſſimum: et *t.* ideo

1. *ſic ex Mss. H. Excedente Nilo ſiccantur, decedente madent Gr. et Al.* 2. *Hic quoque. V. id eſt, in nitro.* 3. *interiores. Cb.*

o. Excedente Nilo ſiccantur, etc.) Pauciora verba in vetuſto codice: *Haec cedente manant ſucco nitri*: cetera redundant. Pint.

p. Vt) Vt in Litis Macedoniae, quemadmodum paulo antea dictum eſt: vbi *fit nitrum circa Canis ortum nouenis* tantum *diebus, totidemque ceſſat, ac rurſus innatat, et deinde ceſſat.* H.

q. Sic quoque olei, etc.) Oleoſa pinguitudo, quam et in ſale reperiri ſupra tradidit. c. 8. vlt. proximo. Hanc pinguitudinem cum detrahunt, qui excutiendis tormentis bellicis igniarium puluerem conficiunt, ſuo more aiunt: *Degraiſſer le ſalpêtre.* Dal.

Sic) Ita MSS. Forte rectius, *Hic quoque*, hoc eſt, etiam in nitro, vt in ſale dictum eſt. ſ. 42. eſt olei quaedam pinguitudo. Hanc certe detrahunt a nitro, qui puluerem igniarium ad bellica tormenta ex eo parant: idque ſuo more aiunt, *degraiſſer le Salpêtre.* H.

r. Mirum in lacu Aſcanio) Ariſtoteles ſic eius aquas nitroſas eſſe tradit, vt veſtes demerſas abſtergant, earumque maculas et ſordes eluant. Is autem lacus Pruſiae eſt, cap. 31. vltim. lib. V. Dal.

Mirum) Huius aquas eſſe impenſe nitroſas, ſcribit auctor libri de mir. auſcult. p. 1154. H.

ſ. Inferiores) MSS. quidam, *interiores*, eadem ſententia. Hard.

t. Et) Albert. M. Mineral. V. 7. *Nitri ſpuma, ſeu flos*, inquit, *ſubtilioris eſt ſubſtantiae et virtutis, quam ipſum nitrum*, etc. Vt in ſalinis, ſic etiam in nitrariis, tenuiſſimum, et leuiſſimum, ſpuma,

ideo ſpuma melior. Ad *v.* aliqua tamen ſordidum, tamquam ad inficiendas purpuras tincturaſque omnes. Magnus *x.* et vitro vſus, qui dicetur ſuo loco.

3. [1] Nitrariae *y.* Aegypti circa Naucratim et Memphim tantum ſolebant eſſe, circa Memphim deteriores. Nam et lapideſcit ibi in aceruis: multique *z* ſunt [2] cumuli ea de cauſa ſaxei. Faciunt *a.* ex his vaſa, nec non frequenter [3] liquatum *b.* cum ſulphure coquentes in carbonibus. Ad *c.* ea quoque,

1. *ſic ex Mss. H. et V. Nitrariae egregiae Aegyptiis. Nam circa... tumuli Gr. et Al.* 2. *ſic et M. et Ch. cuniculi. Alii.* 3. *liquant. V.*

ſpuma, ſiue flos appellatur: ſed multo frequentius ſpuma. Graeci ἀφρὸν νίτρου plerumque vocant: aliquandoque et ἀφρόνιτρον. H.

v. Ad) Subintellige, optimum eſt, vel eligitur, ac vel ipſi ſpumae, ſeu flori anteponitur. H.

x. Magnus et nitro vſus) Lego: *Magnus et vitro vſus, qui dicetur ſuo loco*, Id eſt, ad vitrum; quod enim promittit ſuo loco dicturum, id lib. XXXVI. cap. 16. in mentione vitri dicit. Gel.

Magnus) Ad conficiendum vitrum: cui nitri admixtio vtilis, vt dicetur XXXVI. 65. ſq. H.

y. Nitrariae egregiae Aegyptiis, etc.) Breuius in vetuſto exemplari, *Nitrariae Aegypti circa Naucratim et Memphin ſolebant eſſe.* Pint.

Nitrariae) Indi Nitriae vrbi ac praefecturae in Aegypto nomen, vt diximus in N. et Em. ad L. V. N. XXX. Hard.

z. Multique) Vide N. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Multique*) In libris hactenus editis, *tumuli* In R. 2. *cuniculi.* R. 1. et Ch. *cumuli.* Recte: nam et antecedit, *Lapideſcit in aceruis*: et ſequitur ſtatim, *faciunt ex his vaſa*, ex cumulis vtique ſaxeis nitri, non ex tumulis, niſi tumulos colles intelligis, βουνούς. H.

a. Faciunt ex his vaſa) Vt apud nos fit e Soda, quae nihil aliud eſt, quam nitrum factitium, impurum, graue, fuſcum, lapidoſum, quale Aegyptium fuiſſe paulo ante dixit. Dal.

b. Liquatum cum ſulphure) Vt vaſa pingant, quemadmodum figuli noſtri ſolent ſoda et lithargyro ſimul fuſis ſua fictilia oblinere. D.

c. Ad) Ad ea quae in diuturnum vſum aſſeruare iubet,

que, quae *d.* inueterari volunt, illo nitro vtuntur. Sunt ibi nitrariae, in quibus et rufum exit a colore terrae. Spumam *e.* nitri, quae maxime laudatur, antiqui negabant fieri, nisi quum ros cecidisset, praegnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri [1] incitatis *f.*, etiamsi caderet. Alii *g.* [2] aceruorum fermento gigni existimauere. Proxima *h.* aetas Medicorum aphronitrum tradidit in Asia colligi, in *i.* speluncis, [3] molibus *k.* distillans. Specus

1. incientibus. Turn. id est, partui vicinis. Vt supra c. 37. lib. XI. 2. sic ex Mss. H. et M. operimentum id pro fermento. V. operimentum, id fermentescentib. gigni. V. alii. operimentum fermenti. Alii V. aceruorum fermento. Ch. Alii operimentum fermento Gr. et Al. 3. mollibus. V. et Ch.

iubet, vt ea quae sale condiuntur: pro sale vtuntur nitro. Sic defunctorum corpora condiebant, teste Herodoto, Euterpe II. p. 121. vt carnibus nitro absumtis, cutis sola cum ossibus superesset. H.

d. Quae inueterari volunt) Vt mortuorum corpora. Herodot. illo nitro vtuntur; nempe in tumulis congesto et durato. Dal.

e. Spumam nitri) Ἀφρὸν νίτρυ, ab ea differt ἀφρόνιτρον, nempe nitrum cum spuma sua adhuc confusum ac commixtum. Dal.

f. Incitatis) Sic MSS. omnes: hoc est, proximis partui: quas et incientes veteres appellarunt. Vide quae de ea voce diximus XI. 84. H.

g. Alii) Alii ex aceruis fermentescentibus gigni spumam eam existimauere. Sic MSS. R. 2. et Ch. recte. Alii, *operimentorum*: qua sententia, non satis intelligo. Hard.

h. Proxima) Exscripsit hunc locum Isidor. Origg. XVI. 2. H.

i. In speluncis) Leg. *In speluncarum molibus*, id est, saxosis crepidinibus et antris. Quidam legunt, *mollibus*, id est, tophaceis, quod tophus longe sit mollior et saxo et lapide. In structurarum et aedificiorum cameratis fornicibus, praesertim subterraneis, ex humore in cemento cum calce mixto, stillat succus nitrosus, oblongis striis, friabilis, aridus, gustu salsus, et feruidus, ab Asiatico nitro parum,

Specus *l.* eos [1] colycas vocant: dein [2] ſiccant Sole. Optimum *m.* [3] putatur Lydium; probatio, vt ſit minime ponderoſum, et maxime friabile, colore paene purpureo. Hoc in paſtillis affertur. Aegyptium in vaſis picatis, ne *n.* liqueſcat. Vaſa quoque ea Sole inareſcentia perficiuntur.

4. Nitri *nn.* probatio, vt ſit tenuiſſimum et quam maxime ſpongioſum fiſtuloſumque. Adulteratur in Aegypto calce: deprehenditur guſtu. Sincerum enim facile reſoluitur: adulteratum pungit. Calce [5] aſperſum reddit odorem vehementem. Vritur in teſta opertum, ne exſultet: alias igni non exſilit

1. helicas. V. cochlacas. Alii V. 2. ſiccari. V. 3. ſic ex Mss. H. et Ch. putant Gr. et Al. 4. Aphronitri. Alii. 5. et aſperſu red. od. vehementer. Ch.

rum, vel nihil diſcrepans. Noſtri vocant *Salpetre.* D.

k. Molibus) E ſaxoſis molibus. H.

l. Specus eos colycas vocant) Leg. *Specus eos cochlacas* vocant. Cochlax, ſiue cochlas, ſiue κάχληξ, nunc teſtudo eſt, fornix, camera: nunc lapis, ſilex, glarea, flumine congeſta et attrita. Teſtudinatos eos incolae *cochlas* vocabant. Dal.

Colycas) In MSS. R. 1. et 2. *colligas.* Credo *collicas* ſcribi oportere: nomenque duci a rotunda forma molium ſaxearum, vnde ſuccus nitroſus in iis ſpecubus manat. Nam et κόλλικας et κόλικας panes rotundos Graeci vocarunt: Heſych. et Iul. Pollux VI. 11. pag. 286. H.

m. Optimum) Dioſc. V. 131. Ἀφρὸς δὲ νίτρου, ἄριστος μὲν εἶναι δοκεῖ ὁ κουφότατος καὶ πλακώδης, εὔθρυπτός τε καὶ ἐμπόρφυρος... οἷός ἐστιν ὁ ἐκ Φιλαδελφίας κομιζόμενος τῆς ἐν Λυδίᾳ· δευτερεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. H.

n. Liqueſcat) Humoris contactu, vel aeris occurſu. Dalec.

Ne) Terrei vaſis et humidi figlini contactu. H.

nn. Nitri) Sic V. 130. nitrum illud ceteris antepoNit, quod leue, κοῦφον, et roſaceo colore aut candido, perforatumque, et quaſi ſpongioſum, fiſtuloſumue quiddam, κατατετρημένον, οἱονεὶ σπογγοδές τι. Hard.

exſilit nitrum: nihilque gignit aut alit, quum o. in ſalinis herbae gignantur, et in mari [1] tot animalia, tantum p. algae. Sed maiorem eſſe acrimoniam [2] nitri apparet, non hoc tantum argumento, [3] ſed in illo, quod nitrariae calceamenta protinus conſumunt; alias ſalubres, oculorumque claritati vtiles. In nitrariis non lippiunt. Hulcera allata eo celerrime ſanantur: ibi facta, tarde. Ciet et [4] ſudores cum oleo perunctis, corpuſque emollit. In pane ſalis vice vtuntur [5] Chalaſtraeo q.: ad r. raphanos Aegyptio: [6] teneriores eos facit: ſed obſonia alba et deteriora, olera ſ. viridiora. In medicina autem calfacit, extenuat, mordet, ſpiſſat, ſiccat, exhulcerat. Vtile t. his, quae euocanda [7] ſint,

 aut

1. *totque animalia, non tantum. V.* 2. *ſic ex Mss. H. et Ch. nitro Gr. et Al.* 3. *ſed et illo. V. et Ch.* 4. *ſic ex Mss. H. et Ch. ſudorem. Gr. et Al.* 5. *Chalaſtrico. Strabo.* 6. *nam teneriores. V.* 7. *ſunt. V.*

o. *Cum in ſalinis herbae gignantur*) Aelianus cap. 3. lib. XIII. hiſtor. anim. has recenſet, brya, phycia, vites, vuas, braſſicas, mea, quae et capillos, ſiue trichas vocant. Iis piſces veſcuntur. Dal.

p. *Tantum algae)* Non gignatur, ſubaudi. Dal.

Tantum) Ex variis herbarum generibus tantum algae in mari naſcuntur: quum tot illud pariat animalia: tot herbas ſalinae ferant. H.

q. *Chalaſtraeo*) Omnium praeſtantiſſimo, iudicio Platon. et Plutarchi. Dal.

r. *Ad raphanos Aegyptio)* *Ad braſſicas.* Illas enim viridiores facit, quod paulo poſt ait, et teneriores, coctuque faciliores: nec tantum eas, ſed et carnes, ſi apponantur. Plutarch. Quaeſt. 19. lib. VI. Sympoſ. Theoph. c. 14. lib. VI. cauſ. Dal.

ſ. *Olea*) Braſſicam, vt dictum eſt XIX. 41. Apicius III. 1. *Omne olus ſmaragdinum fiet, ſi cum nitro coquatur.* De raphanis nitro ſparſis dictum eſt XIX. 26. Hard.

t. *Vtile*) Dioſc. V. 131. miſceri pariter ait emplaſtris diſcutientibus, extrahentibus, extenuantibuſque: Μίγνυται καὶ διαφορητικαῖς, καὶ ἐπισπαστικαῖς ... ἐμ-

aut discutienda[1], et lenius mordenda atque extenuanda, sicut in papulis [1] pusulisque. Quidam in hoc vsu accensum vino austero restinguunt, atque ita trito in balineis vtuntur sine oleo. Sudores nimios inhibet cum arida iride, [2] adiecto oleo viridi. Extenuat et cicatrices oculorum, et scabritias genarum *v.* cum fico illitum, aut decoctum, in passo ad dimidias partes: item *x.* contra [3] argema oculorum. Vngues *y.* decoctum cum passo in mali *z.* Punici

1. pustalisque. Gr. 2. *adiecta. Gr.* 3. *argemas. Ch.*

†.. ἐμπλάςροις, καὶ λεπτυντικοῖς. H.

v. Genarum) Palpebrarum. Hard.

x. Item contra argema oculorum. Vngues decoctum cum passo) Chiflet. et quatuor nostri, *argemas.* Voss. *argeman.* Potest excusari, vt *cum seruili schema*, et *imperatae schemae* lib. XXIX. 6. *Item in gallinacei felle ad argemam et albugines.* Sic Vossianus et ex parte Chiflet. Mox: *Argema ex melle omnibus, quae supra scripta sunt, sanantur.* Scribe *sanant.* Refert enim haec ex opinione quorumdam: vt paullo ante *suadent*, *promittitur.* vnde suspicor et *extenuare* scribendum. Gud. quoque et Acad. *sanantur*: Acad. *Argema et ex melle.* Posterior aetas multo in his fuit licentior. Marculphus lib. I. form. I. *et sanctum chrisma singulis, si voluerint postulare, pro reuerentia loci sine pretio concedat.* Sic edidit Cl. Bignonius. Sed in membranis antiquissimis legi, *sanctam chrismam.* Vossianus etiam n e s c i t τὸ *cum* habet autem, *adiuuat ad claritatem*, sine τῷ *nitrum*, quod nec in Chifl. est. Fortasse: *item contra argemas oculorum, albugines. decoctum passo in mali Punici calic. Adiuuat ad claritatem visus cum melle inunctum.* Sic lib. XX. 5. *Succo et cicatrices oculorum et albugines, et argema inunxere.* lib. XXII. 25. *Hoc ad venerem stimulandam et ad oculorum argema, albugines.* Pari et hic asyndeto Voss. lib. XXVIII. 6. *contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema.* Nisi males *inunges*, pro *v n g u e s.* Nec frustra adiicitur praepositio, quam et Acad. manu secunda inuenio adscriptam. Vide ad Liuium lib. XXIX I. Gron.

y. Vngues) Pterygia oculorum. H.

z. In

Punici calyce adiuuat: [1] claritatem *a.* viſus cum melle inunctum. Prodeſt dentium dolori ex vino, ſi cum pipere colluantur: item *b.* cum porro decoctum. Nigreſcentes *c.* dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis *d.* animalia et lendes necat, cum Samia terra illitum ex oleo. Auribus *e.* purulentis vino liquatum infunditur. Sordes *f.* eiuſdem partis [2] erodit ex aceto. Sonitus et tinnitus diſcutit ſiccum [3] additum. Vitiligines albas cum Cimolia creta, aequo pondere ex aceto, in Sole illitum emendat. Furunculos *g.* admixtum reſinae [4] extrahit, aut cum vua alba paſſa, nucleis eius ſimul tritis. Teſtium inflammationi occurrit: item eruptionibus pituitae in toto corpore cum axungia. Contraque *h.* canis mor-

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. nitrum clar. Gr. et Al.* 2. *extergit. Voſſi. et Dioſcor. exterit. M.* 3. *inditum. V.* 4. *aperit. Dioſc.*

z. *In mali punici calice adiuuat nitrum, etc.*) In apographo noſtro, *in mali punici calice adiuuat. Ad claritatem viſus cum melle inunctum.* et paulo poſt, *Creta Cimolia*, non *Cimolia creta. Pint.*

a. Claritatem) Dioſc. l. c. Hard.

b. Item) Certe quidem *ad colorem nitidum reducere dentes nitrum cum porro viridi coctum, et pro dentifricio ſumptum,* auctor eſt Marc. Emp. cap. 13. p. 97. H.

c. Nigreſcentes) Marc. Emp. l. c. H.

d. Capitis) Marc. Emp. c. 4. pag. 43. ad pedunculos necandos nitrum Alexandrinum imprimis commendat. Hard.

e. Auribus) Dioſc. V. 131. Plin. Val. I. 9. et Marc. Emp. 9. p. 79. H.

f. Sordes) Dioſc. et Plin. Val. verbis totidem loc. cit Hard.

g. Furunculos) Plin. Val III. 32. Dioſc. l. c. 'Αναστομοῖ δὲ καὶ δοθιῆνας, ἀναληφθὲν τερμινθίνῃ ῥητίνῃ. *Reſina exceptum terebinthina furunculos aperit. H.*

h. Contraque) Hoc totidem verbis Plin. Val. III 51. Dioſc. l. c. pro reſina aſininum adipem, vel ſuillum adhibet. H.

ſus, addita et reſina: initiis cum aceto illinitur. Sic et ſerpentium morſibus, phagedaenis, et hulcericus quae ſerpunt, aut putreſcunt, cum calce [1] ex aceto. Hydropicis *i.* cum fico tuſum datur illiniturque. Diſcutit *k.* et tormina, ſi decoctum bibatur pondere drachmae cum ruta, vel anetho, vel cumino. Reficit laſſitudines cum oleo [2] et aceto perunctorum. Et contra algores horroreſque prodeſt, manibus pedibuſque confricatis cum oleo. Comprimit et pruritus ſuffuſorum *l.* felle, maxime cum *m.* [3] aceto datum. Succurrit *n.* et venenis fungorum ex poſca potum: aut *o.* ſi bupreſtis [4] paſta ſit, ex aqua, vomitioneſque euocat. His *p.* qui ſanguinem tauri biberint, cum laſere datur. In facie quoque exhulcerationes ſanat cum melle et lacte bubulo. Ambuſtis toſtum, donec nigreſcat, tritumque illinitur. Infunditur *q.* [5] ventris et renium doloribus, aut rigori corporum, neruorumque doloribus. [6] Paralyſi *r.* in lingua cum pane

1. *et. V.* 2. *et. V. et. Ch.* 3. *aceto inſudatum. M. et Ch. Lego, in ſudore datum. M. ex Dioſc.* 4. *hauſta. V.* 5. *vrceis. Ch.* 6. *Paralyſi linguae. V. et Dioſc.*

i. Hydropicis) Dioſc. l. c. Μετὰ σύκων δὲ ὑδρωπικῶν ἐςὶ κατάπλασμα. H.

k. Diſcutit) Totidem verbis Dioſc. l. c. atque ita Marc. Emp. 28. p. 201. H.

l. Suffuſorum) Morbo regio, ſiue arquato, laborantium. H.

m. Cum) MSS. R. 1. 2. Colb. 3. Ch. aliique, *cum aceto inſudatum.* Forte, *inſtillatum.* Vel quod verius arbitror, *in ſudatu*, hoc eſt, in ſudatione: ſubintellige, ex antecedente ſententia, confricatum. H.

n. Succurrit) Dioſc. l. cit. totidem verbis. Galenus item de fac. ſimpl. m. IX. 3. p. 265. H.

o. Aut) Hauſta, vel deglutita. Dioſc. loc. cit. πρὸς βουπρήςεις, σὺν ὕδατι. H.

p. His) Dioſc. ad verbum l. c. H.

q. Infunditur) MSS. omnes, *infunditur vrceis et renium, etc.* Hoc eſt, infunditur ex vrceis. H.

r. Pa-

pane imponitur. Suſpirioſis in ptiſana ſumitur. Tuſſim veterem ſanat flore, mixto galbano reſinae terebinthinae, pari pondere omnium, ita vt fabae magnitudo deuoretur. [1] Coquitur, dilutumque poſtea cum pice liquida ſorbendum in angina datur: Flos eius cum oleo cyprino articulorum doloribus in Sole iucundus eſt. Regium *s.* quoque [2] morbum extenuat in potione vini. Et inflationes diſcutit: ſanguinis profluuium e naribus ſiſtit ex feruenti aqua vapore naribus rapto. [3] Porriginem *t.* alumine permixto tollit: alarum virus ex aqua quotidiano fotu: Hulcera ex pituita nata cera permixtum: quo genere neruis quoque prodeſt:

Tt 4 Coe-

1. *Vritur. Dioſc.* 2. *ſic ex MSS. Et M. Renum . . . In vino exterminat potum. Gr. et Alii.* 3. *Pruriginem. Gr. et Al.*

r. Paralyſi) Dioſc. l. cit. Μίγνυται καὶ ἄρτῳ ὠφελίμως ἐπὶ τῶν τὴν γλῶτταν παραλελυμένων. Π.

s. Regium quoque morbum in vino exterminat potum) In eod. *Regium quoque morbum extenuat in potione vini. Pint.*

t. Porriginem) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic coll.) Ita reſcripſimus admonitu R. cod. 1. etſi ceteri, librique editi ad hunc diem omnes, *pruriginem* exhibent. Aliud porrigo, aliud prurigo eſt. Illa capitis, haec reliqui corporis vitium eſt: prurituі ſanando vel liniendo medicinas ante ex nitro petitas recenſuit: nunc eſt ſermo de porrigine quae caput infeſtat. Teſtis Plin. Valer. I. 4. cui titulum inſcripſit, de phthiriaſis et porriginis curatione. *Nitrum,* inquit, *alumini mixtum, capiti infrictum, porrigines tollit.* Marc. Emp. c. 4. p. 40. prurigines capitis, pro porrigine inſolentius dixit: *Nitrum alumini admixtum prurigines capitis tollit, ſi inde, frequenter fricetur et lauetur. H.*

Pruriginem alumine permiſto tollit) Partem huius capitis, ac illo, *Addita et reſina initiis cum aceto illinitur*, repetit Voſſianus inſertam lib. XXXII. cap. 5. Vtroque autem loco habetur, *Porriginem alumine permixto tollit. Gron.*

Coeliacis infunditur: Perungi *v.* ante acceſſiones frigidas nitro et oleo multi praecepere: [1] ſicut aduerſus lepras, [2] lentigines: Podagricis [3] in balineis vti ſolio nitri prodeſt, atrophis, opiſthotonis, [4] tetanis: Sal *x.* nitrum ſulphuri concoctum in lapidem *y.* vertitur.

XLVII. (XI.) Spongiarum *z.* genera diximus in naturis aquatilium marinorum. Quidam *a.* eas ita diſtinguunt. Alias *b.* ex his mares exiſtimauere, tenui fiſtula, [5] ſpiſſioreſque, perſorbentes *c.*, [6] quae et

1. ſic ex MSS. H. et Ch. Sic et aduerſ. Gr. et Alii. 2. et lentig. V. 3. in balneorum ſolio vti nitro. Alii. 4. tetanis, vt ſale nitrum. V. 5. ſic ex MSS. H. et V. ſpiſſiores, quae tinguntur. M. et quae tinguntur. Gr. et Al. 6. ſic et M.

v. Perungi) Dioſc. loc. c. Hard.

x. Sal) De nitro ipſo loquitur, quod et ſal nitrum quidam vocabant, quod haud multum a ſale diſtaret, vt dictum eſt initio huius ſect. Hoc illud eſt quod paulo ante Plinius de ſaxeis nitri aceruis dixit: *Faciunt ex his vaſa, nec non frequenter liquatum cum ſulphure coquentes in carbonibus. H.*

y. In lapidem vertitur) In lapidoſam duritiam. Hoc eſt, quod ſupra hoc ipſo capite dixit, Aegyptios nitrum liquatum frequenter in carbonibus coquere cum ſulphure. Dalec.

z. Spongiarum) Lib. IX. 69. H.

a. Quidam) Sequutus eſt eos auctores Dioſc. V. 138. Τῶν δὲ σπόγγων, inquit, τοὺς μὲν ἄῤῥενας ἐκάλεσάν τινες λεπτοτρήτους, καὶ πυκνοὺς ὄντας· ὧν τοὺς σκληροτέρους, τράγους ὠνόμασαν· τοὺς δὲ θήλεις, οἵ ἐναντίως τοῖς προειρημένοις διάκεινται. *E ſpongiis alias nonnulli mares appellauere, quae ſunt tenuibus fiſtulis, ac ſpiſſae, denſaeue, e quibus rurſum duriores tragos nominauerunt: alias vero feminas, quae contrario atque antedictae modo ſe habent.* Noſtri contra primum genus, ſeu mares vocant, *Eponge femelle. H.*

b. Alias ex his mares exiſtimauere) Noſtri duriores, et fiſtulis minoribus pertuſas, mares vocant: molliores autem, laxiores, et amplioribus cauernis fiſtu-

et tinguntur in deliciis, aliquando et purpura: alias feminas, maioribus fiſtulis ac perpetuis. E maribus duriores alias, quas appellant tragos, tenuiſſimis fiſtulis atque denſiſſimis. Candidae *d.* cura [1] fiunt, e molliſſimis recentes per aeſtatem tinctae ſalis ſpuma, ad lunam et [2] pruinas *e.* ſternuntur inuerſae, hoc eſt, qua *f.* parte adhaeſere, vt candorem bibant. Animal *g.* eſſe docuimus, etiam cruore inhaerente. Aliqui *h.* narrant et auditu regi eas, contrahique ad ſonum, exprimentes abundantiam humoris. nec auelli petris poſſe, ideo abſcindi ac ſaniem emittere. Quin et eas quae ab Aquilone ſint genitae, praeferunt ceteris. Nec

Tt 5 vſquam

1. *fiunt. E molliſſimis. V.* 2. *rores. V.*

fiſtuloſas, feminas. Dalecamp.

c. Perſorbentes) Quae plus humoris exſorbent, ob corporis denſitatem. Dal.

Perſorbentes) Colorem quemlibet, quo tinguntur, auide bibentes. H.

d. Candidae) Totidem verbis Dioſc. l. c. Λευκαίνονται δὲ αὐτῶν οἱ ἁπαλώτατοι ἐν τοῖς καύμασι, βρεχόμενοι τῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν συνισταμένῃ ἁλὸς ἄχνῃ, καὶ ἡλιαζόμενοι. Ἐπιβλεπέτω δὲ τὸ μὲν κοῖλον αὐτῶν ἄνω, κάτω δὲ ἡ ἀποτομή. *Candidae porro cura fiunt, quae ſunt inter eas molliſſimae, ſi per aeſtiuos ardores ſalis ſpuma petris adhaereſcente tingantur, et inſolentur inuerſae: ita vt parte caua ſurſum ſpectent, qua vero parte reſectae fuerint, deorſum:* Dioſcoridem, vt ſolet, Oribaſius ſequitur XIII. p. 232. H.

e. Pruinas) *Rores* potius. Aeſtate nulla pruina fit. Dal.

f. Qua) Qua parte reſectae ſunt, deorſum ſpectent. Hard.

g. Animal) Lib. IX. 69. H.

h. Aliqui narrant et auditu regi eas) Plutarchus ſpongias ab animali, ſimili araneo, regi ſcribit. Spongotherem is vocat, quod monet ac indicat cibum aut inſidias venantium adeſſe. Dal.

Aliqui) Cum his et Plutarch. Lib. de Solert. animal. p. 980. H.

vſquam *i.* diutius durare ſpiritum *k.* Medici affirmant. Sic et prodeſſe corporibus, quia noſtro ſuum miſceant, et *l.* ideo magis recentes magisque humidas: ſed minus *m.* [1] in calida aqua, minusque *n.* vnctas, aut vnctis corporibus impoſitas: et ſpiſſas minus adhaereſcere. Molliſſimum *o.* genus earum [2] penicilli *p.*: oculorum tumores leuant ex mulſo [3] impoſiti. Iidem *q.* abſtergendae lippitudini [4] vtiliſſimi: eoſque tenuiſſimos et molliſſi-

1. *in, in M. d.* 2. *e quo penicilli. V.* 3. *impoſitae. Eaedem. V.* 4. *vtiliſſimae ideoque eas tenuiſſimas et molliſſimas. V. vtiliſſimae. Eam quae tenuiſſima eſt, molliſſimam. Alii V.*

i. Vſquam diutius durare) In aliis maris locis quam Aquiloniis. Dal.

Durare) Spiritum illum natiuum, quem e mari natalibuſque ſuis conceptum, et fiſtulis abditum celant, vt recte Dalecampius interpretatus eſt. H.

k. Spiritum) Hanc animaduerſionem a Dalecamp. mutuatam in praecedente exhibuit Hard.

l. Et) Subintellige ex ſuperioribus *praeferunt ceteris.* Dioſc. V. 138. nouas quoque et recentes, ac minime pingues ceteris anteponit: Ὁ κενὸς δὲ καὶ ἀλιπὴς . . . ὁ δὲ παλαιὸς ἄχρηστος. H.

m. Minus in calida aqua) Quae ſalſuginem citius diluit, quam frigida. Dal.

n. Minuſque vnctas) Oleoſa enim ac pinguia ſalſuginis vim obtundunt. Dalec.

o. Molliſſimum) Noſtris, *Eponge fine.* Vide N. et Em. N. XXIV. (hic poſ.) *Molliſſimum*) Sic R. 1. codex, et libri hactenus typis impreſſi. In R. 2. non aſpernanda lectione, *penicillis*: vt ſit ſententia, non id ei generi nomen eſſe, ſed penicillis aptandis concinnandiſque id genus potiſſimum dicari. Nam Plinius de hoc ipſo genere agens IX. 69. *Tenue*, inquit, *denſumque, ex quo penicilli, Achilleum.* Nihil tamen moueo, quum extrema hac ſectione penicillos in Lycia naſci dicat: vt ea tenuiſſimi generis appellatio propria eſſe videatur. H.

p. Penicilli) Achillaeas Ariſtot. vocat lib. IX. Dalecamp.

q. Iidem) Crematas ex aceto lippitudini aridae opitulari ait Dioſc. l. c. H.

lissimos esse oportet. Imponuntur et [1] spongiae ipsae epiphoris ex posca: [2] ex aceto calido ad capitis dolores. De cetero recentes discutiunt, molliunt, [3] mitigant: Veteres *r.* [4] non glutinant vulnera. Vsus earum ad *s.* abstergenda, fouenda, operienda, a fotu, dum *t.* aliud [5] imponatur. Hulcera *v.* quoque humida et senilia impositae siccant: fracturae et vulnera spongiis vtilissime fouentur. Sanguis *x.* [6] rapitur in secando, vt curatio perspici possit. Et ipsae vulnerum inflammationibus imponantur, nunc siccae, [7] nunc aceto adspersae, nunc vino, nunc aqua frigida. Ex *y.* aqua

1. *deest ap. Gron.* 2. *et ex aceto. M.* 3. *mitigant, conglutinant vulnera, non item veteres. V.* 4. *sic et Ch conglutinant. Gr. et Al.* 5. *adponatur. Ch.* 6. *iis rapitur. V.* 7. *sic ex MSS. H. V. et Ch. nunc ex aceto insperſae, nunc e vino, nunc ex aqua. Gr. et Al.*

r. Veteres) Vide N. et Em. N. XXV. (hic adi.) *Veteres*) Ita restituimus sequuti codices R. 1. 2. Colb. Ch. ceterosque MSS. vulgatam scripturam aspernati, cuius contraria sententia est, *veteres conglutinant vulnera.* Certe Diosc. II. 138. vbi recentes spongias dixit conglutinare vulnera, veteres idem subiungit esse inutiles, ὁ δὲ παλαιὸς ἄχρηστος. H.

s. Ad abstergenda) Non tantum membra corporis, sed alia quaeuis, vt mensas καὶ θρόνους περικαλλέας Homero. Martialis: *Haec tibi sorte datur tergendis spongia mensis Vtilis expresso cum leuis imber tumet.* Cuiac. c. et lib. XIII. Obs. D.

t. Dum) Splenium, exempli gratia, vel apparatus, vt vocant, *la bande, ou l'appareil.* H.

v. Hulcera) Diosc. l. cit. Hard.

x. Sanguis) Sanguis spongia sorbetur, dum fit sectio. Hard.

y. Ex aqua vero coelesti impositae, etc.) *Siccant* in scripto codice non *secta*: vt ad praecedentia pertineat. Pint.

Ex) Totidem verbis Plin. Val. III. 30. Secta recentia, sunt vulnera recentia, seu recens factae chirurgorum opera sectiones, a quibus spongiae arcent tumorem. Hard.

aqua vero caelesti impositae, secta recentia non patiuntur intumescere. Imponuntur et integris partibus, sed z. [1] fluctione occulta laborantibus, quae discutienda sit, et iis quae apostemata vocant, melle decocto perunctis. Item articulis, alias aceto salso madidae, [2] alias e posca. Si *a.* ferueat impetus, ex aqua. Eaedem *b.* et [3] callo, [4] e salsa: at contra scorpionum ictus, ex aceto. In vulnerum curatione et succidae lanae vicem implent, nunc ex vino et oleo, nunc ex eadem. Differentia haec, quod lanae emolliunt, spongiae coercent, rapiuntque *c.* vitia *d.* hulcerum. Circumligantur *dd.* et hydropicis siccae, vel ex aqua tepida poscaue, vtcumque blandioribus opus est [5] opeririue aut siccari cutem. Imponuntur et his morbis, quos vaporari oporteat, feruenti aqua perfusae, expressaeque

1. *fluxione. V. fluctuatione. Gr. et Al.* 2. *alias posca. V.* 3. *callosa immissa laxant. Diosc.* 4. *sic ex MSS. callo salsa madidae. Gr. et Alii.* 5. *apeririue. Alii.*

z. *Sed*) Seu fluxione. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic pos.) *Imponuntur*) Sic libri MSS. R. 2. et alii, pro fluxione. Diosc. V. 138. τὰ δὲ ῥευματικά, *etc.* In libris ad hunc diem editis inepte prorsus, *fluctuatione occulta.* Hard.

a. Si) Inflammatio, tumor, ἐπιφορά. H

b. Eaedem) Hoc est, ex aqua salsa. Ita plane R. 2. codex et Colb. 3. Interpolatores sic edi hactenus curauerunt: *eaedem et callo salsa madidae*, obscuro aut penitus nullo sensu: voce *madidae* ex superiore sententia temere huc iterum reuocata. Diosc. l. c. Καὶ τύλους διαςέλλουσι, *callos diducunt ac dirimunt.* Hard.

c. Rapiuntque) Attrahunt prauos succos, sordes, saniem. H.

d. Vitia hulcerum) Prauos succos, sordes, excrementa, saniem. Dalec.

dd. Circumligantur) Plin. Val. III. 12. et Scrib. Larg. 33. ad hydropicos, comp. 133. H.

ſaeque inter duas tabulas. Sic *e.* [1] et impoſitae ſtomacho proſunt, et in febri contra nimios ardores. [2] Sed ſplenicis e poſca, ignibus *f.* ſacris ex aceto, efficaciores quam aliud. Imponi *g.* oportet ſic, vt ſanas quoque partes ſpatioſe operiant: Sanguinis *h.* profluuium ſiſtunt ex aceto, aut frigida. Liuorem *i.* ab ictu recentem ex aqua ſalſa calida ſaepius mutata tollunt, teſtium *k.* tumorem doloremque ex poſca. Ad *l.* canum morſus vtiliter conciſae imponuntur ex aceto, aut frigida, aut melle, [3] ſubinde humectandae. Africanae *m.* cinis cum porri ſectiui ſucco ſanguinem reiicientibus hauſtu [4] ſalis ex frigida prodeſt. Idem [5] cinis vel cum oleo vel aceto fronti illitus, tertianas tollit. Priua-

1. *et in ſtomacho. Ch.* 2. *ſic ex MSS. H. et Ch. ſpleneticis. Gr. et Alii.* 3. *ſic ex MSS. H. V. et Ch. melle, abunde ſubinde. Gr. et Al.* 4. *cum ſale et frig. V.* 5. *cinis cum oleo et aceto. V.*

e. Sic) Aqua feruenti perfuſae. H.

f. Ignibus) Plin. Val. ad verbum III. 24. H.

g. Imponi) Plin. Val. l. c. H.

h. Sanguinis) Dioſc. V. p. 138. Ἐπέχουσι δὲ καὶ αἱμοῤῥαγίαν σὺν ὄξει. Marc. Emp. 18. p. 83. *Ad ſiſtendum ſanguinem e naribus erumpentem: Proderit*, inquit, *et ſpongiae particulam praeſectam apte forfice, et ad amplitudinem narium figuratam, iniicere paulo preſſius, aceto infectam, et interdum eodem aſperſam. H.*

i. Liuorem) Marc. Emp. 19. p. 131. *Spongia noua cum aqua ſalſa calida ſaepius impoſita, ſugillationes liuoreſque detergit.* H.

k. Teſtium) Ad verbum Marc. Emp. 33. p. 227. H.

l. Ad) Plin. Val. III. 51. iiſdem verbis, et Theod. Priſc. III. 19. H.

m. Africanae) Marc. Emp. 16. p. 120. *Spongiae Africanae exuſtae cinis cum ſucco porri ſectiui hauſtus empyicos ſanat*, hoc eſt, purulentas exſcreationes. Plin. Val. I. 63. cui titulus eſt, *ad ſanguinem exſcreantes, et phthiſicos affectos: Spongiae Afrae cinis*, inquit, *cum porri ſectiui ſucco ſorbetur.* De Africanis ſpongiis IX. 69. H.

Afri-

Priuatim Africanae ex poſca [1] tumorem diſcutiunt. Omnium *n.* autem cinis cum pice crematarum, ſanguinem ſiſtit vulnerum. Aliqui *o.* raras tantum, ad hoc cum pice vrunt. Et *p.* oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra ſcabritias genarum *q.*, excreſcenteſque carnes, et *r.* quidquid opus ſit ibi [2] deſtringere *s.*, [3] ſpiſſare, explere. Vtilius *t.* in eo vſu lauare cinerem. Praeſtant *v.* et ſtrigilum vicem, linteolorumque, [4] affectis corporibus. Et contra Solem apte protegunt capita. Medici inſcitia ad duo nomina eas redegere: Africanas *x.*, quarum firmius ſit robur: [5] Rhodiacaſque, ad fouendum molliores. Nunc autem molliſſimae circa

1. *tumores. V.* 2. *adſtringere. V. diſtringere. Gr. et Al.* 3. *reſpiſſare. Ch.* 4. *fricandis. V.* 5. *et Rhodiacas, quae. Voſſ.*

Africanae) Quae generantur in ſyrtibus. Dal.

n. Omnium) Dioſcorid. III. 138. totidem verbis. Hard.

o. Aliqui) Hoc eſt, genus illud quod rarum Latini, Graeci μάνον vocant, vt diximus IX. 69. Hard.

p. Et) Dioſc. loc. citat. Hard.

q. Genarum) Palpebrarum. H.

r. Et) *Deſtringere*, abſtergere eſt: *ſpiſſare*, adſtringere, vt ſaepe monuimus. Dioſc. l. c. Καὶ ὅπου δεῖ σμῆξαί τι, ἢ ςύψαι. Hard.

s. Deſtringere) Detergere, adſtringere, replere. Hard.

t. Vtilius) Dioſc. loc. c. Hard.

v. Praeſtant) Strigili, hoc eſt inſtrumento ferreo, aureo, argenteo, eboreoue vtebantur veteres ad radendas corporis ſordes, ad ſudorem detergendum, praecipueque in frictionibus. Mart. XIV. ep. 51. cuius lemma, *Strigiles: Pergamus has miſit: curuo deſtringere ferro: Non tam ſaepe teret lintea fullo tibi.* H.

x. Africanas) Africanas, Rhodiacaſque laudat Marc. Emp. c. 36. p. 246. Genus vtrum-

circa muros Antiphelli y. vrbis reperiuntur. Trogus auctor est, circa Lyciam [1] penicillos mollissimos nasci in alto, vnde ablatae sint spongiae. Polybius super aegrum [2] suspensos, quietiores facere noctes. Nunc reuertemur ad marina animalia et aquatilia.

1. *penicillis mollissimas. V.* 2. *suspensas. V.*

vtrumque ad podagrum commendat Scrib. Larg. 41. comp. 158. H.

y. Antiphelli) Vrbs ea Lyciae est, vt diximus V. 28. Hard.

C. PLI.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER XXXII.

I.

Ventum eſt ad [1] ſumma naturae exemplorumque, per rerum ordinem: et ipſum ſua ſponte occurrit immenſum potentiae occultae documentum, vt prorſus nec aliud vltra quaeri debeat, nec par aut ſimile poſſit [2] inueniri, ipſa ſe vincente natura, et quidem numeroſis [3] modis. Quid enim violentius mari [4] ventiſue, et turbinibus, et procellis? quo maiore hominum ingenio in vlla ſui parte adiuta eſt, quam velis remiſque? Addatur his et reciproci aeſtus inenarrabilis vis, verſumque totum mare in flumen. (I. *a.*) Tamen omnia haec, pariterque eodem *b.* impellentia, vnus ac paruus admodum piſciculus *c.*, echeneis appellatus, in

1. *ſummam. V.* 2. *inueniri. Ipſam ſe inuenit natura M.* 3. *modis declarante. Quid enim. V.* 4. *beſteiſue Ch. Lego beſtiiſue. quam apte, videris.*

a. ad inſcript. De echeneide) Vide cap. 25. lib. 9. Fracaſtorium c. 8. lib. De ſympathia, Rondeletium cap. 18. lib. XV. de piſcibus. Aelianum cap. 17. lib. II. Sympoſ. Dal.

b. Eodem) Ad eumdem locum aequali vi nauigium impellentia. H.

c. Piſciculus Echeneis appellatus in ſe tenet, etc.) Exemplar noſtrum, *piſciculus echeneis appellatur, cuncta in ſe*

[1] in *d.* se tenet. Ruant venti licet, et saeuiant procellae, imperat furori, viresque tantas compescit, et cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non ancorae pondere irreuocabili [2] iactae. [3] Infrenat impetus, et domat mundi rabiem nullo suo labore: non retinendo, aut alio modo, quam adhaerendo. [4] Hoc *e.* tantulo satis est contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Sed armatae classes imponunt sibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur, velut e muris. Heu vanitas humana! quum rostra illa aere ferroque ad ictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere deuincta pisciculus. Fertur Actiaco Marte tenuisse praetoriam nauim Antonii, properantis circumire et exhortari suos, donec transiret in aliam. Ideoque Caesariana classis impetu maiore protinus venit. Tenuit et nostra memoria Caii *f.* principis ab Astura *g.* Antium *h.* [5] renauigantis: [6] vt res est

1. *per se. V.* 2. *factae. V.* 3. *Is fraenat. Alii.* 4. *sic et Ch. Hic tantillus. V. Haec tantilla vis est. Al. V. haec tantilla est satis. Gr. et Al.* 5. *sic ex MSS. H. et Ch. et M. remeantis. V. remigantis. Gr. et Alii.* 6. *et res. V.*

se tenuerat. Venti licet saeuiant, procellae, imperat furori. scribendum forte: *cuncta vi sua temerat. Venti licet saeuiant, procellae, imperat furori.* Pint.

d. In) R. 2. et Al. *in se tenuerat* Coniiciebat Pintianus, *vi sua temerat.* Alii, *ipse remoratur.* H.

e. Hoc) Sic R. 2. et Ch. In editis perperam, *Haec tantilla est satis.* H.

f. Caii) Qui Germanici Caesaris filius, et idem Augustus fuit. De Astura et Antio III. 9. De hoc illius reditu in Vrbem, et post quartum mensem nece ei illata, Sueton. in Caio, 49. Hard.

g. Astura) Flumine et insula Circeiis proxima. D.

h. Antium) Antium (quondam Aphrodisium) ciuitas in rupe sita, maritima, ab Ostia distans stadiis 260. portu carens, Romanis imperatoribus ad otium et rerum vrbanarum vacatio-

est etiam auspicalis *i.* pisciculus. Siquidem nouissime *k.* tum in vrbem reuersus ille imperator, [1] suis *l.* telis confossus est. Nec longa fuit illius morae admiratio, statim causa intellecta, quum e tota classe quinqueremis sola non [2] proficeret, [3] exsilientibus protinus [4] qui id quaererent circa nauim, inuenere adhaerentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorumque *m.* remigum obsequio contra se intercederet. Constabat peculiariter

1. *suorum. V.* 2. *procederet. V.* 3. *et exil. M.* 4. *qui eum. V.*

tionem praecipue selecta, ideoque frequentissimis et ornatissimis aedificiis exculta. Strabo lib. V. Dal.

i. Auspicalis) In auspiciis valens plurimum. H.

k. Nouissime tum in vrbem reuersus ille imperator) Quis non videt postrema duo verba adiecta esse expositionis causa ab aliquo, vt aiunt, glossatore? Pint.

l. Suis) *Potentissimorum libertorum* suorum telis *Praefectorumque Praetorii*, inquit Suetonius, 56. vel Praetorianorum suorum. H.

m. Quadringentorum) Quum quadringentos remiges, inquit, in sua classe Caius princeps haberet sibi obsequentes, pisciculus contra illud obsequium intercessit, et omnium studium reddidit emortuum: siquidem illius quinqueremis, qua Princeps vehebatur, progressu inhibito, ceterae simul detinebantur: quippe comites quinqueremis Principalis. Quod si fuere, vt verisimile est, in ea classe reliquae triremes, et remis singulis quaterni remiges attributi, constitit ea triremibus omnia triginta duabus. Nec maiorem eam esse profecto oportuit, quum esset ora tantum praenauiganda, ab Astura Antium: quod confici spatium vnius horae nauigatione potuit. Quamobrem etiam εἰρωνικῶς vocatur a Plinio, *ille Imperator*, qui extra nauigationem eam numquam Imperatorem egit; nec in nummis suis gessit titulum IMP. nec a Plinio aliter appellatur, quam Caius Princeps: quamuis natalium iure praeesse exercitibus posset, et dici IMP. *Généralissime né.* H.

ter miratum quomodo adhaerens tenuisset, nec id empolleret in nauigium receptus. Qui tunc posteaque videre, eum limaci magnae similem esse dicunt. Nos [1] plurium opiniones posuimus in natura aquatilium, quum *n.* de eo diceremus. Nec *o.* dubitamus idem valere omnia genera, quum celebri et consecrato etiam exemplo apud *p.* Gnidiam [2] Venerem conchas *q.* quoque eiusdem potentiae credi necesse sit. [3] E nostris quidam Latine remoram appellauere eum. Mirumque, e Graecis alii lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem, [4] adalligato eo ([5] vt *r.* diximus) prodiderunt: alii sale adseruatum adalligatumque grauidis partus soluere, ob id alio nomine [6] odynolytem *s.* appellari. Quocumque modo ista se habeant, quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de vlla *t.* potentia naturae atque effectu, in remediis sponte nascentium rerum [7] dubitet?

Vu 2 II. Quin

1. *Plurimum. Ch.* 2. *venire. Ch. nec habet* τὸ *credi quod sequitur.* 3. *et nostris Latinis quidam V. Latine. Ch.* 4. *sic ex MSS. H. et Ch. alligato. Gr et Al.* 5. *vt diximus, in M. d.* 6. *sic et M. odynolyontem. Gr. et Al.* 7. *dubitare debeat. V.*

n. Quum) Lib. IX. 41. H.

o. Nec) Nec dubitamus, quin easdem vires habeant genera echeneidum omnia, *quae suo loco diximus.* H.

p. Apud) Recitata historia est, IX. 41. H.

q. Conchas quoque eiusdem) Quod nauem detinuerint portantem nuntios a Periandro, vt castrarentur nobiles pueri. supra c. 25. lib. IX. Dal.

r. Vt) Loco mox citato. Hard.

s. Odynolytem) Ὀδυνολύτην, παρὰ τὸ λύειν τὰς ὀδύνας, a soluendis doloribus grauidarum quibus opitulari in partu echeneis putabatur. Sic MSS. R. Colb. aliique: non vt editi *odynolyentem.* H.

t. De vlla potentia naturae atque effectu) Voss. *naturae vt quae et effectu.* Lege: *de vlla potentia naturae vique et effectu* Andegau. *naturae vique effectu.* Gr.

II. Quin et ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſſet ex eodem mari torpedo *v.*: etiam procul, et e longinquo, vel ſi haſta virgaue attingatur, quamuis praeualidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari [1] pedes. Quod ſi neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe vim aliquam, quae odore tantum et quadam aura ſui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis ſperandum eſt?

III. Non ſunt minus mira, quae de *x.* lepore marino traduntur. Venenum *y*, eſt aliis in potu, aut in cibo datus, aliis etiam [2] viſus. Siquidem grauidae ſi omnino aſpexerint feminam, ex eo genere dumtaxat, ſtatim nauſea et redundatione ſtomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio eſt mas, ob id induratus ſale, vt in *z.* brachialibus habeant. Eadem *a.* res in mari et tactu quidem nocet. Veſcitur *b.* eo vnum tantum animali-

1. *pedes proditur. V.* 2. *viſu. V.*

v. Torpedo) Egimus de ea IX. 67. H.

x. De) Lib. IX 72. H.

y. Venenum eſt aliis in potu) Tito rogante quo genere mortis obiturus eſſet, fatis reſponſum, Vlyſſis modo periturum ἐκ τῆς θαλάσσης, nam paſtinacae ictu exanimatus eſt: Titus vero marini leporis veneno, Domitiani fratris fraude dato. Rhod. cap. 30. lib. XXVI. Dal.

num) Vide quae diximus loco proxime citato. Hard.

z. In) Brachialia, ſiue armillae, *des Braſſelets.* Hard.

a. Eadem res in mari et tactu quidem nocet) In ſcripto exemplari, *eadem res in mari. Nam et tactu quidem nocet.* Pint.

Eadem) Ex R. 1. et. 2. rectius, *in marina*: vt in ipſos piſces exercere vim eamdem intelligatur, quam in hominum genus, vel ipſo tactu. H.

b. Veſcitur eo vnum tantum animalium) Athenaeus lib. VIII. etiam ſcarum lepores marinos venari, iiſque paſci tradit. Dal.

Veſcitur) Et ſcarum quoque lepore marino veſci auctor

malium vt non intereat, mullus piscis: [1] tenerescit *c.*, tantum, et ingratior, viliorque fit. Homines quibus *d.* [2] impactus est, piscem *e.* olent, hoc primo argumento veneficium *f.* id deprehenditur. Cetero *g.* moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus. Incertique temporis veneficium [3] id esse, auctor est Licinius Macer. In India affirmant non capi viuentem: inuicemque ibi hominem illi pro veneno esse, ac vel digito omnino in mari tactum mori. Esse autem ampliorem multo, sicut reliqua animalia.

IV. Iuba in his voluminibus quae scripsit ad Caium Caesarem Augusti filium, de Arabia, tradit [4] mitulos *h.* marinos ternas heminas capere. [5] Cetos *i.* sexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum

1. ac tenerescit. M. 2. in pasta. M. in potu datus. Diosc. 3. de se. Ch. 4. vitulos. Ch. mitulos ternas Gr. et Al. 5. Cetum. V.

auctor est Athen. VIII. p. 355. Hard.

c. Tenerescit tantum) In mullorum carne maxime durities commendatur. D.

d. Quibus) Quibus vel in cibo vel in potu oblatus. H.

e. Piscem) Vide Diosc. in Alex. c. 30. H.

f. Veneficium) Venenum. Hard.

g. Cetero moriuntur totidem diebus) Sic apud Theophrast. IX. 16. hist. sumpto aconito par spatium interitus est temporis interuallo, post quod id effossum fuit. Dalec.

h. Mitulos) Inepte quidam legebant, *vitulos*. Rondeletius, sed parum feliciter, c. de phoca, reponendum censuit, *lepores marinos*. Dal.

Mitulos) Libri omnes manu exarati *vitulos* exhibent. R. 2. addit et *marinos*. Sed *mitulos* haud dubie, vt editi praeferunt, scribi par est, quos in Arabia portentosae molis esse Iuba ait, quoniam ibi sunt omnia multo ampliora. Heminae mensura quum dicitur, significat cyathos sex, pondus vero drachmarum quindecim, vt diximus XXI. 109. Hard.

i. Cetos) Ita MSS. omnes R. Colb. aliique. Singulari numero, vt Graeci τὸ κῆτος. Sequitur enim, *pinguique*

torum sexaginta latitudinis in flumen Arabiae intrasse, pinguique *k.* [1] eius mercatores *l.* negotiatos, et omnium piscium adipe camelos [2] perungi in eo situ, vt *m.* asilos ab his fugent odore.

V. (II.) Mihi videntur mira et quae Ouidius [3] prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon *n.* inscribitur. Scarum *o.* inclusum nassis,

1. eius mercatores ac negotiatores. M. eius negotiatores Gr. et Al. 2. sic ex Mss. H. et Ch. perungere Gr. et Al. 3. prodit. Ch.

que eius. Flumen autem *Arabiae*, ipsum est *flumen Salsum* a Plinio memoratum, VI. 32. et idem Mosi *Gehon*, in Genesi 2, 13. H.

k. Pinguique eius negotiatores et omnium piscium) Voss. *pingit qua eius mercatores negotiatio et omnium.* Men. et Gud. *pinguique eius mercatores negotiator et omnium.* Academ. *pinguique eius mercatores negotiantur et omnium.* Andegav. *pinguique eius mercatores negotiator omnium.* Scribe: *pinguique eius mercatores negociatos et horum piscium adipe camelos perungi.* Nam ad haec omnia ex superioribus intelligimus, *Iuba tradit.* Quod autem constanter hic legitur, *pinguique eius*, ex eo noscat licet *Cetos* supra dixisse Plinium non numero pluratiuo (vt existimarunt etiam accuratissimi viri) sed singulari, vt Graeci τὸ κῆτος. Frustra quoque subiiciunt *cetum.* nam *cetos* tuentur optimi codices. Adde hunc, quae ad lib. XXII. 13. diximus. Gron.

l. Mercatores negociatos) Sic edidimus, quum in R. 2. legatur, *mercatores negotiatio.* In editis, *negotiatores* tantum. H.

m. Vt) Insecti genus, de quo XI. 34. H.

n. Halieuticôn) Ἁλιευτικῶν volumen, siue commentatio de piscatu. Non modo hoc loco, sed et inferius s. 54. Halieuticon opus Ouidio Plinius asserit; nihilominus quod nunc exstat sub eo titulo opus, plurimi Ouidio nunc illud abiudicant, Gratio vindicare moliuntur. H.

o. Scarum inclusum nassis) Aelianus cap. 4. lib. I. histor. anim. Plutarch. lib. de solert. anim. Dal.

Scarum) Oppianus quoque haec totidem verbis refert, Halieut. IV. 44. sqq. Ouidii verba haec sunt in Hal. v. 7. *Timor omnibus hostem,*

naſſis, non fronte erumpere, nec infeſtis vimini-bus caput inſerere: ſed [1] auerſum caudae ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorſum [2] erumpere. Quem *p.* luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus videat, apprehenſa mordicus cauda [3] adiuuare [4] niſus erumpentis. Lupum *q.* [5] rete circumdatum arenas *r.* arare cauda, atque *ſ.* [6] ita con-

Vu 4 di

1. *aduerſum.* Ch. 2. *repere.* M. 3. *adiuuat.* D. 4. *ſic ex Mss.* H. *et* Ch. *nixus* Gr. *et* Al. 5. *piſcem rete.* M. 6. *ita conditum tranſire rete* Gr. *et* Al.

hoſtem, Praeſidiumque datum ſentire, et noſcere teli Vimque modumque ſui: ſit et ſcarus arte ſub vndis ...... Non audet radiis obnixa occurrere fronte: Auerſus crebro veniens, ſed verbere caudae, Laxans ſubſequitur, tutumque euadit in aequor. H.

p. Quem) Adnotauit et hoc Plutarchus, in L. de ſolert. anim. p. 977. Ouid. in Halieut. v. 15. *Quin etiam ſi forte aliquis dum pone nataret Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit: Auerſi caudam morſu tenet, atque trahendo Captiuum texto ſocium de carcere ſoluit.* Vide et Aelian. H. A. I. 4. Hard.

q. Lupum rete) Ob eam cauſam apud Athenaeum λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος. Dal.

Lupum) Oppianus ad verbum haec quoque cecinit Halieut. III. 121. Ouid. v. 23. *Clauſus rete lupus, quamuis immanis, et acer, Dimotis cauda ſubmiſſus cedit arenis.* Caſſiod. XI. ep. 40. *Piſcis lupus arenis ſe mollibus, vt plumbati lini inſidias euadat, immergit: cuius vt ſuperducta retia eius terga fruſtra diraſerint, alacer, in vndas exſilit, et vitali periculi gaudia liberatus agnoſcit.* H.

r. Harenas arare cauda) Mallem legeres: *harenam ſulcare cauda.* Pint.

ſ. Atque ita conditum tranſire rete) In vetere exemplari, *Atque ita condidum tranſeat rete.* ſcribo, *atque ita condi, dum tranſeat rete.* Pint.

Atque) Vide N. et Em. N. I. (hic adi.) *Atque*) Sic reſtituimus ex veſtigiis codicis R. 2. in quo legitur, *atque ita condi, dum tranſeat rete.* In libris vulgaris vitioſe, obſcuraque ſententia, *atque ita conditum tranſire rete.* H.

di dum transeat rete. Muraenam *t.* maculas *v.*[1] appetere ipsas, conſciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec euadat. Polypum *x.* hamos appetere, brachiisque complecti, non morsu: nec prius dimittere, quam escam circumroserit, [2] aut *y.* arundine leuatum extra aquam. Scit *z.* et mugil esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: auiditas tamen tanta est, vt cauda verberando excutiat [3] cibum. Minus in prouidendo lupus solertiae habet, sed magnum robur in poenitendo. Nam *a.* vt haesit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiae. Muraenae *b.* amplius deuorant, quam hamum, admouentque dentibus lineas, atque ita erodunt. [4] Anthiam *c.* tradit

1. *impetere Dal.* 2. *vel. V.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. cibos Gr. et Al.* 4. *Pytheas tradit Idem infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaque Gr. et Al.*

t. Muraenam) Oppian. Halieut. III. v. 127. Aelian. H. A. I. 33 Ouid. v. 26. *Et muraena ferox teretis sibi conscia tergi Ad laxata magis conuersa foramina retis, Tandem per multos euadit lubrica flexus.* H.

v Maculas) Foramina retis. H.

x. Polypum) Ouid. v. 30. *At contra scopulis crinali corpore segnis Polypus haeret ... Atque vbi praedam Pendentem setis auidus rapit, hic quoque fallit Elato calamo, cum demum emersus in auras Brachia dissoluit, populatumque exspuit hamum.* H.

y. Aut) Quum lino piscatorio attollitur extra aquam, brachia tum laxat, dimittitque hamum. H.

z. Scit) Eleganter haec, Oppianus, vt cetera, Halieut. III. 482. sqq iterumque v. 520. Ouid. v. 37. *At mugil cauda pendentem euerberat escam Excussumque legit.* H.

a. Nam) Plutrarch. L. de solert. anim. p. 977. Ouid. v. 38. *Lupus acri concitus ira Discursu fertur vario, fluctusque ferentes Prosequitur quassatque caput, dum vulnere saeuus Laxato cadat hamus, et ora potentia linquat.* H.

b. Muraena) Ouid. v. 42. Hard.

c. An-

tradit idem infixam hamo inuertere se, quoniam *d.* sit dorso cultellato ei spina eaque lineam praesecare. Licinius *f.* Macer muraenas tantum feminini sexus esse tradit, et concipere [1] e serpentibus, vt *g.* diximus: ob id sibilo a piscatoribus, tamquam serpentibus, euocari et capi: pinguescere [2] iactatu *h.*, fuste non interimi, easdem *i.* ferula protinus. Animam in cauda habere certum est, eaque icta celer-

 rime

1. a. Ch. 2. *sic et M. luctatu. Ch. lactatu Gr. et Al.*

c. Anthiam) Vide N. et Em. N. II. (hic pos.) *Anthiam*) In libris hactenus editis. *Pytheas id tradit. Idem infixam hamo*, etc. quod interpolatoris manum sapit, qui ad muraenam, de qua proxime antea sermo fuit, id pertinere rati, *infixam* scripsere, quum *infixas* scribi debuisset, quod de muraenis numero multitudinis oratio tota texatur. At MSS. R. 2. aliique *Pthiasim tradit idem infixo hamo.* Neque vero ad muraenam haec spectare, sed ad anthiam piscem, quem in scriptorem Massiliensem Pytheam, et amanuenses, et editores transformarunt, plane pseudo Ouidii oratio contestatur, libro videlicet halieuticon, v. 45. vbi postquam de muraena egit, transit ad anthiam statim, quod Plinii scilicet vestigiis insistens facit. *Anthias his, tergo quae non videt, vtitur armis, Vim spinae nouitque suae, versoque supinus Corpore lina secat, fixumque intercipit hamum.* Quod vero sibi ipsi praestare anthiam hoc loco vates pronunciat, hanc officii vicem a sociis accipere, alios sequutus auctores Plinius asseuerat, IX. 85. Irritus Aldrouandi conatus, qui de piscibus III. 27. pag. 362. vulgatam scripturam defendere omni ope nititur. H.

d. Quoniam sit dorso cultellato, etc.) Lego, *quoniam sit in dorso cultellata ei spina, eaque, etc.* ex vetere exemplari. Dal.

f. Licinius) Aliter sentire Aristotelem vidimus IX. 39. Hard.

g. Vt) L. IX. 39. H.

h. Iactatu) Agitatione aquae. Ita MSS. R. 1. 2. aliique Chiffl. *luctatu*: editi, *lactatu.* Vtrique male. H.

i. Easdem) Plinius ipse XX. 98. *Natura ferularum muraenis infestissima est: tactae siquidem ea moriuntur.* Hard.

rime exanimari: at capitis ictu difficulter. Nouacula *k.* pisce quae [1] tacta sunt, [2] ferrum olent. Durissimum esse piscium constat, qui *l.* orbis vocetur: rotundus est, et sine [3] squamis, totusque *m.* capite constat.

VI. Miluago *n.* quoties [4] cernatur extra aquam volitans, tempestates [5] mutari, Trebius Niger auctor est. Xiphiam *o.*, id est, gladium, rostro mucronato esse: ab *p.* hoc naues perfossas mergi in Oceano ad *q.* locum Mauretaniae, qui *r.* [6] Cotta vocetur,

1. *attacta. M.* 2. *ferum V.* 3. *sic et M. scamis Gr. et Al.* 4. *cernitur. Dal.* 5. *ministrari. M. Leg. minitari.* 6. *acte. Ch. Gotta Gr. et Al.*

k. Nouacula) Rhodi frequens hic piscis, et Melitae: In Maioricae quoque, Minoricaeque littore. Gallis, Hispanisque, *Rason* appellari, Rondeletius ait, qui visum a se testatur, V. 17. Veterum praeter Plinium, nemo nouit. H.

l. Qui) Describitur is a Rondeletio XV. 2. Venetis *Pesce Columbo* appellari ait: eumdemque in ostiis Nili capi subscribit Hippol. Saluianus L. de hist. aquat. fol. 209. Soli Plinio e veteribus nominatus. H.

m. Totusque capite constat) Imo potius ventre. Dal.

n. Miluago) Siue miluus, de quo IX. 43. Quod porro de miluagine Trebius hoc loco affirmat, illud ipsum de loligine Plinius XVIII. 87. H.

o. Xiphiam) De quo Ouid. in Halieut. v. 97. *At durus Xiphias, ictu non mitior ensis.* Graecis Ξιφίας. Narbonensibus, *Emperador*: Massiliensibus et Italis, *Pesce Spada.* Maxilla superior ad duorum cubitorum longitudinem accedit, ossea duritie, gladii formam refert, quem ξίφος Graeci vocant: vnde pisci nomen. Sic Aristot. ipse apud Athen. VII. pag. 314. Vide Rondel. VIII. 15. H.

p. Ab hoc naues perfossas mergi) De hac re vide historiam apud Aelianum cap. 23. lib. XIV. hist. animal. Dalec.

Ab) Sic etiam Aelian. H. A. XIV. 23. H.

q. Ad locum Mauritaniae, qui Gotta vocetur) Lege: *Ad locum Mauritaniae, qui Cota vocetur.* Notandum vero ita vocari, et promontorium, et ipsum sinum. Alibi Plinius lib. XIX. c. 4. simplici-

vocetur, non procul Lixo flumine. Idem loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine vt nauigia demergant.

VII. E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Caesaris *s.* villis: sed [1] quae veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati, in *t.* Eloro Siciliae castello, non procul Syracusis: item in *v.* La-

1. *quos, etc. admirati sunt, vt in Eloro. V.*

pliciter aestuarium vocat, non addito nomine. *Isac. Voss.* in Melam. 18.

r. Qui) Sic L. V. 1. H.

s. Caesaris) Qualis Baiana fuit, de qua Martial. IV. ep. 30. v. 213. *Baiano procul a lacu monemus, Piscator, fuge, ne nocens recedas. Sacris piscibus hae natantur vndae, Qui norunt dominum, manumque lambunt Illam, qua nihil est in orbe maius. Quid quod nomen habent, et ad magistri Vocem quisque sui venit citatus?* etc. H.

t. In) Ἔλωρον πόλις, prope Pachynum et Syracusas, teste Scylace in Periplo, pag. 4. Aelianus in H. A. XII. 30. Ἐν Χλωρῷ δὲ τῆς Σικελίας, ὅπερ ἦν πάλαι Συρακουσίων Φρούριον, lege ἐν Ἐλώρῳ. Stephanus; Ἔλωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἐλώρου, ποταμοῦ, τοῦ κατὰ Πάχυνον, ὅς λέγεται τιθασσοὺς ἰχθῦς ἔχειν, ἀπὸ χειρὸς ἐσθίοντας, etc. Et Apollodorum eius rei laudat auctorem. Adde et Nymphodorum Syracusium apud Athen. VIII. pag. 331. H.

v. In Labradii Iouis fonte) Lego, *Labraudii* non *Labradii*, cum ex vetusto exemplari, tum ex Stephano, cui Labranda vicus est Cariae. Confirmat id quoque Strabo quartodecimo, qui et mentionem facit templi Iouis. Pint.

In Labrande) Vide N. et Em. N. III. (paulo post) Fuit Labranda Cariae vicus, in quo templum Iouis. *Item*) Prius, *in Labradii* legebatur. In R. 2. *Labrandis.* Aelianus H. A. XII. 30. inter ea stagna lacusue qui pisces cicures alant, hunc recenset: Καὶ ἐν τῷ ἱερῷ δὲ τοῦ Λαβρανδέως Διὸς ἐστι κρήνη διειδοῦς νάματος, καὶ ἔχουσιν ὁρμίσκους χρυσοῦς, καὶ ἐλλέβια χρυσᾶ μέντοι καὶ ταῦτα. Herodotus in Terpsichore. εἰς Λάβρανδα ἐς Διὸς Στρατίου ἱερόν. Stephanus: Λάβρανδα, κώμη Καρίας· τὸ ἐθνικὸν, Λαβράνδιος. Sic etiam Strabo, a quo Stephanus

[1] Labrandei Iouis fonte [2] anguillas *x*: hae *y*. et inaures additas gerunt. Similiter in *z*. Chio iuxta Senum delubrum: in Mesopotamiae quoque fonte [3] Chabura, de *a*. quo [4] diximus.

VIII. Nam *b*. in Lyciae Myris *c*. in fonte Apollinis, quem *d*. Curium appellant, ter fistula euo- cati

1. *Labradii Gr. et vulgg.* 2. *anguillas, quae. V.* 3. *Cabura. Gr.* 4. *diximus, pisces. M. et Ch.*

nus accepit. Aelianus hoc templum LXX. stadiis ab vrbe Milasiorum distare, τῆς Μυλάσων πολέως. Plutarch. tamen in Quu. Graecis, pag. 301. Λαβραδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ simulacrum laudat: Et pag. 302. ipsum Iouem Λαβραδέα τὸν θεόν. Hard.

x. Anguillas) In Arethusa Siciliae sicures et sacras fuisse Aelianus tradit cap. 4. lib. VIII. animal. Dal.

y. Hae et inaures additas gerunt) Idem traditur de muraena Crassi, quam mortuam is fleuit, et sepeliuit. Dalec.

Hae) Aelianus H. A. XII. 30. Talis fuit et M. Crassi muraena teste eodem Aeliano, H. A. VIII. 4. Anguillas eiusmodi vidisse se in Chalcidis Arethusa, testatur Athenaeus VIII. pag. 331. Hard.

z. In Chio) Vide N. et Em. N. IV. (hic coll.) *Similiter*) Ita libri omnes, etiam manu exarati. Num legi tamen *in Ceo* satius fuerit, peritiores iudicent. Nam de sacrificio a senibus fieri solito apud Ceos, Κείους, in templo vtique, sanoque aliquo, antequam cicutam biberint, meminit Aelian. V. H. III. 37. H.

a. De) L. XXXI. 22. H.

b. Nam in Lyciae) Varro cap. 13. lib. III. *Nam vt Pausias, et ceteri pictores eiusdem artis, loculatas magnas habent arculas, vbi discolores sint cerae, sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habeant pisces, quos proinde ac sacri sint ac sanctiores quam illi in Lycia, quos sacrificanti tibi Varro, ad tibicinem Graecum gregatim venisse dicebas ad extremum litus atque oram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore offulas ludionum ibi corrasas vidisses, sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audet, etc.* Apud Athenaeum lib. XI. in Lycia fons est mari propinquus Apollini sacer, δίνα Polycharmo, δίνος Artemidoro, in quo piscibus e mari adnatantibus, qui oraculum adeunt, hostia- rum

cati veniunt ad augurium. Diripere eos carnes obiectas, laetum est [1] consultantibus *e.*: caudis abigere, dirum. Hierapoli *f.* Syriae in lacu Veneris aedituorum vocibus parent vocati: exornati auro veniunt: adulantes scalpuntur: ora hiantia manibus inserendis [2] praebent. In Stabiano Campaniae ad Herculis petram, melanuri in mari panem abiectum

1. *consulentibus. Ch.* 2. *praestant. M.*

rum primitias verubus ligneis transfixas offerunt, assidente sacerdote auguria captantes. Vide locum. D.

Nam) Vide N. et Em. N. V. (hic pos.) *Nam*) Ita libri omnes, conditiui, ac publici. Quid si nihilominus *in Lyciae Syrrhis* legatur? Nam hoc ipsum de pago, cui Syrrha nomen, referunt Aelianus H. A. VIII. 5. et Plutarch. de solert. anim. pag. 976. Situm eius in Lycia esse, Myram inter et Phellum. Πέπυσμαι δὲ, inquit Aelianus, κώμην τινὰ Λυκιακὴν μεταξὺ Μύρων καὶ Φέλλου, Σύῤῥα ονομα, ἐν ᾗ μαντεύονται τινες ἐπ' ἰχθύσι καθήμενοι, etc. Et Plutarch. Ἐπεὶ καὶ περὶ Σύῤῥαν πυνθάνομαι κώμην ἐν τῇ Λυκίᾳ Φέλλου μεταξὺ καὶ Μύρων, καθεζομένους ἐπ' ἰχθύσιν, ὥσπερ οἰωνοῖς, διαμαντεύεσθαι τέχνῃ τινὶ etc. Hae Lyciae sortes Maroni sunt Aen. IV. 364. et 377. Similis est locus alter portusue in Lycia, vbi ex piscibus augurium petebatur: Δῖνος ei portui nomen fuit, teste Polycharmo Lyciacorum II. apud Athenaeum VIII. p. 334. Similes et in Lydia (nisi *Lycia* scribendum sit) ex Varrone sortes de R. R. III. 17. pag. 113. H.

c. Myris in fonte) Supra c. 2. lib. XXXI. fontis Limyrae meminit. Straboni lib. XIV. et Myra in excelso monte sita, et Limyra, clarissima sunt Lyciae oppida. Aelianus c. 5. lib. VIII. animal. Lyciae pagum eam Syrrham vocat, positumque esse inter Myra et Phellum tradit. Dal.

d. Quem) Κούριον, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, a caesarie: ob quam et ἀκερσεκόμης intonsus idem cognominatus est. Ita MSS. omnes. Ludit operam Alciatus, qui *Diuum* pro *Curium* hic reponit. H.

e. Consultantibus) Sic MSS. nostri Chiffl. *consulentibus*. H.

f. Hierapoli) Narrat hanc rem Lucianus prolixe, libro de Syria Dea, p. 1073. Hard.

iectum rapiunt: iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

IX. Nec illa in nouissimis mira, amaros esse pisces ad *g.* Pelen insulam, et ad Clazomenas. Contra, ad *h.* scopulum [1] Siciliae, ac Leptin Africae, et Euboeam, et Dyrrachium. Rursus ita salsos, vt possint salsamenta existimari, circa Cephaleniam et *i.* Ampelon, et Paron, et Deli petras: in portu eiusdem insulae, dulces. Quam differentiam pabulo constare non est dubium. Apion maximum piscium esse tradit porcum *k.*, quem [2] Lacedaemonii orthragoriscum *l.* vocant: grunnire eum, quum [3] capiatur. Esse *m.* vero illam naturae accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, apposito occurrit exemplo. Siquidem salsamenta omnium generum in Italia Beneuenti [4] refici *n.* constat.

X.

1. *Scyllae dulces ac Leptin. V.* 2. *Lacedaemoniorum Thagoriscum. Ch.* 3. *capitur. M.* 4. *sic ex Mss. H. et Ch. recentia effici Gr. et Al.*

g. Ad) De Pele seu Pela, dictum est V. 38. H.

h. Ad scopulum) Scopulum intelligit, qui in freto Siciliae est, qua dirimitur ab Italia: quo de scopulo III. 14. *In eo freto est scopulus Scylla.* H.

i. Et) Macedoniae oppidum, de quo IV. 17. Cretaene, de quo IV. 20. intelligendus hic locus sit, obscurum est. H.

Ampelon) Sami promontorium. Dal.

k. Porcum) Rondel. cap. 7. lib. XV.

l. Orthragoriscum) Ὀρθραγορίσκον. Vocis eius originationem disce ex Aristocle, aliisque apud Athen. IV. pag. 140. Describitur a Rondeletio XV. 7. Massilienses *Mole* vocant: Hispani, *Bout.* Narbonensium nonnulli, qui Hispaniam Prouinciamque frequentarunt, vtraque coniuncta appellatione *Molebout.* Diuersus hic a marino porculo, de quo IX. 17. H.

m. Esse) Quod porro pisces alibi dulces, alibi sint amari, siue salsi, contingere id naturae ex differentia soli, caeliue, aut pabuli, affini etiam monstratur exemplo. Hard.

n. Refici) Iterum sale condiri, *euanescente priore condi-*

X. Pisces marinos in usu fuisse protinus [1] condita Roma, auctor est Cassius Hemina: cuius verba de ea re hic subiiciam: Numa constituit, vt pisces qui squamosi non essent, [2] ni *o.* pollucerent: [3] parcimonia *p.* commentus, vt conuiuia publica et priuata, coenaeque ad *q.* puluinaria facilius [4] compararen-

1. a condita. Ch. 2. ne polluc. praeter scarum. Ch. ex Festo, voce pollucere. ni polluerint patrimonia. Ch. 3. sic et Scal. in Festum, voce Polluctum. patrimonia Gr. et Al. 4. comparentur: ni qui ad public. Ch.

conditura, ob mutationem caeli. Sic MSS. R. 2. et Ch. Interpolatorum manu prius legebatur *recentia effici constat.* H.

n. Recentia effici constat) Sic euanescente sale, vt eo condita nunquam fuisse videantur. Dal.

o. Ni pollucerent patrimonia) Vetranius apud Varronem hic legit, *Numa constituit, vt pisces qui squamosi non essent, non pollucerentur, commentus, etc.* Sextus Pompeius scribit pisces omnes squamosos polluceri praeter scarum. Lego, *pollucerentur sacris caeremoniis.* Vide Scalig. in Festum voce Pollucere. Dal.

Ni) Ne coemerent ad epulas sacras Deorum: parcimonia viam excogitauit, qua coenae Deorum facilius compararentur. Vsus hac voce Festus: *Pollucere merces quas liceat, sunt far, polenta ... pisces quibus est squama, praeter scarum.* Quae si cum Plinianis componas, conceptam his verbis legem a Numa intelligas: PISCES. QVEI. SQVAMOSEI. NON. SVNT. NEI. POLLVCETO. SQVAMOSOS. OMNEIS. PRAETER. SCARVM. POLLVCETO. Hard.

p. Parcimonia) Vide N. et Em. N. VI. (hic pos.) *Numa)* Libri ad hunc diem editi, quibus et conditiui fauent, sed hac parte vitiati, *ni pollucerent patrimonia: commentus,* etc. Ridicule. Certissima nostra coniectura est, quam Seruius egregie stabilit, ad eum versum Maronis, *Pauperque Senatus thura dabant,* Aen. VIII. *Re vera pauper,* inquit, *per quod ostenditur parcimonia pro laude tunc habita. Et libri veterum tradunt a maioribus sacrificando parcimoniam obseruatam esse.* Itaque est ea Numae lex lata, vt sumtibus parceretur; eiusmodi enim pisces, ob raritatem, magno venibant. H.

q. Ad)

rarentur: ni *r.* qui ad polluctum *s.* emerent, pretio *t.* minus [1] parcerent, [2] eaque praemercarentur.

XI. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, de *v.* quibus suo loco satis diximus, tantum *x.* apud [3] Indos in *y.* curalio. Namque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem et in Rubro mari, sed nigrius: item [4] in Persico [5] vocatur Iace: laudatissimum in Gallico sinu circa *z.* Stoechadas insulas, et *a.* in Siculo circa *b.* [6] Aeolias, ac

1. *paterent. Ch.* 2. *eosque. V.* 3. *Indos curatio. M.* 4. *in su Persico. Ch. forte, in sinu Persico.* 5. *vocaturque. V.* 6. *sic et V. Aeolias ac Drepana. Ch. Helian Gr. et Al.*

q. Ad) Puluinar, lectus qui in templis sterni caesueuit, numini dicatus. H.

r. Ni) Dictum prisco more, pro *ne qui.* Polluctum dixere veteres, pro coena lauta et sumptuosa: qua de re Vossium vide in Anthol. ne actum agam. H.

s. Polluctum) Alex. ab Alex. *pollinctum* legit, et funebrem coenam interpretatur a pollinciendo. Budaeus *polluctum* restituit. *Pollucere* ad sacra pertinet, libare, diis offerre, votiuum epulum facere. *Polluctum* coena lauta, opipara, et splendida, qualis esse solet in sacris epulis. Dal.

Ad) Ad coenam Deorum. H.

t. Pretio) Pretium pecuniamue largius darent. Ne pecuniae non parcerent, ne pertio maiore vltro oblato, annonam, vt dicitur, calfacerent, inrenderentque. H.

v. De) L. IX. 54. sqq. H.

x. Tantum) Etiam Isidoro teste Origg. XVI. 8. Curalium, sic enim libri omnes prisci habent, siue vt recentiores, corallium, et corallum, nomen retinet, *du Corail.* H.

y. In curalio) Coralium inter gemmas recenset Theophr. libro περὶ λίθων, rubrum, rotundum, simile radici, ac cum eo comparat Indicam arundinem in saxum duratam: De coralio multa Orpheus libro περὶ λιθων. Dal.

z. Circa) Nec ibi solum, sed etiam tota Prouinciae ora Stoechadibus apposita, probatissimum colligi scribit Hon. Bouche hist. Prou. I. 8. pag. 49. H.

a. Et in Siculo circa Helian ac Drepanum) Culias non

1 ac Drepanum. Nafcitur et apud Grauifcas, et ante Neapolim Campaniae: maximeque rubens, fed molle, 2 et *c.* ideo vilifſimum Erythris. Forma *d.* eft ei fruticis, colos viridis. Baccae *e.* eius candidae fub aqua ac molles: exemptae *f.* confeftim durantur et rubefcunt, 3 quafi corna fatiua fpecie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapidefcere, fi viuat. Itaque occupari, euellique retibus, aut acri ferramento praecidi. 4 Qua *g.* de caufa

1. ac Pachynum. Diofc. *2. et ideo vtiliffimum. Formam, etc. Cornar. voce, Erythris, expuncta, et ideo vtiliffimum. V. et Ch. Gr. et Al.* *3. quae corna. V. et M.* *4. fic ex Mss. H. et Ch. Hac de Gr. et Al.*

non *Helian*, in fcripto codice. Pint.

b. Circa) Ita Ch. codex. In R. 1. *circa Eulias.* In editis infulfe, *circa Heliam.* Hard.

c. Et) Ita R. 2. recte. Viliffimum, non quia rubens, fed quia molle. Prius *vtiliffimum* legebatur. Male. Hard.

d. Forma) Haec quoque Solinus, 2. pag. 16. et Ifidorus l. c. H.

e. Baccae) Sic etiam loquitur Ifidorus, l. c. Ex quo palam fit curalium olim quum ex aquis extraheretur, fectum in frufta, feu baccas, corni fpecie ac magnitudine, etiam tum quum fub aquis foret ac mollius crederetur, ne poftquam attigiffet auras, frangendo durities obftitiffet. H.

f. Exemptae confeftim durantur et rubefcunt) Ouidius: *Sic et coralium, quo primum contigit auras Tempore, durefcit: mollis fuit herba fub vndis.* Dal.

Exemptae) Paffim ab antiquis creditum, proditumque eft, coralium herbaceam mollitiem habere fub aqua: experimento compertum vel tum faxeam ei ineffe duritiem. Quare comminifci aufi funt alii, viuere fub aquis coralium, tactu lapidefcere: quas nugas dum Plinius recitat, non probat. *Aiunt*, inquit, *tactu lapidefcere*, etc. Vnde Petr. Quiqueran. de laud. Prou. II. f. 57. Minus verecundus Ouid. Met. XV. v. 417. Marbodaeus item L. de lapid. pret. c. 20. de corallio; et quod in medico magis, quam in vatibus mirum, Diofc. quoque V. 139. qui id affeuerate pronunciat. H.

g. Hac

causa curalium vocitatum interpretantur. Probatissimum *h.* quam maxime rubens, et quam ramosissimum, nec [1] scabiosum, aut lapideum, [2] aut rursus inane, et concauum. Auctoritas baccarum eius non minus Indorum viris quoque pretiosa est, quam feminis nostris [3] vniones Indici. Aruspices eorum vatesque inprimis religiosum *i.* id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. [4] Itaque et decore et religione gaudent. Prius quam hoc [5] notesceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria est vendibili merce, vt per quam raro cernatur in suo orbe. Surculi infantiae adalligati, tutelam *k.* habere creduntur.

Contra-

1. *sic ex MSS. H. et Ch.* ψωρὸν *Dioscor. scabrosum. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. vel rursus inane aut concauum. Gr. et Al.* 3. *vniones. Indici haruspices. Ch.* 4. *Ita et. Ch.* 5. *nos deceret. Chiflet.*

g: Hac de causa curalium vocitatum) Ὅτι ἐν ἁλὶ κείρεται, quoniam in mari tondetur. Dal.

Qua) Ὅτι ἐν ἁλὶ κουρεῖται, quoniam in mari tondetur. H

h. Probatissimum) Haec totidem verbis Diosc. l. c. et post eum Oribas. XIII. pag. 228. H.

i. Religiosum) Solin. 2. p. 16. de curalii ramulis: *Excuduntur ex illis multa gestamina. Habet enim, vt Zoroastres ait, materia haec quamdam potestatem: ac propterea quidquid inde fit, ducitur inter salutaria. Curalium alias dicunt: nam Metrodorus Gorgiam nominat. Idem quod resistat typhonibus, et fulminibus, affirmat.* Hoc carmine Marbodaeus expressit, loc. cit. de corallio: *Ex quo finguntur gestamina commoda multis: Quippe salutaris gestantibus ipse probatur: Illius, vt dixit Zoroastres, mira potestas. Et sicut scribit Metrodorus maximus auctor, Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit: A rate vel tecto.... Vmbras daemonicas ac Thessala monstra repellit. Collo suspensus pellit de ventre dolorem.* Adde Geopon. auctorem XV. 1. pag. 406. H. Hard.

k. Tutelam) Aduersus veneficia. H.

[1] Contraque *l.* torminum ac vesicae et calculorum mala in puluerem igne redacti, potique cum aqua auxiliantur. Simili modo ex vino poti, aut si febris sit, ex aqua, somnum afferunt. Ignibus diu repugnant. Sed *ll.* eodem medicamine saepius [2] poto tradunt lienem quoque absumi. Sanguinem *m.* reiicientibus exscreantibusue medentur. Cinis *n.* eorum miscetur oculorum medicamentis. Spissat enim ac refrigerat. Hulcerum caua explet. Cicatrices extenuat.

XII. [3] Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Graeci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius, quam in mari pastinaca, vtpote cum radio eius arbores necari dixerimus *o.* Hanc tamen persequitur galeos *p.* Idem et alios quidem pisces, sed pastinacas praecipue, sicut in terra serpentes mustela. Tanta est auiditas ipsius veneni.

Xx 2

1. *Contra tormin. V.* 2. *ex aqua poto. Diosc.* 3. *Quod repugnantiam rerum attingit. M.*

l. Contraque) Subscribit Plinio Dioscor. V. 139. Petr. Quiqueranus loc. ante cit. f. 58. a Galeno id fere proditum, multisque recentiore aeuo experimentis comprobatum ait: neque in eo solo genere morbi, sed et in plurimis aliis, siue appensum, siue tritum in pollinem, bibitumque, siue alio modo, valere plurimum. H.

ll. Sed) Dioscorid. l. c. Hard.

m. Sanguinem) Diosc. l. c. Marc. Emp. 16. p. 121. et c. 17. p. 125. H.

n. Cinis) Diosc. l. c. Στύφει δὲ τῇ δυνάμει, καὶ ψύχει ἐπιεικῶς. Καταστέλλει δὲ τὰ ὑπερέχοντα. καὶ οὐλὰς σμήχει τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς πληροῖ δὲ καὶ κοιλώματα καὶ οὐλάς. Quae Plinius totidem paene verbis. H.

o. Dixerimus) Lib. IX. 72. H.

p. Galeos) Egimus de hoc galeo cane IX. 70. Quod pari odio aduersus pastinacas, atque mustelae terrestres, quas Graeci γαλᾶς vocant, aduersus serpentes feratur, galei nomen inditum ei Plinius credidit. H.

neni. Percuſſis vero ab ea [1] medetur et *q.* hic quidem, ſed et mullus, ac laſer.

XIII. (III.) Spectabilis naturae potentia ih his quoque, quibus et in terris et in aqua victus eſt, ſicut *r.* et fibris, quos *s.* caſtores vocant, et *t.* caſtorea teſtes eorum. Amputari hos ab ipſis, quum *v.* [2] capiantur, negat *x.* Sextius diligentiſſimus [3] medicinae. Quinimo paruos eſſe ſubſtrictoſque, et adhaerentes ſpinae, nec adimi ſine vita animalis poſſe. Adulterari autam renibus eiuſdem, qui ſint grandes, quum veri teſtes parui admodum reperiantur, Praeterea ne *y.* veſicas quidem eſſe, quum [4] ſint geminae, quod *z.* nulli anima-

1. *medentur et hi. Ch.* 2. *capiuntur. M.* 3. *auctor medicinae. V. Item Dioſcorid. lib. II. cap.* 22. *Iac. Cell.* 4. *ſunt Alii.*

q. Et) Impoſitus plagae. Hard.

r. Sicut) De his egimus VIII. 47. H.

s. Quos caſtores vocant) Ariſt. c. 5. lib. VIII. hiſtor. Aelianus c. 24. lib. VI. animal. Dal.

t. Et caſtorea) De quibus Virg. Georg. I. *Viroſaque Pontus caſtorea*, hoc eſt graueolentia, βρομώδη, qualia maxime probantur a medicis. H

v. Quum) Quidam, *quum capiantur*. Sed nihil mutandum. H

x. Negat Sextius diligentiſſimus) Credidit Apuleius, qui lib. I. Aſini, Theſſalam veneficam ſcribit, amatorem ſuum, quoniam alterius mulieris conſuetudine vſus fuiſſet, in caſtorem mutaſſe, vt amputaret ſibi genitalia, ſi quando venatores inſequerentur. Dal.

Negat) Et Dioſc. II. 26. Vide quae diximus VIII. 47. Hard.

y. Ne veſicas quidem eſſe) Quae teſtes circumdant caſtoris, verum ſi duplices ſunt, falſas quoque eſſe D.

Ne) Negat praeterea Sextius, inquit, caſtorea animalis eius, quem caſtorem vocamus, veſicas eſſe geminas illas, ſeu folliculos potius, in quibus liquor continetur. De his folliculis egimus VIII. 47. H.

z. Quod nulli animalium) Nulli animalium, nedum caſto-

animalium. In his folliculis inuenire liquorem *a.* et [1] asseruari sale. Itaque *b.* inter probationes falsi, esse folliculos geminos ex vno nexu dependentes, quod ipsum [2] corrumpi *c.* fraude [3] coniicientium *d.* gummi cum *e.* sanguine, aut Hammonia-

Xx 3 cum:

1. *seruari. Ch.* 2. *corrumpitur fraude coniicientium gummi, aut hammoniacum cum sanguine et castoreo, quoniam. Ex Diosc.* 3. *sic ex MSS. H. et Ch. coniicientibus gummi cum sale Hammoniaco. Gr. et Al.*

castori, contingit, vt testes habeat diuersis ac diuisis membranis seiunctos. Est vnicum ac simplex scrotum, itemque darton. Id est quod ait Dioscorid. eligendos ex vno ortu connexos: fieri enim non posse, vt folliculi duo in vna membrana coniuncti reperiantur. Dal.

a. Liquorem) Pinguem et oleosum. Dal.

b. Itaque) Itaque vt probetur castoreum verum et secernatur a falso, eligendi sunt folliculi seu testes gemini ex vno nexu pendentes: atque hoc ipsum fraude corrumpitur ab iis qui gummi coniiciunt, etc. Diosc. II. 26. Ἐκλέγου δὲ ἀεὶ τοὺς συνεζευγμένους ὄρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς . . . Δολοῦσι δέ τινες αὐτὸ, ἀμμωνιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυμένον αἵματι καὶ καστορίῳ ἐγχέοντες εἰς φύσσαν καὶ ξηραίνοντες. *Porro testes semper eligito, qui sint ex vno ortu connexi . . . Ipsum quoque fraude corrumpunt nonnulli, Hammoniacum, aut gummi cum sanguine et castorio subactum in folliculum infundentes, et ita exsiccantes. H.*

c. Corrumpi fraude coniicientibus gummi cum sale Hammoniaco) Hermolaus Barbarus veterem lectionem esse monuerat non *cum sale*, sed *cum sanguine*: et eam se probare ex Dioscoride, qui haec ipsa fere ad verbum tradat. Ecce alius siue is Dalecampius est, qui ad marginem corrigit: *corrumpitur fraude coniicientium* hoc ex Pintiani cod. et Chiflet.) *gummi aut hammoniacum cum sanguine et castoreo, quoniam.* Dioscor. verba sunt lib. II. 26. Δολῶσι δέ τινες αὐτὸ ἀμμονιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυρμένον αἵματι καὶ καστορίῳ ἐγχέοντες εἰς φύσσαν καὶ ξηραίνοντες. Voss. *coniicientium cummim cum sanguine aut hammoniacum.* Scribe: *quod ipsum corrumpi fraude coniicientium gummim cum sangui-*

cum: quoniam Hammoniaci coloris esse [1] debeant, tunicis *f.* circumdati, liquore *g.* veluti mellis cerosi [2] odore *h.* graues, gustu amaro et acri, friabiles. Efficacissimi *i.* e Ponto, Galatiaque, mox Africa. Sternumenta *k.* olfactu mouent. Somnum conciliant, cum rosaceo et peucedano perunсto capite: et per se poti in aqua: ob id phreneticis vtiles. Item *l.* lethargicos odoris suffitu excitant: vuluarum-

1. *debent suis tunicis. V. tunicis in Ch. d.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. odoris grauis ... Ponto Galatiae, mox Africae. Gr. et Al.*

cum sanguine aut ammoniacum. Nam *corrumpi* mutandum non est, cum ad intelligatur, *tradit Sextius diligentissimus medicinae. Gron.*

d. Coniicientium) Vide N. et Em. N. VII. (hic adi.) *Quod)* Haec cod R. 2. sincerissima lectio, quam fide summa totidem literarum apicibus repraesentamus, abdicata vetere, quam interpolatores sic concinnarant. *Quod ipsum corrumpi fraude, coniicientibus gummi cum sale Hammoniaco.* Fauet Dioscor. emendationi, vt in prioribus Notis ostendimus Hard.

e. Cum sale Hammoniaco) Vel ammoniacum cum sanguine et castoreo subactum, ita exsiccantes. Diosc. Dal.

f. Tunicis circumdati) Naturalibus suis tunicis circumdati. Diosc. id est, elytroeide, quae vtrique testi sua et peculiaris est. Dal.

Tunicis) Qui naturalibus tunicis perpetuo distinguantur, inquit Diosc. loc. citat. διαφρασσόμενόν τε συνεχῶς φυσικοῖς ὑμέσι. H.

g. Liquore) Diosc. loc. c. Καὶ τὸ ἐντὸς ἔχον κηροειδὲς, βαρύοσμον, βρομῶδες, δριμὺ, δηκτικὸν, εὔτριπτον. *Liquore intus veluti ceroso, odoris grauis, ac viroso gustu, acri, et mordaci, friabili. H.*

h. Odoris grauis) Qua de causa *virosa castorea* Virgilius appellat. Dal.

i. Efficacissimi e Ponto Galatiae, mox Africae) Scribe cum Voss. *e Ponto Galatiaque, mox Africa.* Statim Vossiani duo, et bis eadem verba referens melior *sternumenta. Gr.*

k. Sternumenta) Sic Diosc. l. c. H.

l. Item) Cels. III. 20. cuius verba retulimus XXVIII. 67. Plin. Val. III. 7. et Diosc. l. c. Solo castoreo

uarumque exanimationes vel fubditi. Et *m.* menfes ac fecundas cient, duabus drachmis ex aqua cum pulegio poti. Medentur *n.* et vertigini, opifthotonis, tremulis, fpafticis, neruorum vitiis, ifchiadicis, ftomachicis, paralyticis, perunctis omnibus: vel triti ad craffitudinem mellis cum femine viticis, ex aceto aut rofaceo. Sic et contra comitiales fumpti: poti *o.* vero contra inflationes, tormina, venena. Differentia tantum contra *p.* genera eft mixturae. Quippe *q.* aduerfus fcorpiones ex vino bibuntur: aduerfus phalangia et araneos, ex mulfo, ita vt vomitione reddantur: aut vt [1] retineantur, cum ruta: aduerfus *r.* [2] chalcidas cum myrtite: aduerfus cerasten, et et [3] prefteras *s.*, cum panace, aut ruta, ex vino: aduerfus ceteras ferpentes, cum vino. Dari *t.* binas drachmas fatis eft: eorum *v.* quae ad-

1. *contineantur. Ch.* 2. *Chalcidicas. V. id eft, fepas* 3. *perfteras. Ch.*

reo lethargicos effe curatos, vidit Ioh. Schenkius, ipfo prodente Obff. med. l. I. p. 67. H.

m. Et) Totidem verbis Diofc. l. c. H.

n. Medentur) Iifdem fere morbis mederi fcribit Diofc. l. c. H.

o. Poti) Ex aceto Diofc. propinat l. c. Πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις, στρόφους, λυγμοὺς, θανάσιμα φάρμακα, *contra inflationes, tormina, fingultus, exitialia venena.* Hard.

p. Contra) Contra diuerfa venenorum genera diuerfa mixtura eft. H.

q. Quippe) Nicander in Theriac. p. 41. H.

r. Aduerfus) De hoc lacertae genere diximus XXIX. 32. H.

s. Et) Πρηστὴρ ferpentis feu viperae genus ita appellatum ob inextinctae fitis ardorem, quem morfu creat. H.

t. Dari) Caftorei. Ita Scrib. Larg. comp. 129. *Ad ixiam, quam quidam chamaeleonta vocant: item caftorei.* *P. 2. (hoc eft, denarios pon-

[1] adiiciantur singulas. Auxiliantur *x.* priuatim contra [2] viscum ex aceto: aduersus aconitum ex lacte, aut aqua: aduersum elleborum album, ex aqua mulsa nitroque. [3] Medentur et dentibus, infusi cum oleo triti in aurem a cuius parte doleant: aurium doloribus melius, si cum meconio. Claritatem visus faciunt cum melle Attico inuncti. Cohibent *y.* singultus ex aceto. Vrina quoque fibri resistit venenis, et ob id in antidota additur. Adseruatur autem optime in sua vesica, vt aliqui existimant.

XIV. (IV.) Geminus *z.* [4] similiter victus in aquis terraque [5] testudinum, [6] effectusque *a.* par: honore *b.* habendo, vel propter excellens in *c.* vsu *cc.* pretium, naturaeque *d.* proprietatem. Sunt ergo

1. *adiiciuntur. M.* 2. *ixiam. Diosc.* 3. *Medentur dentibus cum oleo triti et infusi V.* 4. *simul Ch.* 5. *est Al. et t. Gr.* 6. *sic ex MSS H. effectus quoque pari honore habendi. Gr. et Al.*

pondo duos siue drachmas binas) *dato ex vino cyathis quatuor, etc H.*

v. Eorum) Rutae exempli gratia, vel panacis. H.

x Auxiliantur) Diosc. l. c. Πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἰξίαν. H.

y. Cohibent) Diosc. l. c. Hard.

z Geminus similiter victus in aquis terraque, etc.) Legend. *Geminus similiter victus in aquis terraque et testudinum, effectus quoque par, in honore habendo vel propter excellens in vsu pretium figurae camero.* Vide *Salmas.* p. 1122. b.

a. Effectus quoque pari honore habendi) In apographo nostro, *effectusque par honore habendo*; sicque fere habent Romana et Parmensia exemplaria. Pint.

b. Honore) Quibus honor habendus est H.

c. In) Ad intestina variae suppellectilis opera. Earum cortices siue putamina secabantur in laminas, quibus lecti vestirentur, et repositoria. H.

cc. Pretium) Ad intestina variae supellectilis opera. Earum cortices siue putamina secabantur in laminas, quibus lecti vestirentur et repositoria. cap. 11. lib. IX. Dalec.

d. Naturaeque proprietatem) In scripto codice, *figuraque*

ergo testudinum genera, terrestres, [1] marinae, lutariae, et quae [2] in dulci aqua viuunt. [3] Has quidem e Graecis emydas *e.* appellant. Terrestrium carnes suffitionibus propriae, Magicisque artibus refutandis, et contra venena salutares produntur. Plurimae in Africa. Hae ibi amputato capite pedibusque, pro antidoto dari dicuntur: et ex iure in cibo sumptae, strumas discutere, [4] lienes tollere: item *f.* comitiales morbos. Sanguis *g.* earum claritatem visus facit, suffusionesque oculorum tollit. Et contra serpentium omnium et araneorum ac similium [5] venena auxiliatur, seruato sanguine in farina pilulis factis, et quum opus sit in vino datis. Felle *h.* testudinum cum [6] Attico

Xx 5 melle

1 *marinaeue. Cb.* 2. *in fluuior. aqua. Dal. exsequentibus.* 3. *sic ex MSS. H. Herm. M. hos quidem. Gr. et Al.* 4 *sic et Cb. ac, lien. Gr.* 5. *sic ex MSS. H. et Cb. ac similium et ranarum venena. Gr. et Al.* 6. *Arantico. Cb.*

raque proprietatem. Parmenses et recentiores nonnulli codices, *figuraeque proprietatem*: vt scribendum putem, *figuraeque lyrae proprietatem*: ad exemplar enim testudinis lyram Mercurium excogitasse ferunt. Higinius de testudine lyram fecisse Mercurium prodit. Pint.

Naturaeque) In R. 2. *figuraeque proprietatem.* Rectius, vt opinor. De forma testudinum diximus IX. 12. Hoc tamen et hic obiter adiicimus ex Pausania, in Atticis, p. 43. marinas testudines a terrestribus magnitudine tantum ac pedibus differre: pedes enim iis esse, quales marino vitulo: Εἰσὶ δὲ αἱ θαλάσσιαι, πλὴν μεγέθους καὶ ποδῶν, ὅμοιαι ταῖς χερσαίαις· πόδας δὲ ἐοικότας ἔχουσι ταῖς Φώκαις. H.

e. Emydas) Ἐμύδας, Arist. et Phauorinus: ἀμύδας Archigenes apud Galenum vocat κατὰ τόπ. II. 2. p. 381. H.

f. Item) Auctor Kiranidum p. 158. Χελώνης *quoque terrestris sanguis potus epilepticos iuuat, et ab echidna vel scorpione percussos summe iuuat.* Diosc. similiter II. 97. H.

g. Sanguis) Plin. Val. I. 10. H.

h Felle)

melle glaucomata inungi prodest: et *i.* scorpionum plagae instillari. [1] Tegumenti *k.* cinis vino et oleo subactus pedum rimas hulceraque sanat. Squamae e summa parte derasae, et in potu datae, Venerem cohibent. Eo magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem. Vrinam earum aliter quam in [2] vesicis dissectarum, inueniri posse non arbitror: et inter ea [3] hoc quoque esse, quae [4] portentosa Magi demonstrent, aduersus aspidum [5] ictus singulare, efficaciore tamen, vt aiunt, cimicibus admixtis. Oua durata illinuntur strumis, et hulceribus frigore aut [6] adustione factis. Sorbentur in stomachi doloribus. Marinarum *l.* carnes admixtae ranarum carnibus contra salamandras praeclare auxiliantur. Neque est testudine aliud salamandrae aduersius. Sanguine *m.* alopeciarum *n.* inani-

1. *Tegimenti. Ch.* 2. *sic et Ch. vesica. Gron. et Alii.* 3. *hanc. V.* 4. *portentosa a Magis demonstrantur. M.* 5. *Ictus singularem, efficaciorem tamen. V. ictus singulare remedium. Efficacior tamen est, vt aiunt, etc. Alii. V.* 6. *ambustione. M.*

h. Felle) Auctor Kiranidum p. 158. *Fel cicatrices et leucomata cum melle summe iuuat. Tota vero combusta, et cum melle sumpta, vetustissima leucomata mundat continuo: et dolorem nubeculasque illita sanat, etc.* H.

i. Et) Auctor Kiranidum loc. cit. H.

k. Tegumenti) Marc. Emp. 34. p. 232. *Tegumen concrematur, etc.* H.

l. Marinarum carnes) Mures marinos prisci appellarunt. Hinc Plautus festiue sic piscatores vocat, quod illarum modo, velut animantia quaedam, ἀμφίβια, partim in aquis degant, partim in terra: *Saluete mures maritimi, conchitae atque hamiotae, Famelica hominum natio. Dal.*

Marinarum) Dioscorid. in Alex. 4. H.

m. Sanguine) Q. Serenus cap. 9. de fluore capillorum p. 130. *Vel testudineo mage permulcete cruore.* Archigenes

inanitas, et *o.* porrigo, omniaque capitis hulcera curantur. Inarefcere [1] eum oportet, lenteque ablui. Inftillatur et dolori aurium cum lacte mulierum. Aduerfus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Mifcetur *p.* autem fanguis heminis tribus, aceti hemina, vino [2] addito: his *q.* et cum hordeacea farina, aceto quoque admixto, vt fit quod deuoretur fabae magnitudine. Haec fingula et [3] matutina et *r.* vefpertina dantur, dein *s.* poft aliquot dies bina vefpera. Comitialibus inftillatur ore [4] diducto, his qui modice corripi-

1. *fic ex MSS. H. et Ch. inarefcere autem cum. Gr. et Al.* 2. *fic ex MSS. H. vna, addita his hordeacea farina, aceto iam admifto. V. Sanguis heminis tribus aceti hemina vinj addita. Gr. et Al.* 3. *fic ex MSS. H. matutino et vefpertino dantur dein vefperi. V. Haec fingulis matutinis et vefpertina dant. dein poft aliquot dies vefpertinis. Alii. V. poft aliquot dies vefpera. Gr. et Alii.* 4. *diducto. Iis qui modic. corripiuntur fpafmo, cum caftoreo. V. ore deductis labris. V.*

nes apud Galen. κατὰ τόπ. I. 2. pag. 329. Ἡ χελώνης θαλασσίας αἵματι κατάχρις, ἐπαινεῖται, *laudatiffimus enim eft. H.*

n. Alopeciarum inanitas et porrigo) *Prurigo* non *porrigo*, in vetere codice. et ftatim poft, *fanantur*, non *curantur*. Pintianus.

o. Et) Quintus Serenus cap. 24. inter remedia porrigini depellendae, p. 127. *Prodeft et tarda demptus teftudine fanguis.* H.

p. Mifcetur autem fanguis heminis, etc.) In eodem, *Mifcetur autem fanguinis heminis tribus, aceti hemina, vino addito. His et cum hordeacea farina. Pint.*

q. His) Comitialibus morbis etiam cum farina hordeacea. H.

r. Et) R. 2. *et vefpera*: vt mox, *bina vefpera.* H.

s. Dein poft aliquot dies vefpera) Deeft verbum *bina*, ex eodem. *Deinde poft aliquot dies bina vefpera. Pint.*

Dein poft aliquot dies vefpera) Scripti quatuor: *dies die vefpera.* Praecipuus: *dein poft aliquot dies bina vefpera.* Dictum erat ante: *Haec fingula et matutina et vefpertina dantur.* Reperies et apud Pintianum. *Gr.*

ripiantur. Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod *t.* si dentes [1] ter anno colluantur testudinum sanguine, immunes a dolore fiunt. Et anhelitus discutit, quasque orthopnoeas *v.* vocant: ad has in polenta datur. Fel *x.* testudinum claritatem oculorum facit: cicatrices extenuat: tonsillas *y.* sedat, et anginas, et omnia oris vitia. Priuatim nomas ibi; item *z.* [2] testium. Naribus *a.* [3] illitum comitiales erigit, attollitque. Idem cum vernatione anguium aceto admixto, vnice purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscent, decoctarumque carnium testudinis succum, addita aeque vernatione anguium. Sed *b.* [4] vino testudinem excoquunt. Oculorum *c.* vtique

1. *sic et V. per annos. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. ardorem. V. item ardentium testium. Gr. et Al.* 3. *inditum. V. et ex Diosc.* 4. *sic ex MSS. H. Sed diu in vino... Oculorum quoque vitia... suffusiones etiam marinae fel cum fluuiatilis sanguine, et lacte mulierum. Capillus mulierum inficitur felle. Contra salamandras vel* s u c c u m *decoctum bibisse. Gr. et Alii.*

t. Quod si dentes per annum colluantur testudinum) Scribo, *Quod si dentes ter anno colluantur, etc.* ex eodem. Pint.

Quod) Ita R. 2. et Pintiani codex. In editis male, *per annos.* H.

v. Orthopnoeas) Auctor Kiranidum p. 158. *Marinae testudinis sanguis... cum pultibus conditus, et potus, orthopnoeam sanat.* H.

x. Fel) Dioscorid. II. p. 96. et Galen. κατὰ τόπ. IV. 8. pag. 456. Hard.

y. Tonsillas) Diosc. l. c. Πρὸς συνάγχας, καὶ τὰς ἐπὶ τῶν παίδων νομὰς ἐν ςόματι. H.

z. Item) Subintellige, nomas, hoc est, hulcera quae pascendo serpunt: vel vitia omnia. H.

a. Naribus) Ita MSS. omnes, et Plin. Val. II. 58. *Fel testudinis naribus illitum iacentem erigit.* Dioscor. II. 96. inditum mauult: ἐπιληπτικοῖς ἐντεθεῖσα ταῖς ῥισίν. H.

b. Sed diu in vino testudinem excoquunt) Sed vino testudine

que vitia omnia fel inunctum cum melle emendat; suffusiones *d.* etiam. Marinae felle cum fluuiatilis sanguine, et [1] lacte, capillus *e.* mulierum inficitur *f.* Felle contra salamandras, vel succum [2] decoctae bibisse satis est. Testudinum est tertium genus in coeno et paludibus viuentium. Latitudo his in dorso pectori similis, nec *g.* conuexo [3] curuata calyce, ingrata visu. Ex hac quoque tamen aliqua contingunt auxilia. Tres namque in succensa sarmenta coniectae, diuidentibus se tegumentis [4] rapiuntur: tum euulsae carnes earum coquuntur in aquae congio, sale modice addito: ita decoctarum ad tertias partes succus, paralysin et articularios *h.* morbos sentientibus bibitur. [5] Detrahit item fel pituitas *i.*, sanguinemque vitiatum.

Sisti-

1. *lacte Mulierum capillus. V. M.* 2. *decoctum. Gr.* 3. *sic ex MSS. H. incuruae calice, ingratae visu. Ex his V. incurua calyce. Gr. et Al.* 4. *diripiuntur. V.* 5. *extrahit idem. M.*

studine excoquunt, in eodem. cetera superfluunt. Et statim post, *oculorum vtique*, non *oculorum quoque*. Pint.

c. *Oculorum quoque vitia*) Voss. *Oculorum vtique vitia* vt et Pintiani. Gr.

d. *Suffusiones etiam marinae fel cum fluuiatilis*) Duo prima verba ad praecedentia attinent. reliqua sic legito, *Marinae felle cum fluuiatilis sanguine, etc.* ex eod. Pint.

e. *Capillus mulierum*) Duo prima verba superioribus applica, cetera scribe sic: *Fel contra Salamandras vel succum decoctae bibisse, satis est.* et statim mutato ordine lege, *Tertium genus testudinum est*, ex eodem. Pint.

f. Inficitur felle) Luteo et aureo colore, siue flauo tingitur. Dalec.

g. Nec conuexo incurua calyce) Voss. *nec conuexo curuata calyce.* Quod est, *curuata.* Gr.

Nec) Nec conuexum habet curuatumque tegumentum. H.

h. Articularios) Paulo aliter auctor Kiranidum, qui p. 159. Χελώνης *palustris cinerem cum ceroto rosaceo superillitum* ait calidas podagras summe sanare. H.

i Pitu-

Siſtitur ab *k.* eo remedio aluus aquae frigidae potu. Ex quarto genere teſtudinum, quae ſunt in amnibus, diuulſarum pingui cum aizoo herba tuſo, admixto vnguento et ſemine lilii, ante acceſſiones ſi perungantur aegri, praeter caput, mox conuoluti calidam aquam bibant, quartanis liberari dicuntur. Hanc teſtudinem quintadecima Luna capi [1] oportere, vt plus pinguium reperiatur. Verum aegrum ſextadecima Luna perungi tradunt. Ex eodem genere teſtudinum ſanguis inſtillatus *l.* [2] cerebro capitis dolores ſedat: item ſtrumas. Sunt qui teſtudinum ſanguinem cultro aereo ſupinarum capitibus praeciſis, excipi nouo fictili [3] iubent: [4] ignem ſacrum, cuiuſcumque *m.* generis [5] ſanguine illini: item capitis hulcera manantia, et verrucas. Iidem promittunt teſtudinum omnium fimo panos diſcuti. Et licet incredibile

1. *oportet, vt plus pinguis. V.* 2. *ſic ex MSS. H. et Ch. inſtillatus crebros capit. Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. H. et Ch. iubeant. Gr. et Al.* 4. *ignemque ſacrum. V.* 5. *hoc ſanguine. V.*

i. Pituitas) Quidam *pituitas* exponunt ἐξανθέματα, pituitae eruptiones: ſanguinem autem vitiatum, in ecchymomata et liuores effuſum. Alui deiectionem potius intelligendam puto, quod oſtendit proxime ſequens oratio: ſanguinem vitiatum, in grumos concretum. D.

k. Ab) Poſt illud remedium. H.

l. Inſtillatus) Vide N. et Em. N. VIII. (hic coll.) Ex) In R. 2. codex *crebro*: in libris hactenus editis, *crebros capitis dolores*: in Ch. *inſtillatus cerebro.* Poſterius magis arridet. Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ. II. 2. p. 381. teſtudinis paluſtris ſiue lutariae ſanguinem inſtillari ſincipiti iubet: Χελώνης λιμναίας, ἣν τινες ἀμύδα καλοῦσιν, αἷμα ἐπίςαζε ἐπὶ τὸ βρέγμα. Hard.

m. Cuiuſcumque) Cuiuſcumque teſtudinum generis. Hard.

dibile dictu sit, aliqui tradunt tardius ire nauigia, testudinis pedem dextrum vehentia.

XV. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignoremus gratiorem esse vniuersitatem animalium, maiorisque miraculi: sed hoc vtilius est vitae, contributa *n.* habere remedia, quum aliud alii prosit, aliud alibi facilius inueniatur.

XVI. (V.) Venenatum *o.* mel diximus vbi nasceretur. 1. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle sincero fastidium cruditasue, quae sit grauissima, incidat; testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda, decoctam, antidotum esse, auctor est Pelops, scincumque Apelles. [1] Quid *p.* esset scincus, diximus: saepius *q.* vero, quantum [2] veneficii in menstruis mulierum. Contra *r.* omnia ea auxiliatur, vt diximus, mullus. Item *s.* contra pastinacam et scorpiones terrestres marinosque, et dracones, et phalangia illitus sumptusue in cibo. Eiusdem recentis e capite cinis contra omnia venena,

1. *sic ex MSS. H. qui esset. Gr. et Al.* 2. *sic ex MSS. H. et Ch. veneficium menstruis Gr. et Al.*

n. Contributa) Ad eosdem morbos vtilia. Quasi ad eamdem tribum classemque pertinentia. Sic contributa oppida, quae sunt eiusdem iurisdictionis, vt vocant, quae eodem iura petunt, vt in Geographicis monuimus. Hard.

o. Venenatum) Lib. XXI. 44. H.

p. Quid) Ita MSS. de scinco dixit VIII. 38. et XXVIII. 30. H.

q. Saepius) Subintellige, diximus. Nempe VII. 13. et XXVIII. 23. et alibi passim. H.

r. Contra) Lib. XXVIII. 23. *Bythus Dyrrachenus . . . tradit . . . omnem vim talem resolui, si mullum piscem secum habeat.* H.

s. Item) Diosc. II. 24. et in Theriac. c. 25. quod et experimento comprobatum a se narrat Rondeletius VI. 19.

na, priuatim contra fungos. 2. Mala medicamenta inferri negant posse, aut certe nocere, stella marina vulpino sanguine illita, et affixa limini superiori, aut clauo aereo ianuae.

XVII. 1. Draconis marini scorpionumque ictus, carnibus *t.* earum impositis: item araneorum morsus sanantur. In summa contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morsu noxia, succus [1] earum [2] e iure decoctarum, efficacissimus habetur. 2. Sunt et seruatis piscibus medicinae, salsamentorumque cibus prodest a serpente *v.* percussis, et contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita vt ad vesperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter [3] a chalcide, cerafte, aut *x.* quas sepas vocant,

1. *stellarum. V.* 2. *ex iure. Gr.* 3. *a Chaldicica, quam et sepa vocant, aut cerafte, aut elope. M. a Chalcitide. Ch.*

19. vbi multa affert in eam rem egregia. H.

t. *Carnibus*) Draconis scilicet et scorpionum, quibus quamobrem nunc muliebre genus haud semel affingat, obscurum est. Sic enim MSS. omnes, editique libri. Ad stellam marinam certe, de qua paulo ante extrema sectione superiore dictum est, pertinere haec minime posse, perspicuum videtur: nam et *eius* dici, non *earum* oportuisset: et ex dracone marino, hoc ipso loco remedia afferri, inter ea quae ex stella marina, et quae e salsamentis petantur, Index persuadet, consentientibus exemplaribus omnibus: *Ex stella marina, Ex dracone marino. Ex salsamentis, etc.* Scorpionis marini ictum apposita ipsius hepatis sanasse se auctor est Rondeletius VI. 19. H.

v *A serpente*) Ab eo viperae genere, quam presteram vocant, inquit Diosc. II. 33, Ὁ δὲ ὁμοταρίχος λεγόμενος . . . βοηθεῖ λαμβανόμενος τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης, τῆς καλουμένης πρηστῆρος, δηχθεῖσι. Δεῖ δὲ ὡς ὅτι πλεῖστον προσφέροντας οἶνον ἀναγκάζειν πίνειν πολὺν, καὶ ἐμεῖν. *Sed oportet vinum quamplurimum subinde haurire cogantur, ita vt vomitione reddatur.* H.

x. *Aut*)

vocant, aut *y.* [1] elope, dipſadeue percuſſis. Contra [2] ſcorpiones largius ſumi, ſed non euomi ſalſamenta prodeſt, ita vt ſitis toleretur: et imponere eadem plagis conuenit. Contra crocodilorum quidem morſus non aliud praeſentius habetur. 3. Priuatim contra preſteris morſum ſarda prodeſt. Imponuntur *z.* ſalſamenta et contra canis rabioſi: vel ſi non ſint ferro vſtae plagae, corporaque clyſteribus exinanita, hoc per ſe ſufficit. Et contra draconem marinum ex aceto imponuntur. 4. Idem et [3] cybio effectus. Draco *a.* quidem marinus ad ſpinae ſuae, qua ferit, venenum, ipſe impoſitus, vel cerebro [4] toto prodeſt.

XVIII. 5. Ranarum marinarum ex vino et aceto decoctarum ſuccus [5] contra venena bibitur, et contra ranae rubetae venenum, et contra ſalamandras. 6. E [6] fluuiatilibus *b.*, ſi carnes edantur iuſue decoctarum ſorbeatur, proſunt et contra leporem marinum, et contra ſerpentes ſupra [7] dictas. Con-

1. *helope. Ch.* 2. *ſcorpionem. Ch.* 3. *ſic ex Mss. H. et Ch. item et cybii profectus Gr. et Al.* 4. *tantum. V.* 5. *contra ea venena. V.* 6. *ſic ex Mss. H. et Ch. fluuiatiles Gr. et Al.* 7. *dictos. Ch.*

x. Aut) Genus illud ſerpentis nunc intelligit, de quo diximus XXIII. 29. H.

y. Aut) In R. 2. et Ch. *helope.* In editis *elape.* Nicander in Ther. p. 35. inter varia ſerpentium, genera, ſed quae innocua ſunt, ἔλοπας commemorat: et Scholiaſtes vetus in eum locum, p. 24. ἀσθενεῖς interpretatur. H.

z. Imponuntur) Dioſc. II. 33. Καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ κυνοδήκτων ὠφελίμως. Hard.

a. Draco) Totidem verbis Dioſc. II. 15. Δράκων θαλάσσιος ἀναπτυχθεὶς, ἐπιτεθεὶς, ἰαμά ἐςι πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ πληγήν. H.

b. E fluuiatilibus) Dioſc. II. 28 iiſdem verbis: Βάτραχοι ἀντιφάρμακόν εἰσιν ἑρπετῶν πάντων, ζωμευθέντες ἐν ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ, τοῦ ζωμοῦ λαμβανομένου ὁμοίως. H.

Contra scorpiones ex vino. Democritus *c.* quidem tradit, si quis [1] extrahat ranae viuenti linguam, nulla *d.* alia corporis parte adhaerente, ipsaque dimissa in aquam, imponat supra *e.* cordis palpitationem mulieri dormienti, quaecumque interrogauerit, vera responsuram. Addunt etiamnum alia Magi, quae si vera sunt, multo vtiliores vitae existimentur ranae, quam *f.* leges. Namque *g.* arundine transfixa natura per os, si surculus in menstruis defigatur a marito, [2] adulteriorum taedium fieri. Carnibus [3] earum in hamum additis, praecipue purpuras certum est allici. Iecur *h.* ranae geminum esse dicunt, obiicique formicis oportere: eam partem, quam appetant, contra omnia venena esse pro antidoto. 7. Sunt *i.* quae in vepribus tantum viuunt, ob id rubetarum nomine, vt *k.* diximus, quas *l.* Graeci phrynos vocant, grandissimae cunctarum, gemi-

1. trahat ranae viuentis. Ch. 2. adulterorum. V. 3. sic ex Mss. H. earum nassis, vel. V. earum vel in hamum. Ch. earum vel hamo Gr. et Al.

c. *Democritus*) Simile est, quod de bubone superius retulit, XXIX. 26. H.

d. Nulla) Si nulla alia parte corporis quam lingua, rana adhaerescat ei qui extrahit. H.

e. Supra cordis palpitationem) Ad mammam sinistram, quo cordis motus et pulsatio sentitur. Dal.

f. Quam) De adulteriis, et de pudicitia: quales ab Augusto latae, vt refert Tranquillus in eius vita, c. 34. H.

g. Namque) Nam arundine transfixa per ranae pudenda, ad os vsque, si surculus ille a marito defigatur in menstruis mulierum, futurum est vt mulier adulteria horreat. H.

h. Iecur) Vide quae diximus XI. 76. H.

i. Sunt quae in vepribus tantum viuunt) Cap. 31. l. VIII. Rubetis vitam esse et in terra et in humore antea scripsit. Dal.

k. Vt) L. VIII. 48. H.

l. Quas Graeci phrynos vocant) Buffones quidam vocant, vulgus Gallicum *Crapaux*. Dal.

geminis *m.* veluti cornibus, plenae veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis in populum silentium fieri. Officulo, quod [1] sit in dextro latere, in aquam feruentem deiecto, refrigerari vas, nec postea feruere, nisi exempto. Id inueniri obiecta rana formicis, carnibusque erosis: singula *n.* in *o.* [2] solium [3] addi. Et aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon *p.* vocari. Canum impetus eo cohiberi, amorem concitari, [4] et iurgia, addito in potionem. Venerem adalligatum stimulare. Rursus a dextro latere refrigerari [5] feruentia. Hoc et quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recenti, aliasque febres. Amorem inhiberi eo. Item ex his ranis lien contra venena, quae fiant ex [6] ipsis.

XIX. 8. Auxiliatur *q.* vero etiam efficacius colubra *r.* in aqua viuens: huius *s.* adipem et

 fel

1. est. V. 2. oleum. Ch. 3. indi. V. 4. sedari iurgia. V. 5. feruentem. V. 6. Quae fiunt ex ipsis auxiliatur. Cor vero etiam efficacius est. Coluber est in qua viuens Gr. et Al.

m. Geminis veluti cornibus) Extuberantibus offibus, in quibus oculi reconduntur. Dal.

n. Singula) Singula offa in solium aquae calidae deiici *experimenti causa.* H.

o. In solium) In quibusdam MSS. *in oleum*, male. In solium aquae calidae deiici ait, experiundi causa, num eo deiecto statim vas refrigeretur. Solium, vas est, in quo sedentes lauantur. *Solium aquae calidae* vocat Cels. VII. 26. H.

p. Apocynon vocari) Quia canum impetus fraenat. D.

Apocynon) Ἀπὸ κυνὸς, quod canum impetus cohibeat. H.

q. Auxiliatur) Sic MSS. omnes, non *coluber.* In Indice huius loci, et infra l. 26. enhydris appellatur. Hard.

r. Coluber est in aqua viuens) Omnes quinque: *Colubra in aqua viuens.* Sed et quod praecedit Voss. *Idem his ranis*; deinde; *auxiliatur vero etiam efficacius est.* Alii quatuor: *Item his ranis lienem*, etc. *auxiliatur iecur vero etiam efficacius.* Menap. et Gud. quoque *efficacius est,*

fel habentes qui crocodilos venentur, mire adiuuari [1] dicunt, nihil contra bellua audente. Efficacius etiamnum, si herba potamogiton misceatur. 9. Cancri *t.* fluuiatiles triti potique ex aqua recentes, seu cinere adseruato, contra venena omnia prosunt, priuatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino: vel si non [2] sit, caprino, vel quocumque. Addi et vinum oportet. Necant *v.* eos triti cum ocimo admoti. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, priuatim *x.* scytalen *y.*, et angues, et *z.* contra leporem marinum, ac ranam rubetam. Cinis eorum seruatus prodest pauore potus periclitantibus *a.* ex canis rabiosi morsibus. Quidam *b.* adii-

1. *produntur. V. dicuntur. M.* 2. *adsit. V.*

est, et Andegav. qui et *auxiliantur.* Lege: *Iidem, de his ranis lienem contra venena, quae fiant ex ipsis, auxiliari; cor vero etiam efficacius. Est colubra in aqua viuens.* Malunt autem veteres saepe *colubras* quam *colubros.* Sic infra cap. 7. *Enhydris vocatur a Graecis colubra in aqua viuens.* Sic Pintiani, Chiflet. quatuor nostri. cap. 9. non aliter, *aquaticae colubrae. Iidem* puta *tradunt auctores.* Gron.

s. Huius adipem et fel habentes) In scripto exemplari, *Huius adipe et felle habentes, etc.* Verbum *habentes* putamus falso adiectum. P.

t. Cancri) Nicand. in Ther. pag. 43. et Diosc. II. 12. totidem verbis. H.

v. Necant) Diosc. II. 12. Hard.

x. Priuatim) Colum. VI. 17. pag. 226. *Musque araneus, quem Graeci σκυτάλην appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur.* Etiam et μυγαλὴ nuncupatur, vt alibi monuimus. H.

y. Scytalen) Σκυτάλη, μυγάλη, seu μυογάλη, mus araneus. Columellae capite decimo septimo, libri sexti, serpens exitiosus. Lucanus: *Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis Exuuias positura suas.* Dal.

z. Et) Plin. Val. III. 54. et Diosc. l. c. H.

a. Periclitantibus) Quos ὑδροφόβους vocant, vt diximus VIII. 63. Theod. Prisc. II. part. 1. c. 8. *Hydrophobicis dabo etiam cancrorum fluuiatilium puluerem combustorum.* H.

b. Qui-

adiiciunt gentianam, et dant in vino. [1] Nam si iam pauor occupauerit, pastillos vino subactos deuorandos ita praecipiunt. Decem vero cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sint scorpiones ad eum locum coituros Magi dicunt: et cum ocimo ipsos cineremue eorum percussis imponunt. Minus in omnibus his marini prosunt, vt [2] Thrasyllus auctor est. Nihil *c.* autem aeque aduersari serpentibus, quam cancros, suesque *d.* percussas hoc pabulo sibi mederi. Quum Sol [3] sit in Cancro, torqueri serpentes. 10. Ictibus scorpionum et carnes fluuiatilium cochlearum resistunt crudae vel coctae. Quidam ob id salsas quoque adseruant. Imponunt et ipsis plagis. Coracini pisces Nilo *dd.* quidem peculiares sunt: [4] sed *e.* et nos haec omnibus terris demonstramus. Carnes *f.* eorum aduersus scorpiones valent impositae. 11. Inter

1. *Aut si. V.* 2. *Traxillos. Cb.* 3. *est.* 4. *sed nos. Gr. et Al.*

b. Quidam) Quos sequutus est Diosc. II. 12. H.

c. Nihil) Plin. IX. 51. de cancris: *Contra serpentium ictus medentur.* H.

d. Suesque percussas) Et si quando hyoscyamo per imprudentiam depasto posteriores corporis partes resolutae fuerint. Aelianus c. 7. lib. I. var. hist. Dal.

Suesque) De suibus agrestibus prodidit hoc Aelian. V. H. I. 7. H.

dd. Nilo quidem peculiares sunt) Inter reliquos fluuios. Nam in alios nullos amnes e mari subeunt, quam Nilum: et in alio nullo fluuio sponte gignuntur, quam in Nilo, qui etiam in palude origini suae vicina multos creat, cap. 9. lib. V. Strabo inter alios pisces Niloticos praecipue coracinum memorat lib. XVII. In Danubio etiam capi, ac viuere, scribit cap. 23. lib. XIV. Dal.

e. Sed) Haec quae tractamus, remedia. H.

f. Carnes eorum aduersus scorpiones valent impositae) Coracinum piscem aduersus formicas arborum valere scribit Palladius. quo loco in exemplari vitioso legitur, *coracinam piscem.* Rhod. cap. 5. lib. XII. Dal.

ter [1] venena sunt piscium, porci *g.* marini spinae in dorso, cruciatu magno laesorum: remedio est limus ex reliquo piscium eorum corpore.

XX. 12. Canis *h.* rabidi morsu potum expauescentibus, faciem perungunt adipe vituli marini. Efficacius, si *i.* medulla hyaenae, [2] et oleo lentisco, et cera [3] misceatur. 13. Muraenae morsus ipsarum capitis cinere [4] sanantur. Et pastinaca contra suum ictum remedio est, cinere suo ex aceto, illito, vel alterius. Cibi causa extrahi debet e dorso eius, quidquid simile est croco, caputque totum: et hanc autem, et omnia testacea modice collui in cibis, quia saporis gratia perit. [5] E lepore marino veneficium restringunt poti *k.* hippocampi. 14. Contra dorycnium echini maxime prosunt: et *l.* iis

1. venena piscium sunt. V. 2. sic ex Mss. H. et Ch. et oleum el. Gr. et Al. 3. misceantur. V. 4. sanatur. V. 5. Leporis marini. M.

g. Porci) In Indice huius loci, *Porcelli siue porci.* L. IX. 17. porculus marinus appellatur: etiamnum ab Italis, *Porcelleto*: nostris Etourgeon, vt diximus l. c. De sturione marino vide Rondelet. XIV. 9. pag. 413. *Marini* porculi meminit et Ambros. in Hexaem. Iudaeos tradens marinis vesci porcis, quum terrestribus abstineant. H.

h. Canis) Plin. Val. III. 50. totidem verbis. H.

i. Si) Vel hyaenae corii particula pano inligata sanari ὑδροφόβους circulator quidam affirmabat, teste Scrib. Largo c. 172. H.

k. Poti hippocampi) Apud Aelianum c. 20. lib. XIV. piscator Cretensis filios a canicula rabiosa morsos, hippocampis, abiectis ventriculo et intestinis, quae sunt venena perniciosissima, sanauit, partim assis et in cibo datis: partim cum aceto et melle tritis plagaeque impositis. Dal.

l. Et iis qui succum Carpathii biberint) Exemplar nostrum *Carphati* praefert, non *Carpathii*: neutra lectio vera. scribendum *Carpasi*, ex Dioscoride sexto, et Paulo Aegineta quinto: qui tamen *Carpesiam* vocat, non *Carpasum*. et statim verbum

eius

iis qui ſuccum *ll.* Carpathii biberint, [1] praecipue [2] iure ſumpto. Et *m.* cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur. (VI.) Peculiariter *n.* vero [3] contra *o.* leporis marini venena.

XXI. 15. Et oſtrea aduerſantur [4] iiſdem *p.* [5] Nec poteſt videri ſatis dictum eſſe de his, quum *q.* pal-

1. *ſic ex Mss. H. et Ch. praecipue eius iure Gr. et Al.* 2. *earum: V.* 3. *Contra leporis marini venena et oſtrea aduerſantur. Idem videtur, nec poteſt videri ... cum palma menſarum diu iam tribuatur illis Gr. et Al.* 4. *Iam.* 5. *videtur, in Ch. d.*

eius eradendum, ex eodem. Pint.

ll. Succum) Dioſc. in Alex. c. 13. Carpaſi ſuccum vocat, τόν τῆς Καρπάσου ὀπὸν, inter venena: nec quid ſit ſatis liquet. H

m. Et) Dioſc. in Alexiph. c. 6. H.

n. Peculiariter) Plin. Val. III. 54. Vide N. et Em. N. IX. (hic poſ.) *Et*) Locum hunc miſerabiliter deprauatum Pintianus agnouit, quum ſic legeretur: *contra dorycnium efficax habetur.* Initio deinde facto alterius capitis a verbis proxime ſequentibus: *Peculiariter vero contra leporis marini venena et oſtrea aduerſantur. Idem videtur, nec poteſt videri ... quum palma menſarum diu iam tribuatur illis.* Vnde illud, quaeſo, *videtur* irrepſit, quod nec R. 2. nec Ch. codex agnoſcit. Cetera planiſſima ſunt, nec egent Pintiani coniectura ſic emendantis, *Fidem nepotes veſtram! Satis dictum eſt de his*, vt ſit interrogatio ducens ad negationem: quod ſubtilius certe excogitatum eſt, quam verius. H.

o. Contra leporis marini venena et oſtrea aduerſantur. Item videtur) Verbum vltimum non habent Voſſ. Chiflet. Pintiani codex: qui omnes etiam vt et alii noſtri quatuor, *idem.* Vnde Pintianus: *Fidem, nepotes, veſtram ſatis dictum eſt de his.* Elegantius quam vere. Me quoque offendebat genus loquendi, *aduerſari contra venena.* Et ſi haud ignorem Plauti in Mercat. *nolo aduerſari tuam aduerſus ſententiam.* Sed placet coniungi principium huius capitis cum fine ſuperioris, hoc modo: *Et cancri marini decocti ius contra dorycnion efficax habetur; peculiariter vero contra leporis marini venena. Et oſtrea aduerſantur iiſdem. Nec poteſt videri ſatis dictum eſſe de his.* Gron.

p. Idem

palma mensarum *r.* diuitum attribuatur illis. Gaudent *s.* dulcibus aquis, et *t.* vbi plurimi influunt amnes: [1] pelagia *v.* parua et rara sunt. Gignuntur [2] tamen et in petrosis, carentibusque aquarum dulcium aduentu, sicut circa *x.* [3] Grynium et Myrinam. Grandescunt *y.* sideris quidem ratione maxime,

1. *sic ex Mss H: ideo pelagia Gr. et Al.* 2. *tamen in petr. Gr.* 3. *Gryniam. Ex c. 30. lib. V.*

p. Idem videtur, nec potest videri satis dictum, etc.) Locus miserabiliter deprauatus. Apographon nostrum, *Id ne potest videri, satis dictum esse de his, etc.* legendum opinor: *Fidem nepotes vestram, satis dictum est de his, etc.* vt sit interrogatio ducens ad negationem. Quintilianus in declamatione, Caecus in limine: *Fidem vestram iudices, vt nobis prosit argumentum criminis nostri.* Et in Mathematico: *Fidem vestram P. C. ne quid amplius de misera pietate speretis*, et alias subinde. Hoc autem verbo *nepotes* et *nepotatores*, vtitur frequenter Plinius, cum Romanorum mores luxumque incessit. vt paulo post: *Nec non inter nos nepotis cuiusdam nomenclator, etc.* Item, *attribuatur* legitur in eodem, non *tribuatur.* et paulo post: *Ideo pelagia*, redundat *Ideo.* P.

q. Cum palma mensarum diu iam) Apud Macrob. lib. III. Saturn. in pontificiae coenae apparatu primum apponuntur echini, ostreae crudae, pelorides, sphondyli. Dalec.

r. Mensarum) Ita R. 2. non, vt editi, *diu iam.* Macrob. Sat. II. 9. pag. 355. de coena Pontificia: *Coena haec fuit: Ante coenam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas, sphondylos*, etc. Hard.

s. Gaudent) Ibi enim dulciora, ampliora, meliorisque succi sunt. Athen. III. 92. Hard.

t. Et vbi plurimi influunt amnes) Vide c. 54. lib IX. Arist. c. 6. lib. I. et c. 15. lib. V. hist. Dal.

v. Pelagia) Quae in alto e scopulis petuntur, et pala ferrea inde colliguntur: *que l'on pêche à la drague sur des rochers.* H.

x. Circa) Sic MSS. omnes. Tamen V. 32. *Grynia.* Hard.

y. Grandescunt sideris quidem ratione maxime) Luxatus est ordo verborum. Lege, *Grandescunt quidem sideris ratione maxime*, ex vetusto exemplari. Pint.

Sideris)

ɜime, vt in natura aquatilium diximus: ſed priuatim circa z. initia aeſtatis, multo a. lacte praegnantia, atque vbi Sol penetret in vada. Haec b. videtur cauſa, quare bb. [1] minora in c. alto reperi-

Yy 5 antur.

1. *minora in aliis locis Gr. et Al.*

Sideris) Lunae ratione, vt dictum IX. 50. H.

z. *Circa*) Tum meliora, ſuauiora, vtilioraque ventriculo, prodidit Athen. l. c. Hard.

a. *Multo lacte praegnantia*) Humorem intelligit lacti ſimilem, fetificum, quem in oſtreariis compertum ex oſtreis effluere tradidit c. 51. lib. IX. Tum temporis Athenaeus ſuauiſſima eſſe ſcribit, πλήρη, plena, θαλασσίζοντα, mare ſapere, non coenum aut limum. Dal.

Multo) Plin. IX. 74. *Nuper compertum in oſtreariis, humorem iis fetificum lactis effluere.* Menſe Maio ac Iunio grandeſcere ea, ac multo lacte praegnare Plinius docet, quod et experientia conſtat. H.

b. *Haec videtur cauſa quare minora in aliis locis repepriantur*) In vetuſto exemplari, non *in aliis locis* habetur, ſed *in alto.* Nam ſi grandia reperiuntur vbi ſol penetret in vada, conſequitur vt in alto, quo ſol non penetrat, parua reperiantur. Pintian.

b b. Quare minora in aliis locis reperiantur) Nuſquam τὸ *locis*. Andeg. Men. Gud. *in alios reperiuntur opacitas probibet.* Acad. *in alio reperiuntur opacitas inbibet.* Primatius: *cauſa iſta quare minora in alio reperiuntur opacitas cobibet.* Quorum ſolum *cobibet* ex Chifl. notarunt. Poteſt autem edidiſſe auctor: H*aec videtur cauſa, in ſitu alio quare minora reperiantur. Opacitas cohibet incrementum et triſtitia minus adpetunt cibos.* Plinianum, vt quod maxime, *in ſitu alio.* Vide ad lib. XXI, 31. Gr.

c. *In*) Vide N. et Em. N. X. (hic coll.) *Haec*) Haec ſincera lectio R. cod. 2. quam totidem apicibus ſumma fide repraeſentamus: qua nihil eſſe Plinianae ſententiae congruentius poteſt. Nam ſi grandia reperiuntur vbi ſol penetret in vada, conſequitur vt in alto quo Sol non penetrat, parua pelagia reperiantur. Vidit hoc et Pintianus ex ſuo pariter exemplari: inde quam vana fluxaque fide in edendo Plinio verſati ſint priores apparet, qui ſic exhibuerunt,

antur. Opacitas [1] cohibet incrementum, et *d.* tristitia minus appetunt cibos. Variant coloribus, rufa [2] Hispaniae, fusca Illyrico, nigra et carne et testa Circeiis *e.* Praecipua vero habentur in quacumque gente spissa, nec saliua sua lubrica, crassitudine potius spectanda, quam latitudine: neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo *f.* breui atque non carnoso, nec *g.* fibris lacinioso, ac tota in aluo. Addunt peritiores notam, ambiente *h.* purpureo *i.* crine [3] fibras, eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara *k.* appel-

1. *sic ex Mss. H. et Ch. opacitas enim probibet Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. In Hispania — in Illyrico Gr. et Al.* 3. *fibrarum. V.*

runt; *quare minora in aliis locis reperiantur. H.*

d. Et tristitia minus appetunt cibos) *Tristia* non *tristitia*, scribendum ex eodem. Pint.

e. Circeiis) Horatius: v. sq. anim. Dal.

Circeiis) Laudat id genus Iuuenalis infra laudandus. Catius apud Horat. II. Sat. 4. v. 33. *Ostrea Circeiis, Miseno oriuntur echini.* H.

f. Spondylo breui atque non carnoso, nec fibris lacinioso, ac tota in aluo, etc.) Spondylus in ostreis est τράχηλος Graecorum, quem vult breuem et callosum magis esse quam carnosum. *Fibrae* quas ambit crinis purpureus, sunt τὰ μηνώνια. Vide *Salmas.* 1172.

a. *Spondylo breui*) Interioris carnis solido callo. Dal.

Spondylo) Spondylus in ostreis aliter a Graecis τράχηλος appellatur, collum scilicet ostreorum exterius, prope dorsum valuarum. H.

g. Nec) Nec sit ostreorum spondylus laciniosus, aut sectus in fibras: et sint ostrea tota in aluo sui operculi. H.

h. Ambiente) Marginem ambiente circulo purpureo. Hard.

i. Purpureo) Cirrum liuidum, hoc est, purpurei coloris appellat Martial. VII. ep. 19. *Et ostreorum rapere liuidos cirros.* Quid Martialis interpres in hunc locum, quid Salmasius dicat in Solin. p. 1127. non laboro. H.

k. Calliblephara appellantes) Sic Hermolaus, cum esset, *callibia parata.* Voss. *calli-*

[1] appellantes. Gaudent et peregrinatione [2] transferrique in ignotas aquas. Sic Brundisiana in *l.* Auerno compasta, et suum retinere succum, et a Lucrino adoptare creduntur. Haec sint dicta de corpore. Dicemus et de nationibus, ne fraudentur gloria sua litora: sed dicemus aliena lingua, quaeque peritissima huius censurae in nostro aeuo fuit. Sunt ergo Muciani verba, quae subiiciam: Cyzicena *m.* maiora Lucrinis *n.*, dulciora Britannicis *o.*, suauiora [3] Medulis *p.*, acriora Lepticis *q.*, ple-

1. *propterea appel.* Alii. 2. *transferri in ignotas.* M.
3. *Adulitis.* V. *Eduliis.* Alii V. *Getulicis.* Massarinus. *Edulis* Gr. et Al.

callibiae pharata. Andegav. et Gud. *callybie parata.* Acad. *callybia perata.* Menap. *callibie parata.* Scribe: *calliblepharata appellantes.* Nam *calliblepharum* est ipsum ornamentum: quo quae insignita sunt, merito appellantur ostrea *calliblepharata.* Gron.

Calliblephara) Καλλιβλέφαρα, quasi pulcris genis, hoc est, valuis. In R. 2. *calliphara*, voce ignota vel corrupta. H.

l. In) Vsus eo verbo Plin. IX. 79. *Postea visum tanti in extremam Italiam petere Brundisium ostreas: ac ne lis esse inter duos sapores, nuper excogitatum, famem longe aduectionis a Brundisio compascere in Lucrino.* Lacum Lucrinum Auernumque proximos fuisse, atque adeo fere communibus aquis stagnasse, notissimum est. H.

m. Cyzicena) A Cyzico Hellesponti oppido: cuius ora tota ostreis celebratissima fuit. Vnde Catullus ad Priapum, Carm. 18. *Nam te praecipue in suis urbibus colit ora Hellespontia, ceteris ostreosior oris.* Ἀβύδηνα ὄστρεια in hoc ipso tractu maris laudat Clem. Alex. Paed. II. pag. 140. H.

n. Lucrini) Lacus Lucrinus, prope Baias, de quo III. 9. Martial. V. 38. *Concha Lucrini delicatior stagni.* Et XIII. 82. *Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.* Hard.

o. Britannicis) Haec sunt ostrea, quae *Rutupino edita fundo* Iuuenalis appellat, Sat. 4. v. 141. Fuit enim Rutupinum littorale Britanniae oppidum, vt ex Ptolemaeo discimus: *Circeiis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rutupinoue edita fundo Ostrea,*

pleniora Lucensibus *r.*, ficciora Coryphantenis *s.*, [1] teneriora Istricis, candidiora Circeiensibus. Sed *t.* his

1. *tenuiora. Mass.*

Ostrea callebat primo deprendere morsu, Et semel aspecti litus dicebat echini. H.

p. Edulis) Vetus codex, *Suauiora Adulitis.* In sinu maris rubri oppidum Aduliton, conditum a seruis Aegyptiorum, a dominis profugientibus. Populus Adulitae, cap. 28. lib. VI. Inuenio, sed nullius auctoris testimonio, et Edulios montes Tarraconensis Hispaniae, qui hodie *Moncaio* vocentur. Dal.

Medulis) A Medulis Galliae Aquitanicae populis, ad Garumnae ostia prope Burdegalam. Hodie *Medoc.* Vide N. et Em. N. XI. (hic consp.) *Suauiora*) In libris ad hunc diem vulgatis, *Suauiora Edulis*, absurde. Sinceram lectionem obscuris admodum vestigiis retinet R. 1. codex: at Colbertinus 3. plane perspicuis, quum in eo legatur, *suauiora Medullis.* Ostrea Medula, siue Medulla, siue Medillica, laudant celebrati viri, quotquot Burdegalae commorati sunt. Ausonius, epist. 7. p. 141. *Ostrea Baianis certantia, quae Medulorum Dulcibus in stagnis reflui maris aestus opimat.* Eadem Burdegalensia appellata ab ipsomet, ep. 143. *Sed mihi prae cunctis ditissima, quae Medulorum Educat Oceanus, quae Burdegalensia nomen Vsque ad Caesareas tulit admiratio mensas. Non laudata minus nostro, quam gloria vini. Proxima sint quaevis, sed longe proxima multo Ex interuallo, quae Massiliensia portu, Quae Narbo ad Veneris nutrit, cultuque carentis Hellespontiaci quae protegit aequor Abydi, Vel quae Baianis pendent fluitantia palis: Sunt et Aremorici qui laudent ostrea Ponti, etc.* Sidonius Apollinaris VIII. ep. 12. ad Trigetium pag. 241. quamquam subobscura oratione: *Veni*, inquit, *ad debellandos subiugandosque istos Medulicae supellectilis epulones.* Omitto Scaligerum, ceterosque recentiores. Sensit vitium huius loci, et feliciter emendauit ante annos XXX. quam haec scriberemus Camillus Pelegrino in *Campania Felice*, pag. 541. Nunc ea ostrea a Solaco Medulorum vico prope Garumnae ostium, Solacensia cognominantur, *de Soulac.* Notat Thuanus de vita sua II. p. 23. esse ea optimi saporis, gratissimique gustus: adeo vt violarum odorem referre videantur: repertumque in famulitio suo gulosum puerum,

his neque dulciora, neque teneriora esse vlla compertum est. In Indico mari Alexandri rerum auctores pedalia inueniri prodidere. Necnon *v.* inter nos nepotis cuiusdam nomenclator tridacna *x.* appellauit: [1] tantae magnitudinis intelligi cupiens, vt ter mordenda essent. Dos [2] eorum medica hoc [3] in loco tota dicetur. Stomachum *y.* vnice reficiunt: fastidiis medentur. [4] Addiditque luxuria frigus obrutis niue, summa *z.* montium et maris ima miscens. Molliunt *a.* aluum leniter. [5] Eadem quoque

1. *amplitudinis Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. dos eorum in medicina hoc in loco Gr. et Al.* 3. *hoc loco. V.* 4. *Addidit luxuria. V.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. eadem cocta Gr. et Al.*

rum, qui centum amplius vnus sine nausea deglutiret. Hard.

q. Lepticis) A Lepti Africae ciuitate. H.

r. Lucensibus) Lucensis conuentus in Hispania citeriore supra cap. 3. lib. III. Hodie vocari aiunt, *Macarin de Catalogna.* Dal.

Licensibus) A Lucento, opinor, Hispaniae oppido, de quo III. 32. Istrica ab Istria, etc. H.

s. Coryphantenis) Coryphanta Bithyniae oppidum. Coryphas oppidum maritimum, cap. 30. lib. V. Dal.

t. Sed) Circeiensibus. Haec iam Plinii verba, non Muciani sunt. H.

v. Necnon inter nos nepotis cuiusdam nomenclator tridacna appellauit) In vetere codice, *Nec nos inter nos nepotis cuiusdam nomen celaturi tridacna appellauit.* Pint.

x. Tridacna) Δάκνω mordeo Graece sonat H.

y. Stomachum) Ita Diphilus apud Athen. III. 90. H.

z. Summa) Niues e summis montium iugis petitas, vt in eis ostrea feruent, quae petuntur ex imo mari: quemadmodum seruantur in sale pisces. Pro sale obruuntur ostrea niue, in testis suis, vt frigidiora sorbeantur. Hard.

a. Molliunt aluum leniter) Succo suo nitroso: sistunt vero dura carnis suae pulpa. Dal.

Molliunt) Ipsa ostrea esse κοιλίας ὑπακτικά, ius quo decocta fuerint, ταρακτικὸν καὶ ὑπατικὸν κοιλίας tradit Mnesitheus L. de eduliis, apud Athen. III. pag. 92. H.

que cocta cum mulſo, teneſmo, qui ſine exhulceratione ſit, liberant. Veſicarum hulcera quoque repurgant. [1] Cocta *b.* in conchis ſuis vti *c.* clauſa venerint, mire diſtillationibus *d.* proſunt. Teſtae *e.* oſtreorum cinis vuam ſedat, et tonſillas admixto melle. Eodem modo parotidas, panos, mammarumque duritias, capitum hulcera ex aqua: cutemque mulierum extendit. Inſpergitur et ambuſtis. Et dentifricio placet. Pruritibus quoque et eruptionibus pituitae ex aceto medetur. Crudae ſi tundantur, ſtrumas ſanant, et *f.* perniones pedum. Purpurae quoque contra [2] venena proſunt.

XXII. 16. Et algam maris theriacen *g.* eſſe, Nicander *h.* tradit. Plura *i.* eius genera, vti *k.* dixi.

1. ſic ex Mss. H. et Ch. In conchis ſuis cocta, ſiue clauſa vti venerint. V. In conchis ſuis Gr. et Al. 2. *venenum. Ch.*

b.) Cocta) Vide N. et Em. N. XII. (hic coll.) *Cocta)* Abeſt a libris omnibus hactenus editis vox prior huius clauſulae, *cocta*, quam ductu codicum R. 2. et Ch. reſtituimus, adſtipulantibus inprimis auctoribus geminis, qui hunc Plinii locum de periculo recitant. Marcello nimirum Emp. 10. p. 87. *Oſtrea,* inquit, *ita vt lectae ſunt, adhuc teſtis ſuis clauſa, in carbonibus coquuntur, atque in cibo dantur ei, qui narium grauedinem patitur.* Et Plin. Val. I. 28. *Ad ſtillationem narium ex humore: Oſtreae cum ſua teſta, ita vt electae ſunt, in carbonibus coquuntur, et in cibo dantur. H.*

c. Vti clauſa venerint) Succo ſuo madentia, nec diſcluſis teſtae ſuae valuis excitata. Dal.

d. Diſtillationibus proſunt) Tenuibus: ſucci quem gignunt craſſitie. Dal.

e. Teſtae) Quemadmodum et cinerem e cochleis commendat in eum vſum Q. Serenus, laudatus a nobis XX. 74. H.

f. Et) Sext. Plat. c. 1. de ceruo, r. 21. *ad perniones: Sebum ceruinum combuſtum ſimul cum oſtreae teſta minuta et commixta, et factum quaſi malagma impone: mire ſanat.* H.

g. Theriacen) Hoc eſt, aduerſus ſerpentes prodeſſe. Hard.

h. Ni-

[1] diximus: longo folio et latiore, [2] rubente, aliaue crispo. Laudatissima, quae in Creta insula iuxta terram in petris nascitur; tingendis etiam lanis ita colorem alligans, vt elui postea non possit. E vino iubet eam dari.

XXIII. (VII.) Alopecias *l.* replet [3] hippocampi cinis, nitro et adipe suillo mixtus, aut *m.* sincerus ex aceto. [4] Praeparant *n.* autem sepiarum crustae

1. *diximus. Alia longo folio: alia latiore, rubente: alia crispo. V.* 2. *herbacco. Theoph.* 3 *sic ex Mss. H. et Ch. liquida pice, aut ad. suil. mi. aut amaricino vnguento. V. ex Diosc. hippocampinus cinis Gr. et Al.* 4. *Praeparatur autem sep. M. Praeparat cutem . . . medicamentis. Cutem replet et muris Gr. et Al.*

h. Nicander) Loco citato a nobis XXVI. 66. H.

i. Plura eius genera) Ex his generibus algae, primum paleam marinam vocant: secundum, ζωςὴρ est: tertium, alga lactucacea: quartum alga feniculata tinctoria, quam et scorpionum ictibus mederi dictum est c. 7. lib. XXVII. Dal.

k. Vti) Ibidem. H.

l. Alopecias) Totidem verbis Diosc. II. 3. Ἱππόκαμπος θαλάσσιόν ἐςι ζῶον μικρὸν, οὗ καέντος ἀναληφθεῖσα ἡ τέφρα πίσσῃ ὑγρᾷ καὶ ὀξυγγίῳ ἢ ἀμαρακίνῳ μύρῳ καὶ καταχρισθεῖσα, ἀλωπεκίας δασύνει. *Hippocampus marinum est animalculum, cuius cremati cinis liquida pice vel axungia, aut amaracino vnguento exceptus, et illitus alopecias emendat.* Sic etiam Galen. de fac. simpl. m. XI. 1. pag. 312. De hippocampo multa Aelian. H. A. XIV. 20. Pingitur a Rondeletio, L. de insectis pag. 114. c. 9. Massiliensibus, *Cheval et Chevalot.* H.

m. Aut) Solus, per se, nulla re alia admixta, praeter acetum. H.

n. Praeparat cutem sepiarum crustae farina medicamentis. Cutem replet et muris marini cinis) Aliter apographum nostrum, *Praeparant autem sepiarum crustae farina medicamentis cutem, et muris marini cinis.* vt superfluat verbum *replet*, ex eodem. Ego vero et illud, *medicamentis*, falso additum suspicor. Pint.

Praeparant) Medicamentis, *quibus alopecia emendatur*, suscipiendis, praeparatur ante cutis crusta sepiarum

[1] crustae farina medicamentis cutem *o.*, et muris marini cinis cum oleo: item echini cum carnibus suis cremati: fel scorpionis marini. Ranarum *p.* quoque trium, si viuae in olla concrementur, cinis cum melle: melius cum pice liquida. Capillum denigrant sanguisugae, quae in nigro vino diebus LX. computruere. Alii *q.* in aceti sextariis duobus sanguisugarum sextarium in vase plumbeo iubent putrescere totidem diebus, mox illini in Sole. [2] Sornatius *r.* tantam vim [3] hanc tradit, vt nisi oleum ore contineant qui tingunt, dentes quoque eorum [4] denigrari dicat. Capitis *s.* hulceribus, muricum vel purpurarum testae cinis cum melle vtiliter illinitur:

1. corticis, vt mox. 2. Soranus. V. Sornantius tan. vim hab. tradidit. M. 3. sic ex Mss. H. et Ch. tantam vim habere tradit Gr. et Al. 4. sic ex Mss. H. et Ch. denigrare Gr. et Al.

rum in farinam trita et illita. Vide N. et Em. N. XIII. (hic pos.) *Praeparant*) Sic R. 2. cod. et is quem Pintianus vidit: quorum ad amussim quae in editis deprauata sunt, exigenda hoc loco et corrigenda sunt: sic enim isti prae se ferunt: *Praeparat cutem sepiarum crustae farina medicamentis. Cutem replet, et muris marini cinis.* Quum nec priore loco *cutem*, nec postea *replet*, vlli MSS. agnoscant, et impedita luxataque oratio ea verborum serie videatur. H.

o. Cutem replet) Pilo vestit. Dal.

p. Ranarum) Sic Diosc. II. 28. Καέντες δὲ βάτραχοι ... καὶ ἀλωπεκίας θεραπεύουσι σὺν πίσσῃ ὑγρᾷ καταχριόμενοι. Et Alex Iatros. I. 4. ad alopecias: *Ranarum cinis cum pice liquida illinitus.* Idque se experimento probasse testatur Rondeletius, L. de palust. 2. Hard.

q. Alii) Totidem verbis Marc. Emp. 7. pag. 48. et Plin. Val. I. 7. de capillis denigrandis. H.

r. Sornatius) Sic MSS. Ignotum medici nomen. Referunt hoc ipsum porro auctores proxime appellati. Hard.

s. Capitis) Marc. Emp. totidem verbis, 4. pag. 40. et Plin. Val. I. 5. H.

tur: conchyliorum, vel si non vrantur, farina ex aqua: Doloribus, castoreum cum peucedano et rosaceo.

XXIV. Omnium *t.* piscium fluuiatilium marinorumque adeps liquefactus [1] sole admixto melle, oculorum claritati plurimum confert: item castoreum cum melle. Callionymi *v.* fel cicatrices sanat, et *x.* carnes oculorum superuacuas *y.* consumit. Nulli *z.* hoc piscium copiosius, vt existimauit Me-

1. *sic et V. liquefactus oleo adm. Gr. et Al.*

t. Omnium) Vide N. et Em. N. XIV. (hic consp.) *Omnium*) Et hic typorum errata, qui *liquefactus oleo* exhibent, ad MSS. fidem emendamus, praesertim R. 2. quem fide integra repraesentamus. Adiuuat Plinii transcriptor Marc. Emp. 8. pag. 62. *Adipes omnium fluuiatilium piscium,* inquit, *in Sole liquefactae, adiunctoque melle, inunctioni adhibitae, mirifice oculis caligantibus prosunt.* Certiorque auctor Diosc. II. 94. Τὸ δὲ τῶν ποταμίων ἰχθύων ὀξυδερκὲς ἐγχριόμενον, ἀποτακὲν ἐν ἡλίῳ, καὶ μέλιτι μιγέν. *Fluuiatilium piscium adeps inunctis oculis claritatem affert, si quidem in Sole liquefactus, melliqūe admixtus fuerit.* Neque vero quemadmodum liquefieri oleo possit adeps, coniicere in promtu est H.

v. Callionymi) Testudinis coriaceae apud Rondeletium. D.

Callionymi) Oculorum videlicet. Vide Galen. de fac. simpl. med. X. 2. pag. 284. Errant qui discussam a Tobia patris coecitatem eo felle volunt. Callionymus enim marinus piscis est, et molis exiguae, nec multarum virium: ille, quo Tobias vsus, ingens, fluuiatilis et fere ἀνθρωποφάγος. Silurum potius esse crediderim, de quo IX. 17. Vide Bochart. de animal. Part. II c. 14. pag. 748. Ad oculorum vitia vniuerse callionymi fel commendat etiam Diosc. II. 96. H.

x. Et) Carnes in angulis oculorum excrescentes. H.

y. Superuacuas consumit) Supra modum excrescentes, vt cicatrices in vlceribus relictas, pterygia carnosa. D.

z. Nulli hoc piscium copiosius) Id ipsum tradit Arist. item et Aelianus c. 4. lib. XIII. hist. animal. quo loco citantur versus Menandri ex Messania. Τίθμ' ἔχειν χολὴν

Menander *a.* quoque in Comoediis. Idem piſcis et vranoſcopos *b.* vocatur, [1] ab *c.* oculo quem in capite habet. Et *d.* coracini fel excitat viſum. Et *e.* marini ſcorpionis ruſi cum oleo vetere aut melle Attico incipientes ſuffuſiones diſcutit: inungi ter oportet intermiſſis diebus. Eadem *f.* [2] ratio albugines oculorum tollit. Mullorum *g.* cibo aciem oculorum hebetari tradunt. Lepus *h.* marinus ipſe

1. *ab oculis, quos in ſuperiori capite. V.* 2. *curatio. V.*

χολὴν σε καλλιωνύμȣ πλεῖω. Et Anaxippi in Epidicazumeno, Ἐὰν μὲ κινῇς, καὶ ποιήσεις τὴν χολὴν Ἅπασαν, ὥσπερ καλλιωνύμȣ ζέσαι. *Habere cenſeo te callionymo fel copioſius.* et, *Si moueris me, feceris ſtatimque fel feruere Totum, more callionymi.* Dal.

Nulli) Ariſt. H. A. II. 18. pag. 265. H.

a. Menander) In Meſſenia ſcilicet, cuius fabulae verſus huc pertinentes recitantur ab Aeliano H. A. XIII. 4. Hard.

b. Vranoſcopos) Οὐρανοσκόπος, quod oculos in ſuperna corporis parte verſus caelum habeat. Idem νυκτερὶς et ἡμεροκοίτης appellatus. Deſcribitur eleganter ab Oppiano Halieut. II. v. 202. Fingitur a Rondeletio X. 13. pag. 305. et ab Hippol. Saluiano de hiſt. aquat. f. 197. Maſſilienſibus, *Tapecon.* Hard.

c. Ab oculo quem in capite habet) Lego, *oculis, quos* nifi ſit numeri ἐναλλαγή. Lego praeterea, *quos in ſuperiori capite*: alioqui hoc non foret eximium, cum et alii piſces oculos in capite habeant. Dal.

Ab) Ἐναλλαγὴ numeri, hoc eſt, ab oculorum ſitu. Hard.

d. Et) Marc. Emp. c. 8. pag. 69. *Corui marini fel inunctione adhibitum caligines tollit, albugines, et cicatrices extenuat,* etc. H.

e. Et marini) Dioſc. II. 14. Τοῦ δὲ θαλασσίου σκορπίου ἡ χολὴ ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑποχύσεις, καὶ λευκώματα, καὶ ἀμβλυωπίας. H.

f. Eadem) Marc. Emp. 8. pag. 67. H.

g. Mullorum) Dioſc. II. 24. Τρίγλα συνεχῶς ἐσθιομένη ἀμβλυωπίας δοκεῖ παρασκευαστικὴ ὑπάρχειν. Vide infra ſ. 41. H.

h. Lepus) Marc. Emp. 8. pag. 70. et Dioſc. II. 20. Hard.

ipſe quidem venenatus eſt, ſed cinis eius in palpebris pilos inutiles, euulſos cohibet. [1] Et ad hunc vſum vtiliſſimi minimi: Item *i.* pectunculi ſalſi triti cum [2] cedria: et ranae, quas *k.* [3] diopetes, et calamitas vocant, ſanguis earum cum *l.* lacryma vitis *m.*

Zz 2 ſi euul-

1. Et, in M. d. 2. cedria: ranarum, etc. ſanguis cum lacryma. V. 3. diphitas. Ch.

i. Item) Quod pectunculis Plinius, hoc verbis totidem tellinis Dioſc. attribuit II. 8. Τελλῖναι ταριχηραὶ καεῖσαι καὶ τριβεῖσαι λεῖαι, καὶ μετὰ κεδρίας ἐπιςαζόμεναι, τὰς ἐκτιλθείσας τῶν βλεφάρων τρίχας οὐκ ἐῶσιν αὖθις φῦναι. *Tellinae ſale conditae ac vſtae, et ad laeuorem contritae, tandemque cum cedria inſtillatae, euulſos palpebrarum pilos renaſci non patiuntur.* Tellinas a pectunculis, mituliſque ſeiunxit Hippocrates de diaeta II. H.

Pectunculi ſalſi) Tellinae, Dioſc. Dal.

k. Quas) Διοπετὴς rana vocatur, quam per imbres caelo delapſam, quaſi a Ioue miſſam, vulgus arbitratur. Sic Palladium τὸ Διοπετὲς καλούμενον ait Clem. Alex. in Protrept. pag. 30. Eademne δρυπετὴς vel δρυοπετὴς, quod arbores ſcandat, vt dicetur ſ. 29. Καλαμίτης, quae in arundinetis maxime viuit, omnium viridiſſima, vt dicetur, ſ. 42. Diuerſa duo ranarum genera Dioſc. II. 28. Τῶν δὲ χλωρῶν βατραχῶν τὸ αἷμα ἐπιςαζόμενον, κωλύει τὰς ἐκτιλθείσας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι. Tamen hoc Galenus negat eſſe verum, de fac. ſimpl. med. X. p. 279. H.

Diopetes et calamitas vocant) De iis agitur infra c. 10. διοπετεῖς dicuntur, quod a Ioue plui ac immitti fuerit opinio: quod falſum eſſe docet Theophraſtus in fragmento περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων. Alii legunt, *Dryopnitas*, in arboribus naſcentes. διοπετεῖς aquationibus fere autumnalibus gignuntur, et nonnunquam e caelo decidunt. Dalec.

l. Cum lacryma) Apud Galen. lib. IV. κατὰ τόπȣς. Archigenes remedium hoc ex Papia medico Laodicenſi refert, ſed pro lacryma vitis, chamaeleon albus requiritur, et illic ſcribitur. D.

m. Vitis) Albae, vt paulo poſt, bryonia, Dioſc. pſilothrum eſt. Dal.

si euulso pilo palpebris illinatur. Oculorum *n.* tumorem ruboremque sepiae *o.* cortex cum lacte [1] mulierum illitus sedat: et per se scabritias emendat. Inuertunt itaque genas *p.* id agentes, et medicamentum auferunt post [2] paulum, rosaceoque inungunt, et pane *q.* imposito mitigant [3]. Eodem *r.* [4] cortice et nyctalopes curantur, in farinam [5] trito et ex aceto illito. Extrahit *s.* et [6] squamas,

1. *sic ex MSS. H. et Ch. mulieris. Gr. et Al.* 2. *paululum. Ch.* 3. *sic ex MSS. H. et Ch. mitigant nocte. Gr. et Al.* 4. *Eadem. Gr. et Al.* 5. *trito ex aceto. Extrahit. M. trita et ex aceto illita. Gr.* 6. *squamas oculorum eius cinis. Cicatrices cum melle. V.*

o. Oculorum) Plin. Val. I. 14. *Corticis sepiae farina in epiphoris, ex lacte mulieris oculis circumlinitur.* Marc. Emp. 8. p. 69. *Sepiae testa interior, quae mollis est, diligentissime trita, et muliebri lacte permixta, atque inunctioni adhibita, supra dictis oculorum causis plurimum prodest.* Diosc. II. 23. de sepia: Τὸ δὲ ὑπ' αὐτῆς ὄστρακον σχηματισθὲν εἰς κολλύρια ἁρμόζει πρὸς παράτριψιν τραχέων βλεφάρων. *Ipsius vero testa in collyria efformata, scabris genis perfricandis accommodatur.* Os sepiae vocat Plinius, l. 27. sq. quod in dorso sepiae reperitur: ὄστρακον τὸ ἐν τῷ νώτῳ, Athen VII. H.

o. Sepiae cortex) Sepiae os, obserua. ὄστρακον Diosc. Dal.

p. Genas) Palpebras. Hard.

q. Imposito mitigant nocte) Cum lacte. Dal.

r. Eadem cortice et nyctalopes curantur in farinam trita et ex aceto illita) Masculino genere in vetusto codice semper, *eodem, trito, illito.* Pint.

s. Extrahit) Plin. Val. I. 18. sub finem: *Ad maculas oculorum tollendas, sepiae testam diligenter in mortario Thebaico teres, et puluerem ipsius in oculos mittes.* Ego vero squamas interpretor, non pterygia oculorum, de quibus mox seorsim, vt Dalecampius: sed festucas, paleas, aut quiduis aliud simile, quod in oculos inciderit: his extrahendis dotem esse corticis sepiarum propriam dicit, confirmatque idem inferius l. 43. quum vel ipsis telis aculeisque extrahendis huius corticis cinerem commendat. H.

mas *t.* eius cinis. Cicatrices oculorum cum melle ſanat, pterygia *v.* cum ſale et cadmia ſingulis drachmis. Emendat *x.* et albugines oculorum iumentorum. [1] Aiunt et oſſiculo eius genas, [2] ſi terantur, ſanari. Echini ex aceto epinyctidas tollunt. [3] Eumdem comburi cum viperinis pellibus raniſque, et cinerem aſpergi potioni iubent Magi, claritatem viſus promittentes. Ichthyocolla *y.* appellatur piſcis, cui glutinoſum eſt corium: idemque nomen glutino eius. Hoc epinyctidas tollit. Quidam *z.* ex ventre, non e corio, fieri dicunt ichthyocollam, vt glutinum taurinum. Laudatur Pontica, [4] candida, et carens venis ſquamiſque, et quae celerrime liqueſcit. Madeſcere autem debet conciſa in aqua, [5] aut in aceto nocte ac die: mox tundi marinis lapidibus, vt facilius liqueſcat.

 Vtilem

1. *ſic ex MSS. H. et Ch. adiiciunt et oſſiculis. Gr. et Al.* 2. *ſi alterantur. V.* 3. *eoſdem. V.* 4. *ſic ex MSS. H. et Ch. candicans. Gr. et Al.* 5. *ſic et Ch. aut aceto: Gr. et Al.*

t. Squamas) Oculorum. Squamas, vel πτερύγια, vel λευκώματα, apud Dioſc. vel furfures capitis πίτυρα. D.

v. Pterygia) Dioſc. II. 23. Hard.

x. Emendat) Dioſc. II. 23. Ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς λευκώματα κτηνῶν ἐμφυσώμενον. *Facit et praeclare iumentis ad oculorum albugines, ſi inſuffletur.* Etiam ad hominum oculos tranſfert hanc vim Plin. Val. I. 20. H.

y. Ichthyocolla appellatur piſcis) Exos Rondeletio c. 8. lib. de piſc. fluuiatilibus. D.

Ichthyocolla) Is eſt qui in Boryſthene capi, nulliſque oſſibus munitum eſſe, dixit IX. 17. cui a glutino, quod is praebet, alterum id nomen eſt inditum. H.

z. Quidam) Dioſcor. III. 102. Ἡ δὲ ἰχθυόκολλα λεγομένη κοιλία ἐςὶν ἰχθύος κητώου. Διαφέρει δὲ ἡ ἐν Πόντῳ γεννομένη, οὖσα λευκὴ, . . οὐ ψωρώδης, τάχιςα τηκομένη. *Ichthyocolla, hoc eſt, piſcium gluten, venter eſt piſcis cetacei. Praeſtat natione Pontica, candicans, . . minime ſcabra, et quae*

Vtilem *a.* eam [1] in capitis doloribus affirmant, et [2] tetanothris *b.* Ranae *c.* dexter oculus dextro, finiftro laeuus fufpenfi e collo natiui *d.* coloris panno, lippitudines fanant. Quod fi per coitum ranae eruantur, albuginem quoque, alligati fimiliter in putamine oui. Reliquae carnes impofitae fugillationem rapiunt. Cancri *e.* etiam oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Eft *f.* parua

1. *et capitis. Ch.* 2. *tetanis. Ch.*

quae celerrime liquefcit. Tale glutinum hodieque et e Ponto mittitur. Pifcis nomen Diofcorides, quum reticet, ichthyocollam dici a glutino fuo fignificat. Vide Aldrouand. de pifcibus V. 4. p. 565. H.

a. Vtilem) Sic Diofc. l. c. Ὠφελεῖ δὲ εἰς τὰς κεφαλικὰς ἐμπλάστρους, καὶ λεπρικὰς δυνάμεις, καὶ ὡς τετάνωθρα τῶν προσώπων. *Vtilis eft in emplaftris cephalicis, leprarumque medicaminibus, et tetanothris, quae faciei cutem erugant et extendunt.* Quum emplaftris cephalicis vtilem effe ait Diofcorides, confiderandum amplius videtur, annon ea potius intelligat, quae peculiariter caluariae fracturis dicata funt, quam quae capitis doloribus accommodata. H.

b. Tetanothris) Quae faciei cutem erugant, ac extendunt. Dal.

Tetanothris) Τετάνωθρα, fiue τετανώματα a verbo τετανόω, funt quaecumque ad laeuigandam et erugandam hominis cutem praefertim in vultu conficiuntur. Tentipellia, a tendenda pelle Latini vocant. Vide Voff. in Etymol. Hard.

c. Ranae) Simile eft quod habet Marc. Emp. 8. p. 67. *Ranam de lacu prehendes, et fpina oculos ei fubtiliter erues, atque in panno coccineo ligatos, oculis interius cruentis fuperpones: cito medeberis.* Hard.

d. Natiui coloris panno) Fufco, citra tincturam, lanae proprio colore. Dalec.

e. Cancri) Quint. Serenus, cap. de oculorum dolore mitigando: *Viuentifque nepae lumen geftatur amicum.* Nepa Sereno cancer eft. Superftitiofius autem Marc. Emp. 8. p. 58. *Cancri oculus fubtiliter fublatus, et in phoenicio conligatus, colloque fufpenfus, lippitudini incipienti medetur, fi tamen remedium a cafto homine fiat.* Hard.

f. Eft

parua rana in arundinetis et herbis maxime viuens, muta *g.* ac sine voce, viridis, si forte hauriatur, ventres boum distendens. Huius *h.* corporis humorem specillis *i.* derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre: ipsasque carnes doloribus oculorum superponunt. Ranas *k.* etiam [1] quindecim coniectas [2] in fictile nouum iuncis *l.* configunt

1. XVI. Ch. 2. sic ex MSS. H. Ch. et M. in fictili nouo... succum earum... admiscent lacrymae, quae ex alba vite emanat. Gr. et Al.

f. Est parua rana) Calamites infra cap. 10. quoniam inter arundines fruticesque viuat. Dal.

Est) Καλαμίτης arundinetis superius appellata, hac ipsa sectione. H.

g. Muta ac sine voce) De hac vide Rondeletium. Rubetarum modo venenata est. Alia est dryophites viridis, descripta eod. capite. Dal.

h. Huius corporis humorem specillis, etc.) Est autem *specillum* instrumentum inungendis oculis aptum: quemadmodum legimus lib. VII. cap. 53 *C. Iulius medicus dum inungit, specillum per oculum trabens.* Gelen.

i. Specillis) Scalpellis, ταῖς σμίλαις. Plinius legit, ταῖς μήλαις. Dal.

Specillis) Instrumento ferreo, vel cupreo, vt diximus VII. 54. *Acu cuprea* dixit Marc. Emp. 8. p. 70. *Ranunculum viridem comprehensum*, inquit, *acu cuprea pungito, et sanguine eius excepto, etc.* Sanguinem hunc Plinius humorem vocat. H.

k. Ranas) Vide N. et Em. N. XV. (hic adi.) *Ranas)* Ita libri omnes editi. At MSS. R. 2. Ch. ceterique XVI. Colb. 3. in quo *quindecim* sine vllis notarum compendiis. Quin et ipse Plinius inferius, s. 47. *Eadem mensura*, inquit, *alii ex quindecim ranis conficiunt psilothorum, sicut in oculis diximus*: hoc nimirum loco quem habemus prae manibus. Quin et ibi non *quindecim*, sed *duodecim* praefert R. 2. vt diximus suo loco. Quare non ranarum numerum signari ab eo hoc posteriore loco, sed parandarum modum existimamus. H.

l. Iuncis configunt quidam: succum earum qui ita effluxerit, admiscent lacrymae, quae ex alba vite manat) Breuius et magis ex Pliniana dignitate in scripto codice: *Iuncis*

gunt quidam: succoque *m.* earum, qui ita effluxerit, admiscent vitis *n.* albae lacrymam, atque ita palpebras emendant, inutilibus pilis [1] exemptis, acu instillantes hunc succum in vestigia euulsorum. Meges *o.* psilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans *p.* putrescentes, [2] et ad hoc vtebatur multis variisque per aquationes autumni nascentibus. Idem *q.* praestare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet in nouo vase. Idem *r.* taeniae iecur siccatum pondere *s.* X. IV.

1. *exemptis acu, instillantes.* V. 2. *sic ex MSS. H. et Ch. ad hocque vtebatur multis ac variis. per Alii. et hoc vtebatur.* Gr. et Alii.

Iuncis configunt quidam, succoque earum, qui ita effluxerit, admiscent vitis albae lacrymam. Pint.

m Succumque earum, qui ita effluxerit, admiscent lacrymae, quae ex alba vite emanat) Vossiani duo *succoque*; deinde melior, *admiscent viti saluat lacrimam.* Scribe: *succoque earum, qui ita effluxerit, admiscent vitis albae lacrimam, atque ita palpebras emendant.* Quod et Pintiano visum. Gron.

n. Vitis) Cui *psilothri* quoque ab ea dote nomen est inditum, vt dictum est XXIII. 16. Est enim psilothrum, vnguentum depilatorium. Pro albae vitis lacryma chamaeleonis folia Theodorus Priscianus adhibet l. 10. *Et chamaeleonis herbae folia sicca trita in puluerem et commixta sanguine ranarum viridium, post euulsionem capillorum pro collyrio inungimus.* H.

o Meges) Chirurgus is fuit, de quo diximus in Auctorum indice. H.

p. Enecans) Enecans, sinensque putrescere in aceto. Hard.

q. Idem) Marc. Emp. 8. p. 71. Plin. Val. I. 21. Theod. Prisc. l. c. H.

r. Idem taeniae iecur siccatum pondere X. IV.) Taeniarum hepata anatomici tam facile scil. ostenderint nobis quam culicum adipem: *thynnorum* volumus. Sic enim cap. 10. *Psilothrum est thynni sanguis, fel, iecur, etc.* Τὸ X. nota est χαλκῦ, seu aerei, quam Graeci ita figurabant. Vide *Reines.* var. lect. lib. II. cap. 7. pag. 174.

Item

X. IV. cum oleo cedrino perunctis pilis nouem mensibus.

Zz 5 XXV.

Item taeniae iecur siccatum) Sic Hermolaus aut *channae* pro vulgato *cheni.* Reinesius Var. lect. II, 7. emendat *thynni.* Vere vt puto: nam Voss. *teniaeconsiccatum.* Quod est, *thynni iocus siccatum.* Ita enim idem codex saepe pro *iecur.* Acad. *chieni iecur siccatum.* Acad. Men. et Gud. *theni* Sed hoc vento proiectus idem vir eruditissimus, Illustremus etiam, ait Plinium de dosi medicamenti seu pondere, quod non ab omnibus intelligi scimus. Illustrat autem ita, vt τὸ X. notam velit esse χαλκȣ͂ siue aerei, quam Graeci sic figurarint χ, proque ea Latinos editores Plinii suae linguae X quasi ἰσοδυναμȣ͂σαν substituisse: chalcos autem seu aereos quatuor ponderare obolum, seu scrupulum dimidiatum. Ieiune admodum et non pro Reinesio: nam obolus (qui sane dimidiatus est *scripulus* non *scrupulus*) octo chalcos Athenis habebat. Galenus de pond. Ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχῃ X ή. Paulus Aegin. Ὁ γαρ ὀβολὸς κεράτια γέ· τὸ δὲ κεράτιον χαλκȣ̀ς δύο δίμοιρον, ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χαλκȣ̀ς ὀκτὼ. Cleopatra: Ὀβολὸς ἔχει θέρμον ά ἥμισυ, κεράτια γ΄, χαλκȣ̀ς ή τὸ ἡμιωβόλιον ἔχε κεράτιον ά ἥμισυ, χαλκȣ͂ς δέ. Alius: ὁ χαλκȣ͂ς ἔχε ἡμιοβολίȣ τὸ τέταρτον, ὥϛε τȣ̀ς τέταρας χαλκȣ̀ς ἄγειν τὸ ἡμιοβόλιον. Haec saltem communis et vsitatissima ratio: etsi Plinius decem, alii sex chalcos interdum illi assignent. Nec vero numenis X est nota chalci, sed X. Poterat e Paulo ab Aegina nosse: Πρῶτον μὲν ȣ͂ν το χ ϛοιχεῖον ἔχον ἐπικείμενον αὐτῷ τὸ ἄλφα, χαλκȣ͂ν σημαίνει. Denique Plinii editores, siue Latini, quos ille appellat, siue Galli, siue Germani, nouerant, nihil exemplaribus eius esse vulgarius, quam per X significari -X- denarium vel drachmam: et ita hic quoque *pondere* X. IV. esse pondere denariorum vel drachmarum quatuor. Gron.

Idem) Ταινία piscis a Graecis vocatur, cuius meminit Epicharmus apud Athen. VII. pag. 325. Gaza vittam interpretatur: taeniam retinere Plinius maluit. A Narbonensis orae piscatoribus *Flambo* vocari, auctor est Rondeletius XI. 17. a colore rufo seu flammeo In R. 2. et Colb. 3. *theni*: vnde *thinni* rescribi hoc loco quibusdam pla-

XXV. Auribus vtilissimum [1] batiae *t.* piscis fel recens, sed [2] et inueteratum vino: item [3] bacchi *v.*, quem quidam myxona vocant: item callionymi cum rosaceo infusum: *x.* vel castoreum cum papaueris succo. Vocant *y.* et in mari [4] pediculos, eosque tritos instillari ex aceto auribus iubent. Et *z.* per se conchylio infecta lana magnopere

1. *sic ex MSS. H. et Ch. bati. Gr. et Alii.* 2. *et in vetere. Ch.* 3. *sic ex MSS. H. et M. babni. Ch. banchi. Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. H. et M. pedunculos. Gr. et Alii.*

placet, quibus aegre assentimur. Hard.

s. Pondere) Hoc est, denariûm quatuor, siue drachmarum. Reines. Varr. lect. II. 7. in hoc loco caecutiit. Hard.

t. Batiae) Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 3. et Ch. non *bati*, vt in editis. Index quoque huius loci, *Batia* βάτος siue βατὶς, raia est: a qua si batia discrepat, quid ea sit, incompertum nobis fatemur esse. H.

v. Banchi) Lego *Bacchi.* Myxona, Bachum olim nominarunt, vel quia caput vt vino consperſum rubet circa labra, et opercula branchiorum: vel quoniam ebriorum modo temere huc illuc natando fertur. Dal.

x. Vel) Celſ. VI. 7. *ad sonitum aurium intra se ipsas, castoreum* adhibet *cum aceto, vel irino, vel laureo oleo: aut huic mixtum castoreum cum succo nucum amararum.* H.

y. Vocant) Ita MSS. tum in hoc loco, tum in Indice, non *pedunculos.* Φθεῖρας, vocat Aristoteles H. A. IV. 10. p. 501. Horum ortus in maris profundo, Γίνονται δὲ ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης. De his egimus IX. 71. Adde Aelian. H. A. IX. 7. H.

z. Et per se conchylio infecta, etc.) Crito lib. III. κ. τόπȣς, κροκύδα κογχυλίȣ, quemadmodum eodem lib. Andromachus κροκύδα πορφυρᾶς, floccum siue tomentum lanae purpura tinctae vocat. Aetius vocat ἔριον πορφυρȣ̃ν, tum etiam πτύγμα πορφύρας ἐρίȣ. Alii πλάκα, πίλημα, ςρόφιον. Dal.

Et) Conchyliatam lanam appellat Marc. Emp. 9. p. 75. qua aurem occludi iubet, cui medetur. Crito, apud Galen. κατὰ τόπ. III. p. 405. conchylio infectos flocculos in aurem iubet pariter immitti. H.

pere prodeſt. Quidam aceto et nitro madefaciunt. Suntque *a.* qui praecipue contra omnia aurium vitia laudent [1] gari *b.* excellentis cyathum, mellis dimidio amplius, aceti cyathum in calyce nouo lenta pruna [2] decoquere, ſubinde ſpuma pennis deterſa, et poſtquam deſierit ſpumare, tepidum [3] infundere. Si *c.* tumeant aures, coriandri ſucco prius mitigandas iidem praecipiunt. Ranarum *d.* adeps inſtillatus, ſtatim dolores tollit. Cancrorum fluuiatilium ſuccus cum farina hordeacea aurium vulneribus efficaciſſime prodeſt. Parotides *e.* muricum teſtae cinere cum melle, vel conchyliorum ex mulſo curantur.

XXVI. Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis *f.* gingiuis: [4] cerebro caniculae in oleo decocto adſeruatoque, vt ex eo dentes ſemel anno colluantur. Paſtinacae *g.* quoque radio ſcarificare gingiuas, et [5] in dolore vtiliſſimum. [6] Conteritur *h.* is, et cum elleboro albo illitus,

1. *ſic ex MSS. H. gari excellentis ſociorum cyathum. Gr. et Alii.* 2. *decoquentes. V.* 3. *infundentes. V.* 4. *item cerebro. V.* 5. *eſt in. V.* 6. *Contritus V.*

a. Suntque) Marc. Emp. ad verbum, 9. p. 75. 77 et 82. Plinius item Val. I. 9. Ha d.

b. Gari excellentis ſociorum cyathum) Verbum *ſociorum*, non habetur in vetere exemplari. Pint.

c. *Si)* Plin. Val. I. 9. et Marc. Emp 9. p. 74. H.

d. Ranarum) Marc. Emp. 9. p. 75. et Plin. Val. l. c. Hard.

e. Parotides) Totidem verbis Marc. Emp. 15. pag. 107. et 109. Plin. Valer. I. 13. pro melle mulſam adſciſcit. H.

f. Scarificatis) MSS. R. 2. aliique, *ſcarifatis*; et mox *ſcarifare*, vt alias monuimus. H.

g. Paſtinacae quoque, etc.) Celſus. lib. V. cap. 9. Et plani piſcis, quem paſtinacam noſtri, τρύγωνα Graeci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, reſinaque excipitur, quae denti circumdata hunc ſoluit. D.

h. Con-

illitus, dentes sine vexatione extrahit. Salsamentorum *i.* etiam fictli vase combustorum cinis, addita farina marmoris, inter remedia est. Et *k.* cybia vetera [1] eluta in nouo vase, [2] dein trita, prosunt doloribus. Aeque prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinae combustae, tritaeque, et illitae. Decoquuntur *l.* et ranae singulae in aceti heminis, vt

1. exusta. V. Gal. V. κατὰ τόπȣς. *2. sic ex MSS. H. et Ch. deinde. Gr. et Al.*

h. Conteritur) Sic fere Diosc. II. 22. Celsus quoque VI. 9. *Plani piscis (quam pastinacam nostri, τρυγῶνα Graeci vocant) aculeus torretur: deinde conteritur, resinaque excipitur, quae denti circumdata hunc soluit.* H.

i. Salsamentorum etiam, etc.) Galen. ad finem lib. V. κ. τόπȣς ad oris iucundum odorem, dentiumque dolorem ac splendorem, salsamentorum cybiique cinere vtitur. Dal.

Salsamentorum) Ad verbum Marc. Emp. 13. p. 97. Hard.

k. Et cybia) Vide N. et Em. N. XVI. (hic pos.) *Et)* Habent ita sane libri omnes et manu exarati, et typis excusi: nihilominus subesse mendum haud temere suspicamur: nam quid intersit nouo an vetere vase eluantur, non admodum liquet: vtro coquantur, plurimum interest. Quare *elixa* malim, quam *eluta* scribi, si vlla exemplaria suffragantur. Adstipulatur certe quidem coniecturae huic nostrae Marc. Emp. qui a Plinio videtur hausisse, quae tradit, 13. p. 97. *Cybium optimum,* inquit, *ac vetustissimum ollae inditur atque argilla circumlinitur et furno ardenti obiicitur, vt ad cinerem cybium excoquatur: tunc adiecto Pario lapide contuso, salsamenti supra dicti fauilla conteritur, hoc dentifricium ita bonum est, etc.* Galen. quoque κατὰ τόπ. V. extr. p 486. Τινὲς δὲ ταρίχους καύσαντες ἐν χύτρᾳ προσβάλλουσι τῷ φαρμάκῳ, ἢ κύβιον· κατ' ἰδίαν γὰρ ἐάν τις χρήσηται τῇ σποδιᾷ, οὐκ ἀλγήσει. *Quidam salsamenta in olla exusta ad medicamentum addunt, aut etiam cybium: si quis enim eorum cinere per se vtatur, dentis dolorem non percipiet.* Pint.

l. Decoquuntur) Sic Diosc. II. 28. Ὠφελοῦσι καὶ ὀδονταλγίας συνεψόμενα ὕδατι καὶ ὄξει, καὶ διακλυ-

vt dentes ita colluantur, contineaturque in ore succus. Si fastidium obstaret, suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dionysius, vt ex ore virus deflueret in acetum feruens, idque e pluribus ranis. Fortioribus *m.* stomachis ex iure [1] mandendas dabat. [2] Maxillaresque ita sanari dentes praecipue putant, mobiles vero supra dicto aceto stabiliri. Ad hoc quidam ranarum corpora binarum praecisis pedibus in vini hemina macerant, et ita collui [3] dentium labentes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alii denas in aceti sextariis tribus decoxere ad tertias partes, vt mobiles dentium stabilirent. Necnon XXXVI. ranarum corda in olei veteris sextario sub *n.* [4] aereo testo discoxere, vt infunderent per aurem dolentis maxillae. Alii iecur ranae decoctum et tritum cum melle imposuere dentibus. Omnia supra scripta ex marina [5] rana efficaciora. Si cariosi et foetidi sunt, centum in furno arefieri per noctem praecipiunt: postea tantumdem salis addi, [6] atque fricari. Enhydris *o.* vocatur a Graecis [7] colubra in aqua

1. *sic ex MSS. H. edendas. Gr. et Al.* 2. *Maxillares. V.* 3. *sic ex MSS. H. et Ch. dentes labantes. Gr. et Al.* 4. *aerea testa. V. aereo testu. Alii. V.* 5. *sic ex MSS. H. et Ch. ex marina tanto effic. Gr. et Al.* 6. *atque ita fricari. Ch.* 7. *sic ex MSS. H. et Ch. coluber in aquis. Gr. et Al.*

κλυζόμενοι. *Decoctae in aqua et aceto dentium dolores collutione leniunt. H.*

m. Fortioribus stomachis ex iure edendas dabat) Quatuor scripti, *medendas.* Optimus, *mandendas.* vt et Pintiani codex. Gron.

n. Sub) Sic omnes typi, cum R. 2. cod. MS. In Colb. 3. *sub aerea testa.* *Hard.*

o. Enhydris vocatur) Enhydris Arist. c. 1. lib. I. histor. lutra: Plinio serpens aquaticus, natrix, quem et hydrum vocat sequenti capite ab hoc altero, nisi mendosus locus sit. *Lutras* canes fluuiatiles Aelianus vocat

aqua viuens. Huius quatuor [1] dentium superioribus in dolore superiorum gingiuas *p.* scarificant, inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantum earum contenti sunt. Vtuntur et cancrorum cinere: nam *q.* muricum cinis dentifricium est.

XXVII. Lichenas *r.* et lepras [2] tollit adeps vituli marini: muraenarum *s.* cinis cum mellis obolis terni: iecur pastinacae in oleo [3] decoctum: hippocampi, [4] aut delphini cinis ex aqua illitus *t.* Exhulcerationem sequi debet curatio, quae perducit ad cicatricem. Quidam *v.* delphini iecur in fictili torrent, donec pinguitudo [5] similis oleo fluat, [6] ac perungunt. Muricum vel conchyliorum testae cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle

1. *dentibus. Ch.* 2. *soluit Ch.* 3. *coctum Ch.* 4. *sic ex MSS. H. et Ch. et delphini Gr. et Al.* 5. *sic ex MSS. H. et Ch. similitudine olei. Gr. et Al.* 6. *eaque perung. V.*

vocat cap. 21. Lib. XIV. animal. Dal.

Enhydris) Enhydris Aristoteli lutra est omnibus nota: Plinio aliud longe: quippe serpentis genus, de quo sup. s. 19. MSS. hic quoque *colubra*, non *coluber* habent. H.

p. Gingiuas scarificant) MSS. *scarifant.* H.

q. Nam) Plinius Val. I. et Quint. Serenus laudatus a nobis XXVIII. 49. H.

r. Lichenas) R. 2. et Ch. *soluit* Marc. Emp. 19. pag. 129. *Adeps vituli marini imposita mentagrae plurimum prodest.* Subscribit et Plin. Val. II. 56. H.

s. Muraenarum cinis cum mellis obolis ternis) Omnes quinque: *Maenarum.* sic et cap. 8. *Maenarum muria et capitum cinis*, non Chiflet. modo, sed Vossianus, Academicus et Gadianus. cap. 9. *Maenae salsae cum felle taurino illitae vmbilico.* Et, *cinis ex capite maenarum.* Gron.

Muraenarum) Ita omnes typi cum R. 2. cod. At Colb. 3. *maenarum*, quod satius videtur. H.

t. Illitus) Et affricatus, quoad exhulceretur pars. D.

v. Quidam delphini iecur in fictili torrent) Delphinum non *delphini*, scribe, et verbum

melle illitus, cutemque erugat, [1] extenditque septenis diebus illitus, ita vt octauo candido ouorum [2] foueatur. Muricum generis sunt, quae vocant Graeci coluthia x., alii [3] corythia, turbinata aeque, sed minora multo, efficaciora etiam, et oris halitum custodientia. Ichthyocolla erugat cutem, [4] extenditque, in aqua decocta horis quatuor, dein z. contusa, [5] et subacta ad liquorem vsque

1. *ac extendit septenis. V.* 2. *foueantur. Gr.* 3. *corycia. V. colycia. Gr. et Al.* 4. *et extendit. Ch.* 5. *sic ex MSS. H contusa, colata et subacta. V. contusa colluta et subact. Gr. et Al.*

bum *iecur* detrahe, ex scripta lectione. Pint.

Quidam) R. 2. et quem Pintianus habuit, *Quidam delphinum in fictili.* Verum Plin. Val. II. 56 cui titulus est, *Licheni arcendo*: *Item*, inquit, *delphini iecinoris cinerem ex aqua.* H.

x. *Colycia)* Quidam legunt, nec sine probabili coniectura, *cochlidia*, alii *corythia*, vt cochlidia quoniam minima sint in muricum genere dicantur: corythia vero a similitudine quam habent σὺν τῇ κόρυθι, id est, cum galea siue casside, a qua κορυθαιόλος Hector Homero dicitur. Talem conchulam pinxit Rondeletius vltimam ex quinque, cap. de turbinibus intra spongias viuentibus: κώρυκοι certe, a quo vocabulo duci posset κωρύκιον, concharum generis sunt, non muricum aut turbinatorum. κορυφαῖα pro *corythia* Rondeletius legit, quod in marginibus verticibusque extremis extantibus aculeis armata sint. Aristotelis aporrhaides. Hic murex genus est ad turbinatas omnes conchas. Dal.

Coluthia) R. 2. *Collutbia*, alii coryphia. Index, *colytia*, siue *corytia*, haud satis sincere. Placet *corythia* dici ob similitudinem aliquam eorum muricum σὺν τῇ κόρυθι, cum galea vel casside. Neque admodum κολούθια displicet, quasi deminuti murices: vnde et minores statim dicuntur a Plinio. Est autem murex de concharum genere, vt dictum est IX. H.

y. *Ichtyocolla)* Auctor libri de simpl. med. ad Patern. Opp. Galeni T. XIII. p. 993. *Omnis ichthyocolla ... et cutem extendit et splendidam facit. H.*

z. *Dein*

vſque mellis. Ita praeparata in vaſe nouo conditur, et in vſu quatuor drachmis eius binae ſulphuris, et anchuſae totidem, octo ſpumae argenteae adduntur, aſperſaque aqua teruntur vna. Sic illita facies poſt quatuor horas abluitur. Medetur *a.* et lentigini ceteriſque vitiis, ex oſſibus ſepiarum cinis. Idem et carnes excreſcentes tollit et humida [1] hulcera. (VIII). Pſoras tollit rana decocta in heminis quinque aquae marinae: excoqui debet, donec ſit [2] craſſitudo *b.* mellis. Fit *c.* in mari et halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui exiſtimant, halcyonum *d.* et ceycum: vt alii, e ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus: alii, e limo, vel quadam *e.* maris lanugine. Quatuor eius genera: cinereum *f.* ſpiſſum, odoris aſperi: alterum *g.* molle, lenius, odore fere algae: tertium *h.* candidioris vermiculi: quar-

1. *hulcera ſanat. V.* 2. *lenitudo. M. lentitudo Ch.*

z. Dein contuſa, colluta, et ſubacta) Verbum *colluta*, non eſt in noſtro exemplari. et paulo poſt, *tumida vlcera*, non *humida*. Pint.

a. Medetur) Q. Serenus c. 12. de cutis et faciei vitiis propellendis pag. 131. *Sepiolae cineres ex oſſibus omnia tollunt.* H.

b. Craſſitudo) Chiffl. *lentitudo mellis.* R. 2. et vet. Dal. *lenitudo mellis.* H.

c. Fit) Graecis ἀλκυόνειον et ἀλκυόνιον. Pharmacopolis, *ſpuma maris*, et *Pila marina.* Huius effigies plures exhibet Aldrouand. de metall. I. p. 212. H.

d. Et) Κήυξ, halcyonum mas eſt. Vide Conſtantin. in Lex. verbo κήξ. H.

e. Quadam maris lanugine) Pruinoſa tenuitate et flore. Sic vocat ἁλοσάχνην. Homerus ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην. Virg. — *ſalſa ſpumant aſpergine cautes.* Dal.

f. Cinereum) Galen. de fac. ſimp. med. XI. p. 316. Ἔςι δ' αὐτῶν ἓν μὲν πυκνὸν καὶ βαρὺ, καὶ μοχθηρὸν κατὰ τὴν ὀσμὴν, ὄζει γὰρ ἰχθύων σαπρῶν. *Odoris praui, olet enim piſces putridos.* H.

g. Alterum) Galen. l. c. Δεύτερον δ' ἄλλο … κοῦφον, ἀραιὸν, ὀσμὴν φυκίοις ὁμοίαν ἔχον. H.

h. Tertium) Galen. l. c. Ἄλλο δὲ τρίτον, σκώληκι μὲν ἐςι τὸ σχῆμα παραπλήσιον, πορφυρίζει δὲ τῇ χρόᾳ

quartum *i.* pumicosius, [1] spongiaeque putri simile. Paene *k.* purpureum, quod optimum, hoc et Milesium vocatur. Quo candidius autem, hoc minus probabile est. Vis *l.* eorum, vt exhulcerent, purgent. Vsus tostis et sine oleo. Mire *m.* lepras, lichenas, lentigines tollunt cum *n.* lupino, et sulphuris duobus obolis. Halcyoneo vtuntur et ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo vsus est: Attalus *o.* thynni [2] adipe recenti ad oris hulcera.

XXVIII.

1. *Spongiaeque putri simile, paene purpureum Gr. et Al.*
2. *sic ex Mss. H. thynni recentioris adipe Gr. et Al.*

χρόᾳ... ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ Μιλήσιον. Diosc. V. 136. Τὸ δὲ τρίτον σκωληκοειδὲς ὑπάρχει τῷ τυπῷ, καὶ τῇ χρόᾳ ἐμπόρφυρον, ὅ τινες Μιλήσιον καλοῦσι. *Tertium vermiculi forma, colore paene pyrpureum est, quod Milesium vocant.* H.

i. Quartum) Galenus l. c. Τέταρτον κοῦφον καὶ ἀραιὸν, ἐοικὸς δὲ ἐρίοις οἰσυπηροῖς, *leue et rarum, lanis succidis simile.* H.

k. Paene) Ab his verbis noua fuit instituenda oratio, quam priorum negligentia anterioribus verbis coniunxit: quum et is purpurae color, et a Mileto cognomen, non quarto illi, seu postremo generi, sed tertio adiudicari debeat, Galeno teste et Diosc. locis allatis proxime. Aetius quoque in MSS. Πρὸς λέπρας, ἀλφοὺς, ψώρας, καὶ λειχῆνας ... τὸ δὲ Μιλήσιον λεγόμενον σκώληκι ἐοικὸς τὸ σχῆμα, πορφυρίζον τῇ χροιᾷ, καὶ τῇ συστάσει μαλακὸν, λεπτότατον πάντων ἐστί. H.

l. Vis) Haec pariter Galen. l. c. H.

m. Mire) Diosc. Galenus et Aetius ll. cc. post Hippocr. de morb. mul. II. text. 67. pag. 596. H.

n. Cum) Vide N. et Em. N. XVII. (hic consp.) *Mire)* Sic libri profecto omnes: num *glutino* tamen, quam *lupino* legi praestabilius fuerit, peritiores viderint. Nam idem ad lichenas medicamentum scribitur XXVIII. 50. non lupino admixto, sed glutino. *Lichenas oris, inquit, praestantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulphure viuo, etc.* H.

o. Attalus thynni recentioris adipe ad vlcera) In nostro

XXVIII. [1] Maenarum *p.* muria, et capitum cinis cum melle sanat strumas. Pungi *q.* piscis eius, qui rana in mari appellatur, ossiculo [2] e cauda, ita vt non vulneret, prodest. Id faciendum quotidie, donec percurentur. Eadem *r.* vis et pastinacae radio, et *s.* [3] lepori marino imposito, ita vt celeriter remoueantur: [4] echini *t.* testis contusis et ex aceto illitis: item *v.* scolopendrae marinae e melle: cancro *x.* fluuiatili contrito vel combusto ex melle. Miri-

1. *Muraenarum. Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. de cauda Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. et V. lepore marino Gr. et Al.* 4. *echinique. V.*

stro exemplari, *Attalus thynni adipe recenti ad oris hulcera.* Pint.

p. Maenarum) Vide N. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Maenarum*) Locum hunc sanauimus ductu codicum R. 1. 2. Colb. 3. et Ch. aduersantibus licet typis, qui *muraenarum* exhibent. Vt ad strumas modo, sic etiam ad anginas paulo post, hac sect. maenarum cinis adsciscitur. In Indice huius loci *maenae*, non *muraenae*, libri omnes MSS. praeferunt. H.

q. Pungi) An *raia* potius? caret enim rana aculeo. Vide Rondel. XII. 18. H.

r. Eadem) Marc. Emp. 15. pag. 108. *Acu ossea, id est, spicula trygonis, quae pastinaca dicitur, strumam saepius punge: statim arescit.* H.

s. Et) Marc. Emp. l. c. *Lupus marinus* (lege lepus) *id est, piscis, tantae efficaciae est aduersum strumas, vt ad quamlibet partem corporis admotus, strumarum vitium omne persanet.* Et pag. 110. *Marini lepores oleo veteri iniecti, bene faciunt discutiendis strumis,* etc. Scrib. Larg. comp. 80. *Ad strumas melius marini leporis oleo vetere necati faciunt, in plumbea pyxide clusi, quam diebus XL. diligenter alligatam oportet habere. Postea ex ea, pinna oblinendae sunt strumae superque eas pellis lanata non nimium tonsa, tegendi gratia, imponenda est. Praecipere autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinet, aut inquinatas, priusquam lauerit, ad os referat.* H.

t. Echini) Iisdem verbis Marc. Emp. 15. pag. 108. et Plin. Val. III. 28. sq. H.

v. Item) Ei videlicet de qua IX. 67. H.

x. Cancro) Marc. Emp. l. c. ad verbum. H.

Mirifice *y.* prosunt et sepiae ossa cum axungia vetere contusa et illita. Sic et ad parotidas vtuntur, et *z.*[1] sauri piscis marini iocineribus. Quin *a.* et testis cadi salsamentarii tusis cum axungia vetere, muricumque cinere ex oleo ad parotidas, strumasque. Rigor ceruicis mollitur cum [2] marinis, qui [3] pediculi vocantur, drachma pota: castoreo poto cum pipere ex mulso mixto ranis decoctis ex oleo et sale, vt sorbeatur succus. Sic et opisthotono medentur, [4] et tetano: spasticis *b.* vero pipere adiecto. Anginas *c.* maenarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet: ranarum decoctarum ex aceto succus: hic et contra tonsillas prodest. Cancri *d.* fluuiatiles triti singuli in heminam aquae anginis medentur gargarizati: aut e vino, [5] et calida aqua poti. Vuae *e.* medetur garum cochlearibus

1. *et scari Gr. et Al.* 2. *marinis insectis, qui. V.* 3. *pedunculi Gr.* 4. *sic ex Mss. H. et M. medentur, tetano Gr. et Al.* 5. *sic ex Mss. H. et M. aut calida Gr. et Al.*

y. Mirifice) Idem ibidem. Hard.

z. Et sauri) Hoc est, lacerti. Vide N. et Em. N. XIX. (hic pos.) *Et)* In libris hactenus vulgatis, *et scari.* At in MSS. R. 1. 2. Colb. 3. *sauri piscis*: et in Indice huius loci ex omnibus MSS. *saurus.* Aeliano Hist. XII. 25. Σαῦρος, lacertus, inter pisces Rubri maris censetur. Meminere praeterea Aristoteles et Athenaeus. Plinius infra s. 53. *Sunt lacertorum genera.* Hard.

Scari piscis marini iocineribus) *Sauri* non *Scauri*, nec *Scari*, in eodem: confirmatur et Athenaei auctoritate libro septimo. Pint.

a. Quin) Totidem verbis Marc. Emp. 15. p. 109. H.

b. Spasticis) Aliarum partium corporis priuatis conuulsionibus. Dal.

c. Anginas) Plin. Val. I. 52. ad verbum, et Marc. Emp. l. c. H.

d. Cancri) In Graecia, Creta, Sicilia, Etruriaque frequentes; in Gallia Germaniaque nulli. Effigiem vide apud Rondel. de pisc. fluu. 34. H.

e. Vuae) Iisdem verbis Plin. Val. I. 43. H.

bus subditum. Vocem siluri recentes, salsiue, in cibo sumpti adiuuant.

XXIX. Vomitiones mulli inueterati tritique in potione concitant. Suspiriosis *f.* [1] castorea cum *ff.* Hammoniaci exigua portione ex aceto mulso ieiunis vtilissima potu. Eadem potio spasmos *g.* stomachi sedat ex aceto mulso [2] calido. Tussim sanare dicuntur piscium modo e iure decoctae in patinis ranae. Suspensae *h.* autem pedibus, quum destillauerit in patinam saliua earum, exenterari *i.* iubentur, abiectisque interaneis condiri. Est *k.* rana parua arborem scandens, [3] atque ex ea vociferans: in huius os si quis exspuat, ipsamque dimittat, tussi liberari [4] narratur. Praecipiunt *l.* et coch-

1. *sic ex Mss. H. castoreum . . . vtilissime potatur Gr. et Al.* 2. *caldo. Ch.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. et Gr. et Al.* 4. *dicitur. M.*

f. Suspiriosis castoreum cum hammoniaci exigua portione, etc. vtilissime potatur) Quatuor scripti: *castoreo*, tres, *vtilissima tota*, Andeg. *vtilissima pota eadem potio.* Praecipuus: *castorea*, tum *vtilissime pota.* Scribe: *Suspiriosis castorea cum hammoniaci exigua portione ex aceto mulso ieiunis vtilissima potu.* Gron.

ff. Cum) Hammoniacum ipsum per se prodesse suspiriosis auctor est Scrib. Larg. comp. 79. H.

g. Spasmos stomachi) Vehementiores singultus, quorum importunitate aegri conuelluntur. Dal.

Spasmos) Dalecampius vehementiores singultus interpretatur, quorum molestia aegri conuelluntur. H.

h. Suspensae autem pedibus) Suspenduntur et a Sallustio Dionysio, vt ex ore virus defluat, proxime praecedenti capite. Dal.

Suspensae) Quemadmodum suspendi Sallustius Dionysius iussit, f. 26. H.

i. Exenterari iubentur) *Exinterari*, in vetusto codice. Notanda orthographia, quod videlicet Latine dicantur *interanea*. Pint.

Exenterari) R. 2 et alii, *exinterari*, ab interaneis. H.

k. Est rana parua arborem scandens) Differt haec a rana viridi descripta loco citato. Rana haec dryophites est Rondeletii. Dal.

Est

cochleae [1] crudae carnem tritam bibere ex aqua calida in tussi *m.* cruenta.

XXX. (IX.) Iocineris doloribus scorpio marinus in vino necatur, vt inde bibatur. Conchae *n.* longae carnes ex mulso potae cum [2] aqua, pari modo: aut si febres sint, ex aqua mulsa. Lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumpti, [3] tetheaque [4] similis ostreo in cibo sumpta: ischiadicorum *p.*, muria

1. *crudam. Ch.* 2. *aquae, etc. mulsa, lateris dolores leniunt et hippocampi V.* 3. *tethyaque. Graecis* τήθη *et* τήθυα 4. *similia. V.*

Est rana) Δρυπετὴς, opinor, de qua s. 24. H.

l. Praecipiunt) Plin. Val. I. pag. 64. *Ad exscreationem cruentam. Cochleae elixae teruntur et ex aqua bibuntur ... Cochleae illotae ex aqua marina coquuntur, et ita deuorantur. Cochleae rursus cum testis suis tritae, addito croco, eduntur.* H.

m. Tussi cruenta) Sanguinis reiectione, τῇ τοῦ αἵματος ἀναγωγῇ, καὶ ἀναφορᾷ. Dalec.

n. Conchae longae) Σωλῆνος, αὐλὸς, δόνακος, ὄνυχος, tot nominibus a Graecis vocatur. Dal.

Conchae) In Indice huius loci, *Strombus, siue concha longa.* Στρόμβος genus conchae est, instar buccini. Nicandri Scholiastes: Τὸν στρόμβον ἔλεγον, οἱ ἀρχαῖοι ὄστρακον τῶν κογχυλίων, οἷς ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος, *conchae genus quo tubae vice vtebantur*: Vt apud poetam: *dum personat aequora concha.* Gaza apud Arist. *turbinem* vertit. H.

o. Tetheaque) Sic MSS. omnes, et huius loci index. Graecis τὸ τῆθος et τὰ τήθεα, genus ostreorum est, vel fungorum potius, quod ceteris marinis propius a terra abest: παρὰ τὴν τηθὴν, ἤτοι γῆν· γεώδη γάρ εἰσι μᾶλλον τῶν ἄλλων θαλασσίων, inquit Eustath. in Iliad. π'. pag. 1084. Xenocrat. lib. de alimento ex aquatil. apud Oribas. II. p. 158. *Tethea in limo nascuntur, et litoribus algae feracibus, inueniunturque in musco, alga et fuco: similiaque sunt fungo plantae marinae.* etc. Hard.

p. Ischiadicorum) Sic Diosc. II. 29. de siluri muria: ἐγκλυζομένη δὲ, ἰσχιαδικοὺς θεραπεύει. Galenus item, de fac. simpl. m. XI. 2. p. 318. H.

muria siluri clystere infusa. Dantur autem conchae ternis [1] obolis dilutae in vini sextariis duobus per dies quindecim.

XXXI. Aluum *q.* emollit silurus e iure, et torpedo in cibo. Et olus *r.* marinum simile satiuo: stomacho inimicum, aluum facilime purgat: sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur. Et *s.* omnium piscium ius. Idem et vrinas ciet, e vino maxime. Optimum *t.* e scorpionibus et iulide, et saxatilibus, nec virus resipientibus. Coqui *v.* debent cum anetho, apio, coriandro, porro, additis *x.* oleo et sale. Purgant *y.* et cybia vetera, priuatim-

1. *obolis in vino per dies.* M.

q. Aluum) Silurus Dioscoridi similiter l. c. εὐκοίλιος, bonam facit aluum. Hard.

r. Et olus) Plin. XX. 38. *Marina brassica vehementissime ex omnibus aluum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.* H.

Olus marinum) Brassica siluestris in maritimis nascens: Siluestris brassica satiuae quidem similis est, sed amara, hirsuta, candida: brassica vero marina satiuae omnino dissimilis, stomacho inimica propter acrimoniam: estur cum pingui carne. Haec Plinius pro suo more oscitanter confundit. Dalec.

s. Omnium) Diosc. II. 35. Ζωμὸς δὲ ὁ ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων, κοιλίας ὑπαγωγὸς, etc. *Recentium piscium ius, modo per se, modo ex vino potum, aluum subducit.* H.

t. Optimum) Haec totidem verbis Dioscor. l. c. Ἰδίως δὲ σκευάζεται πρὸς ταῦτα ὁ ἀπὸ τῶν σκορπίων, καὶ ἰουλίδων, καὶ περκίδων, καὶ τῶν ἄλλων πετραίων ἀπαλῶν, καὶ ἀβρώμων, Athen. VII. pag. 304. ἰουλίς e saxatilium quoque genere est. A Liguribus *Girello*, et a nonnullis etiam *Donzella* dicta, teste Rondelet. VI. 7. Vide et Hippol. Salu. f. 219. H.

v. Coqui) Diosc. ad verbum, l. c. H.

x. Additis oleo et sale) Tale est album ius, toties a Galeno memoratum. Dal.

y. Purgant) Aristoteles μύας vocat, et Athenaeus; μύακας alii: Myaces commune nomen est, mitulos, qui maiores, grandioresque: et myiscas, quae minores; com-

uatimque cruditates, [1] pituitam, bilemque trahunt. Purgant et myaces z., quorum natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur *a.* muricum modo, viuuntque in algosis, gratissimi autumno, et *b.* vbi multa *bb.* dulcis aqua miscetur mari, ob id in Aegypto laudatissimi. Procedente hieme, amaritudinem trahunt, coloremque rubrum. Horum *c.* ius traditur aluum et vesicas exinanire, interanea destringere *d.*, omnia [2] adaperire, renes purgare, sanguinem adipemque minuere. Itaque vtilissimi sunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, [3] articulario, inflationibus. Item *e.* [4] prodesse fellis, pitui-

Aaa 4

1. *sic ex Mss. H. pituitam, bilem. Ch. pituitas, b. Gr. et Al.* 2. *adaperire, spargere sanguinem adipemque, etc. M. obstructa adaperire, renes purgare, et sanguinem, adipemque. V.* 3. *articulari Gr. et Al.* 4. *sic ex Mss. H. obesse fellis pituitae, pulmonis. Ch. felli pituitaeque Gr. et Al.*

complexum. De vtrisque mox Plinius. H.

z. *Myaces*) Μύακες, generis nomen complectitur μύας, grandiores, ampliores, maiores, longiores. Ii sunt Latinorum mytuli. Continet et μυίας, siue vt legit Hermolaus, μυίσκας, siue, vt Rondeletius, τοὺς μύσκους, minores, rotundiores, Latinorum musculos. Athenaeus distinguit in mares et feminas, τοὺς καὶ τὰς μύας. Porro purgare, vt et peloridas, echinos, ostrea, Celsus scribit lib. II. Dal.

a. *Aceruantur*) Plin. IX. 60. de purpuris: *Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem cuiusdam cerae saliuant. Simili modo et murices.* Quod et Philosophus tradidit, vt diximus, qui et μύας pariter cerificare adiicit, κηριάζουσι δὲ καὶ οἱ μύες. H.

b. *Et*) Sic de ostreis paulo ante, f. 21. *Gaudent dulcibus aquis, et vbi plurimi influunt amnes.* H.

b b. *Multa dulcis aqua miscetur mari*) Quoniam eorum succus alioqui, vt scribit Athenaeus lib. IV. est σκιλλώδης, id est, acer, mordax, ingratus. Dal.

c. *Horum*) Athen. III. 86. sq. Horat. Sat. 4. v. 27. *Si dura morabitur aluus, Mitulus, et viles pellent obstantia conchae.* H.

d. *Destringere*) Detergere. Hard.

e. Item)

pituitae *f.* pulmonis, [1] iocineris, splenis vitiis, rheumatismis. Fauces tantum vexant, vocemque obtundunt. Hulcera quae serpant, aut sint purganda, sanant. Item carcinomata. Cremati autem, vt murices, et morsus canum hominumque cum melle, lepras, lentigines. Cinis *g.* eorum [2] lotus emendat caligines, gingiuarum et dentium vitia, eruptiones pituitae: et *h.* contra dorycnium aut [3] opocarpathon *i.* antidoti vicem obtinent. Degenerant in duas species: in *k.* mitulos, qui *l.* [4] salem

1. *et ioc. spleniciśque vit. ac rheu. V.* 2. *potus Gr. et Al.* 3. *opocarpason. Alii.* 4. *scillam. Gesn.*

e. Item) In R. 2. Colb. 3. et Ch. *obesse*, vitiis scilicet obest, quum ea amolitur. H.

f. Pituitaeque pulmonis) Morbis pulmonis e bilioso et pituitoso succo genitis. Dalec.

g. Cinis eorum potus emendat caligines) *Lotus* non *potus*, in apographo nostro: cui lectioni suffragantur verba infra paulo sequentia: *lauantur quoque plumbi modo ad genarum crassitudines.* Pint. *Cinis eorum potus emendat*) Nihil Diosc. Illinitur, aut instillatur conuenientius. Dal.

Cinis) Sic R. 2. et Pintiani codex. Hactenus editi et Colb. 3. *potus*, minus sincere, vt arbitror. H.

h. Et) Scrib. Larg. Comp. 191. *ad dorycnion*: *Adiuuari debent laesi ab eo . . . conchyliis omnibus crudis atque decoctis.* H.

i. Opocarpathon) Carpathi succum, de quo s. 20. H.

k. In mitulos) Μύας. Horatius, — *si dura morabitur aluus, Mutulus et viles pellent obstantia conchae.* Athenaeus lib. III. μύτλον interpretatur τελλίνην. Cato de re rustica, *Aluum si voles deiicere, mutulorum lib. XI. piscem capitonem.* Victorius c. 13. lib. tertio. Dal.

l. Qui) Vide N. et Em. N. XX. (hic pos.) *Degenerant*) Geminus in hunc locum error irrepsit, meo quidem iudicio quamquam de priore ampliandum censeo. Posterior extra omnem controuersiam est: nam quod typi praeferunt, *carne duriores*, manuscripti codices, R. 2. aliique dissentiunt, qui *dulciores* exhibent: neque ii modo, sed et Athenaeus ipse, cuius verba mox afferemus. Verum paulo ante, quum eadem

lem virusque resipiunt: [1] myiscas *m.*, quae rotunditate differunt, minores aliquanto atque hirtae, tenuioribus testis, carne [2] dulciores. Mituli *n.* quoque, vt murices, cinere causticam vim habent: et ad lepras, lentigines, maculas. Lauantur *o.* quoque plumbi modo ad genarum *p.* crassitudines, et oculorum albugines, caliginesque, atque in aliis parti-

1. *sic ex Mss. H. myscos, qui, etc. hirti. Rond. myscas Gr. et Al.* 2. *sic ex Mss. H. et Gesn. duriores Gr. et Al.*

eadem conditiua exemplaria miro consensu salem retineant, *scillam* rescribere mihi religio fuit, etsi ita scripsisse intelligo Athenaeum, geminum illud myacum genus totidem ferme verbis alioqui explanantem III. p. 87. vt non sit ouum ouo similius, quam sunt ista inter se, quae vterque prodit. Τῶν δὲ μυῶν, inquit, . . . οὐρητικώτεροι μᾶλλον, οἱ ἐπὶ τὴν κοιλίαν φερόμενοι. Εἰσὶ δ' αὐτῶν ἔνιοι καὶ σκιλλώδεις, κακόχυλοί τε καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. Οἱ δὲ ἐλάσσονες τούτων καὶ δασεῖς ἔξωθεν, οὐρητικώτεροι μέν εἰσι, καὶ εὐχυλώτεροι τῶν σκιλλωδῶν, ἀτροφώτεροι δὲ διά τε τὸ μέγεθος, etc. *Musculi autem, . . . ad vrinam prouocandam commodiores, et ad soluendam aluum: sed ex his quosdam mordaci et ingrato sapore scillam resipere, vitiosum succum procreare, gustui displicere: His autem minores, et foris hirtos, vrinam magis ciere, et succum meliorem suppeditare, quam quibus scillae gustus est, sed minus alere, tum quia magnitudine aliis pares non sunt etc.* Suboluit ante nos error iste Gesnero. H.

m. Myscas) Leg. *Myscos qui, etc. hirti.* Rondel. myscos paruos μύας hirtos esse dicit, quoniam testa foris nigra fere semper musco aut lanugine obducitur. D.

n. Mituli) Hos vulgus in Gallia musculos vocat, *des muscles*: myiscas, *des moules.* Hard.

o. Lauantur) Diosc. II. 7. Μύακες .. καέντες τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς κήρυξιν. Ἰδιαίτερον δὲ πλυθέντες ὡς μόλιβδα, χρησιμεύουσιν εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σὺν μέλιτι, ἐκτήκοντες, παχύτητας βλεφάρων, καὶ σμήχοντες λευκώματα, καὶ τὰ ἄλλως ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις. Quae verbis totidem Plinius. Hard.

p. Genarum) Palpebrarum. H.

partibus fordida hulcera, capitisque [1] pusulas. Carnes *q.* vero eorum ad canis morsus imponuntur. * At pelorides emolliunt aluum: item *r.* castorea ex aqua mulsa drachmis binis. Qui *s.* vehementius [3] volunt, addunt cucumeris *t.* [4] satiui radicis [5] siccatae drachmam, et aphronitri duas. [6] Tetheae *v.* torminibus et inflationibus occurrunt. Inueniuntur *x.* [7] hae in foliis marinis sugentes, fungorum verius generis, quam piscium. Eaedem et tenesmum dissoluunt, renumque vitia. Nascitur *y.* et in mari absinthium, quod [8] aliqui Seriphium vocant, circa [9] Taposirin maxime Aegypti, exilius terrestri. Aluum soluit, et *z.* noxiis animalibus intestina liberat. Soluunt *a.* et sepiae. In cibo dantur cum oleo, et sale, et farina, decoctae. Maenae

1. *pustulas. Gr.* 2. *sic ex Mss. H. et Ch. Et. Gr. et Al.* 3. *sic ex Mss. H. volunt vti, add. Gr. et Al.* 4. *filuestris. V.* 5. *sic ex Mss. H. siccae Gr. et Al.* 6. *Tethea. V. Tethya, Alii.* 7. *haec in scopulis marinis sugentia. V.* 8. *alii seriphum. Ch.* 9. *Taphosirin. Alii.*

q. Carnes) Diosc. l. c. et Galenus, similiter, de fac. simpl. med. XI. 1. pag. 299. Hard.

r. Item) Pari modo sumta et menses cient, et partus secundasque eiiciunt, teste Diosc. II. 26. H.

s. Qui vehementius volunt vti, addunt cucumeris satiui radicis siccae drachmam) Verbum *vti*, non legitur in vetusto codice: et *siccatae* non *siccae* scribendum. Pint.

t. Cucumeres satiui radicis siccae drachmam) Voss. *siccare.* Lege, *siccatae*, vt et Pintianus. Gron.

v. Tetheae) Leg. *Tethya*, ex mox, *haec, etc. sugentia.* Plinius Graecorum neutrum genus τήθυα vertit in femininum Latinorum. Nominis ratio est, quod τηθῶν, id est, nutricum mammis similia sint. Dal.

x. Inueniuntur) Vide quae diximus de iis, sect. sup. H.

y. Nascitur) Haec iam delibata superius, XXVII. 29. Hard.

z. Et) Marc. Emp. 28. pag. 199. H.

a. Soluunt) Inter ea quae aluum mouent, sepiarum atramentum Celsus adnumerat II. 29. H.

nae *b.* falſae cum felle taurino illitae vmbilico, aluum ſoluunt. Ius *c.* piſcium in patina coctorum cum lactucis teneſmum diſcutit. Cancri *d.* fluuiatiles triti ex aqua poti, aluum ſiſtunt, vrinam cient, in *e.* vino [1] aluum. Ademptis *f.* brachiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti, ſingulis [2] eorum drachmis. Ileos et inflationes [3] caſtorea cum dauci ſemine, et petroſelini, quantum ternis digitis ſumatur, ex mulſi calidi cyathis quatuor: tormina *g.* vero cum [4] anetho [5] ex vino mixto. [6] Erythini in cibo ſumpti ſiſtunt aluum. Dyſentericis medentur ranae, cum ſcilla decoctae, ita vt paſtilli fiant: [7] vel cor earum cum melle tritum, vt tradit Niceratus. Morbo regio ſalſamentum *h.* cum pipere, ita vt reliqua carne abſtineatur.

XXXII. Lieni *i.* medetur ſolea piſcis impoſitus: item torpedo: item *k.* rhombus viuus: dein remit-

1. *albo. Ch.* 2. *eius dr. Ileon et V.* 3. *ſic ex Mss. H. et Ch. caſtoreum Gr. et Al.* 4. *ſic ex Mss. Ch. aceto vino Gr. et Al.* 5. *vini. V.* 6. *Erythrini. Alii.* 7. *ſic ex Mss. H. et Ch. fel ſiue cor Gr. et Al.*

b. Maenae) Plin. Val. II. 23. Hard.

c. Ius) Totidem verbis Marc. Emp. 39. pag. 203. et Plin. Val. II. 24. H.

d. Cancri) Plin. Val. II. 27. Hard.

e. In) Sic omnes editi, cum Colb. 3. At R. 2. et Ch. *in vino albo.* H.

f. Ademptis) Simpliciore via Marc. Emp. 26. p. 177. *Cancri teſtam,* inquit, *diligenter teres, et vino ſubdulci miſcebis, et colatam potionem dabis bibendam ei qui calculi moleſtia laborabit. H.*

g. Cum) Vide N. et Em. N. XXI. (hic poſ.) *Ileos)* Scilicet, vt contra inflationes petroſelini ſemen, ſic contra tormina anethum, haud multum abſimile, caſtoreis admiſcetur. Sic nos huic loco curationem adhibuimus ductu codicum R. 2. et Ch. praeſertim ita poſtulante orationis ſerie. Typi ad hunc diem omnes, *cum aceto vino admixto, exhibent.* H.

h. Salſamentum) Praeſertim ex aphyis, et aliis tenellis piſciculis. Dal.

i. Lieni)

remittitur in mare. [1] Scorpio *l.* marinus necatus in vino, vesicae vitia, et calculos sanat. Lapis *m.*, qui inuenitur in scorpionis marini [2] cauda, pondere oboli potus: enhydridis iecur: [3] blendiorum *n.* cinis

1. *sic et Mss. H. et Ch. scorpius Gr. et Al.* 2. *capite. V. Sic emend. et Rond.* 3. *belenniorum. Oppianus. blenniorum Gr. et Al.*

i. *Lieni)* Vide N. et Em. N. XXII. (hic pos.) *Lieni)* Ita R. 2. In Indice huius loci, ex MSS. omnibus, *Solea piscis Rhombus.* In R. 1. et Colb. 3. hoc loco, *item robur.* Et *strombus* tamen ex suo exemplari reponere pro *rhombus* nititur Pintianus. Frustra est. Nam Marc. Emp. hunc locum transscribens c. 23. pag. 165. *Solea piscis*, inquit, *spleni imponitur, vel torpedo, vel rhombus: sed impositus rursum viuus in mare mittatur, mire prodest.* Quin et in absurda Plinii Valeriani lectione, quaecumque ea est, vestigia haud obscura exstant, ex quibus erui sincera possit: Sic enim ille II. 18. *Splenis dolori solea piscis contra ligatur: Torpedorum et buscum, si viuidum superligatur*, etc. Traiectae sunt nempe litterae, in hunc modum restituendae, *Torpedo, et rhombus.* etc. Hard.

k. *Item rhombus viuus)* *Strombus* non *rhombus*, in antiquo exemplari: est autem strombus piscis genus, vt constabit ex vltimo capite huius voluminis et ex aliis scriptoribus. Pint.

l. Scorpio) Totidem verbis Plin. Val. II. 39. et Marc. Emp. 26. pag. 181. H.

m. Lapis) Vide N. et Em. N. XXIII. (hic adi.) *Lapis)* Mallet *in capite* legi Rondeletius, VI. 19. Reclamant omnia exemplaria. Reclamat Plin. Val. II. 39. *Vesicae et calculo purgando: Lapillus*, inquit, *qui inuenitur in scorpionis marini cauda vtiliter potatur.* Et luculentior auctor Marc. Emp. 28. pag. 181. *Lapillus, qui inuenitur in scorpionis marini cauda, tritus vtiliter bibitur cum vino a stranguriosо.* H.

n. Blenniorum cinis) Mugilum myxonum: de quibus lege Rondeletium. Belennos Oppianus vocat. D.

Blendiorum) Ita R. 1. et 2. ac Colb. 3. Et index huius loci ex omnium codicum fide, *Blendea.* In editis, *blenniorum.* Oppiano I. f. 108. Βλέννος, Athenaeo VII. pag. 288. Βέλεννος. Describitur a Rondeletio pisciculus pelagius, rarissimusque

cinis cum ruta. Inueniuntur *o.* et in [1] bacchi piscis capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculosis praeclare medentur. Aiunt et vrticam marinam in vino potam prodesse: item pulmonem marinum decoctum in aqua. Oua *p.* sepiae vrinam mouent, renumque pituitas extrahunt. Rupta [2] conuulsa cancri fluuiatiles triti in asinino lacte maxime sanant: echini *q.* vero cum spinis suis contusi in vino poti calculos. Modus *r.* singulis hemina: bibitur donec prosit: et alias in cibis ad hoc proficiunt. Purgatur vesica et pectinum [3] cibo. Ex *s.* his

1. sic ex Mss. H. et Ch. banchi Gr. et Al. 2. et conuul. M. 3. cibo, et solenum. Rond.

musque VII. 9. pag. 214. Hard.

o. Inueniuntur) Plin. Val. II. 39. *Inueniuntur in brancis,* (lege *bacchi*) *piscis capite quasi lapilli, qui poti ex aqua, calculosis praeclare medentur.* Hard.

p. Oua) Marc. Emp. ad verbum 26 pag. 179. H.

q. Echini) Plin. Val. II. 39. et Marc. Emp. 26 pag. 177. Hard.

r. Modus) Hoc est, vt Plinii Val. paraphrasi vtar, *singuli ex hemina vini bibuntur.* H.

s. Ex his) Hoc est, e pectinibus. Pectinum autem vocabulo laxius abutitur, vt solenes quoque eo comprehendat. Nam de solenibus totidem verba facit Diphilus Siphnius medicus, apud Athenaeum III. p. 90. Οἱ δὲ σωλῆνες μὲν πρός τινων καλούμενοι, πρὸς τινων δὲ καὶ αὐλοὶ, καὶ δόνακες, καὶ ὄνυχες, πολύχυλοι, καὶ κακόχυλοι, κολλώδεις. Καὶ οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτῶν ῥαβδωτοί εἰσι, καὶ οὐ μονοχρώματοι· εἰσὶ δὲ τοῖς λιθιῶσι, καὶ ἄλλοις δυσουροῦσιν εὔθετοι· οἱ δὲ θήλεις μονοχρώματοί τε εἰσὶ, καὶ γλυκύτεροι. *Quos nonnulli solenas vocant, quidam aulos, donacas, onychas succi multum suppeditant, sed praui ac glutinosi. Ex his mares, virgati, colorisque caerulei, calculosis et aegre meientibus opitulantur: feminae vero vnicolores sunt ac dulciores.* Δόνακες porro appellantur a figura cauae arundinis: αὐλοὶ a tubae similitudine: ὄνυχες ab vnguis colore, quam ob rem et δάκτυλοι, hoc est, digiti cognominati inferius §. 53. H.

his mares alii donacas *t.*, alii aulos vocant; feminas onychas. Vrinam mares mouent. Dulciores feminae sunt, et vnicolores. Sepiae *v.* quoque oua vrinam mouent, renes purgant.

XXXIII. [1] Enterocelicis lepus illinitur tritus cum melle. Iecur *x.* quoque [2] aquaticae colubrae, [3] item *y.* hydri tritum potumque, calculosis prodest. Ischiadicos *z.* autem liberant salsamenta ex siluro infusa clystere, euacuata prius aluo. Sedis *a.* attritus cinis e capite mugilum mullorumque: comburun-

1. *sic ex Mss. H. Enterocelis. V. M. Enterocelicis. Cb. Enterocelae Gr. et Al.* 2. *sic. ex Mss. H. aquatici colubri Gr. et Al.* 3. *siue enhydri. V. et c. 7. sqq.*

t. Donacas) Δόνακας, a figura cauae et crassae arundinis, quae apud fluuios nascitur: αὐλὰς, quod tubae modo sculpti sint: ὄνυχας, a colore et figura extremis vnguibus nostris simili, qua de caussa et δάκτυλοι, id est, digiti vocantur c. 61. lib. IX. et huius libri cap. vlt. Diphilus Siphnius apud Athenaeum lib. II. ait σωλῆνας εὐθέτης εἶναι λιθιῶσι καὶ δυσουροῦσι, vtiles esse calculo et vrinae difficultati. Dal.

v. Sepiae quoque oua) Paulo ante id iam scriptum fuit. Dal.

Sepiae) Hanc clausulam vix Plinianam puto, quum proxime ante idem diserte efferatur, *Oua sepiae vrinam mouent; renumque pituitas extrahunt.* H.

x. Iecur quoque aquatici colubri) Verbum *quoque* redundat. *et aquaticae colubrae* sexu feminino, in eodem, vt supra capite 7. *Enhydris vocatur a Graecis colubra in aquis viuens*: sic enim ibi legendum ex vetusto codice. Pint.

Iecur) Hoc est, enhydridis, de qua s. 19 et 26. H.

y. Item) Ita R. 2. ceterique MSS. Anguium genus id est, quod in terra et in aqua viuit, vt dictum est XXIX. 22. H.

z. Ischiadicos) Simile est quod allatum supra s. 30. *Ischiadicorum dolores lenit muria siluri clystere infusa.* Hard.

a. Sedis) Marc. Emp. 31. pag. 222. etiam carnes horum decoctas, cum melle subactas et impositas, prodesse scribit. H.

buruntur autem in fictili vase: illini cum melle debent. Item capitis maenarum cinis et [1] ad rhagadas, et ad condylomata vtilis: sicut pelamidum salsarum capitum cinis, vel cybiorum cum melle. Torpedo apposita procidentis *b.* interanei morbum [2] ibi coercet. [3] Cancrorum fluuiatilium cinis ex olea et cera, rimas in eadem parte emendat: item et marini cancri [4] polline.

XXXIV. Panos salsamenta coracini discutiunt: sciaenae *c.* interanea et squamae combustae: scorpio in vino decoctus, ita vt foueantur ex illo. At *d.* echinorum testae contusae et ex aqua illitae, incipientibus panis resistunt. Muricum *e.* vel purpurarum cinis vtroque modo, siue discutere opus sit incipientes, siue concoctos emittere. Quidam *f.* ita componunt medicamentum: cerae *g.* et thuris [5] drachmas XX, spumae argenti XL, cineris muricum X, olei veteris heminam. Prosunt *h.* per se salsamenta cocta. Cancri fluuiatiles triti verendorum [7] pusulas discutiunt: cinis *i.* ex capite maenarum;

1. *sic et Ch. cinis ad Gr. et. Al.* 2. *subito. V. cito. Alii.* 3. *Camporum fl. cin. ex oleo. Ch* 4. *pollen.* 5. *drachmae, etc. hemina. V. M.* 6. *pustulas Gr. et Al.*

b. Procidentis) Procidentis sedes. H.

c. Sciaenae) Vmbrae: Monpessuianis, *Pois rey*, piscis regius. Dal.

d. At) Plin. Val. III. 27. Hard.

e. Muricum) Totidem verbis Marc. Emp. c. 32. pag. 225. et Plin. Val. l. c. H.

f. Quidam) Haec syllabis plane totidem Plin. Val. III. 3. Hoc medicamentum Graeci διὰ ὀςράκων vocant. Hard.

g. Cerae et thuris drachmas XX.) Paulo libro VII. describitur confectio διὰ τῶν ὀςράκων hoc modo: *Cadmiae thuris, sing. vnc.* I. *cineris ostreorum vnc.* III. D.

h. Prosunt) Plin. Val. l. c. Hard.

i. Cinis) Diosc. II. 131. Καὶ τῆς μαινίδος δὲ κεφαλὴ καεῖσα λεῖα τὰς ἐν δακτυλίῳ τετυλωμένας ῥαγάδας καταπασθεῖσα ἀφίςησι. *Maenae quoque caput vstum, tritumque, si inspergatur,*

rum: item carnes decoctae et impositae. Similiter percae salsae e capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis, aut *k.* squatinae piscis cutis combusta. Haec *l.* est, qua diximus lignum politi: quia et e mari fabriles *m.* vsus exeunt. Prosunt et smarides illitae: item *n.* muricum vel purpurarum testae cinis cum melle: efficacius crematarum cum carnibus suis. Carbunculos *o.* verendorum priuatim salsamenta cocta cum melle restinguunt. At *p.* testem, si descenderit, cochlearum spuma illini volunt.

XXXV. Vrinae *q.* incontinentiam hippocampi tosti et in cibo saepius sumpti emendant. Item *r.* ophidion pisciculus congro similis [1] cum lilii radice. Pisciculi minuti, ex *s.* ventre eius qui deuorauerit exemti, et cremati, ita vt cinis eorum bibatur

1. *cum radice rutae. Rondel.*

gatur, sedis rhagadas emendat. Galenus similiter de fac. simpl. m. XI. 1. p. 302. Hard.

k. Aut squatinae piscis cutis combusta) Dele verbum *piscis*, ex antiquo codice. et paulo post, *Zmarides*, non *smarides*, antiqua orthographia. Pint.

l. Haec) L. IX. 14. *Aspera cute* integuntur, *vt squatina, qua lignum et ebora poliuntur.* H.

m. Fabriles) Quae ad fabrorum pertinent vsus. H.

n. Item) Haec Plin. Val. ad verbum II. 41. et Marc. Emp. 33. p. 230. H.

o. Carbunculos) Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. H.

p. At) Plin. Val. II. 42. Noster ipse superius XXX. 22. *Si decidat testium alter, spumam cochlearum illitam remedio esse tradunt.* H.

q. Vrinae) Sic MSS. omnes, sic ipse Plinius XXX. 22. vbi eadem genera morborum ordine persequitur: feminis incontinentiam, quam Rondeletius hic obtrudit, XIV. inter illa non recensuit. H

r. Item) Ὀφίδιον, quasi paruum serpentem dicas, diminuto nomine ab Ὄφις Monspeliensibus Donzella, dicitur, ut auctor est Rondeletius, XIV. 2. H.

s. Ex) Ex ventre piscis alterius. H.

tur ex aqua. Iubent *t.* et cochleas Africanas cum ſua carne comburi, cineremque ex vino Signino dari.

XXXVI. Podagris *v.* [1] articulariiſque morbis vtile eſt oleum, in quo [2] decocta ſint ranarum inteſtina: et rubetae cinis cum adipe vetere. Quidam et hordei cinerem adiiciunt, trium [3] rerum aequo pondere. Iubent et lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoque pellibus calceari, maxime Pontici fibri. Item *x.* vituli [4] marini: cuius et adeps prodeſt. [5] Nec non et bryon *y.*, de *z.* quo diximus, lactucae ſimile, rugoſioribus foliis,

1. ſic ex Mſs. H. articularibuſque Gr. et Al. 2. ſic ex Mſs. H. decocta, ſunt ranarum inteſtina. M. et Cb. decocta eſt rana et ipſius inteſtina Gr. et Al. 3. ſic ex Mſs. H. M. et Cb. trium generum Gr. et Al. 4. marini cinis et adeps. M. 5. ſic ex Mſs. H. et Cb. item et Gr. et Al.

t. Iubent) Verbum verbo tranſcripſit Plin. Val. II. 40. Quin et ipſe noſter XXX. 22. *Sicut ad vrinae incontinentiam ... cochleas Africanas cum ſua carne et teſta crematas, poto cinere.* H.

v. Podagris) Marc. Emp. c. 32. pag. 246. *Vtiliter in dolore perunguntur pedes oleo in quo decocta ſint inteſtina ranarum. Ranae quoque rubetae exuſtae cinis, etc.* Totidem verbis et Plin. Val. III. 14. H.

x. Item) Ita MSS. omnes. Subintellige, pellibus calceari, vel vt MSS. habent, *calciari.* Marc. Emp. c. 36. p. 246. *Vituli marini... pelle facta calciamenta, ſi quis in quotidiano vſu habuerit, efficaciter podagrae morbo carebit,* Plin. Val. III. 14. *Podagrae depellendae: Adipe vituli marini,* inquit, *pedes perunguntur: cuius et pellibus calciari conuenit.* Galenus item, Εὔπορ. III. pag. 663. Πρὸς ποδαλγίαν. Φώκης δέρμα, ἢ λέοντος, ἢ λύκου, ἢ ἀλώπεκος, ἐάν τις ἐργάζηται, καὶ φορῇ ὑποδήματα, οὐκ ἀλγήσει τοὺς πόδας. Hard.

y. Bryon) Alga lactucacea. Dal.

z. De) Lib. XXVII. 33. *Bryon marinum herba ſine dubitatione eſt, lactucae foliis ſimilis... Praecipua ſiccandi et ſpiſſandique vis, et collectiones omnes inflammationeſque cohibendi, praecipue podagrae, etc. H.*

foliis, ſine caule. Natura eſt ei ſtyptica. [1] Impoſitumque lenit impetus podagrae. Item *a.* alga, de qua [2] ipſa dictum eſt: obſeruaturque in ea, ne arida imponatur. Perniones *b.* emendat pulmo marinus, cancrique *c.* marini cinis ex oleo, item fluuiatiles triti, ſicque cinere et oleo ſubacti: et ſiluri adeps. [3] Et *d.* in articulis, morborum impetus ſedant ranae ſubinde recentes impoſitae: [4] quidam diſſectas iubent imponi. [5] Corpus auget ius mitulorum, et concharum.

XXXVII. Comitiales *e.*, vt diximus, coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino, [6] aſininoue, aut cum Punici ſucco, quidam ex aceto mulſo. Nec non aliqui per ſe pilulas deuorant. Caſtoreum *f.* in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis datur. His vero, qui ſaepius corripiuntur, clyſtere infuſum mirifice prodeſt. Caſtorei *g.* drachmae duae eſſe debebunt, mellis et olei ſextarius, et aquae tantumdem. Ad praeſens vero correptis olfactu ſubuenit cum

1. ſic ex Mss. H. et Ch. impoſitum lenit Gr. et Al. 2. ſic ex Mss. H. et Ch. de qua ſupra Gr. et Al. 3. In articulos. V. Et, in M. d. 4. ſic ex Mss. H. et Ch. quas quidam d. Gr. et Al. 5. Morbos abigit, etc. concharum comitiales, vt diximus. V. 6. aſinaeue Ch.

a. Item) Lib. XXVI. 66. et huius libri 22. H.

b. Perniones) Plin. Val. II. 49. et Dioſc. II. 39. H.

c. Cancrique) Marc. Emp. 34. p. 232. et Plin. Val. l. cit. H.

d. Et) Ad verbum haec Marc. Emp. 34. p. 236. H.

e. Comitiales) Lib. VIII. 49. Sic Plin. Val. II. 58. et Dioſc. II. 85. Cael. Aur. Chron. I, 4. de epilepſia: *Dant etiam bibendum lac aſininum, cum ſale, vel ſanguine teſtudinis marinae, aut vituli marini: et non ſolum ſanguinem, verum etiam coagula quae lacti miſcentur.* Haec vero ipſe deinde medicamenta damnat. H.

f. Caſtoreum) Plin. Val. ad verbum l. c. H.

g. Caſtorei) Idem loc. c. Hard.

[1] cum aceto. Datur *h.* et mustelae marinae iecur: item [2] muris, vel *i.* testudinum sanguis.

XXXVIII. (X.) Febrium *k.* circuitus tollit iecur delphini gustatum ante accessiones. Hippocampi necantur in rosaceo, vt perungantur aegri in *l.* frigidis febribus. Et ipsi [3] alligantur aegris. Item *m.* ex asello pisce lapilli, qui plena Luna inueniuntur in capite, alligantur in linteolo. Pagri fluuiatilis longissimus [4] dens capillo adalligatus, ita vt quinque diebus eum qui alligauerit, non cernat aeger: [5] ranae *n.* in triuio decoctae oleo abiectis carnibus, perunctos liberant quartanis. Sunt qui strangulatas in oleo, ipsas clam adalligent, oleoque eo perungant. Cor earum adalligatum frigora febrium minuit: et *o.* oleum, in quo intestina decocta sint. Maxime *p.* autem quartanis liberant, abla-

1. *cum aceto, in M. d.* 2. *muris testudinisue sanguis. Ch.* 3. *sic ex Mss. H. et Ch. adalligantur Gr. et Al.* 4. *dens longissimo capillo.* 5. *sic ex Mss. H. et M. ranae vero ex triuio decoctae. V. ranae vero in Gr. et Al.*

h. Datur) Idem ibidem. Hard.

i. Vel) Cael. Aurel. loc. proxime allato. Scrib. Larg. comp. 16. H.

k. Febrium) Plin. Val. III. 3. Hard.

l. In frigidis febribus) Cum extremorum refrigeratione inuadentibus. Dal. *In)* Quae cum extremarum partium corporis refrigeratione veniunt. H.

m. Item) Ad verbum Plin. Val. III. 3. molari figura in aselli capite lapides reperiri scribit Aelian. H. A. VI. 30. H.

n. Ranae) Sic Mss. omnes, non *ex triuio.* Sic etiam Plin. Val. III. 6. et Q. Seren. c. 50. de quartana febri p. 157. *Sed prius est oleo partus feruescere ranae In triuiis, illoque artus perducere succo* H.

o. Et) Quintus Serenus cap. 10. *de humoribus,* (lege, *de horroribus)* *et perfrictionibus medendis,* p. 130. *Saepe ita peruadit vis frigoris, ac tenet artus, Vt vix quaesito medicamine pulsa recedat, Si ranam ex oleo decoxeris, abiice carnem: membra foue.* H.

p. Maxime) Plin. Val. III. 6. ad verbum. H.

tis vnguibus ranae adalligatae, et [1] rubetae. Iecur *q.* eius vel cor adalligatur in panno leucophaeo. Cancri *r.* fluuiatiles triti in oleo et aqua, perunctis ante accessiones in febribus prosunt. Aliqui et piper addunt. Alii decoctos ad quartas in vino e balineo egressis bibere suadent in quartanis. Aliqui vero sinistrum oculum deuorari iubent. Magi *s.* quoque [2] oculis eorum ante Solis ortum adalligatis aegro, ita vt caecos dimittant in aquam, tertianas abigi promittunt. Eosdem oculos cum *t.* [3] carnibus lusciniae *v.* in pelle ceruina adalligatos, praestare vigiliam somno fugato tradunt. [4] In lethargum vergentibus coagulo balaenae, aut vituli marini ad olfactum vtuntur. [5] Alii sanguinem testudinum lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur et *x.* [6] spondylus percae adalligatus: quartanis coch-

1. *rubeta.* *V.* 2. *sic ex Mss. H. oculis earum .. vt caecas Gr. et Al.* 3. *carnalibus. Ch.* 4. *sic ex Mss.* H. *In lethargumque Gr. et Al.* 5. *sic ex Mss. H. et Ch. aliqui Gr. et Al.* 6. *sic ex Mss. H. spondylus per se Gr. et Al.*

q. Iecur) Plin. Val. loc. c. Hard.

r. Cancri) Ad verbum Plin. Val III. 3. H.

s. Magi quoque oculis earum ante Solis ortum adalligatis aegra, ita vt caecas dimittant) In scripto codice, *Magi oculis eorum ante Solis ortum alligatis aegro, ita vt caecos dimittant.* et paulo post, *alligatos* legito, non *adalligatos*: et confestim, *in lethargumque vergentibus*, dele coniunctionem. Pint.

Magi) Sic R. 2. et alii MSS. non *earum*, vt editi: et mox, *coecos*, non *coecas*: ad cancros enim fluuiatiles ea pertinent. Plin. Val. III. 5. *Tertianae curandae. Cancri fluuiatilis*, inquit, *oculi eruti alligantur, et ipse cancer in aquam remittitur.* H.

t. Cum) Aelianus H. A. I. 43. de luscinia: Λέγουσι δὲ καὶ τὰ κρέα αὐτῆς εἰς ἀγρυπνίαν λυσιτελεῖν, *eius etiam carnes vigiliam fouere aiunt.* H.

v. Lusciniae) Quoniam lusciniae noctes totas insomnes canunt. Dal.

x. Et spondylus per se adalligatus) Τράχηλος Athenaei. Vide Rondeletium. Dal.

Et

cochleae fluuiatiles in cibo recentes. Quidam ob id asseruant sale, vt dent tritas in potu.

XXXIX. Strombi in *y.* aceto putrefacti, lethargicos excitant odore. Prosunt et cardiacis. Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, [1] tethea vtilia sunt cum ruta ac melle. Hydropicis *z.* medetur adeps delphini liquatus, cum vino potus. Grauitati *a.* [2] saporis occurritur tactis naribus vnguento, aut odoribus, vel quoquo modo obturatis. Strombi quoque carnes tritae, et in mulsi tribus heminis pari modo aquae, aut si febres sint, ex aqua mulsa datae proficiunt. Item succus cancrorum fluuiatilium cum melle. Ranae quoque aquaticae in vino vetere [3] et farre decoctae, ac pro cibo sumptae, ita vt bibatur ex eodem vase. Vel *b.* testudo decisis pedibus, capite, cauda, et intestinis exemptis, reliqua carne ita condita, vt citra fasti-

 dium

1. *Sic ex Mss. H. et Cb. tethya vtilia. Alii tetheae vtiles, Gr. et Al.* 2. *odoris occurritur farctis. V. soporis. M.* 3. *cum. V.*

Et spondylus per se adalligatus) Scribendum *percae*, non *per se*, ex eodem. quod alii etiam annotarunt. Pint.

Et) Σπόνδυλος, siue σφόνδυλος vertebra est spinae dorsi, vt omnes norunt. In libris hactenus editis *per se*, inepte, pro *percae*, vt in R. 2. cod. Colb. 3. et in eo quem Pintianus vidit. H.

y. Strombi) Στρέμβιλοι turbines. Vide eundem. D.

z. Hydropicis) Plin. Val. III. 12. *de hydropisi*: *Adeps delphini*, inquit, *ex vino bibitur: propter graueolentiam naribus obturatis, aut vnguento optimo tactis.* H.

a. Grauitati) Monet Dalecampius in quodam MS. legi *soporis*: perinde quasi sit de lethargo sermo: quod quam ineptum sit, tum ex Plinii Valeriani verbis proxime allatis palam est, tum quod quae sequuntur remedia, ad hydropicos adhuc spectant. H.

b. Vel.) Plin. Val. I. c. totidem verbis. H.

dium sumi possit. *c.* Cancri fluuiatiles ex iure sumpti, et phthisicis prodesse traduntur.

XL. Adusta *d.* sanantur cancri marini vel fluuiatilis cinere: et ea quae feruenti aqua combusta sunt. Haec curatio etiam pilos [1] restituit cum ranarum fluuiatilium cinere. Putantque vtendum cum cera et adipe vrsino. [2] Prodest *e.* et fibrinarum pellium cinis.

1. *Restituit. Ch. cancr. flu. cinere putant etiam vtendum cera. V. cancrorum fluuiatilium* Gr. et Al. 2. *Prodest et febri ranarum fellis cinis* Gr. et Al.

c. Cancri) Plin. Val. I. c. hydropicis pariter auxiliari scribit: phthisicis Aetius II. 174. p. 76. H.

d. Adusta) Vide N. et Em. N. XXIV. (hic coll.) *Adusta*) Hactenus legebatur, *cum cancrorum fluuiatilium cinere.* Inepte: quorsum enim prodesse dicatur cancri fluuiatilis cinis, cum cancrorum fluuiatilium cinere? Auctor emendandi exstitit Plin. Val. qui vtriusque remedii meminit, III. 36. *Eis vero*, inquit, *quae feruenti aqua combusta sunt, ranarum cinis inspersus adeo prodest, vt etiam pilos reddat.* Et paulo post: *Cancrorum marinorum vel fluuiatilium cinis ex oleo prodest ambustis.* De cancris idem prodidit et Theod. Prisc. I. 17. *De vstione calidae vel ignis.* H.

e. Prodest et febri ranarum fellis cinis) Scribo, *prodest et fibrinarum pellium cinis*, ex vetusto codice. De fibrinis pellibus capite antecedente non longe à fine, *fibrinis quoque pellibus calciari, etc.* Mentio quoque earum paulo infra. *Pint.*

Prodest et febri ranarum fellis cinis.) Quatuor scripti: *fellium cinis.* Voss. *fibri iranarum pellium.* Nihil hic voluit de febri, nihil de felle ranarum. Lege: *Prodest et fibrinarum pellium cinis.* Infra: *Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis.* Et hoc Pintianus. Gr.

Prodest) Vide N. et Em. N. XXV. (hic pos.) *Prodest*) Nempe ad ambusta sananda. Sic totidem plane syllabis apicibusque litterarum R.2. codex, et is quem Pintianus laudat. Typi hactenus praeferunt, *Prodest et febri ranarum fellis cinis*, quo nihil dici absurdius potest: neque enim hic febri locus, cui sanandae medicamenta iam omnia exhausta sunt f. 38. Adstipulatur et Plin. Val. III. 36. cuius lemma est, *Ambustis sanandis: Efficax*

cinis. Ignes ſacros reſtinguunt ranarum viuentium ventres impoſiti: pedibus poſterioribus pronas [1] adalligari iubent, vt crebriore anhelitu proſint. Vtuntur et ſilurorum capitum cinere, [2] ſalſamentorum ex aceto. Pruritum *f.* ſcabiemque non hominum modo, ſed et quadrupedum efficaciſſime ſedat iecur paſtinacae decoctum in oleo.

LXI. Neruos *g.* vel praeciſos [3] purpurarum callum, quo ſe operiunt, tuſum glutinat. [4] Tetanicos *h.* coa-

1. *adalligare. Ch.* 2. *et ſalſam. V. ſalſamentorum, in M. d.* 3. *id quo purpurae cauum ſuum operiunt. V. legit et, cauum. Herm.* 4. *Sic ex Mss. H. Tethanicos caſtoreum. Ch. lethargicos Gr. et Alii.*

ficax eſt, inquit, *fibrinarum pellium cinis.* Quod ex hoc ipſo Plinii loco hauſit. Fibrinarum pellium cinerem et ad ſanguinis e nare profluuium Plinius commendat, 42. H.

f. Pruritum) Plin. Val. III. 39. H.

g. Neruos vel praeciſos purpurarum callum.) Intelligo autem operculum, quale et in terreſtribus cochleis conſpicimus, quoties intra calicem contractae ſuo ſucco victitant. *Gelen. Neruos vel praeciſos)* Leg. *vel praeciſos id quo purpurae cauum ſuum operiunt.* His intelligit purpurarum τὸ πῶμα Galeno: τὸ κάλυμμα, ἐπικάλυμμα, ἐπίπτυγμα Ariſtoteli. *Dalec.*

Purpurarum) Operculum ſiue integumentum vocat Ariſtot. H. A. V. ἐπικάλυμμα. Sub illo operculo exſerta lingua paſci purpurae ſolent. Carni haeret, vt vnguis noſter, duriuſculum, nec tam ſiccum tamen quam teſta: neque humidum, quale cochlearum eſt, quod ex glutinoſo humore, ſiue ex muco ſuo ſibi ipſae conficiunt. Pictum vide apud Rondel. de teſtac. II. 2. p. 64. A Dioſc. II. 10. ὄνυξ et πῶμα vocatur, vt dicemus inferius ſ. 46. H.

h. Tetanicos) Vide N. et Em. N. XXVI. (hic adi.) *Tetanicos)* Ita reſtituimus ductu codicum R. 2. et Ch. quum typi perperam edant, *Lethargicos.* At nunc de neruorum vitiis agitur, quorum non poſtremum tetanus eſt, de quo XXIII. 24. De lethargo dictum eſt paulo ante ſ. 38. neque iis potu vituli marini coagulum, ſed

coagulum vituli adiuuat in vino potum oboli pondere: item ichthyocolla. [1] Tremulos *i.* castoreum, si ex oleo perungantur. Mullos *k.* in cibo inutiles neruis inuenio.

XLII. Sanguinem *l.* [2] fieri piscium cibo putant, *m.* sisti polypo tuso illitoque. De quo et haec traduntur: muriam ipsum ex sese emittere, [3] et ideo non debere addi in coquendo: secari arundine: ferro enim infici, vitiumque trahere natura *n.* [4] desinente. Ad sanguinem sistendum et ranarum illinunt cinerem, vel sanguinem [5] inarefactum. Quidam ex ea rana, quam Graeci calamiten vocant, quoniam inter arundines fruticesque viuat, minima

1. *Sic ex Mss. H. tremulos iuuat castoreum Gr. et Al.* 2. *cieri. V.* 3. *et ideo salem non. V.* 4. *deferente. V. Lego, retinente.* 5. *arefactum. M.*

sed olfactu prodest, vt ibi Plinius adnotauit. H.

Letargicos coagulum vituli adiuuat in vino potum) Ex Chifl. notant, *Tethanicos castoreum. Voss. Tetanicos quagulum vituli adiuuat ex vino intum.* Lege: *Tetanicos coagulum vituli adiuuat ex vino inlitum* Lib. XXIII. 7. *Datur tetanicis et spasticis* lib. XXVI. 12. *Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici.* Mox Voss. duo: *Tremulos castoreum, si ex oleo perungantur.* sine τῷ *iuuat.* Satis est paullo ante poni *adiuuat.* Gr.

i. Tremulos) Subintellige, adiuuat, ex antecedente sententia. Sic etiam Marc. Emp. c. 35. p. 237. H.

k. Mullos) Quare et aciem oculorum eo cibo hebetari tradunt, vt ait ipse l. 24. Epilepticis olim interdicebant mullorum esu, teste Hippocrate de morbo sacro text. 2. p. 325. H.

l. Sanguinem) Sic MSS. omnes, non *cieri*: etsi sequitur proxime, *sisti.* Sanguinem fieri, gigni eo cibo significat, vimque hanc ei alimento inesse: vt proxime ante mullorum hanc dotem notauit, vt sint in cibo neruis inutiles. H.

m. Sisti) Plin. Val. III. 21. H.

n. Natura) Bonitate succi vel sic degenerante in cibis: Hard.

ma *o.* omnium et [1] viridiſſima, ſanguinem cineremque fieri iubent. Aliqui et naſcentium ranarum in aqua, quibus *p.* adhuc cauda eſt, in calyce nouo combuſtarum cinerem, ſi per nares fluat, [2] iniiciendum. Diuerſus hirudinum, quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt. Quippe eadem [3] ratio earum, quae cucurbitularum *q.* medicinalium, ad corpora leuanda ſanguine, [4] ſpiramenta laxanda, iudicatur. Sed vitium, quod *r.* admiſſae ſemel deſiderium faciunt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicinae. *s.* Multi podagris quoque admittendas cenſuere *t.* Decidunt [5] ſatietate, et pondere ipſo ſanguinis detractae, aut ſale aſperſae. Aliquando tamen affixa relinquunt capita, quae cauſa vulnera inſanabilia facit, et multos interimit, *v.* ſicut Meſſalinum e Conſula-

Bbb 5

1. *Sic ex Mss. H. viridiſſima cinerem fieri Gr. et Al.* 2. *imperficiendum. Ch.* 3. *Sic ex Mss. H. curatio earum, quae cucurbitularum V. legit et Ch. cucurbitarum Gr. et Al.* 4. *ſpiramentaque. V.* 5. *ſatiatae. V.*

o. Minima omnium et viridiſſima cinerem fieri iubent.) Tres membranae: *viridiſſima ſanguinem cineremque fieri.* Voſſ. *viridiſſima ſanguinem cinerem vel fieri.* Scribe: *ſanguinem cineremque fieri iubent.* Praeceſſit enim, *ranarum illinunt cinerem vel ſanguinem arefactum.* Gr.

p. Quibus) Quiddam e limo matrumue vtero adhaereſcens, quod inſtar caudae ſit. H.

q. Cucurbitularum) Quas Celſ. II. 11. vt Plinius, cucurbitulas: cucurbitas, et cucurbitas ventoſas, et ventoſas ſimpliciter, nulloque adiuncto, Theod. Priſc. appellat, II. part. I. c. 5. et alibi, Galli, *des Ventouſes.* Hard.

r. Quod admiſſae ſemel deſiderium.) Praeſertim aperiendis mariſcis. *Dal.*

s. Multi) Ita Q. Serenus c. 43. de podagra depellenda p. 153. H.

t. Decidunt) R. 2. *ſatiate*, non recte, a recto *ſatias.* Terentio tamen, Lucretio, Liuio, aliiſque ſcriptoribus vox admodum familiaris H.

v. Sicut) De quo Plin X. 27. et nos ibi cum eo. H.

Meſ-

ſularibus patriciis, *x.* quum ad [1] genua admiſiſſet. Inuehunt *y.* [2] virus remedio verſo: maximeque rufae ita formidantur. Ergo *z.* [3] ſugentia ora forficibus praecidunt: ac [3] veluti ſiphonibus *a.* defluit ſanguis: paulatimque morientium capita ſe contrahunt, nec relinquuntur. Natura *b.* earum aduerſatur cimicibus, et ſuffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum cinis, narium profluuia ſiſtit, ſucco porri mollitus.

XLIII. Extrahunt *c.* tela corpori inhaerentia ſepiarum teſtae ex aqua, ſalſamentorum carnes, cancri *d.* fluuiatiles triti, ſiluri *e.* fluuiatilis, qui et *f.* alibi quam in Nilo naſcitur, carnes impoſitae recentes ſiue ſalſae. Eiuſdem cinis extrahit, et adeps: [4] et cinis ſpinae eius vicem ſpodii praebet.

XLIV.

1. *genu. M.* 2. *et virus. V.* 3. *ſugentium inferiora forſ. V. ſugentium corpora forſ. V. 8. velut. V.* 4. *et, in V. d.*

Meſſalinum) Eius mentio fit. c. 22. lib. X.

x. Quum) R. 2. *ad genum.* Hard.

y. Inuehunt virus remedio verſo) *Inueniunt* non *inuehunt*, in apographo noſtro. Quid ſi ſcribas, *in veneni virus remedio verſo.* Pint.

Inuehunt) Remedium quod afferebant, vertitur ſic in venenum. H.

z. Ergo) Monet Dalecampius ex vetere vel typo vel manuſcripto legi commode poſſe, *Ergo ſugentium inferiora*; hoc eſt, partes inferiores: quam ſcripturam ſequutus eſt Latius in edit. Elzeu. Ita ſane legi, ſi MS. vllus faueat, admodum probarim. H.

a. Siphonibus) Fiſtulis, quales ſunt e quibus emicant ſalientes aquae. H.

b. Natura) Vide quae dicta ſunt XXIX. 12. H.

c. Extrahunt) Marc. Emp. 34. p. 233. et Plin. Val. III. 49. H.

d. Cancri) Plin. Val. l. c. Hard.

e. Siluri) Dioſc. II. 29. de ſiluro: Καταπλασθεῖσα δὲ ἡ σὰρξ τοῦ ταριχηροῦ, σκόλοπας ἀνάγει. H.

f. Alibi quam in Nilo naſcitur) *In Maeno*, vel vt alii legunt, *Rheno*, Germaniae, ſupra cap. 25. lib. IX. *Dalec.*

Quam)

XLIV. Hulcera *g.* quae serpunt, et quae [1] in *h.* his excrescunt, ex capite maenarum cinis vel siluri coercet. Carcinomata percarum capita salsarum: efficacius si cineri earum [2] misceatur sal, et *i.* cunila capitata, oleoque subigantur. Cancri marini cinis vsti cum plumbo, carcinomata compescit. Ad *k.* hoc et fluuiatilis sufficit cum melle, [3] lineaque *l.* lanugine. Aliqui malunt alumen melque miscere cineri. Phagedaenae siluro inueterato, et cum sandaracha trito: cacoethe, *m.* et nomae, et putre-

1. Sic ex Mss. H. et Ch. ex iis Gr. et Al. 2. misceantur. V. 3. linique. V.

Quam) Nam in Nilo nasci dictum est IX. 17. Etiam et in Danubio diximus in N. et Em. ad L. IX. N. XXIII. H.

g. Hulcera quae serpunt et quae ex iis excrescunt, ex capite maenarum cinis) In scripto codice. *Vlcera quae serpunt, et quae, in iis excrescunt, capitis maenarum cinis:* vt non multo infra; *capitis maenarum cinis cum allio tritus:* etc. Pint.

Hulcera) Totidem plane syllabis Plin. Val. III. 22. H.

h. Ex iis excrescunt) Superuacua carne. τῇ ὑπερσαρκώσει attolluntur. *Dal.*

i. Et) Satiua, vt quidem reor, quae et satureia dicta: a nonnullis ob similitudinem, thymbra: ob cacuminis fragrantiam capitata, a Q. Sereno, de splene curando, thymbra κεφαλωτή *Ac thymbrae speciem quam commemorant cephalotem*, etc. Hard.

Cunila capitata) Cunila capitata Sereno κεφαλωτή, polycnemon, cunilae bubulae, id est origano foliis simile, sed ea re diuersum quod vmbellae loco in cacumine caulium corymbi caput habeat, acre et odoris iucundi. Quamobrem cunilam vt origanum vocauerunt, capitatam vero ad origani differentiam. Vide quae adnotata sunt in cap. 16. lib. XX. *Dalec.*

k. Ad) Diosc. II. 12. H.

l. Linea) Sic eleganter linamentum appellat, seu tomentum lineum, quod vulneribus imponitur, *Charpie.* H.

m. Cacoethe) Haec totidem verbis Plin. Val. III. 22. H.

putrescentia cybio vetere sanantur. Vermes *n.* [1] innati ranarum felle tolluntur: fistulae aperiuntur, siccanturque salsamentis cum linteolo immissis. [2] Intraque *o.* alterum diem callum omnem auferunt, et putrescentia hulcerum, quaeque serpunt, emplastri modo subacta et illita. [3] Et *p.* alex purgat hulcera, *q.* in linteolis concerptis. Item *r.* echi-

1. *Sic ex Mss. H. et M. vermes vero innati. Gr et Al.*
2. *Intra alt. etc. omnem ea auferunt, et putr. hulcerum sanant, quaeque. V.*
3. *Et salpe expurgat Gr. et Al. Et Salpa. V. obstetricem mulierem Rondel. intelligit, non piscem.*

n. Vermes) Plin. Val. ad verbum l. c. De vermibus haec accipienda, qui hulceribus innascuntur. H.

o. Intraque) Plin. Val. l. c. H.

p. Et) De alece diximus XXXI. 44. Vide N. et Em. N. XXVII. (hic pos.) *Et)* In libris hactenus vulgatis, *Et salpe expurgat hulcera*: atque ea voce *salpe* obstetricem eam signari Rondeletius arbitratur, V. 23. de qua nos egimus in auctorum indice: de pisce eius nominis accipiunt alii, quod sane multo verisimilius erat, quum sequatur, *Item echinorum testae cinis.* Nos vero sic litem dirimimus, vt omnes cadere causa statuamus. Neque enim hic salpe, sed alex locum habet, de qua dictum est abunde XXXI. 44. In R. 2. cod. *Et balpex purgat*: vnde litterula vna extrita *balex* superest, quo pacto hanc vocem vetusti alii codices repraesentant. Alecem Plinius, quae salsamenti praestantissimi, siue gari, est imperfecta faex, ad hulcera sic modo commendat, vt proxime antea salsamenta ipsa iis immitti praecipit: nec multo post sect. sq. alecem iterum deferuefactam adhibet ad alios morbos. Sed, quod coniecturam nostram egregie constabilit, Plin. Val. hunc locum summa fide transscribens III. 22. *Alece*, inquit, *linteolis concerptis imposito, purgantur hulcera*: vt nullus sit iam reliquus de nostra emendatione dubitandi locus. *Alecem in linteolis concerptis* idem Valerianus iterum adhibet, eiusdem libri c. 51. ad morsum canis non rabiosi. H.

q. In) Concerpta linteola, vt alibi diximus, Carpiam sequior aetas appellauit:

echinorum testae cinis. Carbunculos coracinorum salsamenta illita discutiunt. Item *s.* mullorum salsamenti cinis. Quidam capite tantum vtuntur cum melle, vel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumorem tollit: cicatrices *t.* fel scorpionis marini.

XLV. Verrucas *v.* tollit glani iecur illitum: capitis *x.* maenarum cinis cum [1] allio tritus: ad *y.* thymia crudis vtuntur: fel *z.* scorpionis marini rufi: sma-

1. *oleo.* Ch.

uit: nostri deinde *Charpie*, quae vox Chirurgis nota: nam vulneribus inditur. Graecis medicis μοτὸς est, vel τιλτὸς μοτός. H.

r. Item) Diosc. II. 1. de echini marini testa. Κεκαυμένον δὲ καθαίρει τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, καὶ καταστέλλει τὰ ὑπερσαρκοῦντα. *Cremata testa, seu testae cinis, hulcera sordida expurgat, eaque reprimit quae in hulceribus ipsis excrescunt.* H.

s. Item mullorum) Theod. Prisc. IV. 18. *de carbunculis: Mollium salsamentorum combustorum cinis adhibitus iuuat.* H.

t. Cicatrices) Plin. Val. III. 46. H.

u. Verrucas) Qui et glanis dicitur, IX. 67. H.

x. Capitis) Sic libri omnes editi, et R. 2. Colb. 3. aliique. In Ch. *cum oleo*: et Plin. Val. III. 42. *Ad verrucas, clauos, et callos. Capitum maenarum cinere cum oleo trito*: alii codd. *cum allio.* H.

y. Ad) Maenis videlicet. Ita MSS. omnes. Miror Rondeletium v. 13. haesisse in re tam perspicua: confessumque quid esset hic *crudis*, se non videre, *ad thymia sedis.* legi fore satius: quoniam Diosc. II. 31. ad callosas sedis rhagadas maenarum capitis cinerem inspergi iubet. Sed longe a rhagadibus seu fissuris ani discrepant thymia, siue thymi, hoc est, verrucae, fabae magnitudine, quae a colore thymi nomen habent. De vitiis sedis nihil hic auctor voluit. H.

z. Fel) Hicesius apud Athen. VII. p. 320. scorpionum duplex statuit genus: pelagium alterum, alterum in coenosis aquis degentem: et hunc nigricantem, illum vero rufum: καὶ ὁ μὲν πελάγιος πυῤῥός, ὁ δὲ ἕτερος μελανίζων. H.

smarides *a.* tritae illitae. Alex deferuefacta vnguium scabritiam, [1] cinisque e capite maenarum extenuat.

XLVI. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus e iure sumptus, et smarides cum ptisana sumptae, vel cum feniculo decoctae. Mammas *b.* ipsas muricum vel purpurae testarum cinis cum melle efficaciter sanat. Cancri *c.* fluuiatiles illiti, vel marini, pilos *d.* in mamma, vel muricum carnes [2] appositae tollunt. Squatinae *e.* illitae crescere mammas non patiuntur. Delphini adipe linamenta *f.* accensa excitant vuluae strangulatu oppressas. [3] Item *g.* strombi in aceto putrefacti. Percarum vel maenarum capitis cinis admixto sale, et cunila, oleoque, vuluae medetur: suffi-

1. *cuiusque. Gr.* 2. *impositae. Ch.* 3. *Sic ex Mss.* H. *scombri Gr. et Al.*

a. Smarides) Diosc. II. 50. Σμαρίδος ταριχηρᾶς ἡ κεφαλὴ καεῖσα, ἕλκη στέλλει ὑπερσαρκοῦντα, καὶ νομὰς ἵστησι, ἥλους, καὶ θύμους ἀναλίσκει. *Smaridis salitae caput exustum tritumque, excrescentes in hulceribus carnes cohibet, nomasque compescit: clauos thymosque absumit.* H.

b. Mammas) Vlceratas, lacte turgentes. Dal.

Mammas) Mammarum inflationes, de quibus Theod. Pr. III, 1. H.

c. Cancri fluuiatiles illiti vel marini) Demendum verbum illud *illiti*, ex antiquo exemplari, et paulo post, *crescere mammas*; dele *mammas*. Pint.

d. Pilos in mamma) Vide quae adnotata sunt in c. ult. lib. XXVI. *Dalec.*

e. Squatinae) Sic typi, cum R. 2. In Ch. *squatinae impositae.* Rondel. XII, 21. experimento id se comprobasse ait, tota squatina mammis imposita, earum incrementum esse cohibitum, duriusculasque redditas. H.

f. Linamenta) Linamentum (vox Celso familiaris) filum est, quod lino voluendo trahitur: qualia sunt ea ex quibus ellychnia confici solent. H.

g. Item scombri in aceto putrefacti) *Strombi* non *scombri* ibidem, ut supra etiam notatum est. *Pint.*

ſuffitione quoque ſecundas [1] detrahit. Item *h.* vituli marini adeps inſtillatur *i.* igni naribus intermortuarum vuluae vitio: et *k.* cum coagulo eiuſdem in vellere imponitur. [2] Pulmo marinus alligatus [3] purgat egregie profluuia. Echini viuentes tuſi et in vino dulci poti. Siſtunt *l.* et cancri fluuiatiles triti in vino potique. Item ſiluri ſuffitu, praecipue Africi, faciliores partus [4] fieri dicuntur. Cancri ex aqua poti profluuia ſiſtere: ex [5] hyſſopo purgare. Et ſi partus [6] ſtranguletur, *m.* ſimiliter poti auxiliantur. Eoſdem recentes vel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates *n.* ad purgationes mortuoſque partus vtitur illis, cum quinis

1. *Sic ex Mss. H. et Ch. extrahit Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. pulmonis marini vinis adalligatus egregie profluuia purgat. Gr. et Al.* 3. *vrget. V. prohibet. Alii. V. tardat. Echini quoque. V. alii.* 4. *facere. Ch.* 5. *oeſypo. V.* 6. *ſtranguler. M.*

h. Item) Hipp. de morb. mul. II. t. 18. p. 547. inter ſuffocatae vuluae remedia, τὰς δὲ ῥῖνας, inquit, διαλεῖψαι ἔλαιον φώκης, *nares adipe vituli marini illinito.* Pintianus in ſuo cod. legi *igniaribus* admonet, mendo, vt ex Hippocrate liquet minime iam obſcuro. Huius coagulum quoque ſuffitu prodeſſe in vteri ſtrangulatu, ſcribit Dioſc. Εὐπορ. II. 88. Hard.

i. Inſtillatur igni naribus) *Inſtillatur igniaribus*, in eodem. Pint.

k. Et cum coagulo eiuſdem in vellere imponitur) Breuius in eodem, *coagulo eiuſdem in vellere impoſito.* Pint.

l. Siſtunt) Ad fluxum pariter muliebrem ſiſtendum, vinum Hippocrates praebet, in quo cancri fluuiatiles ſint antea ſuffocati, L. de nat. mul. text. 84. p. 405. H.

m. Strangul etur) In enixu laborioſo parturientis matris. *Dalec.*

n. Hippocrates) Eius haec verba de morb. mul. I. t. 128. p. 519. Διεκβόλιον, ἢν ἀποθάνῃ τὸ ἔμβρυον... Καρκίνους ποταμίους πέντε, καὶ λαπάθου, καὶ πηγάνου ῥίζαν, καὶ αἴθαλον ἀπὸ τοῦ ἴπνου, τρίψασα ὁμοῦ πάντα, καὶ ἑνώσασα ἐν μελικρήτῳ, ὑπαίθριον θεῖσα, πινέτω νῆστις ἐκ τρίτου. *Cancros fluuiatiles quinque,* et

quinis lapathi radicibus, [1] cum ruta et fuligine tritis, et in mulso datis potui. [2] Iidem in iure cocti cum lapatho et apio, menstruas purgationes expediunt: lactisque vbertatem faciunt. [3] Item in febri quae sit cum capitis doloribus et oculorum palpitatione, mulieribus in vino austero [4] poti prodesse dicuntur. Castoreum *o.* ex mulso potum purgationibus prodest: contraque vuluam *p.* olfactum cum aceto [5] et pice, aut subditum pastillis. Ad *q.* secundas etiam vti eodem prodest cum panace in IV. cyathis vini: et a *r.* frigore laborantibus ternis obolis. Sed [6] si castoreum fibrumue supergrediatur grauida, abortum facere dicitur, et *s.* periclitari [7] partus, *t.* si superferatur. Mirum et quod de torpedine inuenio: si capiatur, quum Luna in Libra [8] sit, triduoque asseruetur sub dio, faciles partus facere postea, quoties [9] inferetur. Adiuuare et pastinacae radius adalligatus vmbilico [10] existimatur, si viuenti ablatus sit, ipsaque denuo in mare dimissa. Inuenio *v.* apud quosdum ostracium vocari,

1. *rutaque et M. cum ruta et siligine. V. trita. et in mulso data. Ch.* 2. *Sicca Mss. H. et V. Item Gr. et Al.* 3. *Iidem. V.* 4. *dato. Ch.* 5. *aut. Ch.* 6. *Castorem. M.* 7. *partu. Ch.* 8 *Sic ex Mss. H. et Ch. fuerit. Gr. et Al.* 9. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. inferatur. G. et Al.* 10. *Sic ex Mss. H. V. et Ch. aestimatur.*

et lapathi, et rutae radicem, et fuliginem de furno, omnia simul trita, et cum aqua mulsa vnita, sub dio per noctem exponat, et ieiuna ter bibat. H.

o. Castoreum) Diosc. II. 26. Hard.

p. Vuluam) Strangulantem. Dal.

q. Ad) Diosc. l. c. non tamen ita accurate. H.

r. A frigore laborantibus) Gelatis, quod accidit saepe in transitu Alpium niuosarum. Dal.

s. Et) Mss. *partu.* H.

Laborantibus) Gelu torpentibus. H.

t. Si) Si sursum feratur ac supra caput. H.

u. Inuenio) Operimentum illud certi concharum generis est, quale in purpura

cari, quod aliqui onychem vocant: hoc suffitum vuluae *x.* poenis mire resistere. Odorem esse castorei, meliusque cum eo vstum proficere. Vetera *y.* quoque hulcera et cacocthe eiusdem cinere sanari. Nam *z.* carbunculos et carcinomata in *a.* mulierum [1] parte praesentissimo remedio sanari tradunt cancro femina, cum salis flore contuso, post plenam lunam, et ex aqua illito.

XLVII. Psilothrum est thynni sanguis, fel, iecur, siue recentia, siue seruata. Iecur etiam tritum, mixtaque cedria plumbea pyxide asseruatum. Ita

1. *genitali parte. V.*

pura descripsimus, s. 41. Diosc. II. 10. Ὄνυξ ἐςὶ πῶμα κογχυλίου, ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας. Et mox: Εὐώδεις θυμιώμενοι, καςορίζοντες πως τῇ ὀσμῇ. ἐγείρουσι δὲ καὶ οὗτοι ὑποθυμιαθέντες τὰς ὑςερικὰς πνιγομένας καὶ ἐπιληπτικούς. Immo ipsum esse purpurae integumentum credimus: quum nihil differre a purpura conchylium arbitremur, vt diximus IX. 53. etsi refragari Dioscorides videtur. H.

x. Vuluae poenis) Strangulationibus et suffocationibus vteri. ἐγείρει τὰς ὑςερικῶς πνιγομένας Dioscor. Dal.

y. Vetera) Diosc. l. c. H.

z. Nam carbunculos et mulierum parte praesentissimo remedio sanari tradunt) In vetere codice, non *mulierum* legitur, sed *mulieribus*. Legendum itaque mihi videtur sic: *Nam carbunculos et carcinomata in mulieribus percae praesentissimo remedio sanare traduntur.* Pint.

a. In mulierum parte praesentissimo remedio sanari tradunt) Pintianus obseruat in scripto esse *mulieribus*: itaque legendum sibi videri: *in mulieribus percae praes. rem sanare traduntur.* Sed si percarum ea vis est, quid verbis fiet sequentibus, quae cancro femina id fieri ostendere videntur? Voss. *muliebris.* Cui voci vna litera demenda, vt sit: *in muliebri parte praesentissimo remedio sanari tradunt cancro femina.* Andeg. *in mulieris partus.* Tres alii, *in mulieres partu.* Gron.

In) In R. 2. cod. et Pintiani, *in mulieribus parte.* Forte, *in muliebri parte*, nempe ἐν τῷ αἰδοίῳ, *in muliebribus locis.* H.

[1] Ita pueros mangonizauit *b.* Salpe obstetrix. [2] Eadem *c.* vis pulmoni marino: leporis *d.* marini [3] sanguini et felli: vel si in oleo hic necetur. Cancri, [4] scolopendrae *e.* marinae cinis cum oleo: vrtica *f.* marina trita ex aceto [5] scillite: torpedinis *g.* cerebrum cum alumine [6] illito sexta Luna. Ranae *h.* paruae, quam in oculorum curatione descripsimus,

1. Isto pueros pubescere negauit mangonio Salpe. V. 2. sic ex Mss. H. Eadem vis est pulmonis marini: leporis marini sanguine et felle: vel si in oleo lepus hic necetur Gr. et Al. 3. leporisque marini sanguinis et fellis. V. 4. et scolopendrae marinae. V. 5. scillino. Ch. 6. sic ex Mss. H. illito vi. Ch. illitum XVI. Luna Gr. et Al.

b. Mangonizauit) Mangonio imberbes diu conseruauit. Dal.

Mangonizauit) Ornauit et composuit ad alliciendos emtores: dum fuco imberbes diu seruauit. Mango est, vt ex Fabio discimus, II. 16. qui colorem falsum inducit mancipiis, quique verum robur inani eorumdem sagina mentitur. H.

c. Eadem vis est pulmonis marini, leporis marini sanguine et felle) Correxerunt *sanguinis et fellis.* Sed Vossiani duo: *pulmoni marino;* dein melior etiam *sanguini.* Scribo: *Eadem vis est pulmoni marino, leporis marini sanguini et felli.* Vt et Pintianus. Gron.

Eadem vis est pulmonis marini: leporis marini sanguine et felle) In apographo nostro: *eadem vis pulmoni marino. leporis marini sanguini et felli.* et non multo infra: *adalligatusque idem pauores, etc.* detrahe particulam, *que.* Pint.

Eadem) Aelian H. A. XIII. 27. H.

d. Leporis) Diosc. II. 20. Hard.

e. Scolopendrae) Diosc. II. 16. Σκολόπενδρα θαλασσία ἑψηθεῖσα ἐν ἐλαίῳ, καὶ καταχρισθεῖσα, ψιλοῖ τρίχας. *In oleo decocta et peruncta pilos detrahit.* H.

f. Vrtica) Diosc. II. 20. Hard.

g. Torpedinis) Et carnes quoque ipsae, teste Aeliano, l. c. H.

h. Ranae) De qua s. 24. quae sectio tota est in afferendis oculorum remediis. Q. Serenus, c. 36. p. 149. *Praeterea quascumque voles auertere setas, Atque in perpetuum*

ſimus, ſanies [1] efficaciſſime pſilothrum eſt, ſi recens illinatur: et ipſa arefacta ac tuſa, mox decocta tribus [2] heminis ad tertias, vel in oleo [3] decocta aereis vaſis. Eadem menſura alii ex *i.* quindecim ranis conficiunt pſilothrum, ſicut *k.* in oculis diximus. Sanguiſugae *l.* quoque toſtae in vaſe fictili et ex aceto illitae, eumdem contra pilos habent effectum. [4] Et *m.* ſuffitus vrentium eas necat cimices [5] inuectas. Caſtoreo quoque cum melle pro pſilothro vſi pluribus diebus [6] reperiuntur. In omni autem pſilothro [7] euellendi prius ſunt pili.

XLVIII. Infantium gingiuis dentitionibuſque [8] plurimum confert delphini cum melle dentium cinis, et ſi ipſo dente gingiuae tangantur. [9] Adalligatus idem pauores repentinos tollit. Idem effectus

1. *efficaciſſimum V.* 2. *heminis aceti ad tert. V.* 3. *decocta, in V. d.* 4. *Hic. Ch.* 5. *inuectos V. inuectus. Alii. V.* 6. *quidam reper. V.* 7. *vellendi. Gr.* 8. *ſic ex Mss. H. et Ch. plurimumque Gr. et Al.* 9. *ſic H. et V. et Ch. adalligatuſque Gr. et Al.*

petuum rediuiua occludere tela, Corporibus vulſis ſaniem perducito ranae, Sed quae parua ſitu eſt, et rauco garrula queſtu. H.

i. Ex) Sic libri typis editi, cum Colb. 3. At R. 2. *ex duodecim*, facili librariorum lapſu ex XV. in XII, vt ſaepe monuimus. Vide quae dicemus in N. et Em. N. XV. H.

k. Sicut) S. 24. H.

l. Sanguiſugae) Q. Serenus l. c. *Nec non quae ſtagnis ceſſantibus baeſit hirudo Sumitur, et viuens Samia torretur in olla: Haec acidis iungit permixta liquoribus artus, Auulſamque vetat rurſus percreſcere ſiluam.* Plinius item Val. I. 21. et III. 52. H.

m. Et) R. 2. et Ch. *Hic ſuffitus.* Intricata oratio: ſententia tamen non alia eſt, quam ſuffitu ſeu nidore ſanguiſugarum exuſtarum cimices necari: quod paulo ante perſtrinxit, ſ. 42. *Natura ſanguiſugarum aduerſatur cimicibus: et ſuffitu necat eos.* Quare *inuectos* legi malim: quamquam in R. 2. cod. *inuecta* legitur. H.

ctus et caniculae dentis. Hulcera vero, quae in auribus, aut [1] vlla corporis parte fiant, cancrorum fluuiatilium succus cum farina hordeacea sanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis [2] prosunt. [3] Siriasesque infantium spongia frigida [4] crebro humefacta, rana inuersa adalligata efficacissime sanat, quam *n.* aridam inueniri affirmant.

XLIX. Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio *o.*, vel anguillae duae, item *p.* vua marina in vino putrefacta, iis qui inde biberint, taedium vini affert.

L. Venerem *q.* inhibet echeneis, [5] et hippopotami *r.* frontis e sinistra parte [6] pellis in *s.* agnina adalligata, felue *t.* torpedinis viuae genitalibus illitum. Concitant cochlearum fluuiatilium carnes sale adseruatae, et in potu ex vino datae: [7] erythini in cibo sumpti: iecur ranae *v.* [8] diopetis vel

1. *alia Alii.* 2. *ii prosunt. V.* 3. *Siriasin. V.* 4. *cerebro humefacto, aut rana aduersa. V.* 5. *et cinis hipp. etc. pelle in agnina adalligatus. M.* 6. *in agnina pelle adalligatus. V. pellis in linteolo.* 7. *erythrini. V.* 8. *dryophytis. V.*

n. Quam) Exsiccatam nimio feruore capitis inflammati. H.

Aridam) Hanc descripsit Harduinus e Dalec.

o. Rubellio) Qui et erythinus Graeco nomine appellatur, IX. 23. H.

p. Item) De qua IX. 1. Hard.

q Venerem) Idcirco amatoriis veneficiis infamis, vt dictum est IX. 41. H.

r. Hippopotami frontis e sinistra parte pellis in linteolo adalligata) Vres codd. *pelle in agnina alligata.* Andegav. *pellis in agnine.* Voss. vt Hermolai: *e sinistra parte pellis in agnina alligata.* Gr.

s. In) Sic R. 1. et alii: non, vt editi, *in linteolo.* Hard.

t. Felue) Galen. II. 27. p. 636. Χολὴν νάρκης ἐάν τις πίνῃ, τὸ μόριον ἀνένταστον ἔςαι. H

v. Iecur ranae diopetis et calamitae) Vidi equidem certis locis tantum numerum ranunculorum, vt cum imbre delapsi, vel certe ex imbre

vel calamitae in pellicula gruis alligatum, vel dens crocodili maxillaris, annexus brachio, vel hippocampus, vel nerui rubetae dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata.

LI. Equorum scabiem ranae decoctae in aqua extenuant, donec illiniri [1] possit. [2] Aiunt *x.* ita curatos non repeti postea. Salpe negat canes latrare, quibus in offa rana viua data sit.

LII. Inter aquatilia dici debet et [3] calamochnus *y.*, Latine adarca [4] appellata. Nascitur circa arundines [5] tenues e spuma aquae dulcis ac *z.* marinae, vbi se miscent. Vim *a.* habet causticam: ideo acopis [6] additur contra [7] perfrictionum *b.* vi-

tia.

1. possint. V. 2. sic ex Mss. H. Aiuntque. — Et Salpe Gr. et Al. 3. Calamachne. 4. appellatus. Ch. 5. tenuis. Alii. 6. vtilis. M. 7. perfricationum. Ch.

imbre prouenisse videri possent. Hos opinor hic *diopetes* vocari, quod Graeci διοπετὲς nominent, quicquid est ex aere delapsum, quasi a Ioue demissum. Gel.

x. Aiuntque ita curatos non repeti postea. Et Salpe negat canes latrare) Scribe detractis duabus particulis sic: *Aiunt ita curatos non repeti postea. Salpe negat, etc.* ex scripto codice. Pint.

y. Calamochnus) Pericalamitis Galeno, et limnestris. calamachne. Vide cap. 36. lib. XVI. cap. 22. lib. XX. Dalec.

Calamochnus) Diximus de ea XVI. 66. Habet illius iconem Aldrouand. de metall. II. 1. pag. 213. Vox ipsa adarca Graeca videtur, Ἀδάρκης Diosc. V. 139. Καλαμόχνους, quasi arundinum lanugo. Aliis calamachne, ἀπὸ τῆς ἄχνης, a spuma. Vide Galen. de fac. simpl. m. XI. 2. p. 315. H.

z. Marinae) Marinae salsae. Nascitur enim in paludibus, aut lacubus salsis, in quorum vadis imis scaturit fons aliquis dulcis, non in mari: vel contra in iisdem aquis dulcibus, in quarum profundo salsus fons emicat, vt in lacu Marsonetae prope Carcassonam Galliae. Dalec.

a. Vim) Diosc. V. 137. Καθόλου δέ ἐςι δριμύ. H.

b. Perfrictionum) Contra algores, horroresque frigidos,

tia. Tollit *c.* et mulierum lentigines in facie. Et calami simul dici debent: [1] Phragmitis *d.* radix recens tusa luxatis medetur, et spinae doloribus ex aceto illita. Cyprii *e.* vero, qui et donax vocatur, cortex alopeciis medetur vstus, et hulceribus veteratis: [2] folia *f.* extrahendis quae infixa sint corpori, et igni sacro. Paniculae *g.* flos [3] si aures intrauit, exsurdat. Sepiae atramento tanta vis est, vt in lucerna addito Aethiopas *h.* videri, ablato *i.* priore

1. *phragnitis.* Gr. 2. *folia extrahunt infixa corpori, et prosunt igni sacro.* V. 3. *sic ex Mss.* H. *et* Cb. *intrauerit* Gr. *et* Al.

dos, quales fere in febri sentiuntur Scrib. Larg. comp. 268. *Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem neruorum. Idem hieme non patitur perfrigescere artus.* H.

c. Tollit) Diosc. l. c. H.

d. Phragnitis radix) Ad sepes faciendas vtilis ob crassitiem et firmitatem. Eum esse volunt, quem ex Theophr. loco proxime citato appellauit χαρακίαν. Dalec.

Phragmitis) Totidem verbis Diosc. l. 114. De phragmite ceterisque generibus egimus XVI. 66. sqq. Haec porro petita e calamis remedia totidem fere verbis ante praetractata vide XXIV. 50. H.

e. Cyprii) Diosc. l. c. H.

f. Folia extrahendis quae infixa sint corpori) Radix per se aut illita cum bulbis extrahit, quae infixa sunt corpori: folia trita et imposita medentur igni sacro, Dioscorides. Dal.

Folia) Extrahendis e corpore spiculis aculeisque radicem: erysipelatis siue igni sacro folia Dioscor. assignat l. c. H.

g. Paniculae) Plin. XXIV. 50. *Arundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum.* Vide locum eum. H.

h. Aethiopas) Nigros Aethiopum instar videri, mutata priore lucernae luce. Refert hoc et Sext. Emp. Pyrrh. hypotyp. I. 14. pag. 10. Καίγε οἱ γόητες χρίοντες τὰς θρυαλλίδας ἰῷ χαλκοῦ, καὶ θολῷ σηπίας ποιοῦσιν ὅτε μὲν χαλκοῦς ὅτε δὲ μέλανας φαίνεσθαι τοὺς παρόντας, etc. *Praestigiatores dum lucernas vngunt aerugine et sepiae atramento, faciunt vt qui adsunt, modo aeris colorem habere, modo nigri esse videantur.* Simi-

re lumine, Anaxilaus tradat. [1] Rubeta *k*, excocta aqua, potui data, suum morbis medetur: vel cuiusque ranae cinis. Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo vt [2] baculum ita praeluceat.

LIII. (XI.) Peracta aquatilium dote, non alienum videtur indicare per tot mari, tam vasta, et tot millibus passuum terrae infusa, extraque circumdata mensura paene ipsius mundi, quae intelligantur animalia centum *l.* [3] septuaginta quatuor [4] omnino generum esse, eaque nominatim complecti: quod in terrestribus volucribusque fieri [5] non quit. Neque enim omnis Indiae, Aethiopiaeque, aut Scythiae, desertorumue nouimus feras aut volucres, quum hominum ipsorum multo [6] plurimae [7] sint differentiae, quas inuenire [8] potuimus. Accedat

 his

1. *sic ex Mss. H. incocta alii rubeta decocta et in aqua pota data . . vel cuiuscumque Gr. et Al.* 2. *faculae instar prael. V. faculam ita prael. V. Mediol.* 3. *quadraginta quatuor. Ch. CLXVI. Gr. et Al.* 4. *omnium V.* 5. *nequit. V. non quiuit. Alii V.* 6. *plures. M.* 7. *sunt Gr.* 8. *non potuimus. Accedant. V. quas inuenire potuimus. V. Mediol.*

Similes nugas habet auctor Kiran. p. 51. H.

i. Ablato priore lumine Anaxilaus tradat) *Volumine*, non *lumine*, in vetusto exemplari: legendum forte, *velamine*. Pint.

k. Rubeta decocta et in aqua potu data suum morbis medetur) *Rubeta excocta aqua potui data, etc.* in eodem, et confestim, *cuiusque ranae*, non *cuiuscunque*. V.

l. Centum) In quibusdam MSS. *centum quadraginta quatuor*, errore minime obscuro: quum enim IX. 16. piscium species esse affirmet, vt diximus, CXLIV. praeter crustis intecta, quae sunt XXX. ex vtroque eo numero effici manifestum est CLXXIV. Sed Plinii numerum auxerunt deinceps in immensum, qui de hoc argumento nostra aetate scripserunt. Et illud animaduersione dignum, quod Plinius mox ipse ait, *tantum* se *marina dicere*. H.

his Taprobane, insulaeque aliae Oceani [1] fabulosae narratae. Profecto conueniet non posse omnia genera in contemplationem [2] vniuersam vocari. At *m.* hercules in tanto mari Oceano [3] quaecumque nascuntur, certa sunt, notioraque, quod miremur, quae profundo natura mersit. Vt a belluis ordiamur, arbores *n.*, physeteres, balaenae, [4] pristes, Tritones, Nereides, elephanti *o.*, homines *p.* qui marini vocantur, rotae, orcae, arietes, musculi, et

1. *fabulosae Gr.* 2. *vniuersi. V.* 3. *quaeque. Ch.* 4. *pistrides. Ch.*

m. At hercule in tanto mari Oceano, etc.) Plinii seculo detecta nondum erat America, atque adeo nec India Orientalis, quarum maria pisces quamplurimos a nostris diuersissimos nutriunt. Dalec.

n. Arbores) Arbor belua, non stellae marinae genus maximum, memoratur cap. 4. lib. VIII. Ibidem Physeter, Triton et Nereis c. 5. ibidem. Tritonem describit Aelianus cap. 21. lib. XIII. animal. Pausanias in Boeoticis, Alex. ab Alex. cap. 8. lib. III. Dal.

Arbores) De arboribus, nihil compertum adhuc. De physetere, et de rotis, IX. 3. De balaenis et pristibus, eodem libro 2. De Tritonibus, Nereidibusque, de marino homine, et arietibus, eodem libro, 4. vbi et elephantorum mentio, quorum nemo veterum meminit, praeter Plinium. De ocris, IX. 5. De musculo, eiusdem libri f. 88. De arietibus aliis, vide quae diximus IX. 67. De delphinis, eodem libro, 7. De phocis, seu vitulis marinis eo libro, 15. H.

o. Elephanti) Elephantum esse volunt rosmarum Olai Magni, sic dictum quod dentes exsertos habeat elephanti modo, e quibus capuli gladiorum fiunt, vt ex ebore. Rotas describit auctor c. 4. lib. VIII. Aelianus cap. 20. lib. XIII. animal. Iouius lib. de piscibus. Dalec.

p. Homines qui marini vocantur) Quales Episcopus et Monachus Rondeletii. Apud Pausaniam in Phocicis Cleon Magnes refert marinum hominem se vidisse in littus eiectum non breuiorem quinque iugerum spatio, qui fulmine ictus conflagrauerat. Dal.

et alii piſcium forma arietes *q.*, delphini, celebreſque Homero *r.* vituli. Luxuriae *s.* vero [1] teſtudines, et *t.* Medicis fibri, quorum e genere lutras [2] nuſquam mari accepimus mergi, tantum marina dicentes. Iam *v.* caniculae, [3] dromones *x.*, cornutae, gladii, ſerrae: communeſque *y.* mari, terrae, amni, hippopotami, crocodili: et *yy.* amni tantum,

1. *natae teſtud. V.* 2. *nunquam. M.* 3. *drynones. Cb.*

q. Arietes) Arietes memorat auctor c. 5. lib. VIII. Arietem marem et feminam deſcribit Aelianus cap. 2. lib. XV. animal. Arietes priore loco hic appellatos quidam eſſe volunt arieti, bellicae machinae ſimiles: alios vero paulo poſt nuncupatos, arieti quadrupedi, et cornibus et capite. Dal.

r. Homero) Odyſs. δ' v. 436. et alibi ſaepius. H.

s. Luxuriae) Subintellige celebres. Vide IX. 13. H.

t. Medicis) De fibri, ſeu caſtoris vſu in medicina dictum abunde ſ. 13. huius libri. Hard.

v. Iam) De caniculis IX. 70. Dromones, cornutaſque, praeter Plinium, qui nominaret, nondum occurrit: Aliud enim videtur eſſe a dromonibus Plinianis Heſychii δρόμων, hoc eſt, paruus cancer, μικρὸς καρκῖνος, qui a Monſpelienſibus vulgo *Chevrete* nuncupatur: capitur in maris aeſtuariis, ſagittae in modum per ſummam aquam decurrit: vnde id ei nomen. Dromones Pliniani inter belluas, vt ipſe ait, maioreſque piſces, ſiue cetaceos, cenſeri oportet. Gladium, ſerramque, nomina eſſe marinorum Fruticum admonuimus IX. 1. Hard.

x. Dromones) Dromones a curſu, marinae belluae genus. Ariſtot. cap. 2. lib. II. hiſtor. δρομάδας vocat, qui in Pontum aliunde excurrunt, thynnos, pelamidas, amias. Dromones Heſychio parui cancri, qui in maris aeſtuariis velociſſime per aquam ſummam decurrunt. Daleo.

y. Communeſque) De hippopotamis VIII. 39. De crocodilo eiuſdem libri ſ. 37. H.

yy. Et) De thynno dictum abunde IX. 17. ſqq. Θυννίδες feminae intelligendae ſunt. Quare inter ſe differant docet Ariſt. apud Athen. VII. p. 303. De ſiluro, eodem L. XVII. De coracino ſ. 24. eiuſdem libri, vbi et de perca egimus.

tantum ac mari, thynni, thynnides, siluri, coracini, percae. [1] Peculiares autem [2] maris, acipenser z., aurata, asellus, [3] acharne a., [4] aphya b., alopecias, anguilla, araneus: [5] Box c., batis d., [6] bacchus e., batrachus, belone f., quos g. aculeatos

1. sic ex Mss. H. peculiaris Gr. et Al. 2. Mari. V. 3. Acarnan. Rond. 4. aphrae, alopiae. Ch. 5. boca, bacia. V. 6. banchus. M. bachus. Gr.

mus. Coracinum Hesychius et Persius, saperdam vocant. H.

z. Acipenser) De acipensere dixi in Not. et Em. ad L. IX. N. XLV. De aurata IX. 25. De asello eodem L. s. 28. H.

a. Acharne) Ἄχαρνος Athenaeo VII. p. 286. apud Aenum Thraciae praestantissimus dicitur. Eidem L. VIII. pag. 356. ἀχαρνὰν scribitur, Romae visus a Rondeletio, a quo pingitur V. 151. H.

b. Aphya) De ea egimus IX. 74. atque in N. et Em. ad eum librum N. CXXVIII. De alopece, siue alopeciade, seu vulpe marina IX. 67. Athen. VIII. pag. 356. De anguilla marina, Epicharmus in fabula, quas Musas inscripsit, teste Athenaeo VII. pag. 297. De araneo denique eodem libro, s. 72. H.

c. Box) Piscis est tergo picto, et vocalis, vnde ei nomen, παρὰ τὴν βοὴν, inquit Athen. VII. pag. 286. Idem βῶξ, βόηξ, et βόαξ, a voce quam edit: ab oculis boum similibus, βόωψ. Festus: *Boca, genus piscis: a boando, id est, vocem emittendo appellatur.* In Gallia Narbonensi, *Bogue*, teste Rondeletio V. 11. H.

d. Batis) Βατὶς et βατὸς a Graecis apud Athen. VII. p. 286. raia dicitur, de qua non nihil praelibauimus IX. 40. A rubi, quem βάτον vocant, similitudine nomen traxit: est enim aculeis aspera, praesertim in cauda. Vtroque illo vocabulo marem a femina discriminari crediderim, vt de thynno et thynnide paulo ante dixi: Hesychius enim p. 185. Βάτος, καὶ βατὶς, ἰχθύες διαφέρουσιν ἀλλήλων. H.

e. Bacchus) Sic R. et Colb. 3. cum Ch. non *banchus*. Egimus de eo IX. 28. De batracho siue rana IX. 7. De belone siue acu, eodem libro s. 67. H.

f. Belone, quos Aculeatos vocamus) Scribendum videtur, non *aculeatos*, sed *acus aciculasue.* id enim significat vox Graeca *belone.* ostendimus

tos vocamus, balanus *h.* Coruus *i.*, [1] citharus *k.*; [2] e rhombrorum genere [3] pessimus: chalcis *l.*, cobio.

1. cytharus; chromborum genera, cyprinus chalc. Gr. et Al. 2. *Chromidum. V. Rhomborum. Ch.* 3. *cyprinus. Gr.*

dimus quoque hoc lib. X. Pint.

Belone, quos aculeatos vocamus) Pintianus legendum censet *acus aciculasue*: id enim significare Graecam vocem βελόνη. Quasi haeserint memoriae eius quae scribit Hermolaus ad lib. XXXV. 11. his verbis: Est autem belone, quam nos *acum et aciculam*, diximus. Sic ille. *Acos tenues* e Martiali nouimus lib. X. epig. 34. et Plinio ipso lib. IX. 5. *Acus siue belone, vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit. Aciculam.* autem passim quidem in Lexicis exhiberi video, vt diminutiuum τοῦ *acus*: auctorem tamen eius vocabuli antiquum nondum reperi. *Acuculam* Exerpta vet. Lexic. efferunt: *Ansa*, λαβή. *Acucula*, βελόνη. Et Constantini I. 1. Cod. Th. de repudiis: *oportet eam vsque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.* Sed vix est, vt non *Acula* et *aculam* his locis legendum sit: vt locutos mihi veteres constat. Glossarium: Βελόνη, *acula, acus.* Cledonius in arte: *Haec in diminutiuo genus mutant, vt acus acula, hoc scutum haec scutella, hoc pistrinum haec pistrilla.* Accedit ipse Plinius infra lib. XXXIV, 13. Corruptum quoque in Glossis Isidori: *Acucula, aculus, solers, agagula.* Scribendum: *Acriculus, acutus.* Eo vocabulo vtitur Cicero III. Tuscul. *ille acriculus Athenis senex Zeno, istorum acutissimus.* Ergo et hoc Plinii loco malumus: *belonae, quas aculas nos vocamus.* Pintianus, quod censuit, et ostendisse ait se ad lib. X. Caput est illic 32. vbi de nidis halcyonum: *Nec vnde confingantur, inuenitur. Putant ex spinis aculeatis: piscibus enim viuunt.* Quae translata sunt ex Aristotelis animalium historia nona cap. 14. Ἀπορεῖται δὲ ἐκ τίνος συντίθησι τὴν νεοττίαν· δοκεῖ δὲ μάλιστα ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης· ζῇ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα. Ergo Pintianus, *ex spinis acus piscis.* Et voluit tale quid haud dubie Plinius. Sed verba potius fuisse crediderim: *Putant ex spinis acularum.* Gron.

g. Quos) Subintellige pisces. H.

h. Balanus) A similitudine glandis querneae, quae βάλα-

[1] cobio, [2] callarias asellorum generis, ni minor esset: [3] colias *m.* siue Parianus, siue *n.* [4] Sexitanus a patria

1. *gobio. V. et Ch.* 2. *Collyris. Ch.* 3. *Colias Paritanus, siue Sexcitanus. V.* 4. *Sextarius. V. Saxitanus Gr. et Al.*

βάλανος dicitur, nomen habet auctore Athenaeo III. pag. 91. In rimis saxorum degunt. Iconem vide apud Rondel. de testac. I. 30. H.

i. Coruus) Graecis κόραξ. Pingitur a Rondeletio X. 7. pag. 296. Meminit eius Celsus, inter pisces cibi duriusculi II. 18. Romanis, *Capone.* H.

k. Citharus) Romae frequens, *Folio* nominatus, teste Rondeletio XI. 5. Vide N. et Em. N. XXIIX. (hic pos.) *Citharus*) Libri hactenus editi sic legunt, *cytharus, chrombrorum genera, cyprinus chalcis.* Chrombri qui sint nemo nouit, nec cyprinum aut scombros vlli MSS. habent. Sic enim R. 2. et Ch. *citharus rhomborum genera pessimus chalcis,* etc. Vnde perspicuum fit nihil esse nostra emendatione certius: praesertim attestante Galeno de alim. fac. III. 30. pag. 394. simillimum esse rhombo citharum: Aristotele apud Athen. VII. pag. 305. alga vesci: iis qui Romae gustarunt, insuaui carne: vnde Pherecrates, apud eumdem Athen. pag. 306. Ὦ ἀγαθοί, ἔνεστιν ἐν κιθάρῳ τι κακόν. Et Xenocr. L. de alim. ex aquat. apud Orib. II. 58. *Citharus et rhombus lati sunt: rhombusque solidus est.. At citharus meli succi est, et stomacho non idoneus,* etc. H.

l. Chalcis) Est haec marina chalcis nostra Sardina, vt diximus IX. 71. De cobione, seu gobio, eodem libro, s. 83. De callaria s. 27. eiusdem libri. H.

m. Colias) Euthydemus Atheniensis, L. de salsamentis, apud Athen. III. pag. 116. Coliam Parianum laudat: Καὶ Πάριον κολιῶν κυδρὴ τροφὸς ἔσκε πολίχνη. *Oppidulum Parium coliarum est inclyta nutrix.* Est autem Parium Hellesponti oppidum, de quo Plinius V. 40. Coliam maiorem esse scombro scribit Hicesius apud eumdem Athen. VII. pag. 321. Ipsi Athenaeo, III. p. 121. ὁ κολίας praestantissimus dicitur Amyclanus, atque ex Hispania quem Σεξιτανὸν vocant. A Massiliensibus *Coguiol* nuncupari, auctor est Rondeletius VIII. 8. Sexitanus ab oppido Baeticae Ἑξ siue Σὲξ vt diximus III. 3. Meminit Martial. VII. ep. 77. vbi lacertum pariter Coliam vocat: *Cum Sexi.*

a patria Baetica, lacertorum *o.* [1] minimi: ab *p.* iis Maeotici: cybium *q.*, ita vocatur concisa pelamis, quae

1. *minimus. V. minima Gr. et Al.*

Sexitani fertur tibi cauda lacerti. H.

n. Saxitanus a patria Baetica) Scribo, *Sexitanus*, a Sexi oppido Baeticae Plinio, Ptolemaeo, ceteris. Fauet et apographon nostrum; celebrat item Athenaeus salsamenta Sexitana ex auctoritate Strabonis lib. III.. *Pint. Saxitanus a patria Baetica*) Vet. *siue Sexitanus.* Martialis, *Cum Sexitani fertur tibi cauda lacerti.* Iuuenalis Satyr. 14. *Alterius concham aestiui cum parte lacerti.* Quae sequuntur sic lego, *Lacertorum aemulus. Ex hoc et concisa pelamide Maeoticis paratur quod cybium vocant. Pelamis hoc nomen habet, cum post 40. dies e Ponto in Moeotin reuertitur, Cordyla vero pelamis pusilla est cum in Pontum e Maeotide exit. Cantharus, etc.* Fallitur tamen Plinius, nam pelamis auctore Aristotele a mari in Pontum reuertitur, cordyla vero e Ponto in mare exit: vt legendum sit, *nomen habet cum e mari in Pontum reuertitur, cordyla vero pusilla pelamis cum post 40. dies e Ponto in mare exit.* Dal.

o. Lacertorum) Ita R. 2. non *minima*, quod neque ars hoc loco patitur. H.

p. Ab) Coliae Maeotici, inquit, Pariano Sexitanoque paulo grandiores. H.

q. Cybium, ita vocatur Pelamis, quae, etc.) Stupendum, quod Plin. *Cybium* inter piscium nomina referat: cum salsamentum sit, et pars piscis in quadram concisa, ac tesserae figura. Vide *Salmas.* pag. 1317. a. *Cybium ita vocatur, etc.*) Verno tempore thynni Pontum e mari per Euripum subeuntes, ibi fetificant. Minutus fetus, qui quadragesimo post die redeuntes in mare comitatur, cordylae vocantur. Eaedem in mare reuersae et illic augescentes, pelamides nominantur, tritones, orcym, siue apolecti. Anno post tertio verno tempore, cum in Pontum reuertuntur adultae, thynni sunt. Ex cordylis integris fiebat salsamentum, de quo Martialis, *Ne toga cordylis, ne penula desit oliuis, etc.* Ex pelamidibus (quarum maximae, tritones et apolecti, quasi eximiae nuncupantur) concisis fiebant salsamenta cybia. quadratae figurae, et ὡραῖα siue ε mutata in ω, ὡραῖα, e locis quae ad caudam sita sunt macerrima, et nullo pingui grata. Plinius non satis

quae post XL. dies a Ponto in Maeotin reuertitur: cordyla *r.*, et haec pelamis pusilla, quum in Pontum e Maeotide exit, hoc nomen habet: cantharus *s.*, callionymus *t.*, siue vranoscopus, cinaedi *v.* soli

satis haec distinxit. Suetonius Vespasianum ab Alexandrinis ob sordes vocatum fuisse *Cybiosacten*, non, vt legimus, *Cybiotaten*, ait, quasi Salsamentarium, e cognomine vnius e regibus suis turpissimarum sordium, de quo Strabo lib. XVII. Dalec.

Cybium) Vide N. et Em. N. XXIX. (hic coll.) *Cybium*) Salmas. in Solin. pag. 1317. facinus indignum exclamat, obtrudi a Plinio cybium inter piscium nomina, quum piscis pars quaedam, salsamentumque sit. Scribat igitur dicam non Plinio modo, sed et Varroni de L. L. IV. pag. 21. ita scribenti: *Aquatilium vocabula animalium, partim sunt vernacula, partim peregrina. Foris muraena, quod μύραινα, cybium, thynnus, cuius item partes Graecis vocabulis omnes, vt melandrya, vraeon.* Festo quoque: *Κύβιον genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant.* Et in Graecis Oppiano v. 183. inter pisces qui longe degunt a littore, cybia annumeranti cum orcynis, hoc est pelamides minimas cum maximis: Ὀρκύνων γενεή, καὶ πληνάδες, ἠ δὲ κυβεῖαι. Certe cum μελάνδρυς et salsamenti e thynno Graecis, et thynni simul genus dicatur, vt Pamphilus refert L. de nominibus, apud Athen. III. pag. 121. Μελάνδρυς δὲ τῶν μεγίστων θύννων εἶδός ἐστιν, ὡς Πάμφιλος ἐν τῷ Περὶ ὀνομάτων παρίστησι· καὶ ἐστὶ τὰ τεμάχη αὐτοῦ λιπαρώτατα. Quidni et minoris thynni nomen cybium fuerit, et ex ipso salsamentum? Certe quae Plinius hoc loco habet, ea totidem plane verbis apud Oribasium leguntur II. 58. f. 29. ex Xenocratis libello, de alimento ex aquatilibus. *Pelamis exigua*, inquit, *nascitur in Maeotide ... Cybium, hoc est, concisa pelamis, quae est, post quadraginta dies a Ponto in Maeotim reuertitur, ori grata, et boni alimenti.* H.

r. Cordyla) Meminit Martial. III. ep. 2. *Cordyllas madida tegas papyro.* Et L. XI. ep. 53. *Mox vetus, et tenui maior cordylla lacerto.* Vide quae diximus IX. 18. Hard.

s. Cantharus) Aelian. H. A. I. 26. Κάνθαρος. Idem mira quaedam de cantharo refert

soli piscium lutei: cnide *x.*, quam nos vrticam vocamus, cancrorum *y.* genera, [1] chamae *z.* striatae, chamae laeues, chamae *a.* pelorides, generis varietate

1. *chamaetracheia: chamaeleia. Dal. chamae trachea, chamaeleos Gr. et Al.*

refert, XI. 25. Huius meminit obiter inter littorales philosophus H. A. VIII. In prouincia Narbonensi paulum deflexo nomine *Cantheno* nuncupant, Latine, cum Gaza, Scarabaeum dixeris. Vide Rondeletium V. 4. Ouid. in Halieut. v. 103. *Cantharus ingratus succo.* Hard.

t. Callionymus) Καλλιώνυμος et οὐρανοσκόπος, vt diximus s. 24. huius libri. Massiliensibus *Tapecon*. Pingitur a Rondeletio X. 13. pag. 305. H.

v. Cinaedi soli piscium lutei) Cinaedi toti piscium Rondel. cap. 4. lib. VI. nam et cancri quidam et cancelli, et leones flaui sunt. κηριοειδεῖς, id est cereos, vocat Athenaeus: κυῤῥοὺς ξανθοὺς, Numenius. Dal.

Cinaedi) Crustis intectos excipit, quum pisces dicit. Sic IX. 16. *Piscium sunt species centum quadraginta quatuor: praeter crustis intecta, quae sunt triginta.* Sunt enim cancri et cancelli pariter flaui. Athenaeus ἀλφηστὰς vocat VII. p. 281. Iconem exhibet Rondel. VI, 4. pag. 170. H.

x. Cnide) Κνίδη vrtica, de qua diximus IX. 68. H.

y. Cancrorum) Carabi, astaci, ceterique recensiti, IX. 51. H.

z. Chamae, Chamaeleos) Scribo, *Chamae striatae, Chamae laeues*, ex vetusto codice. Pint.

Chamae) Sic R. 2. et Pintiani codex: in editis perperam, *chamaetrachea*, *chamaeleos*. Chamae Graecis χῆμαι e genere sunt concharum: hoc vero distant a ceteris, quod semper hiant, et testas apertas habent: vnde eis nomen. Harum multae sunt differentiae. Rondeletius de testaceis I. 8. ita distinguit, vt aliae laeues sint, aliae asperae: laeuibus deinde chamas pelorides, glycymeridesque subiicit. H.

a. Chamae pelorides) Vel a magnitudine nomen habent, sunt enim grandiores: Vel a Peloro Siciliae promontorio, vbi optimae: Ita Pollux: Graecis πελωρίδες, πελωρίαι, et πελωρίναι. Gallis, *Palourdes.* H.

te diſtantes et rotunditate: chamae glycymerides *b.*, quae ſunt maiores, quam pelorides: [1] coluthia *c.* ſiue corythia: Concharum *d.* genera, inter quae et margaritiferae: cochleae *e.*, quarum generis [2] pentadactyli, [3] melicembales *f.*, [4] echinophorae dicuntur quibus cantant: Extra [5] haec ſunt rotundae in *g.* oleario vſu cochleae: [6] cucumis *h.*, cynoſdexia

1. corycia, ſiue coryphaea. V. Cochlydia, ſiue corythya, vt ſqq., *chyſethya ſiue. Ch. celycia ſiue coryphia Gr. et Al.* 2. *ſic ex Mss. H. V. et Ch. pentadactylos Gr. et Al.* 3. *melicenbali. V.* 4. *actinophorae. Ch.* 5. *ſic ex Mss. H. et Ch. extra has G. et Al.* 6. *cucumis, cynopus, cammarus, cynoſdexia Gr. et Al.*

b. Chamae glycymerides) Γλυκυμερίδες, a ſapore dulci, minuſque ſalſo nomen traxere. Teſtis Oribaſ. II. 58. Meminit harum et Macrobius in coena Pontificum, Saturn. II. 9. p. 355. Hard.

c. Coluthia) E muricum genere, vt dictum eſt ſ. 27. huius libri. H.

d. Concharum) De quibus IX. 52. ſqq. H.

e. Cochleae) L. IX. 51. Πενταδάκτυλοι, quaſi quinis diſcretae digitis, ſiue acuminibus. Mox pro *melicembales, echinophorae.* R. 2. *item helicymbalis, actinophorae* legitur: quae poſtrema vox et in Chiffletiano eſſe dicitur. H.

f. Melicembales) Lego, μελικηριβάλοι, meliceribali. Eſt autem μελικήρα, ſiue μελίκηρα, Gazae fauus, purgamentum buccinorum et purpurarum, verno tempore ſimul coeuntium, et ſaliuario quodam lentore ſtruem gignentium putaminibus cicerum alborum cohaerentibus, et connexis ſimilem. Vide Rondel. Dal.

g. In) Quibus oleum decapulabant, vel in quotidianum vſum hauriebant, capaces admodum, atque ita, vt quaedam aquae libras quaternas capiat. Vide Rondel. de teſtac. II. 27. pag. 76. Hard.

h. Cucumis) Inter frutices marinos cenſendus, vt diximus IX. 1. Poſt cucumim, addunt libri vulgati *cynopus, cammarus*, quae nomina nec R. 2. nec alius bonae notae codex agnoſcit. Cammari certe ſquillarum genere continentur: cynopus quis ſit, nemo nouit. H.

dexia *i.* Draco *k.* : quidam *l.* aliud volunt esse dracunculum: est *m.* autem [1] gerriculae similis: Aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, sic vt scorpio laedit, dum manu tollitur. Erythinus *n.*, echeneis, echinus, elephanti *o.* locustarum generis nigri, pedibus quaternis bisulcis: praeterea brachia duo binis articulis, singulisque [2] forficibus denticulatis Faber *p.* siue zeus. Glaucisci *q.*, glanis *r.* gonger, [3] gerres *s.*, galeos *t.*, garus. Hippus *v.*, hip-

1. *graculo. Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et Ch. forpiculis. V. forficulis Gr. et Al.* 3. *girres. Ch.*

i. Cynopus) Quidam legunt *cynoglosson*, memoratum ab Epicharmo inter pisces apud Athenaeum: quidam *cucullum*, Plinio hactenus non dictum. Dal.

Cynosdexia) Legendum puto *synodontis*, ac reponendum in censu piscium, quorum nomen incipit altera S. Dal.

Cynosdexia) Κυνὸς δεξιά, hoc est, canis dextera: forte Zoophyton, hoc est, frutex marinus aliquis, vt Manus marina. H.

k. Draco) Δράκων θαλάσσιος, Dioscoridi II. 15. Galli *Viuam* vocant. H.

l. Quidam) Vult sane Rondeletius, X. 12. A suis *Lacertum* nominari dicit, *Lacert.* H.

m. Est autem graculo similis) *Gericulae* non *graculo*, in vetusto codice, vt sit diminutiuum nomen a *gerre*, de quo paulo post in litera G. Pint.

Est) Sic R. 2. codex: non, vt editi, *graeculo*; cum quo affinitatem draco nullam habere potest. Est autem gerricula, diminuta vox a *gerres*, de quo post pauca dicemus. H.

n. Erythinus) De erythino, IX. 23. De echeneide IX. 51. H.

o. Elephanti) In locustarum genere, elephantos Plinius e veteribus vnus appellat. H.

p. Faber) Diximus de eo IX. 32. H.

q. Glaucisci) Γλαυκίσκος Athenaeo VII. p. 279. H.

r. Glanis) De eo egimus IX. 67. De gongro, siue congro, libro eodem. c. 24. Hard.

s. Gerres) Meminit huius Martial. III. 77. *Teque iuuant gerres, et pelle melandrya cana.* Et L. XII. ep. 32. *Fuisse gerres, aut inutiles maenas Odor impudicus vrcei fatebatur.* Gerriculam,

hippuros, hirundo, halipleumon, hippocampos, [1] hepar *x.*, [2] helacatenes *y.* Sunt *z.* lacertorum genera: loligo *a.* volitans, locuſtae, lucernae, [3] lipa-

1. *Hepatus. V.* 2. *heliacathenes Gr. et Al.*

culam, hoc eſt, minorem gerrem draconi marino, quam *Viuam* vocamus, ſimilem eſſe Plinius ante admonuit. H.

t. Galeos) De galeo IX. 70. Garum eſſe ignotum monuimus, XXXI. 43. H.

u. Hippus) Lego, *hippeis*: nempe cancros littorales Phoeniciae, tantae velocitatis, vt eos curſu aſſequi facile non ſit. *Dalec.*

Hippus) De ἵππῳ multa Athenaeus VII. p. 304. Vetant MSS. ne legam ἵππεις, quos eſſe e cancrorum genere diximus IX. 51. De hippuro diximus IX. 24. De hirundine, eodem libro, 43. De halipleumone, S. 71. eiuſdem libri. De hippocampo, S. 23. huius libri. H.

x. *Hepar*) Ἥπατοι Oppiano celebrati, Halieut I. c. 146. Aelian. H. A. IX. 38. et Xenocrati apud Oribaſ. II. 58. Athenaeo VII. p. 301. Ἥπατος idem et λεβίας. Inter ſaxatiles piſces annumeratus a Diocle: ſimilis phagro creditus a Speuſippo. A Rondeletio pingitur, V. 18. p. 147. In hepatis capite lapillos reperiri duos, rhombi figura, ſplendore et colore conchylii, prodidit Hegeſander apud Athen. III. 108. H.

y. Helacatenes) Athenaeo ἠλακατῆνες, VII. p. 301. ἰχθῦς κητώδεις, ἐπιτήδειοι εἰς ταρίχειαν, *piſces cetacei, idonei ad ſalſamenta.* Mneſimachus apud eumdem Athenaeum, IX. p. 403. ἠλακατῖνον vocat: haud dubie a ſimilitudine aliqua cum ἠλακάτῃ hoc eſt, muliebri colu. Elacatae ſunt Columellae VIII. 17 p. 313. Itemque Feſto, *Elacatena genus ſalſamenti, quod appellatur vulgo melandrya*: ſic enim ſcribendum, non *malandrea.* H.

z. Sunt) Lacertus Graecis σαῦρος dicitur: quibuſdam e noſtris, *Aiguille*: ab aliis, *Becaſſe*, inquit Rondelet. VIII. 5. p. 232. E lacertorum genere eſſe ſuperius vidimus, teſte etiam Martiale. *Byzantiacos lacertes* laudat Statius IV. ſilu. 9. Hard.

a. Lo-

[1] liparis *b.*, [2] lamyrus, lepus *c.*, leones, quorum brachia cancris similia sunt, reliqua pars locustae. Mullus *d.*, merula *e.* inter [3] saxatiles laudata, mugil *f.*, melanurus *g.*, maena *h.*, meryx *i.*, muraena *k.*; mys, [4] mitulus, myiscus, murex. Oculata *l.*,

Ddd 3

1. *laepris. Ch.* 2. *lamia.* 3. *saxatilis. M.* 4. *siue mitulus. V. miluus. M.*

a. Loligo) De loligine IX. 45. De locustis IX. 50. De lucernis, eodem libro, s. 43. H.

b. Liparis) Λιπαρὶς habere nomen a pinguitudine videtur. At in R. 2. cod. et Ch. *lepris*, non *liparis*, legitur. Apud Hesychium λελεπρὶς ἰχθῦς, sed qui nihil a phycide differat, de qua inferius. Λάριμος ab Oppiano laudatur, Halieut. III. v. 399. An ibi λάμιρος, vel λάμυρος rescribi ex Plinio oporteat, peritiores viderint. H.

c. Lepus) De lepore marino IX. 72. et huius libri s. 3. De leonibus IX. 51. De his etiam vide Aelian. H. A. XIV. 9. H.

d. Mullus) De mullo IX. 30. H.

e. Merula) Aelianus H. A. I. 14. Κοσσύφῳ δὲ θαλαττίῳ ἤθη τε καὶ διατριβαὶ αἱ πέτραι, etc. Peritiores piscatores Merle vocant: aliter alii. Vide Rondelet. VI. 5. p. 172. H.

f. Mugil) De eo egimus IX. 26. H.

g. Melanurus) Μελάνουρος. A caudae nigritie ei nomen. Confundit hunc cum oculata Rondelet. V. 6. Plinius diuersos pisces facit. Numenius in Halieut. apud Athen. VII. p. 313. percarum ducem vocat. H.

h. Maena) Μαινὶς Athen. VII. p. 313. Hodieque a Gallis *Mendole*, a Romanis *Menola* appellatur. Rondelet. V. 13. p. 138. H.

i. Meryx) Cum scari duo sint, alter ὀνίας, alter αἰόλος, ὀνίαν etiam μήρυκα epitheto peculiari vocauerunt, quod latis vtriusque maxillae dentibus solus ruminet. Dal.

Meryx) In R. 2. *meris*: vtrumque corrupte. Nam μήρυξα a ruminando deduci videtur: quum scarus infra appellandus ruminare solus piscium existimetur. Hard.

k. Muraena) De muraena IX. 23. Mys conchae genus,

ta *l.*, ophidion *m.*, ostrea, otia *n.*: orcynus *o.*: hic *p.* est pelamidum generis maximus, neque redit in [1] Maeotin, [2] similis tritoni, vetustate *q.* melior:

1. *Pontum. V. ex Arist.* 2. *similiter Tritoni nec vetust. V.*

nus, de quo IX. 56. De mitulis, et myiscis, libri huius s. 31. De muricibus, seu buccinis IX. 61. H.

l. Oculata) Inter pisces, qui duriusculi sunt, aurata, coruus, scarus, oculata, censentur a Corn. Celso II. 18. Hard.

m. Ophidion) De ophidio diximus s. 35. libri huius: de ostreis s. 21. H.

n. Otia) Aures marinae, siue λεπάδες ἄγριαι Rondeletii. Dal.

Otia) Graecis ὠτία, de quibus Athen. III. 91. Latine auriculas dixeris. Λεπάδα ἀγρίαν vocat Arist. H. A. IV. Iconem Rondelet. exhibet de testac. I. 4. H.

o. Orcynus) Ὄρκυνος Athenaeo VII. p. 315. Θύννον μέγαν, ὃν καλέουσι Ὄρκυνον, inquit Archestratus apud eumdem Athen. VII. p. 301. Ὄρκυνοι μεγακήτεες Oppiano Halieut. III. v. 132. Aeliano H. A. I. 40. Ὄρκυνος κητώδης ἰχθὺς etc. Narbonenses vocant *Ton.* H.

p. Hic est pelamidum generis maximus) Hic pelamidum generis maximus, tritoni similis, neque redit in mare, neque vetustate fit melior. Sic emendandus locus. Nam cum orcynus Athenaeo carne sit dura, et senescentia corpora omnia duriora fiant, eum vetustate deteriorem fieri probabile est, contra naturam aliorum piscium. Non tamen satis attente Plinius orcynum, qui post cetaceum maximus thynnus est, cum tritone, in pelamidum genere, maiore sarda, minore quam apolectus, comparat. Dal.

q. Vetustate) Huic affert aetas vt sit tritone melior: est autem triton, vt mox dicetur, ex iisdem pelamidibus generis magni. Interpretari aliter Oribasius videtur, qui hoc ipsum de orcyno refert II. 58. f. 29. ex Xenocr. L. de aquat. *Orcynus*, inquit, *est pelamis magna, quae in paludem non redit, tritoni similis: sed quia difficilius vitiatur, ideo insignem vetustatem fert*, etc. Hard.

lior: Orbis *r.*, [1] orthragoriscus. Phager *s.*, phycis [2] saxatilium: pelamis: earum generis maxima [3] apolectus vocatur, durior tritone: [4] phorcus *t.*, phthitarus, passer *v.*, pastinaca: Polyporum genera: pectines maximi et nigerrimi aestate, [5] laudatissimi Mitylenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Antii, in *x.* insula [6] Alexandriae in Aegypto: pe-

1. *orthagoriscus. Ch.* 2. *saxatilis. V. saxatiliumque. Ch.* 3. *apolectos. V.* 4. *porcus. M. siue aper.* 5. *laudatissimi autem Mityl. Ch.* 6. *Alexandriae Aegypti. V.*

r. Orbis) De orbe s. 5. huius libri. De orthragorisco s. 9. H.

s. Phager) De phagro IX. 24. De phycide, quae inter saxatiles ab Athenaeo quoque adnumeratur VII. p. 305. et III. p. 355. nos egimus IX. 42. De pelamide, IX. 18. H.

t. Phorcus, phthitarus) Qui his nominibus pisces appellaret, nemo adhuc alius idoneus auctor occurrit. In R. non *phorcus*, sed *porcus* legitur. Haud dubie marinus porculus intelligitur de quo IX. 17. H.

v. Passer) De passere IX. 36. De pastinaca eodem libro, 40. De polypis eiusdem libri, 48. De pectinibus pariter L. IX. 51. Laudatissimos esse Mitylenis, auctor etiam Philyllius apud Athen. III. p. 93. Archestratus quoque p. 92. Τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη. H.

x. In) Pharo, vel Canopo Plinius, V. 34. *Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, vt ferunt, dicta. Altera iuncta ponte Alexandriae, colonia Caesaris Dictatoris, Pharus.* Diphilus Siphnius medicus apud Athen. III. p. 90. de tellinis agens, Τελλῖναι, inquit, γίνονται μὲν ἐν Κανώβῳ πολλαὶ, καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν πληθύνουσιν etc. Iam superius s. 24. libri huius, pectunculis attributas a Plinio dotes obseruauimus, quas tellinis Dioscorides assignarat: Vtrique fortassis Alexandriae laudati. De pectinibus certe testis Xenocrat. apud Orib. II. 58 *Pectines optimi sunt... Omnibus autem antecellunt Mytilenaei, ... His similes Ionium mare iuxta Illyrida, Etruriam, Salonas, Latium producit: Iam vero et Chios,* et

ctunculi, purpurae *y.*, [1]percides *z.*, pinna *a.*, [2]pinnoterae. Rhina *b.* quem squatum vocamus: Rhombus. Scarus *c.* principalis hodie: solea, sargus, scilla *d.*, sarda: ita vocatur pelamis longa, ex Oceano veniens; scomber *e.*, salpa, sparus *f.* scorpae-

1. *pegrides. V.* 2. *pinnothera rhina, quam squatinam. Rond.*

et vicinae insulae, itemque Alexandria huiusmodi pisces ferunt. Pectines certe non horum dumtaxat locorum, sed et Tarenti laudat Horat. II. Sat. 4. v. 34. *Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.* H.

y. Purpurae) De purpuris IX. 60 seqq. H.

z. Percides) Locum hic percides habere posse vix adducor vt credam: quid enim discrepat percis a perca, quae superius recensita est inter pisces amni marique communes? In R. 2. cod. *pegrides* H.

a. Pinna) De pinna et pinnotera IX. 66. H.

b Rhina) Sic Isidor. Origg. XII. 16. *Squatus dicitur, quod sit squamis acutis: vnde et eius cute lignum politur.* Graeci ῥίνη appellant. Glossae Ῥίνη, *squalus.* Lege *squatus.* Vide Voss. in Etymol. Egimus de eo IX. 40. et alibi pam. ffiDe rhombo eodem libro, s. 36. H.

c. Scarus) Plin. IX. 29. *Nunc scaro datur principatus.* De solea IX. 36. De sargo eodem libro, 30. Scilla, seu squilla potius, καρὶς est Graecis. cuius genera plura affert Rondel. XVIII. 6 sqq. H.

d. Sarda) Haec totidem verbis Xenocr. apud Oribas. II. 130. Galen. de alim. fac. III. 31. p. 395. T. VI. sic pelamidem appellari innuit, quum Sardiniam praeternatat. Vt mirum sit a Gaza creditum sardinas nostras hac voce signari. De sarda et cordyla condiendis Apicius IX. 10. ex quo eiusdem generis esse, nempe thynnorum, sardam cordylamque intelligas. H.

e. Scomber) De scombro IX. 19. et XXXI. 43. De salpa eodem libro, 32. H.

f. Sparus) Comicus vates apud Athen. III. 107. sartagini simul imponit. Καρίδα, φύκην, κώβιον, πέρκην, σπάρον. Dotes eius in cibis expedit Athen. VIII. p. 355. Iconem Rondeletius exhibet V. 3. Nostris *Sparalon:*

paena *g.*, scorpio, sciadeus, *h*, [1] sciaena, scolopendra *i.*, [2] smyrus, *k.* sepia *l.*, strombus *m.*, solen *n.*, siue aulos, siue donax, siue onyx, siue dactylus: spondylus *o.*, smarides, *p.* stella *q.*, spongia.

Ddd 5

1. *siue sciaena.* *Ex Rondel. et Al.* 2. *Smyrus*, *scepini.* *Gr.*

ralon: Italis *sparlo* et *carlino.* H.

g. *Scorpaena*) Athen. VII. p. 32. distare succo et colore, σκόρπαιναν καὶ σκορπίους, prodidit. Istum a Massiliensibus Scorpeno, ab aliis *Rascasse* nominari, auctor est Rondeletius, VI. 19. Nomen habet non a scorpii terrestris simili forma, sed a pungendi ritu haud fere dispari. H.

h. *Sciadeus*) coracinus subniger Rondeletii. Dal.

Sciadeus) Sexu solo discrepant, teste Athenaeo VII. p. 322. Σκίαινα . . . Νουμένιος δὲ σκιαδέα αὐτὸν καλεῖ. Sic paulo ante Plinius thynnos et thynnidas, scorpionem et scorpaenam, separatim nominat. Nisi forte, pro *sciaena*, *syaena* magis arriserit: Oppianus enim Halieut. I. 129. praeter σκίαιναν, etiam σύαιναν habet: illam nuda saxa herbosa incolere. Σκίαιναν Latine Vmbram iure appellaueris. Galli vocant *Maigre*. H.

i. *Scolopendra*) De ea IX. 67. De smyro, seu myro eodem libro, s. 39. H.

k. *Smyrus*, *scepini*, *strombus.*) In apographo nostro, non *scepini*, legitur, sed *septa*. vt legendum videatur *sepia*. cuius non alibi fit mentio, vtique non praetereundae. *Pint.*

l. *Sepia*) Sic MSS. omnes, ipso Pintiano teste, non *scepini*, vt editi. Quamquam σκέπανοι inter coenosos maris pisces annumerantur ab Oppiano Halieut. I. v. 106 Σκεπινὸς item a Dorione, apud Athen. VII. p. 302. De sepia nos legimus IX. 45. H.

m. *Strombus*) De strombo seu turbine diximus s. 30. huius libri. De solene, s. 32. Hard.

n. *Solen*) Vide cap. 61. lib. IX. et c. 9. huius libri. De eo pisce Sophron mimographus apud Athenaeum, σωλῆνες γλυκύκρεον κογχύλιον χηρῶν γυναικῶν λιχνεῦμασι. Leopard. c. 22. X. Dalec.

o. *Spondylus*) Athen. III. p. 87. Τράχηλος. Macrob. Sat. II. 9. intra prima coenae Pontificiae fercula spondylos

gia. Turdus *r.* inter saxatiles [1] nobilis. [2] Thynnus *s.*, thranis, quem [3] alii xiphiam vocant: [4] thassa *t.*,

1. *nobilis trinus. M. puto, trachinus.* 2. *Tomus Thurianus. Gr. et Al.* 3. *aliqui xiphiae putant. V.* 4. *Thrissa. Alii. Thassa. Ch.*

les numerat. Pinguntur a Rondeletio de testac. I. 40. Hard.

p. Smarides) Σμαρίδες quoque Diosc. II. 30. aliisque e genere maenarum. Hard.

q. Stella) De stella IX. 86. De spongia eodem libro c. 69. H.

r. Turdus inter saxatiles nobilis. Tomus Thurianus, quem alii Xiphiam vocant.) Haec stupenda. Xiphias est canicula, frustum eius siue τόμον concisae et salitae pro integro pisce et viuo descripsit. Moris habent Graeci partes salsamentorum magnorum eodem nomine appellare quo piscem, vnde sumptae sunt. Icesius κύβια, quae frusta sunt quadrata Pelamidis, vocauit *Pelamidas.* Sic τόμος Θουριανὸς frustum caniculae, quam et ξιΦίαν dixere. Sic paulo ante: *Phager, Phycis saxatilium, Pelamis, earum generis maxima Apolectos vocatur, etc.* Atqui ἀπόλεκτος subaudiendo τόμος pars grandior et selectior Pelamidis confectae. Salmas. 1317. a, b.

Turdus) Vide quae de eo diximus IX. 20. H.

s. Thynnus) Xiphias minor thranis appellatur. Vide N. et Em. N. XXX. (hic coll.) *Thynnus*) Libri omnes vulgati, ex interpolatione Hermol. Barbari, sic habent, *Tomus Thurianus, quem alii,* etc. Editi ante ipsum, in primis Venetiis 1572. et Parmae 1476. *Thynnus thranus.* Codex item Colb. 3. similiter. At R. 2. *thynnis thranis:* quod visum est anteponendum: adstipulante inprimis Xenocrate, in L. de alim. ex aquat. apud Oribas. II. 58. p. 29. *Thranis*, inquit, *aut xiphias cetaceus est piscis, et in frusta secatur*, etc. Ab Hesychio Θορηνεύς idem et ξιΦίας vocatur. E xiphia pisce frusta demi, quae Thuriani obsonii nomen haberent, auctor est Athenaeus VI. p. 274. Sed est ab eo, vt quidem videtur, dispar pulpamentum: aut is xiphias, de quo nunc agitur, e minore genere: vt cordyla pelamis pusilla: nam xiphias grandior iterum seorsum appel-

sa *t.*, torpedo *v.*, tethea: triton *x.* pelamidum generis magni: ex *y.* eo vraea [1] cybia fiunt. Veneriae *z*, vua *a.*, xiphiae.

LIV.

1. *et cybia. Dal.*

appellatur, ceu diuersus ab isto, vt thynnus a pelamide, cybio, orcyno, cordyla et apolecto. H. Plura de hoc pisce vt et de reliquis apud Xenocratem, diximus in Glossario nostro nuper cum Xenocratis libello edito; cuius iterata editio iam prelum exercet.

Tomus Thurianus) Salsamenti genus fuit ex Xiphia cetaceo, et ingenti pisce in frustra dissecto sale condita, quod ex Thuriis Romam aduehebatur. Nomen id Graecum est *ἀπὸ τοῦ τέμνεσθαι*. Sic olim veteres praecisum vocarunt carnis et viscerum dissectam partem. Lucilius lib. XX. Satyr. — *praeciso atque epulis capiuntur opimis.* Athenaeus pag. 138. lin. 16. *ῥουτίλιος παρὰ τοῦ αὐτοῦ δούλων ἁλιευόντων τριοβόλου τὴν μνᾶν ὠνεῖτο τοῦ ὄψου, καὶ μάλιστα τοῦ θουριανοῦ καλουμένου θαλασσίου κυνὸς οὕτω καλούμενον:* ac rursum pag. 155. lin. 13. *τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστὶ καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος θούριος τόμος, ἥδιστος ὢν καὶ τρυφερώτατος. Dalec.*

t. Thassa) Sic MSS. R. 2, et Ch. In editis, *Thessa.* Et *θέτταν* vocabat Dorotheus Ascalonites, collectionis vocabulorum, L. CVIII. apud Athen. VII. p. 329. Alosa nostra esse ea Rondeletio videtur, VII. 15. H.

u. Torpedo) De torpedine IX. 67. Tethea explicuimus s. 30. libri huius. H.

x. Triton) Meminit Xenocrates L. de alim. ex aquat. apud Orib. II. 53. Sed locus, vt videtur, est mutilus: *Triton sectum cybium aegre vitiatur: solidius est cybio, in ceteris par.* Hard.

y. Ex) *Οὐραῖον κύβιον* pulpamentum est caudae proximum, quod eleganter describit Archestratus apud Athen. VII. p. 303. ex thynnaque grandiore, hoc est, e tritone, parari iubet. H.

z. Veneriae) Ita MSS. R. 2. Colb. 3. et Ch. In editis, *Vrenae*, inepte. Egimus de conchis Veneriis IX. 52. H.

Vrenae) Veneriae. Seneca lib. epist. 15. *Veneriae spondylique, et ostrea eatenus*

LIV. His adiiciemus [1] ab *b.* Ouidio posita nomina, quae apud neminem alium reperiuntur: sed fortassis in Ponto nascuntur, vbi id volumen supremis suis temporibus inchoauit: [2] Bouem *c.*, cercyrum scopulis viuentem, [3] orphum *d.* rubentem, rhacinumque *e.* pullum, pictas *f.* mormyras, aureique coloris chryson. Praeterea [4] paruum tragum,

1. Sic ex Mss. H. et Ch. apud Ouidium. Gr. et Al. 2. bouuam per gyrum Ch. Bopgyrum. Gr. et Al. 3. orphym rubentemque acynum pulum. Ch. 4. Sic ex Mss. H. parum tragua. Ch. teragum. Gr. et Al.

nus circumcisa, qua eduntur. Turneb. c. 22. lib. XVII. aduers. Dal.

a. Vua) De vua IX. 1. De xiphia, seu gladio f. 6. libri huius. H.

b. Ab Ouidio) In libro Halieuticon. Sed qui nunc Ouidii nomine eo titulo libellus inscribitur, inter poematia a Pithoeo edita, longe aeui sequioris est, ex ipsis Plinii verbis confictus. Hard.

c. Bouem) In libris vulgatis, *Bobgyrum.* In R. 2. Colb. 3. et Ch. *Bouem pergyrum.* Cercyrum ex eodem Pseudo-Ouidio rescripsimus in Halieut. v. 102. *Cercyrosque ferox scopulorum fine moratus.* Bouem quoque ipso auctore retinuimus v. 94. *Nam gaudent pelago, quales scombrique, bouesque.* H.

Bopgyrum) Apud Ouidium fortassis legendum fuit *Box piger*, quod vocabulum in *bopgyrum* vitiatum est. Dal.

d. Orphum) Idem Pseudo-Ouidius, v. 108. *Cantharus ingratus succo, tum concolor illi Orphus, caeruleaque rubens erythinus in vnda.* Meminit etiam Aelian. H. A. VIII. 20. p. 930. Plinius ipse eum piscem appellat IX. 24. Hard.

e. Rhacinumque) Portentum id vocis est, nec MSS. quidquam iuuant: nec ipse Ouidius, mutilo, vt nunc est, imperfectoque opere. Hard.

f. Pictas) Idem Pseudo-Ouidius, v. 110. *Et rarus Faber, et pictae Mormyres, et auri Chrysophrys imitata decus: tum corporis Vmbrae Liuentis rapidique Lupi, Percaeque, Tragique, Quin laude insignis caudae Melanurus etc.* Auctor Kiranidum p. 43. *Mormyros piscis marinus com-*

gum, et placentem cauda labrum *g.*, epodas *h.* lati generis. Praeter haec insignia piscium tradit *i.* channem ex se ipsa concipere *k.*, glaucum aestate numquam apparere, pompilum *l.* qui semper comitetur nauigiorum cursus, [1] chromin *m.* qui nidificet in aquis. Helopem *n.* quoque dicit esse nostris *o.* incognitum vndis: ex quo apparet falli eos, qui

1. *Chronium. Ch.*

comestibilis et paruus. Μόρμυρος et μόρμυλος apud Athen. VII. p. 313. Nunc quoque *Morme*, in Gallia Narbonensi, teste Rondeletio V. 22. Quid si porro hoc loco non *paruum tragum*, sed *percam, tragum*, ex Pseudo-Ouidio legi iussero? Hard.

g. Labrum) Vide an legendum *labracem*, id est lupum: an potius mugilem χειλῶνα, labrum a magnitudine labrorum vocauerit. Dalec.

Labrum) Sic etiam MSS. An potius *melanurum*, ex Ouidii versu allato? H.

h. Epodas lati generis) Quidam *epotas latorum generis*. De lato pisce, coracino simili, multa Rondeletius et Athenaeus. Dal.

Epodas) Idem Ouidius v. 126. *Tunc Epodes lati, tum molles tergore ranae.* Hard.

i. Channem) Idem Pseudo-Ouidius, v. 108. *Et ex se Concipiens channe gemino fraudata parente.* Vide quae diximus IX. 23. H.

k. Glaucum) Idem Ouidius v. 117. *Ac numquam aestiuo conspectus sidere Glaucus.* Dictum id iam ante IX. 25. H.

l. Pompilum) Ita plane et Oppianus Halieut. I. 196. pluresque alii apud Athen. VII. p. 283. sq. Pseudo-Ouidius v. 100. *Tuque comes ratium, tractique per aequora sulci, qui semper spumas sequeris Pompile nitentes.* H.

m. Chromin) Vide quae diximus in Not. et Emend. ad L. IX. N. LXVII. H.

n. Helopem) Idem Ouidius v. 96. *Et pretiosus helops nostris incognitus vndis.* Auctor Kiranidum p. 145. *Elops est piscis magnus, similis glauco. H.*

o. Nostris incognitum vndis) *Et pretiosus helops nostris incognitus vndis.* Ex frag-

qui *p.* eumdem acipenſerem exiſtimauerunt. Helopi palmam ſaporis inter piſces multi dedere. Sunt praeterea *q.* a nullo auctore nominati, ſudis *r.* Latine [1] appellatus, Graecis [2] ſphyraena, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed [3] non degener. Appellantur *s.* et pernae concharum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimae. Stant velut ſuillo crure longo in arena [4] defixae

1. Sic ex Mſſ. H. et Ch. appellata a Graecis. Gr. et Al. 2. ſphyraena nomine, ſudi roſtro ſimilia. V. 3. Sic ex Mſſ. H. non, in M. d. ſed tamen non d. Gr. et Al. 4. defixo, biantque. V.

fragmento Halieuticon. Dal.

p. Qui) Cum Pſeudo-Ouidius elopem ſecernat ab acipenſere: de iſto enim v. 132. *Tuque peregrinis acipenſer nobilis vndis.* H.

q. A nullo auctore nominati) Mirum quod ſcribit Plinius, ſphyraenas et pernas ab auctore nullo fuiſſe nominatas, cum ſphyraenarum auctores omnes Graeci meminerint, pernaeque pinnarum ſint genera celebratarum a Graecis, et hyaenas turſiones eſſe quidam magnae auctoritatis cenſeant. Dal.

r. Sudis) Quod roſtro ſimilitudinem ſudis referat, hoc eſt, pali exacuti: quam ob cauſam et σφύραινα Graecis. Quum ampliſſimus is dicatur eſſe et rarus, non is eſſe videtur, quem Ariſt. σφύραιναν vocat, H. A. IX. aitque eſſe gregalem. H.

s. Appellantur) Meminit Beda in ſuis Grammaticis Expoſitionibus: pernamque Latinis idem ſonare exiſtimat, vt videtur, quod Graecis pinnam. Verba eius appono: PERNA QVAE MVLTO MAIOR EST OSTREIS, EX CVIVS VELLERIBVS VESTIS CONFICITVR. *Egeminis naſcor per Ponti caerula conchis, Vellera ſetigero producens corpora fulua: En chlamydem populi, nec non et pabula pulpae Confero: ſic duplex fati perſoluo tributum.* A perna vtique *pernula* deminuta voce ſequior aetas dixit: vnde nos concham margaritiferam *Nacre de perles*, deinde appellauimus Chron. Caſini III. c. vlt. *Coppetellae de pernis,*

fixae, hiantesque, qua limpitudo est, *t.* pedali non minus spatio, cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus *v.* pro spondylo grandis caro est. Et *x.* hyaenam piscem vidi in Aenaria insula [1] captum. Exeunt praeter haec purgamenta aliqua relatu indigna, et algis potius annumeranda, quam animalibus.

1. Sic ex Mss. H. et Cb. In Aenaria insula captum caput exerentem. Praeter haec. Gr. et Al.

nis, hoc est, de conchis istis. H.

t. Pedali non minus spatio) Quantum byssus cui alligatae haerent, longitudine sua permittit. Dal.

u. Intus) Spondylus callus interior est, quo testae suae caro ostrearum sive concharum adhaerescit. Hard.

x. Et hyaenam) Apud Athen. VII. p. 326. crebra piscis hyaenae mentio ex vetustioribus poetis. H.

Hyaenam piscem) Hyaena, cetaceus ingens et vastus piscis. Oppian. ἀπαίσιον ἄχθος ὑαίνης. Dal.